R. 30749

Caja
A-25

PVB.

# OVIDII NASONIS

POETAE SVLMONENSIS

# HEROIDES EPISTOLAE

CVM OMNIBVS COMMENTARIIS

*ubiq; locorum hactenus impreſsis, ſed in priſtinam integritatem redactis, atq; ad amuſsim recognitis.*

HIS NOS ADIVNXIMVS EMBLEMATA,

*Argumenta, ac uarias Lectiones ex optimis quibusq; Auctoribus collectas, et præter adnotata ab* Ioanne *Baptiſta* EGNATIO, *obſeruationes* CONSTANTII *Fanenſis nuper in ſtudioſorum utilitatem editas.*

ADIECTA EST ETIAM RECTA NON PAVCORVM VERSVVM

*Diſpoſitio, ac interpretatio, per* AARONEM *Battaleum Triuilienſem acutiſſime excogitata.*

AD HAEC IOANNIS SCOPPAE EXPOSITIONES

*ſuper locis quibuſdam obſcurioribus.*




CVM GRATIA, ET PRIVILEGIO.

*Venetijs apud* Hieronymum *Scotum.*

1543

# PVBLII OVIDII NASONIS VITA EX EIVS IPSIVS LIBRIS COLLECTA.

OVIDII Naſonis vitam huic operi præponere placuit, quod & ad eruditionem facere, & ſtudioſis gratiſſimum fore videbatur. Fuit igitur Ouidius Sulmonenſis: quod ipſe ſic teſtatur in Triſtibus.

Sulmo mihi patria eſt claris uberrimus undis:
Millia qui nouies diſtat ab urbe decem.

Et in Faſtis, vbi etiam à Solemo Sulmonē denominatū dicit.

Huius erat Solemus Phrygia comes unus ab Ida:
A' quo Sulmonis mœnia nomen habent:
Sulmonis gelidi patriæ Germanice noſtræ:
Me miſerum, Scythico quàm procul illa ſolo eſt.

Eſt autem Sulmo in Pelignis: quod ipſe ſic in.ii.Elegiarum.

Hæc quoq; compoſui Pelignis natus aquoſis,
Ille ego nequitiæ Naſo poeta meæ.

Et in tertio.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.
Pelignæ dicar gloria gentis ego.

Fuit ex equeſtri natus familia, ipſo dicente in quarto de Triſtibus.

Siquid id eſt, uſq; à proauis uetus ordinis hæres,
Non modo fortunæ munere factus eques.

Et Faſtorum ſexto.

Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques.

Idem ait & in Ponto.

Si genus excutias, equites ab origine prima
Vſq; per innumeros inueniemur auos.

Patrimonium ſatis amplum habuiſſe conſtat, quod ab eodem in Ponto ſic oſtenditur.

Non meus amiſſos animus deſiderat agros,
Ruraq; Peligno conſpicienda ſolo:
Nec quos pomiferis poſitos in collibus hortos
Spectat Flaminiæ Claudia iuncta uię.

Item domum non longe a Capitolio. ait enim in primo de Triſtibus.

Hanc ego ſuſpiciens, & ab hac Capitolia cernens,
Quæ noſtro fruſtra iuncta fuere lari.

Fratrem præterea habuit natu maiorem duodecim menſibus, &, quod mirum eſt, eodem, quo ipſe, natum die. vterq; enim quartodecimo calendas Aprilis Mineruæ quinquatriis natus eſt. quod ſic ipſe in quarto de Triſtibus.

Nec ſtirps prima fui: genito ſum fratre creatus:
Qui tribus ante quater menſibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus adfuit idem:
Vna celebrata eſt per duo liba dies.
Hæc eſt armiferæ feſtis de quinque Mineruæ,
Quæ fieri pugna prima cruenta ſolet.

Natus eſt autem Hircio & Panſa C O S S. qui bello Antoniano apud Mutinam perempti ſunt: vt ipſe in Triſtibus.

Editus hinc ego ſum: nec non, ut tempora noris:
Cum cecidit fato conſul uterq; pari.

Cum autem Romæ vnà cum fratre ſub clariſſimis & grammaticis, & oratoribus plurimum profeciſſet: legibus cogente patre, qui humanitatis ſtudia inutilia eſſe contendebat, cœpit incumbere, & profecit legibus, & honoribus functus eſt. Sed cum forum diſpliceret: quod eſſet maius onus eius viribus, relicta curia, & lati claui ſeruitute, ad manſuetiores muſas rediit: poetasq; omneis illius temporis natu maiores aſſidue coluit, atq; a minoribus æque cultus ipſe eſt. Quæ omnia in quarto, de Triſtibus ipſe elegantiſſime ſic ſcribit.

Protinus excolimur teneri: curaq; parentis
Imus ad inſignes urbis ab arte uiros.
Frater ad eloquium uiridi tendebat ab æuo,
Fortia uerboſi natus ad arma fori.
At mihi iam puero cœleſtia ſacra placebant:
Inq; ſuum furtim muſa trahebat opus.
Sæpe pater dixit, ſtudium quid inutile tentas?
Mœonides nullas ipſe reliquit opes.
Motus eram dictis: totoq; Helicone relicto,
Scribere conabar uerba ſoluta modis.
Sponte ſua carmen numeros ueniebat ad aptos:
Quicquid conabar dicere, uerſus erat.
Interea tacito paſſu labentibus annis,
Liberior fratri ſumpta mihiq; toga eſt:
Induiturq; humeris cum lato purpura clauo:
Et ſtudium nobis, quod fuit ante, manet.
Iamq; decem uitæ frater geminauerat annos:
Cum perit: & cœpi parte carere mei.
Cœpimus & teneræ primos ætatis honores:
Deq; uiris quondam pars tribus una fui.
Curia reſtabat: claui menſura coacta eſt.
Maius erat noſtris uiribus illud onus.
Nec patiens corpus, nec mens erat apta labori:
Sollicitæq; fugax ambitionis eram.
Et petere Aoniæ ſuadebant tuta ſorores
Ocia iudicio ſemper amata meo.
Temporis illius colui, fouiq; poetas:
Quotq; aderant uates, rebar adeſſe deos.
Sæpe ſuas uolucres legit mihi grandior æuo:
Quæq; nocet ſerpens, quę iuuat herba Macer.
Sępe ſuos ſolitus recitare Propertius ignes:
Iure ſodalitii qui mihi iunctus erat.
Ponticus Heroo, Battus quoq; clarus iambis,
Dulcia conuictus membra fuere mei.
Et tenuit noſtras numeroſus Horatius aures:
Dum ferit Auſonia carmina culta lyra.
Virgilium uidi tantum: nec auara Tibullo
Tempus amicitię fata dedere meę.
Succeſſor fuit hic tibi Galle, Propertius illi:
Quartus ab his ſerie temporis ipſe fui.
Vtq; ego maiores, ſic me coluere minores:
Notaq; non tarde facta Thaleia mea eſt.

In ſecundo de Triſtibus ſe & cauſidicum fuiſſe ſcribit, & in priuatis cauſis arbitrum, his verſibus.

Nec male commiſſa eſt nobis fortuna reorum
Vſq; decem decies inſpicienda uiris.
Res quoq; priuatas ſtatui ſine crimine iudex:
Deq; mea facta eſt pars quoq; uicta fide.

Benignus etiam adeo fuit: vt nullus vnquam opus, quod ipſe compoſuerat, carpſerit. Quod teſtatur ipſe in quarto de Triſtibus ſic.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Nec,qui detractat præſentia liuor,iniquo
Vllum de noſtris dente momordit opus.

Fuit & moribus ornatiſſimus. nam & vinum multa aqua dilutum bibebat:& a deteſtando puerorum concubitu abhorrebat:eratq́; purus omnis ſceleris.Sic enim ipſe prmo de Ponto.

Paruus in exiles ſuccus mihi peruenit artus:
Membraq́; ſunt cera pallidiora noua.
Non hæc immodico contraxi damna lyæo:
Scis mihi quàm ſolæ penè bibantur aquæ.
Non epulis oneror:quarum ſi tangar amore:
Eſt tamen in Geticis copia nulla locis.
Nec uires adimit Veneris damnoſa uoluptas:
Non ſolet in mœſtos illa uenire toros.

Item in ſecundo de Arte amandi ait.

Odi concubitus,qui non utrinq; reſoluunt:
Hoc eſt,cur pueri tangor amore minus.

In ſecundo autem de Ponto ſic ſcribit.

Vita prior uitio caret:& ſine labe peracta eſt:
Auxilii miſero nil tulit illa mihi.

Habuit vxores tres:quarum duas repudiauit: cum tertia vero coniunctiſſime, & amantiſſime vixit. item filiam, & alios liberos, ſed ex filia & auus factus eſt. Quare in quarto de Triſtibus ait.

Penè mihi puero nec digna,nec utilis uxor
Eſt data:quæ tempus perbreue nupta fuit.
Illi ſucceſſit,quamuis ſine crimine coniux,
Non tamen in noſtro firma futura toro.
Vltima,quæ mecum ſeros permanſit in annos:
Suſtinuit coniux exulis eſſe uiri.
Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta,
Sed non ex uno coniuge fecit auum.

In primo autem libro ſic.

Sæpe eadem mandata dedi,meq́; ipſe fefelli,
Reſpiciens oculis pignora cara meis.

Et in tertio ſic.

Vtq́; ſit exiguum pœnæ,quod coniuge cara,
Quod patria careo,pignoribusq́; meis.

Cum autem Auguſtum Cæſarem imprudenter & inſcius (vt ipſe ait) offendiſſet:ad Euxinos ab eo relegatus eſt, annos natus quinquaginta.quare ait in quarto de Triſtibus.

Poſtq́; meos ortus Piſæa uinctus oliua
Abſtulerat decies præmia uictor eques:
Cum maris Euxini poſitos ad læua Tomitas
Quærere me læſi principis ira iubet.

Deſcribit autem diſceſſum ſuum ex vrbe,& vxoris, & cæterorum ſuorum lachrymas, duramq́; & periculoſam nauigationem ſuam primo de Triſtibus longa epiſtola,quæ incipit.

Cum ſubit illius triſtiſſima noctis imago.

Præterea primo de Ponto in epiſtola ad Rufinum,eo in loco ſe exulare, vbi ſemper maxima forent frigora, ſummaq́; inopia bonorum omnium,his queritur verſibus.

Orbis in extremi iaceo deſertus arenis:
Fert ubi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomum,non dulces educat uuas:
Non ſalices ripa,robora monte uirent.
Ne'ue fretum laudes terra magis:ęquora ſemper
Ventorum rabie ſolibus orba tument.
Quocunq; aſpicias,campi cultore carentes,
Vaſtaq́;,quę nemo uendicet,arua iacent.
Hoſtis adeſt dextra,læuaq́; à parte timendus:
Vicinoq́; metu terret utrunq; latus.
Altera Biſtonias pars eſt ſenſura ſagittas:
Altera Sarmatica ſpicula miſſa manu.

Sui autem exilii duas fuiſſe ait cauſas, quarum alteram vbiq; fatetur, alterā ſemper ſupprimit.ait enim ſecūdo de Triſtibus.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen,& error:
Alterius facti culpa ſilenda mihi eſt.

Perſæpe igitur & libros de Arte amandi compoſuiſſe dolet: quod propterea Auguſto odio eſſe cœperit:& aliquid vidiſſe per errorem: vt ob id in Scythiam relegatus fuerit offenſo Cæſare. Ait enim in ſecundo de Ponto.

Ne'ue roges quæ ſit:ſtultam,quam ſcripſimus artē:
Innocuas nobis hæc uetat eſſe manus.
Ecquid præterea peccarim,quærere noli,
Vt pateat ſola culpa ſub arte mea.

Et paulo inferius.

Naſo parum prudens artem dum ſcribit amandi:
Doctrinæ pretium triſte magiſter habet.

Et in tertio ad Amorem.

Nec ſatis hoc fuerat:ſtultus quoq; carmina feci:
Artibus ut poſſes non rudis eſſe meis.
Pro quibus exilium miſero mihi reddita merces:
Id quoq; in extremis,& ſine pace locis.

In eodem ſic amorem ſibi reſpondentem inducit in ſomnis

Vtq́; hoc,ſic utinam defendere cætera poſſes:
Scis aliud,quod te læſerit,eſſe magis.

Et in quarto ad Carum.

Ille quidem dixit,ſed me iam Care niuali,
Sexta relegatum bruma ſub axe uidet.
Carmina nil proſunt:nocuerunt carmina quondā:
Primaq́; tam miſeræ cauſa fuere fugæ.

Secundo item de Triſtibus ait.

Cur aliquid uidi?cur conſcia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?
Inſcius Actæon uidit ſine ueſte Dianam:
Præda fuit canibus non minus ille ſuis.

Et in eodem.

Carminaq́; edideram:cum te delicta notantem
Præterii toties irrequietus eques.
Ergo,quæ iuueni mihi non nocitura putaui
Scripta parum prudens,nunc nocuere ſeni.
Sera redundauit ueteris uindicta libelli:
Diſtat & à meriti tempore pœna ſui.

Et in tertio.

Inſcia quod crimen uiderunt lumina,plector:
Peccatumq́; oculos eſt habuiſſe meum.
Non equidem totam poſſum defendere culpam:
Sed partem noſtri criminis error habet.

Vbiq; igitur exilii cauſam tum libros de Arte, tum errorem fuiſſe commemorat. Quis vero ille error fuerit, nunquam aperuit: ne magis Auguſtus ſibi iraſceretur. Verum quia (vt ipſe ait) Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſq; negata : quidnam id fuerit,plurimi ſcire conati ſunt,& conatur ſemper aliquis.Quapropter ſuſpicati ſunt quidam,turpe aliquod Auguſti ſecretum caſu vidiſſe Ouidium. quod non placet:quia toties obiiciendo ſcelus,immitiorem reddidiſſet Cæſarem:queſ lenire,& placare ſtudebat.Alii vero,quod Auguſti filiam falſo Corynnæ nomine amauerit. quæ,vt Plinius,& Tranquillus ſcribunt: flagrauit adulteriorum infamia: & damnata eſt Qua de re ſic Sidonius Poeta.

Et te carmina per libidinoſa
Notum Naſo tener, Tomosq; miſſum,
Quondam Cæſareæ nimis puellæ
Falſo nomine ſubditum Corynnæ.

Quod non videtur: quia, ſi ita eſſet, grauiter, & ſcienter in Auguſti maieſtatem deliquiſſet Ouidius: non, vt ipſe vbique ſcribit, per errorem, & inſcienter. Præterea, quam ficto nomine Corynnam appellauit, potitum ſe teſtatur in Amoribus libro primo dicens.

Singula quid referam? nil non laudabile uidi:
Et nudam preſſi corpus ad uſq; meum.
Cætera quis neſcit? laſſi requieuimus ambo:
Proueniant medii ſic mihi ſæpe dies.

Quare ſi ea, vel filia, vel neptis, vel ancilla Cæſaris, vel quæcunq; alia fuerit ſic illi cara, vt propterea Ouidium relegauerit: non error, ſed ſcelus fuiſſet: non inſcius vidiſſet crimen, ſed ſciens feciſſet. Adde quod in eum errorem incidit iam ſenex: Corynnam vero iuuenis amauit. ſic enim de ſe ipſe quarto de Triſtibus.

Carmina cum primum populo iuuenilia legi:
Barba reſecta mihi bis ue, ſemel ue fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non uero dicta Corynna mihi.

Nec puto hic eam quaſi gaudens nominaſſet: ſi eius miſeriæ, & exilii fuiſſet cauſa. Credendum certe eſt, aliquid ab Ouidio per errorem viſum, cognitumq;, vt propterea ab offenſo Auguſto ſub artis amatoriæ culpa Tomos relegatus ſit. Sed quidnam illud fuerit: cum ſciri ipſe noluerit: nequicquam quærimus: præſertim cum, ne quæratur, ſic ipſe iubeat.

Ecquid præterea peccarim, quærere noli:
Vt pateat ſola culpa ſub arte mea.

Exulans autem in locis aſperrimis, & perinhumanis, ſæpe, vt ſaltem in mitiorem locum relegaretur, petiit. quanquam vel veniam impetraturum ſe ab imperatore ſperabat. quapropter eo mortuo in quarto de Ponto ſic dolet.

Cœperat Auguſtus deceptæ ignoſcere culpæ:
Spem noſtram, terras deſeruitq; ſimul.
Quale tamen potui de cœlite Brute recenti
Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi.
Quæ proſit pietas utinam mihi: ſitq; malorum
Iam modus, & ſacræ mitior ira domus.

Et in eodem numen Auguſti rogat, vt ſibi ignoſcatur: & præſertim cum de illo nouo Deo facto libellũ ſcripſerit, ait enim.

Tu certe ſcis hæc ſuperis aſcite, uidesq;
Cæſar: ut eſt oculis ſubdita terra tuis.
Tu noſtras audis inter conuexa locatus
Sydera, ſollicito quas damus ore, preces.
Perueniant iſtuc & carmina forſitan illa,
Quæ de te ſcripſi cœlite facta nouo.
Auguror his igitur flecti tua numina: nec tu
Immerito nomen mite parentis habes.

Scripſit ante exilium Heroidum epiſtolas plurimas, de Amoribus ad Corynnam libros quinq;: quos poſtea diligentius recognitos in treis redegit. Quod ſic ipſe in primo eorũdẽ.

Qui modo Naſonis fueramus quinq; libelli,
Tres ſumus: hoc illi prætulit author opus.

De Arte amãdi libros treis. de remedio Amoris libros duos. Tranſmutationum libros quindecim. quos, quia non emendauerat: tum iratus, vt ipſe ait, ſtudio, carminibuſq; ſuis, cum Tomos relegaretur: ſua manu combuſſit cum aliis quibuſdam placituris: ſed quia exſcripti fuerant ante plurimis exemplis: propterea ſic ipſe primo de Triſtibus.

Grata tuo eſt pietas: ſed carmina maior imago
Sunt mea: quæ mando qualiacunq; legas:
Carmina mutatas hominum dicentia formas:
Infelix domini, quod fuga rupit opus.
Hæc ego diſcedens, ſicut bona multa meorum,
Ipſe mea poſui mœſtus in igne manu.
Vtq; cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum
Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror:
Sic ego non meritos mecum peritura libellos
Impoſui rapidis uiſcera noſtra rogis.
Vel quod eram muſas, ut crimina noſtra, peroſus:
Vel quod adhuc creſcens, & rude carmen erat.
Quæ, quoniam nõ ſunt penitus ſublata: ſed extant:
Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor.
Nunc precor ut uiuant: & non ignaua legentem
Ocia delectent, admoneantq; mei.
Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
Neſciat his ſummam ſiquis abeſſe manum.
Ablatum mediis opus eſt incudibus illud:
Defuit, & ſcriptis ultima lima meis.
Et ueniam pro laude peto: laudatus abunde,
Non faſtiditus ſi tibi lector ero.
Hos quoq; ſex uerſus in prima fronte libelli
Si præponendos eſſe putabis, habe.
Orba parente ſuo quicunq; uolumina tangis,
His ſaltem ueſtra detur in urbe locus.
Quoq; magis faueas, non hæc ſunt edita ab ipſo:
Sed quaſi de domini funere rapta ſui.
Quicquid in his igitur uitii rude carmen habebit:
Emendaturus, ſi licuiſſet, erat. Item in tertio.
Sunt quoq; mutatæ ter quinq; uolumina formæ:
Carmina de domini funere rapta ſui.
Illud opus potuit, ſi non prius ipſe periſſem:
Certius à ſumma nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi peruenit in ora:
In populi quicquam ſi tamen ore meum eſt.

Scripſit & Medeam tragœdiam: de qua maxime a Quintiliano, & a Cornelio Tacito laudatus eſt. Ait enim Fabius. Ouidii Medea oſtendit, quantum vir ille præſtare potuerit: ſi ingenio ſuo temperare, quàm indulgere maluiſſet. Summo etiã eum fuiſſe iudicio oſtendit Seneca in ſecundo declamationũ ſic inquiens. Rogatus aliquando ab amicis ſuis, vt tolleret tres verſus, petiuit inuicem, vt tres exciperet, in quos illis nihil liceret. Conſcripſerant illi, quos tolli vellent ſecreto: hic quos tutos eſſe vellet. In vtriſq; codicillis iidem verſus erant. Ex quibus primum fuiſſe narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit. Semibouemq; virum, ſemiuirumq; bouem. Egelidum Borean, egelidũq; Notũ. ex quo apparet ſummi ingenii viro non iudicium defuiſſe ad compeſcendum licentiam carminum ſuorum: ſed animum. Aiebat item deteriorem eſſe faciem: in qua non aliquis neuus ineſſet. De Medea tragœdia ipſe ſic meminit tertio de Triſtibus.

Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis:
Quæq; grauis debet uerba cothurnus habet.

Compoſuit & librum in malos poetas: qui non extat. Item in exilio epiſtolam conſolatoriam ad Liuiam Auguſti de morte Druſi. De Triſtibus etiam libros quinq;. De Ponto libros quatuor. In Ibin. Faſtorum libros duodecim. ex quibus ſex tantum ad noſtra tempora peruenerunt: de quibus ſic ipſe tertio de Triſtibus.

Sex ego Faſtorum ſcripſi,totidemq; libellos:
Cumq; ſuo finem menſe libellus habet.

Scripſit & Triumphum Cæſaris: de quo tertio de Ponto ſic meminit.

Vtq; ſuo faueas mandat Rufine triumpho:
In ueſtras uenit ſi tamen ille manus.
Eſt opus exiguum,ueſtriſq; paratibus impar:
Quale tamen cunq; eſt,ut tueare,rogo.

Et lingua Getica libellum de laudibus Cæſaris: quem etiam recitauit. Cuius meminit quarto de Ponto ad Carum ſic ſcribens.

Ah pudet,& ſcripſi Getico ſermone libellum:
Structaq; ſunt noſtris barbara uerba modis.
Et placui:gratare mihi,cœpiq; poetæ
Inter inhumanos nomen habere Getas.
Materiam quæris?laudes de Cæſare dixi:
Adiuta eſt nouitas numine noſtra Dei.
Nam patris Auguſti docui mortale fuiſſe
Corpus:ad ætherias numen abiſſe domos.
Eſſe parem uirtute patri,qui frena rogatus
Sæpe recuſati ceperit Imperii.
Eſſe pudicarum Veſtam te Liuia matrum:
Ambiguum,nato dignior,an ne uiro.
Eſſe duos iuuenes firma adiumenta parentis:
Qui dederint animi pignora certa ſui.
Hæc ubi non patria perlegi ſcripta camœna:
Venit & ad digitos ultima charta meos:
Et caput,& plenas omnes mouere pharetras:
Et longum Getico murmur in ore fuit.
Atq; aliquis,ſcribas hæc cum de Cæſare,dixit.
Cæſaris imperio reſtituendus eras.

De piſcibus opus non perfecit. de quibus poſtea Oppianus Ouidium imitatus græce ſcripſit ad Antoninũ Imperatorẽ.

Extant præterea multa opuſcula ſub huius Poetæ nomine: ut De Nuce, De Medicamine faciei,ac Aurium,De Pulice,De Somno, De Cuculo, De Aurora, De Philomela, De Lymace, De Vetula,De quatuor humoribus, De ludo latrunculorum. Quæ omnia,præterquam de Nuce,& de Medicamine faciei: quæ fortaſſe puer compoſuit: ridicula ſunt: nec digna, ut diuino Naſonis ingenio non iuuenis modo,viri'ue:ſed ne pueri quidem attribuantur.Deſperans tandem ad vrbem reditum impetrare a Cæſare, ſic ad vxorem tertio libro de Triſtibus ſcripſit.

Oſſa tamen facito,parua referantur ut urna:
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Non uetat hoc quiſq;:fratrem Thebana peremptum
Suppoſuit tumulo rege uetante ſoror.
Atq; ea cum foliis,& amomi puluere miſce:
Atq; ſuburbano condita pone loco.
Quoſq; legat uerſus oculo properante uiator,
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum luſor amorum
Ingenio perii Naſo poeta meo.
At tibi qui tranſis ne ſit graue quiſquis amaſti,
Dicere:Naſonis molliter oſſa cubent.

Miſſus autem fuit in exilium anno imperii Auguſti ſecundo & quinquageſimo, vel circiter. Quinto autem Tyberii, Tomis apud Getas diem obiit. Ex quo colligitur exulaſſe annos octo, & menſes aliquot. Sepultum etiam iuxta oppidum Tomos tradit Euſebius.

## ETYMOLOGIA HVIVS VOCABVLI HEROS.

QVONIAM Naſonis epiſtolæ Heroides inſcribuntur, non alienum à propoſito uiſum eſt,huius uerbi Heros Etymologiam, ſiue ſignificatum prælibare. Audiatur itaq; diuus Auguſtinus copioſiſſime docens,quid ſint, Heroes libro decimo de Ciuitate Dei,his uerbis: Nomen Heroum à Iunone dicitur tractum, quòd Græce Iuno Hera appellatur:& ideo neſcio quis filius eius ſecundum Græcorum fabulas Heros fuit nuncupatus: hoc uidelicet myſticum ſignificante fabula, quòd aer Iunoni deputatur. Vbi uolunt Heroas cum dæmonibus habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem in ſeptimo. Inter lunæ gyrum,nimborum ac uentorum cacumina aerias eſſe animas: ſed eas animo,non oculis uideri,& uocari Heroas,& Lares,& Genios. Trimegiſtius quoq; author eſt, Heroas habitare inter aeris puriſſimam partem ſupra nos,& terram,ubi nullus eſt nebulis locus. Minime prætereundum eſt id, quod Martianus Capella tradit in nuptiis Philologiæ, Heroas uidelicet ab Hera, quæ terra dicitur, eſſe nuncupatos. Hinc Heroides fœminæ clariores, quales ſunt Heroum uxores, & filiæ. Ex his igitur liquidò claret, quid ſint Heroes, & unde dicantur.

# CONSTANTII FANENSIS DISCEPTATIO PVLCHRA, AN OVIDIVS PLVRES FILIAS HABVERIT: AN PERILLA EIVS FILIA FVERIT: AN TERTIA VXOR EI SOLI NVPSERIT.

OVIDII Vitam complures eruditi homines docte pariter, & diligenter literis mandauerunt. Sed inter eos magna concertatio: vtrú is vnicam, an duas habuerit filias. Qui vnam tantum poetæ aſſignant, hac ductos ratione exiſtimo: ꝙ vbiq; natam ſingulari numero, non natas pluratiuo dixiſſe comperiunt: præcipueq; cum ſuú ab vrbe diſceſſum exponens ait.

Nata procul Libycis aberat diuerſa ſub oris:
Nec poterat fati certior eſſe mei.

Quo loco, ſi duas habuiſſet filias, nó nata: ſed altera natarú, aut iunior, minor/maior/prior, & aliis huiuſmodi vocabulis legeretur: atq; alterius iunioris ſenioris'ue: vbicunq; locorum fuiſſet: feciſſet mentionem. Qui uero duas Ouidio filias tribuunt: hac moti ratione videntur: ꝙ is eo, quem citauimus: loco, natam fuiſſe dicit in Libya. Poſtea cuiuſdam epiſtolæ initium ita orditur.

Vade ſalutatum ſubito perarata Perillam
Litera: ſermonis fida miniſtra mei.
Aut illam inuenies dulci cum matre ſedentem.

Quibus vtiq; verbis hanc etiam Perillam ſibi filiam eſſe videtur oſtendere. Rurſum illi priores ſic ſuam tueri opinione; poſſunt, vt Perillam, ad quam Naſonis epiſtola Romam dirigitur, non diuerſam ab ea, quæ morabatur in Libya, ſed eandem cum ea eſſe reſpondeant. quoniam tanto temporis interſtitio ex prouincia in vrbem redire potuerit. Poſteriores autem ſic priorum ictus retundere non inaniter queunt: ꝙ coniectura, non authoritate, vel valida ratione decertent. Nos in tanta diſſenſione, quid agemus? quam tuebimur partem? neutram profecto, ne exoriatur inuidia. At rem ita implicatam relinquemus? minime. Quin in vtranq; opinionem pugnabimus: priorem ex parte, poſteriorem ex toto demolientes. Hui magna polliceris, & ardua. Et polliceor, & pollicitis ſtabo. omnes quæſo ſpectatum venite. Sed prius audite, vt aciem partiri volo. In prima fronte authoritates ferentariorum vice ſiſtentur: quibus vnius tantum filiæ: cuius nomen ignotum ſit: mentionem fieri a poeta monſtrabimus. In ſecunda authoritatibus pariter & rationibus hoſtes conuincemus, Perillam non eius fuiſſe filiam: ſed priuignam. In tertia, cui Perilla nupſerit, oſtendemus. In vltima, quanam ex Ouidii coniuge ea filia nata fuerit, diſcutiemus. Tu Lector candide aures parumper accómoda. In primo Triſtium libro hos verſus inuenies: quos ſupra retulimus.

Nata procul Libycis aberat diuerſa ſub oris,
Nec poterat fati certior eſſe mei.

Et hos in quarto.

Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta,
Sed non ex vno coniuge, fecit auum.

Item hos in ſexto Faſtorum.

Eſt mihi, ſitq́; precor noſtris diuturnior annis
Filia: qua felix ſoſpite ſemper ero.

Quibus vtiq; in locis filiam aut natam numero vnitatis dixit nullo vnquam adiecto epitheto: quo alteram habuiſſe filiam colligere vel minima coniectatione poſſimus. In tertio quoq; Triſtium: vbi cum epiſtola ſua locutus eſt: ſic ad Perillam ſermonem diuertit.

Vtq́; pater natæ, duxq́; comesq́; fui.

Quo verſu, ſi Perilla Naſonis filia fuiſſet: nó vt patrem, ideſt tanquam patrem ſeſe poeta appellaſſet. Et in quinto eiuſdem operis: vbi in coniugem ſic precatur.

Illa domo nataq́; ſua, patriaq́; fruatur.

Non nata ſua dixiſſet: ſed noſtra, aut aliud quoduis epitheton adiunxiſſet: quo communem ſibi eam eſſe filiam cum vxore oſtenderet. In quarto autem de Ponto epiſtola ad Suillum hi verſus leguntur.

Nam tibi quæ coniux, eadem mihi filia penè eſt:
Et quæ te generum, me vocat illa virum.

Quos ſi diligenter diſcutias, nihil aliud profecto inuenies ſibi velle Ouidium: niſi Perillam ex tertia vxore ſua altero viro genitam Suillo denupſiſſe. Nam hoc dicere, quæ coniux tibi, eſt penè, ideſt quaſi mihi eſt filia, & quæ vocat me maritu;: eadem te generum vocat: quid aliud ſignificat niſi vxorem Suilli Naſonis eſſe priuignam, ideſt vxore ſua ex altero marito conceptam? At non ne in fine eius epiſtolæ, cum inquit.

Tangat vt hoc votum cœleſtia care Suille,
Numina pro ſocero penè precare tuo.

Idem etiam aduerbium penè, ide; fateri nos cogit? Verum aliquis forſan dicet. Fateor Suillo vnam poetæ priuignam denupſiſſe. Sed eam (niſi probes) Perillam fuiſſe non aſſentior. ecce tibi eadem ratio, quæ ſupra de Ouidii filia adducta eſt: in medium proferetur. Si nuſquam in libris Triſtium, & de Ponto natas plurali numero vxorem habuiſſe: ſed natam ſingulari Poeta teſtatur: & Perillam docet natam eius fuiſſe, ac Suillum eiuſdem generum nuncupat: non ne apte concluditur eam filiam eſſe Perillam? vtiq;. Quod igitur ſupereſt proſequamur. eam filiam, quæ patre exulante fuit in Aphrica: quam a Perilla diuerſam eſſe oſtendimus: cuius nomen pater ipſe carminis puto neceſſitate coactus non retulit: quam deniq; tertia eius vxore colligitur non fuiſſe conceptam, vtra duarum: quas ante hanc Ouidius duxit, vxorum genitam credimus? priore potius, quàm poſteriore. Nam vt hoc coniectem ratio hæc facit: ꝙ hanc laudat, illã vituperat. ſtultum enim, & cathenis vinciri dignum eum eſſe dixerim: qui filiam aliquam habens, quam præcipue diligat (vt poetam feciſſe apparet) a matris non abſtineat crimine. cum illud in filiæ dedecus reflectatur: & vulgato prouerbio dici ſoleat. qui gallina naſcitur, hunc ſcalpurire neceſſum eſt. Non tamen hoc vltimum ita ſtatuo: vt Lectori integrum eſſe nolim credere, quod libuerit. Sed quoniam hoc etiam quæri a nonnullis poſſet: quænam duarum vxorum: quas nuper nominauimus: prior Ouidio nupſerit: illa ne, quam Faliſcis ortam duodecima tertii Amorum libri Elegia hoc carmine declaratur.

Cum mihi pomiferis coniux foret orta Faliſcis.

An ea: cuius nomen/ patria/ genus a Naſone ſuppreſſa ſunt: ſciat Faliſcam mulierem priorem nupſiſſe hoc a nobis argumento putari. ꝙ ſibi pene puero primam vxorem datam in quarto Triſtium libro commemorat. vt:

Penè mihi puero nec digna, nec vtilis vxor
Eſt data: quæ tempus per breue nupta fuit.

Et ſe penè puerum Elegias in Corynnam ſcripſiſſe ibidem teſtatur: in quibus huius Faliſcæ coniugis facit mentionem, ait enim.

Carmina cum primum populo iuuenilia feci
Barba reſecta mihi bis'ue ſemel'ue fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per vrbem
Nomine non vero dicta Corynna mihi.

Sed & hoc (vt Zoilo os cludam) pro coniectura, non iudicio haberi volo.

# T. SEMPRON. HIERONYMI
## CASTELLEONAEI MEDIOLAN.
### ELEGIACON.

*Lucida tranſlatæ ſurgunt ad ſydera plantæ,*
*Mutato melius prouenuintq; ſolo.*
*Concipiunt, pariuntq; ſimul felicius, inde*
*Pignora (non mirum eſt) uberiora ferunt.*
*Sic iuuat in melius ueterum monumenta referre,*
*Quæ malè cernuntur condita, et arte carent.*
*Vltro aliquid lucis fas eſt ijs addere ſemper,*
*Atq; nouos flores, ne penitus pereant.*
*Nil adeò pulchrum, quod non uel pulchrius ipſa*
*Cura uiri faciat, ſedulitasq;, labor.*
*Priſcus honos, uirtus redeunt, et gratia libris*
*Peligni uatis auſpice* Battaleo.
*Hic (rude, confuſumq; Chaos ceu* Iuppiter *olim,)*
*Diſponit proprio carmina quæq; loco.*
*Longè aliam retinent faciem, ſenſus tamen ijdem*
*Conſtant, rebus ineſt ordoq; legitimus.*
*Huc docti, indoctiq; ſenes, iuuenesq; uenite,*
*Iudicium ac tanti pendite (quæſo) uiri.*

*Eiuſdem Diſtichon.*

*Magnus* Ariſtarcho *quantum uix debet* Homerus,
Battaleo *tantum* Naſo *poëta ſuo.*

# PVBLII OVIDII NASONIS
## POETAE SVLMONENSIS
### *Heroidum Liber incipit.*



## ARG. EPIST. SEQ.

CERTO Bello Troiano ob raptam Helenam à Paride, habito à græcis conuentu, inuitus cogitur Vlyſſes ad bellum proficiſci, in qua expeditione multa vſqueadeo & deſignauit, & geſſit, vt excidii Troiæ maxima pars illi aſcribatur. vltione facta Troiaq; funditus euerſa, redeuntes Græci victores, in patriam, ſpoliis hoſtilibus ditati indignatione leſæ Mineruæ, variis adeo inuaſi ſunt procellis, vt multi obruti ſint, alii turpiter occubuerint, pauci poſt multos errores dirũ vix euaſerint excidiuꝫ, inter quos Vlyſſes (ad quem hæc epiſtola dirigitur) decem annos errabundus orbem peragrauit. Penelope igitur eius vxor licet ignara, vbi is detineretur, ſolicita tamen de ipſius reditu ſcibit ei hanc epiſtolã, qua imprimis monet vt redeat, cum & Troia euerſa, & alijs reuerſis, ſolus non habeat cauſam tarditatis. Interimq; deteſtando Paridem narrat quæ paſſa eſt cum vir eſſet ad bellum, & quæ patiatur dum varias tardationis cauſas ſuſpicatur, maximæq; conqueritur quod nihil de ipſo noui habeat, eum certiorem reddens de conſtantia & fide ſua, narrando Proceres requirentes eam & ſtimulum Icarij patris. Vltimo dicit domum ac rem ipſius familiarem, ob eius abſentiam male habere, cum propter imbecillem naturam ſuam ac Telemachi infantiaꝫ tum propter ſenectutem Laertis patris, propterea ne reſcribat, ſed vt ipſemet veniat in primis petit.

## PENELOPE VLYSSI.

HANC, Tua Penelope lento tibi
mittit Vlyſſe. *
Nil mihi reſcribas, attamen ipſe
ueni.

A HANC TVA PE.) Senſus eſt. O Vly. Pe-
nelope vxor tua mittit tibi hanc epiſtolam.
nolo autem mihi reſcribas aliquid, ſed tu ipſe
venias. ☞ Vlyſſes) vt Aſcenſius d. ſecundum
græcam deductionem deberet ſcribi olyſſes,
aut odyſſes, ſcribitur enim Græce ὀδυσσεὺς,
ſed eus ſæpe in es longum mutatur, vt Achil-
leus Achilles, Nereus Neres, Orpheus Orphes. Vñ volũt Or-
phi in datiuo dictũ in Bucco.
Orphi calliopea. Sed neſcio q̃
errore pro o ſcribitur nunc u,
& pro d, l, ꝛ pro ſſ, x, cũ tñ ſint
q ſcribãt Olyſſes, & multi qui
Vlyſſes. Nos vero qa ita plu-
res ſcribũt ferè, Vlyxes ſcripſi-
mus, habeat aũt in vocatiuo ẽt
Vlyxe: tunc pręſertim cum e,
crebro ponatur, vt apud Cice.
in carmine de Sirenum cantu
apud Home. O decus argoli-
cum quin puppim flectis Vly-
xe, hic autem reperiri Vlyxes.
forte ne eſſet illepidus cõcur-
ſus Penelope, Vlyxe. ☞ Verũ

Aſc enſij error.

Vlyſſe, habẽt antiqui codices:
non Vlyſſes. Neqꝫ audiendus
eſt Aſcen. qui Vlyſſes legendũ
putat: ne literarum illepidus
cõcurſus fieret. Sed illepidior
multo ipſe videtur: qui tã in-
ſulſa narret. Nãqꝫ in e miſſum
B vocatiuum ſæpius habet: q̃; in
s. Ouidius, Nos te poteremur
Achille. Priſcianus in e ꝓdu-
ctum mittere probat, ſic in-
ueniri apud græcos. Ouidius,
Pugnas ne reddar Achille. Nõ
igitur dixit Achilles. Et ſtoma
chum magis mouet, quod ne
ſcio quo errore dicat ꝓ o nũc
v ſcribi. & pro d, l, pro ſſ, x,
Sed non meminit Quintilia
ni, qui vſui dat, non errori, &
Aeolica imitatione factuꝫ, vt
pro duplici ſſ x ponatur. & v,
loco literæ o. Quid o atqꝫ v
Fabius inquit permutate inui
cem, vt Hecoba, & notrix, Cul
chides, & Pulicea ſcriberẽtur.
Ac ne in Græcis id tantũ no-
tetur, dederũt ac probauerũt.
Sic ὀδυσσεὺς queꝫ Vdyſſea fe-
cerunt Aeolis ad Vlyſſem de
ductus eſt. Decipiuntur etiam,
quibus nõ placet pro σσ, hoc
eſt duplici ſſ, x litera poni. Sed
C non vident in grãmaticis ma
ximus, proximus, pro maſſu-
mus, ꝓſſimus poſita. Et apud
Græcos Moſcopulus affirmat
ξ pro σσ, hoc eſt x pro ſſ poni
ſolere. Sed Aldum doctiſſimum virum admiror, qui dicit,
Achillem, Vlyſſemqꝫ cum in e vocatiuum mittant, non eſſe
tertiæ declinationis, ſed primæ potius, vt Anchiles, Laertes.
Velim dicat, Vbi nam primæ declinationis legerit huiuſmo-
di nomina? Nam ſat ſcio apud neminem. ſed ſunt ſecundi fle-
xus. vt Achilleus Achillei, Vlyſſeus Vlyſſei, & per detractio-
nem Achilli, Vlyſſi faciunt in genitiuo, vt, immittis Achilli.
Et duri miles Vlyſſi. Vocatiuum autem in e mittunt. quod
Seruius, Probus, & Priſcianus docent. Sunt.n. hæc nomina, &

Aldi lapſus.

ſimilia, ſecundi flexus, & tertii, primi autem nõ vidi. Vt Vlyſ- D
ſeus, ſſi: Vlyſſes, ſſis, Achilleus, llei, Achilles, lli. Sic Orpheus,
Orphis, Phileus, Philes tam apud Græcos, q̃; apud Latinos.
☞ Tua) ſubaudi vxor, nam in nominibus propriis, & geniti-
uis pronominum relatiuorum, vel demoſtratiuorũ, & in pro
nominibus poſſeſſiuis ſæpe filiorum, vxorũ, maritorum, ſer-
uorumqꝫ nomina ſubaudiuntur. Virgil. Hectoris Androma-
chę. ſ. vxor. Cic. in epi. Ser. tuus. ſ. filius. Ter. Video forte huius
Byrrhiam ſubaudi ſeruũ, &
notãda eſt hæc regula. ☞ Pe
nelope tua,) quæ tibi hacte-
nus in tanta procorum tur-
ba pudicè vixit, & coniuga-
lem toruꝫ ſine labe ſeruauit.
☞ Tua) ꝓnomina habent em
phaſim & vim ſuam. Semper
enim vberius demõſtramus,
aut referimus quaꝫ poſſimus
propriis vocabulis eloqui.
Non capit me puer?dicã ite-
rũ. ſi dixerit, Penelope mittit
tibi epiſtolam, non tantum
dixerit, quantum, vbi dicit
mittit hanc. q. d. quæ tuæ ſa-
luti cõſulit, quæ te ad fidiſſi-
mam coniugem vocat poſt
tantos errores, quæ miſerias
noſtras exponit, quæ me tuã
probat. Vnde additur (tua)
in quo mira quoqꝫ emphaſis
eſt. q. d. quæ inter tot procos E
. ſ. procaciter & improbe cõ-
iugium meum petẽtes, & ani
mo, & corpore tua perman-
ſi, fida tibi, amica tibi &c.
Et ſicut genitiui non regun-
tur a propriis, niſi per intelle
ctionem appellatiui, vt Dei-
phobe glauci, ſubaudi filia,
ita nec pronomina poſſeſſi-
ua, quæ pro genitiuis ponun
tur primitiuis, nunc abſolu-
tis nõ iungũtur propriis, ni-
ſi per ſubintellectioné appel-
latiuorum, vt tua Penelope,
ſubaudi vxor, aut coniux.
☞ Tua) non alterius. Nam cũ
tandiu abſuiſſet Vlyſſes, ſæ-
pe veritus eſt, an in fide cõiu
gioqꝫ perſtaret Penelope, ſi-
ue alterius nupta foret. Hæc
apud Homerũ clariora ſunt.
Deſcenſuſqꝫ ad Feralia Ty-
reſia factus eſt certior. Tollit
dubitationem, cuꝫ tua dicit.
☞ Penelopen Icarii, & Poly- F
caſtes filiam quidaꝫ tradunt,
vt in hac epiſtola, Me pater
Icarius viduo diſcedere le-
cto. Pauſanias vero Icarioti.
Propertius, Queqꝫ terunt
faſtus Icarioti tuos. Ouidius, Icariotide tela. Lanificii lau-
de viguit, & inter cęteras tunc temporis egregias præſtãtior,
ab officio nomen conſecuta eſt, vt quibuſdã placet Idqꝫ poe-
tis aſtipulantibus. Nam πηνίον fuſus, quo ſubtegmen reuolui-
tur, dicitur. Ouidius, Quæ tantũ lanas non ſinit eſſe rudeis.
Iuuenalis, Vos lanam trahitis, calathiſqꝫ peracta refertis. Vel-
lera vos tenui prægnantem ſtamine fuſum. Penelope mellius,
leuius torquetis Arachne. Nonnulli Arnæam prius dictam
referunt, vel Amyren, Icarioqꝫ a parentibus expoſitã, & Pri-

* Alſs Vlyſſes.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRAN

A

bœam ab auibus educatã, quæ Penelopes dicuntur inter accipitrũ, anſerumq́; genus a Plinio, Ariſtoteleq́;, ⁊ comico Ariſtophane annumeratæ, ipſam deinde Penelopen dictã ab eiuſdem nõis auibus. Hæc Pindari interpres. Didymus, & cũ Didymo alij non admittũt, ſed a Nauplio in mare cum deiceretur, vt Pallamedis necem vlciſceretur, quẽ Vlyſſem neci deſti narat, quod Virgilius, & Ouidius canunt a Penelopibus auibus auxiliũ præſtantibus intercepta, liberata eſt, indeq; ab auibus liberantibus ſic nuncupata. In quo fallitur quidẽ Flauius, qui a Nauplio id incõmodi tuliſſe Diomedis mortẽ vlciſcentes. Non enim Diomedis, ſed Palamedis mortẽ vlciſci deſtinarat. Quod in Virgilij.ii. Aenei. eſt videre, quid referat Sinõ de Palamede, Vlyſſeq;, quã quidẽ rem Aiax.xiii. Meta. Vlyſſi obiecit. Parrhaſius vero ex Didymi etymo inductus, hac potiſſima cauſa Penelopen ſic ordiri arbitratur. (Hanc tua Penelope) Quaſi diceret, quæ propter te in diſcrimen adducta, Penelope vocor. Quod nõ placet, propterea quod ſi accidiſſet anteq̃; ad Vlyſſem ſcriberet, illud ẽt appoſuiſſet, quo fidelior Vlyſſi fuiſſe oſtẽderet, atq; inter cætera incõmoda quæ Vlyſſis abſentia pati ſe narrat, retuliſſet. Neq; ẽt ſi eueniſſet ante, q̃; ſcriberet, vt Vlyſſis cauſa deiceretur ⁊ Penelope ab euẽtu poſt Vlyſſis diſceſſu; dicta eẽt, dixiſſet, Hãc tua Penelope, tũ quod ignotũ erat Vlyſſi, tum quoq; dubitationẽ feciſſet, cuius eſſet epiſtola. Atq; iccirco cu; Pindari potius ſentio interprete, vt ante Penelope dicta ſit ab auibus educata, q̃; Vlyſſes ad Troiam proficiſceretur.

Parrhaſij expõ non placet.

B

Sciendũ eſt Penelope, & cętera hmõi græca ablatiuis carere, & eorũ loco datiuis vti more Græcorũ, vt Arachne, Priſcianus author. ⸢Propria nõia græca ſolent apud doctos ſuã declinationẽ ſeruare, licet multa in noſtram migraſſe legantur, vt hæc Penelope huius Penelopes. Nam Penelopa inſuetum eſſet. Reperitur tamen Helene & Helena. Læde & Læda &c. ⸢Penelope) ſcribẽtis nomen, vt Cicero. Lento, quia non venis, & deberes venire. ⸢Mittit) de ſe tãq̃; de tertia perſona dicit, cum in ſequẽti verſu in prima perſona loquatur. ⸢Volſcus mittit tibi poeticũ eſſe inqt, ad te orator dicet. At Orator Cicero vtrũq; admittit, Terẽtię ſuę ſcribẽs, De cæteris, inquit rebus q̃; primum velim nobis literas mittas. Idem, eidem. Tabellarios mihi velim q̃; primum remittas. huiuſmodi exempla infinita ſunt. ⸢Tibi) ad quem ſcribit. vt Curioni. ſic enim epiſtolarũ vſus eſt. ⸢Tibi lento).i. tardo ⁊ qui deſes es & noſtro amore frigeſcis, & tuorũ deſiderio nõ moueris. ⸢Epitheta.i. adiectiua ꝓprietatẽ (vt notis loquar) importantia, ſunt attribuẽda pro negocijs & locis. Quia ergo nihil amanti magis alienum q̃; lentũ eſſe, & ſegnem. (Nam vt hic dicetur. Res eſt ſolliciti plena timoris amor) ideo bene dicit, lento tibi, quaſi dicat flaccido, & tepido in amore viro, cum ſim tam ſtrenua coniux, vt etiam noctes tibi impendam reficiendo videlicet telam, & ita illudendo procos.

Volſci error.

D

⸢Hanc) .i. epiſtolã. ⸢Diſcas ergo in primo vocabulo decora breuitate, quæ nihil obſcuritatis habeat vti, ea videlicet reſecando, quæ ſuperflua videantur, eo ꝙ intellectu facillima ſint. Cuiuſmodi ſunt locutiones ſequentes, Ventum eſt ad veſtæ, ſubaudi, ſed nõ eloquere, ædes, aut templũ. Quarto Kalẽdas Iulias, ſubaudi die ante. Triduo ante diui Baptiſtæ, ſubaudi natale;, aut diem feſtum. Paucis rem aperiam, ſubaudi verbis. Teſtificamur his, ſubaudi literis. Hanc igitur tibi mittit, ſubaudi epiſtolam. Neq; tamen opus eſt vt adijcias. Et quia hic hæc hoc, & eorum aduerbia ad primam perſonam, idem eſt hanc mittit, ac ſi dicat. ergo eã mitto. ⸢Nil mihi reſcribas.) Epiſtolæ propoſitum eſt. ⸢Nil mihi reſcribas).i. Non remittas mihi, quæ te expecto reſpõſum per literas, ſed tu ipſe qui annos.xx. abſens fuiſti veni. Ipſe, hoc loco demonſtratiue ponitur, nam licet ꝑ eclypſim per ſe proferetur, tamẽ ſubauditur, & habet teſte Pri. ſignificationẽ tu eius pronominis, quod ſubauditur. ſ. tu, ⁊ eſt demonſtratiuũ. ⸢Nil mihi reſcribas) occurrit per reſponſionem antipophoram, poſſet enim reſpondere, ſi ad me ſcribis coniux, reſcribam ad te, atq; ita tecum paria fecero, ad quod ipſa.

E

⸢Nil mihi reſcribas).i. nolo quicq̃; reſcribas ad me. Dicat igitur nõ petis certior fieri de me, quocirca addit attamẽ .i. licet nolim reſcriptum, volo tamen noua de te, veni igitur, dicat, mittã ex meis, qui eloquãtur, quod excludit dicens. Ipſe quod eſt tu, quaſi dicat in propria perſona. Habet enim emphaſim pronomen ipſe, & excludit inferiores ꝑſonas, vt, Ioue miſſus ab ipſo, quaſi dicat ab eo qui ſummus eſt, & nõ ab inferiore. Rex ipſe me ſemper in oculis habet &c. Habet tamen decẽter officium trium perſonarũ. Primæ vt, Et ipſum ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. Ipſum, i. me, ipſe ignotus, egẽs Libyæ deſerta pagro. Ipſe i. ego. Secũdæ vt hic, ipſe veni. &.6. Aen. Ipſa canas. Tertiæ, vt eiuſdẽ.3. Ipſe canat &c. ⸢Hoc loco notabis, qa ſm Vallã indifferẽter fere dicimus, reſcribas, nil reſcribes, nil reſcribe, & nil reſcripſeris, & iõ diuerſos modos ꝯiũgit poeta dicẽs. Nil mihi reſcribas, attamẽ ipſe veni. Niſi lõgior fierẽ, dicerẽ tñ, a Seruio exponi aliquãdo pro tãdẽ, & ſic erit ſenſus. Nil reſcribas, ſed tandẽ ipſe veni, aut exponẽdo more cõſueto ꝯtextus eſt. Nil reſcribas. i. nolo qcq̃; ad me ſcribas, ſed tñ licet id nolo, ipſe veni, qa te pluſq̃; lr̃as tuas deſidero.

Troia iacet, certè danais inuiſa puellis:
Vix Priamus tanti, totaq́; Troia fuit.

⸢TROIA) adducit rationem, & facilitatẽ, quare Vlyſſes, debeat, & poſſit venire, dicit enim Troiã, propter quã domo diſceſſerat, eſſe verſam.

C

Troia etiã cum regio ſit Aſiæ, in qua erat Ilium vrbs, quam Græci euerterunt, ponitur tamen interdum pro vrbe, vt Virgi. omnemq; reuerti per Troiam, & hic Troia.i. Ilium, eſt vrbs Troiæ. ⸢Iacet) diruta eſt, & ſolo æquata, ſicut enim vrbes cum ædificantur, aut florẽt dicuntur ſtare, aut ſurgere, vt Virgi. Surgentemq; nouæ Carthaginis arcem, & idem, Troiaq; nunc ſtares, & Ouid. Iam ſtabant Thebæ, ita cum dirutæ ſunt, dicuntur iacere, & cadere. Ser. Sulp. ad Cice. Quæ nunc proſtrata, & diruta ante oculos iacet. Virgi. Ceciditq; ſuperbum Ilium. ⸢Certe) diſtinguendum eſt, vt non dicamus certe iacet, ſed certe inuiſa, nõ enim neceſſe eſt affirmare Vly. quod Troia iacet, quia hęc ipſe optime ſciebat, qui fuerat præſens, &, vt dictum eſt in argumento, fuerat etiã ex magna parte author illius ruinæ, dicit ergo certe odio habita. ⸢Puellis danais).i. mulieribus Græcis. nam Danai a Danao rege dicuntur, qui ante Pelaſgi dicebantur, & Argiui quia Danaus, vnde dicti ſunt, argos habitauit, Puellis ſautem dixit, non ſolum ſexum ſed ætatẽ ſignificans, quia adoleſcentulæ mulieres nuper nuptæ moleſtius ferunt maritoru; abſentiam. ⸢Troia iacet) diruta eſt, elegantius Virgi. idem exprimit cum dicit, Et campos, vbi Troia fuit. Dicta eſt Troia a Troe rege Erichthonij, & Callirhoes Scamandri filio, antea Teucria a Teucro, & Dardania a Dardano dicebatur. ⸢Inuiſa) odioſa, eſt enim inuidere odiſſe, quod cõtra votum nimium videmus. ⸢Danais puellis) Heroidibus græcis, a Danao Strabo teſtatur Danaos nuncupatos. ⸢Priamus) habet emphaſim hic, nomen proprium, quaſi dicat licet magnus rex. ⸢Tota Troia).i. omnes Troiani, cõtinens pro cõtento. ⸢Vix fuit tanti) vt per eius obſidionem tot viri Græci abeſſent, & ſic earum vxores eam haberent inuiſam. ⸢Vix Priamus) Huberti.d. vix ſtultum & ridiculum eſt, ꝙ quidam ſic ordinãt, vix. ſ. iaceret, vel vix inuiſa, cum neuter ſenſus procedat, ſed ſic itelligatur. Priamus, ⁊ tota Troia vix meruit hoc odiũ Græcarum mulierum, hoc eſt, vt earum mariti propter ipſum Priamũ, & Troiam abeſſent, & cõſequenter haberentur odio. ⸢Vix Priamus tanti) duplex ſenſus eſt alter ab Antonio poſitus, videlicet vt Priamus dum ſtaret in regno, & tota Troia vix fuerit tanti. i. vix reputata, aut æſtimata ſit tãti valoris, vt Græci vellent illic diutius immorari, quocirca, cum Priamus extinctus ſit, & Troia euerſa, videtur aliud puella obieciſſe Vlyſſi, qui tantum immoratur. Alter ſenſus eſt Priamus & tota Troia vix fuit tanti, vt tot puellæ Danaæ viduæ degerent. ⸢Vix Priamus tanti) tanti, Nõnulli referunt, Troia vix tanti fuit, vt eſſet inuiſa a puellis Danais. Parrhaſius aliter ſentit, ſed nihil ad rem. Ego longius procedo, quamuis Hubertinus non approbet, ductus opinione ſua, qui ſi diligẽtius per-

F

Expoſitio Huberti. Volſci & Parrhaſij.

A ſcrutatus eēt,aliter ſenſiſſet,vt ad(iaceret)referatur.Et erit ſen
ſus:Troia certe a puellis Danais inuiſa,iacet, diruta eſt. Pria•
mus,totaq; Troia vix tanti fuit,vt ſup.iaceret. Vix Priamus,
atq; Troia,etiam quod inuiſa eſſet,exitiū meruit,cum tu non
redijſti,& ego maneo qualis Troia durante manebam,Virq;
mihi dempto fine carendus abeſt. Vtilius ſtarent, etiam mihi
mœnia Phœbi. Scirē vbi pugnares,& tantum bella timerem,
Et mea cum multis iuncta querela foret.Vel ſi tanti ad(certe
inuiſa)referat.Hoc erit,quod ſuos quæq; amatores amiſerunt
puellæ Danaæ,dum pergama parantur ire.Siue quod plerę q;
omnes bello,terra,mariq; ſuos amiſerunt amantes,vbi perie
runt,cuius Troia præbuit cauſam. Catullus,Troia nephas cō
mune ſepulchrū Europæ,Aſiæq;, Troia virum, & virtutum
omnium acerba cinis.Sic ſuum Achillem Briſeis fleuit.& Pro
teſilaum Laodomeia.Iccirco inuiſa.Vel propterea inuiſa erat,
quod mulieres ipſæ, quæ Troiam tendebāt,ſuum quæq; pro
prijs manibus virum armabat:dumq; arma imponeret,oſcu•
la iungebat ſimulq; & viciſim accipiebat, ipſæ vero Danaæ
his rebus carebant,quæ amantibus periocundæ ſunt.Quod
Laodomeia declarat,Troadas inuideo,quę ſi lachrymoſa ſuo
rum:Funera conſpicient,nec procul hoſtis erit.Ipſa ſuis mani
bus forti noua nupta marito:Imponet galeā,barbaraq; arma
dabit. Arma dabit,dūq; arma dabit,ſimul oſcula ſumet. Hoc
B genus officij dulce duobus erit. Producetq; virum, dabit &
mandata reuerti,Et dicet:referas arma fac iſta Ioui.Iſte ferens
dominæ mandata recentia ſecum, Pugnabit caute,reſpicietq;
domum,Exuet,& reduci clypeū,galeamq; reſoluet.Excipietq;
ſuo corpora laſſa ſinu.Nos ſumus incertæ,nos anxius omnia
cogit. Quæ poſſunt fieri,facta putare timor. Hæc ſunt,quæ
in inuidiam Troiam adduxerunt Danais puellis.

IOAN. SCOP. ¶COMPERTVM habeo nonnullos fore,qui me auda
culum, atq; in rebus exiguis, & notis oſtentatorem appella•
bunt.Ipſe tamen illos,& omnes quæſo,ne prius hoc,q̄; cūcta,
vel minima quæq; perſpexerint,ac more boum admodum ru
minauerint,dictitent,ꝙ ſi hæc fecerint,ſecus fortaſſe ſentirēt.
Sed quid multis eſt opus?Carmen eſt Ouidij in prima epiſto•
la.Vix Priamus tanti,totaq; Troia fuit,in quo quot interpre
tes viri clariſſimi ſcripſerunt,oībus conſtat. Nos tamen præ•
ter illorum opinionem putamus eſſe ſententiam. Priamus,&
tota Troia non fuit tanti.i.tota iactura,quam Priamus,cæte
riq; Troiani acceperunt, non fuit tanti, quanti mea. Quod
te marito ob bellum Troianum carui.Eſt & alter ſenſus:Pria•
mus, & tota Troia non fuit tanti vt mereret hoc odium no•
ſtrum ob maritorum abſentiam, ſicuti nunc meret Calypſo,
quæ diruta Troia te retinet.vel & hoc comprobo, Priamus,
& omnes Troiani non fuere tanti valoris, & virium,vt reti•
C nerent te ne in patriam redires(quoniam iacet Troia)ſicut te
laqueis amoris irretitum nunc retinet Calypſo,quod inferius
ipſa Penelope ſic dicens innuit:Sed mihi quid prodeſt veſtris
diſiecta lacertis Ilios, & murus quod fuit ante ſolum,Si ma•
neo qualis Troia durante manebam,virq; mihi dempto fine
carendus abeſt,diruta ſunt alijs vni mihi pergama reſtant. &
inferius,Hæc ego dum ſtulte meditor , quæ veſtra libido eſt,
eſſe peregrino captus amore potes,Forſitan & narras q̄; ſit ti
bi ruſtica coniux.Vlyſſem a Calypſone delitijs retentum Phi
loſtratus in Apollinij vita libro. vij. his comprobat verbis,
Ego te inquit delitijs indulgentem deprehēdi in Italia felici,
vel vt verius dicam beatiſſime degentem,vbi quondam Vlyſ
ſem ferunt cum Calypſone diuerſatum fumi, & Itacenſis do•
mus oblitum fuiſſe.Multos fore mihi pſuadeo tradētes (vix)
Vix. pro non authorum nullum poſuiſſe, ſed illos rogatos velim
vt Terentiū legant in Andria in ſcena,Mitte orare dicentem
vix apud me ſum,vbi ingenioſiſſimus interpres Donatus vix
pro non expoſuit, & Lucilius ait, Carcer vix carcere dignus.
Operæprecium eſſe duximus hic quædam de Priamo,Troia,
Penelope,& Vlyſſe ſcitu digna non prætermittere. Priamus,
qui prius, q̄; puer ab Hercule cum Heſione ſorore captus fuiſ•
ſet Podarces.i. pedibus valens, vt Lycophron poeta græcus
teſtatur,nuncupabatur,dicitur a Prieme,quod eſt emo,vel re
dimo, quia ſolus ipſe Priamus cæteris relictis penes Græcos D
captiuis etiam Heſione ſorore pecunia a ſuis redimi potuit. Seruij er•
Troia vt Seruius & nonnulli tradunt,eſt Aſiæ regio,& non• ror.
nunquam pro vrbe regia ponitur,& Ilium vrbs,quam Græci
euerterunt,Ipſe vero,non vt Seruio, cæteriſq; reluctarer, ſed
vt quod apud fide dignos legerim, indicarem, affirmo Tro• Troia.
iam eſſe vrbem regiam,quæ.M.D.paſſibus a portu diſtabat,&
vt Homerus ſcribit in quarto:omnium,quæ ſub Sole, ac ſtel•
lifero cœlo ſunt,vrbium inſigniſſima quidem Troia fuit,quē
Homerum non modo poetę noſtri Latini,ſed Strabo quoq;,
& Ptolomæus ſequuntur aſſerentes, Troiam eſſe vrbem, & Ilium.
Ilion Troiæ arcem. His ergo authoribus patet Troiam vr•
bem, & Ilium fuiſſe arcem, quod Virgilij carmen in Aenei•
dos ſecundo apertiſſime quoq; indicat,Troiaq; nunc ſtares,
Priamiq; arx alta maneres,Plaut.expugnabo vrbem Troiam,
Ilium arcem, Li.in principio Troia capta.verum eſt ꝙ Troia
nonnunquam etiam ponitur pro regione,& hoc ideo.Solent
enim & maxime poetæ vrbem, montem, fluuium, & ſimilia Penelope
pro tota ponere regione,ſic quoq; Ilium ſæpe pro ipſa Troia Arnea.
.i. vrbe Troiana inuenitur. ¶Penelope,quæ prius Arnea vo
cabatur quaſi abiecta,repudiaq; (in mare nanq; ab Icario,Pe
ribæaq; parentibus fuit proiecta ) dicta ab auibus , quæ ferè
anſere minores Penelopes ab authoribus appellantur, vel vt
Didymus, & nonnulli alij a Nauplio necem Palamedis vlci• E
ſcente eiecta a Penelopibus eſt nominata, quarum ope ſerua•
ta ſit . Sunt tamen qui ab hac ſententia diſſentiunt , quoniam
ipſa tela procos decipiebat. Promiſerat enim abſoluta tela ſę
eis obſecuturam,ab hoc quod interdiu texuerat, noctu retexe
bat, volunt Penelopen ab officio traxiſſe nomen πήνιον pe•
nion enim fuſus eſt, quo reuoluitur ſubtegmen, ꝙ lanificio
mariti abſentiam ſolabatur.Verum quum ſuperius retulerim
tela procos decipiebat, hæc ſubticere prouerbia haud deſtina
uimus, Vnum quum Ariſtoteles nimio philoſophiæ ſtudio Penelopes
complectebatur,aſſerere non dubitabat, eos, qui reliquas ar• proci.
tes conſectarentur,hanc vero negligerent eſſe Penelopes pro
cis ſimiles, qui vt Homerus, quum domina potiri nequiuiſ•
ſent,ad ancillas diuertebant,hoc tradebat perinde,ac philoſo
phia ſit ars artium,& ſcientia ſcientiarum,cæteras vero ſcien• Oratij lo•
tias tanquam viles, ſic & earum affectatores Penelopes pro• cus.
cos .i. viles dictitabat. Orat. tamen in epiſtolis aliorſum tra
dit dicens:Nos numerus ſumus,& fruges conſumere nati ſpon
ſi Penelopes nebulones, Alcinoiq; incute curanda plus ęquo
operata iuuentus.Voluptatibus enim deditos,atq; mancipa•
tos,nec aliquam rationis lucem penitus capientes eo intelle•
xit nomine cuiuſmodi eſt viliſſimus quiſq; quem numerum Penelopes
ex multis vnum appellauit. Alterum eſt Penelopes telam rete telam.
xere, quod ſignificat inanem operam ſumere, & quod effece•
ris deſtruere,ſumptum eſt ex Homero de odyſſeę ſecundo ait, F
Penelopen procos iam vrgentes hac deluſiſſe conditione ,
vt tum ſe promitteret nupturam,vbi telam,quam habebat in
manibus,abſoluiſſet, quam poſtquam illi conditionem acce•
perunt,mulier aſtuta, quod interdiu texerat, id noctu retexe•
bat,quod adagium Cice.Academiarum quæſtionum.ii.vſur•
pat.quid?quod eadem illa ars quaſi Penelopes telam retexens
tollit ad extremum ſuperiora, ſentit autem de dialecticis hiſ•
dem illis rationibus, quibus confirmauit aliquid, deſtruit,vt
nihil iam actum videatur. ¶Cæterum hoc etiam ſilentio nō
præteribo, eoq; magis, quum multos non hæſitaſſe modo,
ſed prudentiores quoq; quum ( vti referunt ) conſuluiſſent,
inconſulti abierunt, cur a Græcis ſcribitur Odyſſeus, vnde Vlyſſes vn̄
Homeri Odyſſea,a latinis Vlyſſes. Verum quia curioſis pro•
deſſe deſtinauimus,hoc etiam nubilum ex caligantium oculis
amoueamus. Græci nominis etymon ſequuntur . Odyſſeus
enim dicitur a via,& pluit,ꝙ in via genitus fuit,quod Home
rus interpres his aſſerit verbis ὀδυσσεὺς λέγεται παρὰ τὸ ὁδὸς
καὶ τὸ ὕω ὅτι ἐν τῇ ὁδῷ ἐγεννήθη, & Etymologicon magnum
ὀδυσσεὺς εἴρηται ἀπὸ ἱστορίας. αὐτίκλειαν γάρ φασι τὴν ὀδυσ•
σέως μητέρα ἐγκύμονα ὁδεῦσαι τὸ νήριτον τῆς ἰθάκης ὄρος ὕσαν•
τος πολλὰ τοῦ διὸς ὑπὸ ἀγωνίας τε καὶ φόβου καταπεσοῦσαν ἀπο•

A

τεκεῖν τὸν ὀδυσσέα. οὕτω ταύτης τῆς ὀνομασίας ἔτοχεν, ἐπειδὴ κατὰ τὴν ὁδὸν ὕσεν ὁ ζεύς. latine hæc erit ſententia: Vlyſſes dicitur ab hiſtoria. Anticlian enim dicunt Vlyſſis matrem grauidam incedentem Neriton Itacæ montem(quum pluerit ſatis Iuppiter) pro feſtinatione, & timore quum cecidiſſet, parere Vlyſſem, ſic hanc appellationem reperit, propterea q̃ in via pluit Iuppiter. Latini tamen O in V, & D in L commutantes ſcripſerunt Vlyſſes. Et hoc ideo, quoniam O vocalem, & Plin. in primo de grammatica, & Papyrianus aliquot Italiæ ciuitates primitus non habebant, & hi erant maxime Vmbri, & Thuſci, loco cuius V ponere conſueuerant, quod etiam in .xij. Gel. oſtendit, & Cice. in actione ſecunda in Verrem manifeſto inquit peccatu pro peccato, & in actione quinta/ fretu pro freto, & Lucre. in primo, Anguſtoq; fretu rapidum mare diuidit vdas, licet in Lucretianis codicibus vndis, ſed mendoſe nimis, & nullo ſenſu legatur, q̃ vdas omnino ſit reponendum, & non vndis ſequens Lucre. carmen indicat, Italiæ terrarum oras a finibus eius, contra Oſci vt Papyrianus O vtebantur non V vnde colpam pro culpam dicebant. Quod D mutatur in L ſatis liquido præcipiunt Grammatici. Non omittendum eſt, q̃ ab omnibus pene caſtiſſima Penelope dicitur, ſed Ouid. ſiue alius (multi nanq; vt autumo poetæ fuerunt illorum carminum, quæ Mœcenatis ortis affigebantur authores) in Priapeis impudicam ſic dicens, facit ad vetulam tamen ille ſuaſ properabat, & omnis Mens erat in cunno Penelopea tuo, Quę ſic caſta manes, vt iam conuiuia viſas. atq; futurorum ſit tua plena domus, E quibus vt ſcires, quicunq; valentior eſſet. hæc es ad arrectos verba locuta procos, Nemo meo melius neruum tendebat Vlyſſe. Siue illi laterum, ſeu fuit artis opus, qui quoniam periit, modo vos intendite, qualem Eſſe virum ſenſero vir, ſit vt ille meus, Hac ego Penelope potui tibi lege placere, Illo ſed nondum tempore factus eram. Et Acron in ſecunda epiſtola Oratii ait, Penelope meretrix fuit, quæ amatores ſuos ſua pulchritudine luxurioſos reddebat. & Lycophron poeta Græcus ait, Penelopen concubitum omnium procantium paſſam, ex eorum vno genuiſſe filium nomine Pana, quod cum reditu cognouiſſet Vlyſſes, ſtatim abiit ad inſulam Cortinam, & ibidem obiit, quod Lyſander hiſtoricus, & Duris etiam Samius confirmat, Penelopen proſtituto pudore conſuetudinem cum omnibus procis habuiſſe: vnde natus Pan: qui caprinis pedibus Tragoſceles vocabatur: quod Dion Pruſenſis affirmat: & hoc eſt q̃ Herodotus libro ſecundo circa finem ſcribit, Pan e Penelone: & Mercurio genitus: ad quod in libro xxxv. cap. ix Plin. his verbis alluſit, Fecit & Penelopen, in qua amores pinſiſſe videtur. Hoc ſcitu dignum quod Philoſtratus in Apollonii vita libro. vi. refert, ſubnectamus ait Vlyſſen mortuum eſſe perhibent: Aiunt enim illum mortem ex mari contingiſſe: hoc autem dictum ita Damis interpretabatur vt Tridentis cuſpidem ſibi cauendam moneret: qua percuſſum Vlyſſen aſſerunt. Et quoniam in Penelopes impudicitiam incidimus: emaculemus Pauli iuriſconſulti in quinto digeſtorum titulo Si pars hæreditatis petatur locuſ, quum inquit, aliqui tradidere non leues authores quinquies quaternos enixam Penelopen, multos Aegypti vno vtero ſeptenos. Ipſe non Penelopen, ſed Peloponeſſam lego,, vt ſit non nomen proprium: ſed a prouincia Peloponeſſo ſumptum: quod Plinius in. vii. cap. iii. hiſce confirmat verbis, Reperitur & in Peloponeſſo quinos quater enixa: maioremq; partem ex omni eius vixiſſe parte: & in Aegypto ſeptenos vtero ſimul gigni: quibus ergo verbis Peloponeſſam: & non Penelopen eſſe legendum: licet de numero nõ conueniant: quis non videt? Quamuis me non prætereat in Plinianis quibuſdam codicibus non quinos: ſed binos mendoſe legi. in Aegypto ſeptenos vtero ſimul gigni Trogus ait: ſed magis Ariſtoteli eſt credendum: qui cap. iiii. ſeptimi de natura animalium ait, In terra Aegypti mulieres parere ſępe tres interdum quatuor, ſed quinq; quum plurimum naſcuntur. Iam enim hoc pluribus eueniſſe conſpectum eſt Verum prius, q̃ huic finem faciamus capiti, operæprecium eſſe duximus aſſerere nunquid Vlyſſes ex quo Troiam proceſſit aliquid ad

Lucretii locus.

B

Priapeæ qs author.

Vlyſſes vbi mortuus.

C

Pauli iuriſconſulti.

Plinii locus.

Plinii locus.

Trogi error.

D

ſui memoriam Penelope vxori deſtinauit? & illud quoad repeteret, quod Paulus iuriſconſultus oſtendit .L. legata ſuppellectili, ſuppellectilis inquit menſas eſſe vniuſcuiuſq; materiæ, ſcilicet vel argenteas, vel argento incluſas placet. Nam argenteos lectos, item argentea candelabra ſuppellectili cedere poſterior ætas recepit, quum Vlyſſes ex auro & argento lectum virentis truncis arboris ædificatum ornaſſet, quem Penelope recognoſcendi viri ſignum accepit vt voluit Homerus, Hæc ille. Cæterum vt ſtudioſæ proximus iuuentuti, multa modo conducant, in vno perſtringamus. Legimus apud Apuleium in hærbario Vlyſſem auxilio Verbaſci herbæ aduerſus Circes inſidias tutum fuiſſe, Apulei verba ſunt hæc, Verbaſcum naſcitur locis ſabuloſis, & aggeribus: hanc hærbam dicitur Mercurius Vlyſſi dediſſe cum deueniſſet ad Circen, vt nulla male facta eius timuiſſet, & hanc ob hærbam dubio procul autumo, atq; dijudico Oratium epiſtola ſecunda dixiſſe, & Circes pocula noſti, licet tradant ſapientia, & ingenii calliditate meretricis aſtus Vlyſſem effugiſſe, ſi hoc, quod Philoſtratus in Apollinii vita lib. vii. tradit, ſubnectam quomodo tot maria tutus, & incolumis euaſit Vlyſſes, nihil eſt, quod amplius aues, ait enim gauiſus inquit, Damis non incredibile mihi nunc videtur inquit Leucatheam quandoq; vitam Vlyſſi dediſſe poſt nauim alligatam, ex qua dependens propriis manibus mare metiebatur, Refert idem Apuleius, vt hoc non ſupprimam Thelephum ſanatum fuiſſe hærba Diodela, quam Millefolium vocat, hinc Clau. ad Adrianum, Sanus Achilleis remeauit Thelephus hærbis, vt alii rubigine haſtæ Achilleæ, ipſe vero fuiſſe ſanatum emplaſtro hærbis, & rubigine ferri facto aſſero, ſed de his hactenus in præſentiarum, alio nanq; tendit oratio. Hæc IO. SCOPPA.

Signũ Vlyſſis ad Penelopen.

Leucothea velum dedit Vlyſſi.

Claudiani locus.

Thelephus.

AARON

❡TROIA Iacet certe) a quorum interpretatione nulla, quæ me conſecutura ſit, deterrebit inuidia, ea potiſſimum cauſſa, quod intelligentiam pleriq; illorum verſuum a me quotidie exquirunt, veluti ab aliis ſibi de eis minus ſit factum ſatis, in iis præſertim (Troia iacet certe) ego igitur poſthabitis aliorum expoſitionibus contendo exagerationem fieri verbi (inuiſa) quod plus & minus eſſe põt, aioq; ſenſum eſſe inuiſa tantum Troia, Vt tanti Priamus, & ſimul tota gens Troiana ægre fuerint, Tanti inquam, vt odia græcarum puellarum digne accipere valuerint, ſiquidem pro magnitudine perſonarum capienda ſunt odia, neq; tantum illa ratio me mouet, q̃ puellæ maritalis deſiderii minus ſunt patientes, quantum alia, q̃ puellis per raptum Helenes facta eſt iniuria, Nam inter græcos & barbaros alternata puellarum rapina authore Herodoto non pa um diu verſata eſt, hac noſtra expoſitione & verbi, Vix, & etiam, tanti, eſt ſeruata proprietas. Hæc AARON.

GAV. MERVLA.

F

❡HANC TVA PENELOPE) Suaſorii generis eſt hæc ad Vlyſſem Penelopes epiſtola. Hortatur enim coniugeſ, vt vaſtata Troia cæteriſq; græcorum ducibus in patriam reuerſis, & ipſe tandem domum redire feſtinet. Quibus autem locorum fontibus argumẽta deriuet, affectuſq; pathetica oratione compellat ſuis locis explicabimus. Exordium vero, quo in iudicialibus ferè ſemp actionibus oratores vti ſolẽt, velut inutile prætermiſit. Quid. n. opus leſæ cõiugi proemio fuit? quę potius cõciliãda fuerat, q̃ maritus ſibi, q in. xx. vſq; annũ aberat. ❡Tua) beneuolũ ſibi facit Vlyſſeſ. Artis eſt. n. nõ in pmio ſolũ, ſed in oi parte orõnis beneuolẽtiã ſibi captare. ❡Penelope) accẽtu acuto in penultima pnunciãda eſt. ❡Lẽto) cõiugalis vinculi amore frigenti. ❡Reſcribas) ppõ totius eplẽ, qua breuiter declarat, qd ſit, q̃ ea cupiat maxime Eſt ãt (reſcribas) imperãtis modus, vñ mox tertia pſona formaẽ. ❡Attñ) p antipophorã orat Vlyſſeſ ne diutius velit abeſſe. ❡Troia iacet) locus eſt a facili. Porrò locũ rhetores appellãt argumẽtoꝝ ſedes, q̃ in ipſis faciẽde fidei inſtrã ſint repoſita. Suaſorii gñis. n. loci ſunt tutũ, iocũdũ, facile, neceſſariũ, vtile, iuſtũ, honeſtũ. In demõſtratiuo ãt gñe loci ſunt genus, natio, pr̃ia, iſantia, chliẽtelę, aĩ dotes, bona corporis, & diuitie. Iudiciales vero loci ſunt teſtes, tabule, qõnes, authoritates, rumores. Liber ẽ (inqt) i pr̃iã reditus tibi Troia, ad cuius expugnationẽ hinc diſceſiſti, pr̃ſus euerſa. ❡Vix P.) doloris ãplificatio ex circũſtãtiis ſũpta. *

O utinam tunc, cum Lacedæmona claſſe petebat,
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.
Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto,
Nec quererer tardos ire relicta dies:

A ¶O VTINAM) Rhetoricus color eſt, & amantis affe-
ctum oſtendit, & Paridem deteſtatur, qui malorum cauſam
præbuit, quæ ipſa eſt paſſa, vt inferius narrat, qui ſi naufragiũ
feciſſet, non iacuiſſet timida in lecto ab Vlyſſe deſerto, nec
quereretur relicta, dies ire tardos, nec tela; quereretur viduas
manus laſſare. Hoc in loco narrare poeta incipit. Atq; excla-
matio iſthæc narrationis in-
uentionem accommodat.
¶O vtinam) o ad omnes
affectus conuenit, vel miſe-
rationis, vel indignationis,
iungiturq; vocatiuo, nomi-
natiuo, & accuſatiuo. Cice.
O magna vis veritatis, & o,
me miſerum. Interdum per eclypſim prætermittitur, ſed ſub-
auditur. Plin. Iunior, O hominem impatientem, ac potius du-
rum. Interdum eſt aduerbium vocandi, & iungitur vocatiuo,
vt, O regina nouam &c. Interdum mirandi, vt Iuue. O qualis
facies. interdum indignandi, vt Cice. O tempora, o mores.
Interdum optandi, vt Virgil. Adſis o tantum, & in Buccol.
O tantum libeat mecum tibi ſordida rura, Atq; humileis ha-
bitare caſas. & hac ſignificatione optandi interdum ponitur
per ſe, vt in exemplis ſupradictis. interdum iungitur cum vti-
B nam ad maiorem affectum exprimendum, vt hic apud Ouid.
interdum cum ſi affectum habet optandi, vt apud Perſium.
O ſi ebuliat patrui præclarum funus interdũ (vt inquit Don.)
interiectio eſt optantis aduentum, aut animi repente percuſſi,
vt Teren. O ſalue Pamphile. ¶O vtinam) aliquando optan-
tes ponimus o tantum, aliquando vtinam tantum, aliquan-
do vtrunq;, tunc videlicet cum vehemens eſt affectio, vt hic,
ſimiliter aliquando o tantum, vt in Bucco. O mihi tam longe
maneat pars vltima vitæ. Aliquando ſi tantum, vt. vi. Aenei.
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat &c. Ali-
quando vtrunq;, vt apud Perſium Saty. ii O ſi ebuliat patrui
præclarum funus &c neq; vitioſum eſt, quia vocalis ſequitur.
Nam videtur quaſi vna pars orationis & monoſyllaba, licet
abſumant vocalem & m. non tamen abſumuntur. vnde Ho-
rat. car. primo, O, & præſidium dulce decus meum. Hiſtoria
autem diuerſimode recitari ſolet, ſed vulgatior eſt, Alexan-
drum, qui & Paris dicitur, ſiue ob Heſionam amittam ſoro-
rem videlicet Priami, quæ in captione priore Troiæ ab Her-
cule facta Thelamoni in ſortem data eſt, in Græciam naui-
gaſſe ad eam repetendam, ſiue ad Helenam a Venere promiſ-
ſam obtinendam in Peloponeſſon nauigaſſe, & quæ illi præ-
cipua occurrit, Helenam rapuiſſe, ob cuius raptum, Troianum
bellum ſubſecutum dicitur cum euerſione Troiæ, quam euer-
C tendam, & incendendam prænotauerat Paris, cum adhuc in
vtero materno eſſet, quia Hecuba mater eius viſa eſt ſibi geſta-
re canem portantem mordicus facem ardentem, vnde tota
Troia incenderetur, quam rem Priamus cum ex earum rerum
interpretibus intellexiſſet, ſignificare incendium Troiæ, iuſſit
prolem extingui in primordiis, ſed mater miſerans exponen-
dam dedit. Vnde Paris inter paſtores ab infantia verſatus eſt,
vbi Oenonem nympham cognouit, vt ſuo loco dicemus.
¶Adulter) .i. Paris quem per iram proprio nomine appellare
non potuit, ſed per contumeliam adulterum dixit eſt enim
adulter qui alienæ commiſcetur vxori. ¶Eſſet obrutus) eſſet
oppreſſus & ſubmerſus. ¶Aquis inſanis) .i. magnis, vel tur-
bidis, & tempeſtuoſis. vtrũq; enim ſignificat, vt infra, Quod
ſi neſcires inſana quid æquora poſſunt, & in Bucco. Inſani fe
riant ſiue littora fluctus. ¶Cum) .i. quando ſubauditur tunc.
¶Petebat) .i. ibat. ¶Lacedæmona) .i. Spartam, nam vtroq;
nomine dicitur, eſt autem vrbs Laconiæ. Lacedæmon autem
dicta a Lacedæmone filio Iouis & Taygetes, ex qua vrbe, vt
dictum eſt, Paris Helenam abduxit. Sed Lacedæmona tam pro
regione, q; pro vrbe ponitur, vt Strabo ſcripſit ex authorita-
te Homeri. ¶Claſſe) .i. multitudine nauium inſtructarum,
nam hoc ſignificat claſſis licet ponatur interdum pro vna na
ui. Hora. Me vel extremos Numidarum in agros claſſe rele-
get, optat autem ꝙ Paris fuiſſet ſubmerſus, cum iret ad rapien-
D dam Helenam, quia ſi Helena non fuiſſet abducta, nunquam
Græci ad obſidionem Troiæ iuiſſent, & ipſa Penelope non
paſſa fuiſſet incommoda, quæ infra ſe pati commemorat. In
quo Poeta optime exprimit affectum doloris mulieris, cuius
eſt longe repetere ſuarum infelicitatum initia, & cauſas, ſic
Ariadne apud Catul. Iuppiter omnipotens, vtinam nec tem-
pore primo, Gnoſia cæcropie
tetigiſſent littora puppes. &
Dido apud Virgi. iiii. Aenei.
Felix ſi littora tantum Nun-
quam Dardaniæ tetigiſſent
noſtra carinæ. Item Ariadne
in epiſtola ad Theſeum. Vi-
ueret Androgeos vtina; &c.
& Medeæ ancilla apud Ennium. Vtinam ne in nemore Pelio
ſecuribus cæſa, cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes, neue in-
de nauis inchoandæ exordium cœpiſſet, quæ nunc nomina-
tur nomine Argo &c. Hanc expoſitionem ponit Cice. in rhe-
to. & oſtendit eam vitioſam eſſe oratoribus, quoniam nimis
longe repetat initium, poetis autem interdum concedi.
¶Non ego) exponit incommoditates ſuas & incipit ea com-
memorare, quibus dicit ſe fuiſſe carituram, ſi Paris fuiſſet ſub-
merſus. ¶Ego) Penelope. ¶Non iacuiſſem) .i. cubuiſſem.
E ¶Frigida) vel re vera frigida non calefacta a marito, vel cer-
te, quod magis placet frigida .i. ſola, nam frigeſcere ſignificat
ſolum eſſe & ceſſare. Teren. nimirum hic homines frigent, ſi-
cut contra feruere, frequentari. Virgi. Feruet opus & alibi, cu;
littora feruere late, proſpiceres. dicimus autem ſolum homi-
nem, qui non habet ſocium, & locum deſertum & non fre-
quentatum. Teren. Venit alicunde ex ſolo loco. ¶Vel frigi-
da) .i. timida. & eſt reciproca (Seruius inquit) tranſlatio, vt fri
gus pro timore, & pro frigore, timor ponatur. Quare hic fri
gida .i. timida intelligi debere arbitror Foſcharilegia doce-
bunt, vbi hoc latius diſſeritur, ſed breuiter, iccirco frigida ti-
mida intelligendum eſt, quoniam in lecto fingebat violentos
Troas ituros in Vlyſſem, & multa pericula, quæ Vlyſſes po-
tuiſſet obire. Frigidus multę ſignificationis dictio eſt. Sed in-
ter cætera malum, liuoreq; plenum ſignificat. ſic frigida ver-
ba, frigiduſq; ſermo dicitur, qui non copioſe, pleneq; laudat,
remq;, vt æquum eſt, amplectitur, quare turpius eſſe dicebat
Phauorinus exigue, atq; frigide laudari, q; inſectanter, & gra-
uiter vituperari, cum illud, amici, hæc inimici eſſe videretur.
¶Deſerto) .ſ. a te qui debueras in eo mecum iacere. ¶Relicta)
per. xx. annos a te deſtituta. ¶Nec quererer) .i. non dolerem
& lamentarer. ¶Dies ire tardos) .i. eſſe longos, quia deſide-
ranti & optanti tarde finiri videntur. Nam amantibus, & om-
nibus, qui ſunt in aliqua ſolicitudine fortunæ tempora vi-
F dentur tarde tranſire & eſſe nimium longa. Virgi. in Bucco.
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt, & Hora. in
primo epiſtolarum, Vt nox longa quibus mentitur amica,
dieſq; longa videtur opus debentibus. Dies in minori nume-
ro communis eſt generis, multitudinis autem maſculini tan-
tum, quo fit, vt erret is, qui fœminini etiam putet. & declina-
tur hic vel hæc dies huius diei, antiquitus etiam dies, vt Vir-
gi. Libra dies, pro diei, ſic quoq; dii in patrio caſu faciebat.
Virgi. Munera lætitiamq; dii, pro diei. Quamuis ab omni-
bus hoc loco dei legatur. Die genitiuus quoq; faciebat, vt
apud Saluſtium in Iugurtha, Vix decima parte die reliqua. Saluſtii lo-
Vbi Gellius, non enim inquit puto argutiolam iſtam recipiẽ cus.
dam, vt die dictum, quaſi ex die exiſtimemus, perplacet hercle,
vt die pro diei legatur, declinatio iſta quidem antiquitus ob-
ſeruabatur. hęc Gellius, Sed putet, miſeretq;, quibus, quantiſq;
mendis ſcateat Criſpus, & quidem non ſine doctiſſimorum
iniuria, qui virum talem vitio marceſcere ſinant. Nam falsò
tunc legitur, Vix decima parte diei relicta, In quo miror Ioã-
nem Chryſoſtomum commentatorem haud indoctum dor-
mitaſſe, vt quid Gellius referat, ne viderit quidem, ſeu memi-
nerit, quo fit vt dies genitiuum emittat, huius diei, die, & dii.
Igitur ego a te relicta, ſi Paris obrutus eſſet, non quererer dies
ire tardos, vt nunc, qui te abſente, xx. annos conſumpti non

A ſunt. Exponens inferius qualiter dies tardi videantur ire in-
quit, Si maneo qualis Troia durante manebam, Virq; mihi
dempto fine carendus abeſt, mouet Vlyſſem ab incommodis,
quæ patitur, temporis, amoremq; detegit ingentem, quæ ſe
mariti præſentiam percupere demonſtret. ⸢Nec mihi quæ-
renti ſpecioſam fallere noctem. Laſſaret viduas pendula tela
manus) Commiſeratio ſuſcepti laboris, & Vlyſſem commo-
uet a labore, quem eius patitur abſentia. Prius defectum hu-
manæ imbecillitatis accuſans Vlyſſem excitat, vtpote, quæ
ſola iacuiſſet in lecto, quæ res deſpectui eſt coniugatis, dolo-
riq; maximo. A tempore, quod relicta quæratur dies ire tar-
dos, quoniam dempto fine carendus abeſt. Refert labores mo
do, quibus manus vidue laſſantur. Quæ omnia defeciſſent,
ſi adulter Paris obrutus eſſet ⸢Sunt, qui dicant, telam ordiri
diu, noctuq; detexere, vt procis verba daret. Quod licet
apud Homerum conſtet, hic tamen videtur, vt Icarium quoq;
patrem falleret, qui viduo diſcedere lecto Penelopen coge-
bat, increpabatq; longas moras. Cui tela peracta, qua ſenex
mortuus inuolueretur, perficiebat, eam, ſe nupturam fidem
dedit. Quoniam igitur, Me pater Icarius viduo diſcedere le-
cto Cogit, & immenſas increpat vſq; moras, &, Dulichii, Sa-
miiq;, & quos tulit alta Zazinthos, Turba ruunt in me luxu-
rioſa proci, Tela pendula, manus meas viduas laſſat, his tela
B peracta coniugii fidem faciens. Alii dicunt, telam detexiſſe,
non eo, vt Icarium, procoſq; falleret, ſed quo moleſtia noctis,
quæ faſtidio Vlyſſis erat abſentia, leuaretur. Nam tempora, ſi
quando moleſta ſunt, fallimus, aliquid peragendo impruden-
tes præterimus. Ouid. de triſtibus, Cantantis pariter, pariter
data penſa trahentis Fallitur ancillæ, decipiturq; labor. Vir-
gil. iiii. Georg. Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martiſq; dolos, & dulcia furta, Atq; chao denſis di-
uum numerabat amores Carmine, quo captæ dum fuſis mol-
lia penſa Deuoluunt, iterum maternas impulit aures Luctus
Ariſtæi Hoc enim veriſimile videtur, quod quærenti inquit
fallere noctem. Non autem procos, Icarium dixit. Quod ple
riq; reſpondentes ſoluunt, vt ſit quærenti fallere, ſcilicet pro-
cos, & patrem. noctem. i. per totam noctem. Tempus in accu-
ſatiuo continuum ſignificat, tum etiam, quod in Sabini epi-
ſtola ad Penelopen dicat Vlyſſes, Pacta quoq; es thalamo, ni
ſi mendax tela moretur, Et cœptum reuocas pallida ſemper
opus. Igitur non tam, vt procos falleret, quaſ vt patrem etiã,
GAV. MERVLA. quod commentatores præterierunt, telam detexebat.
⸢O VTINAM) Vehemens nimis, & ſtomachoſa in Pa
ridem imprecatio, a cuius fonte vno, quæ enumerat, mala flu
xere. ⸢Cum petebat) non cum rediret. Vana enim fuiſſet im
precatio, quando nihilominus vltum iniurias Græci feſtinaſ
ſent ſuas. ⸢Adulter) contumelioſa indignatio. Sic etiaſ Vir
gi. in ſeptimo, Abducta Virgine preda Ergo adulter, qui adul
teriis oblectari ſoleat. Sunt autem hæc, quæ ſequuntur omnia
a cauſſarum, & euentorum loco petita. Definitio cauſſarum
eſt, quæ ex cauſſis rei conficitur, vel quæ rei cauſſas exprimit.
cauſſam porrò vocamus id ex quo, per q, a quo ſiue gratia
cuius aliquid efficietur, cauſſe ſunt quatuor ab efficiente vt
ſol adhuc ſub horizonte eſt dies eſt nondum. Si obrutus fuiſ-
D ſet adulter, Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto. Efficien-
tium cauſſarum alie natura agunt, quæ non conſilium, ſed im
petum ſequuntur, quales ſol, luna, ignis, herbæ, gemmæ. Alie
conſilio, vt homines. ſublata materia aufertur effectus. Si ad-
eſſet Vlyſſes, Non quererer tardos ire relicta dies. A forma,
rotundus eſt globus, ergo volubilis. A fine, doctus eſt, ergo
ſtuduit. Vernum eſt tempus, ergo maris grauiora pericula,
Ab euentis vel effectibus etiam cauſſę colligi ſolent. Ab effe-
ctu, rapuit Paris Helenam, ergo ob Helenam raptam Græci
coniurarunt in Paridem. Ab effectu materie. liquitur, ergo
non eſt lignum. Ex effectu forme, volubile eſt, ergo rotun-
dum eſt, Ab effectu finis. Inſtruunt græci naues, ergo ſunt na
uigaturi. ⸢Non ego) nunc particulatius, quibus afficitur,
mala commemorat, vt Vlyſſem magis moueat. ⸢Tardos
dies) locus a beneuolentia ſumptus. longiores (inquit) dies
tua mihi facit abſentia. ⸢Nec mihi quærenti) a labore cor-
poris mouet affectus. Hic autem locus ab Homero ſumptus
eſt, qui ait Penelopen decem annos, dum ad Troiam pugna-
retur, caſtiſſimè vixiſſe, coniugaliſq; de ſe amoris, & caſtitatis
exemplum poſteris exhibuiſſe. Deinde vaſtato Ilio cæteris
græcorum principibus reuerſis eam non modo alicui multis
expetentibus nupſiſſe, ſed pudicum & inuiolatum corpus in-
genii artibus, quando viribus poſſet minus, ad alios annos
totidem reſeruatum ſuo demum Vlyſſi præſtitiſſe. Nam cum E
a procis cum diuitiis, tum natalium ſplendore nobiliſſimis
græcorum ſolicitaretur vt ad ſecunda deſideria tranſiret, &
parũ conſilii minuſq; præſidii in ſuis domibus, Laerte iã de-
crepito, & Thelemacho tum admodum adoleſcente poſitum
conſpiceret. vt ſimul animi curas, qua poſſet, arte leniret, te-
lam texendam ſuſcepit ad conficiendum Laerti iam ob ſeniuſ
ægre vitam trahenti taphion, hoc eſt veſtem ſepulchralem.
quo confecto amantibus pollicita eſt de coniugis reditu non
vlterius ſperare, ſeq; omnino in ſecunda vota conceſſuram.
Cæterum de Vlyſſis reditu bene ſperans, quantum interdiu
tele conficiebat, tantum nocte abſcidebat. ⸢Viduas) pro me
vidua, a parte totum intelligens. Iduare dicebant antiqui pro
diuidere, inde dictę ſunt idus, & vidua, ille q menſem iduent
hoc eſt diuidant, hæc q functo marito iduata ſit, hoc eſt diui
ſa. ⸢Quando ego) adiũgẽs animi ſolicitudines a labore cor
poris tranſit. ⸢Res eſt) facilis miſeriarum probatio, ex peti-
to diffinitionis loco hoc modo, Animal eſt, igitur corpus vi
uum, & ſentiens. Non eſt animal, ergo nec viuum, amor eſt
aliud nihil, q; res plena ſoliciti timoris. ergo ſemper timent
amantes. ⸢In te) anxietates, quibus miſera angatur comme-
moratione periculorum, breuiſſime collectas enumerat.
⸢Ab Hectore) fidem miro artificio & rerum geſtarum impe-
ritia colligit. conſtat enim Antilochum Neſtoris filium non F
ab Hectore, ſed a Memnone occiſum fuiſſe. ⸢Menociadem)
Patroclus ab Eupherbo Panthi filio grauiter vulneratus cum
ſe ex certamine ad ſuos reciperet, in Hectorem incidit, a quo
haſta tranſfactus eſt, Troianiſq; trucidandus obiectus.
⸢Tlepolemus) is Herculis filius fuit ex Aſtioche Theſprotio-
rum regis filia, quem ait Homerus a Sarpedone Lyciorum re-
ge interemptum fuiſſe. Hæc Gaudentius MERVLA.

Nec mihi quærenti ſpatioſam fallere noctem,
Laſſaret uiduas pendula tela manus.

NEC MIHI Quæ-
renti) πάθος, a facto, vt pro-
cos falleret, quantum telæ
die texuerat, tantundem ad
lucernam nocte detexebat
pollicita erat ſe tunc virum accepturam, cum telam finiuiſſet,
qua integeretur Laertes ſenex, cum fatum contigiſſet, fallaciaſ
deprehendit Antinous vnus ex procis ancilla referente vt
Homerus author eſt. ⸢Tela pendula) ideſt ſuſpenſa, & decli-
natur hæc tela telæ. ⸢Pendula) in telario ad opus conficien
dum patens. ⸢Pendula) quæ pendet e ligno, quo inuoluitur,
quod iugum dicitur. Ouidius. vi. Metamorph. Tela iugo iun-
cta eſt. ⸢Quærenti) conanti. ⸢Fallere) decipere, & præ-
terire aliquid faciendo & texendo, ne moleſtiam temporis
ſentiam, quod tamen non poſſum aſſequi, quia labor texendi
dum de tuo diſceſſu ſum anxia, laxat, & fatigat manus meas,
quod non fieret, ſi tu adeſ-
ſes, omnis enim videtur la
bor mihi iocundus te præ
ſente. dicitur autem falli,
vel decipi tempus, cum alĩ
quid fit, quo ipſius temporis moleſtia non ſentiatur. Oui-
dius in Triſtibus, Non qui ſoletur, non qui labentia tarde.
Tempora narrando fallat, amicus, adeſt. ⸢Fallere noctem)
hoc eſt nocte procos fallere. ⸢Nec mihi quærenti fallere)
ideſt occaſionem qua fallere, ideſt mitius peragam ſpatioſam
noctem, quæ me ſua duratione opprimeret, niſi labore fal-
lerem eam. Nam, ocioſis ſub noctem cura recurſat. ⸢Tela)
Terentius in Heaut. Mulier telam deſerit continuo. Telam
exordiri, prouerbialiter dictum, pro Rem aliquam incipere,
& aggredi. Plautus in Bacca. Exorſa hæc tela non male eſt
omnino mihi.

Quando ego non timui grauiora pericula ueris?
RES EST ſolliciti plena timoris amor.
In te fingebam uiolentos Troas ituros:
Nomine in Hectoreo pallida ſemper eram.
Siue quis Antilochū * narrabat ab Hectore uictū,
Antilochus noſtri cauſa timoris erat.

A ¶ QVANDO Ego non timui) a corporis labore ad animi ſolicitudinem tranſit, inſtans interrogando. Ego) quæ bellicos euentus confidero. Quando ego nó timui) interrogatio figurata, quæ tunc locum habet, quando affirmationi locus deeſt, & ita negatiuam petit reſponſione;, non tamen datur, vt in bucco. Hæc eadem, vt ſciret quid non faciebat Amyntas. q. d. nihil non faciebat, ſed omnia faciebat, & hoc quando ego non timui, quod eſt ſemper timui, ſed plus efficit quam ſi diceret ſemper timui. Quādo) .q. d. ſemper, eſt enim pronunciandum interrogatiue. Pericula) .ſ. de te grauiora) maiora quā poſſint accidere. Grauiora veris) .ſ. periculis .i. maiora quam ea, quæ vere poſſunt tibi euenire. Grauiora pericula veris) cogitās videre ſe, videbātur multa, quæ, quamuis nó eſſent vera, ſi fuiſſent, veris grauiora erant, quia in te fingebam violentos Troas ituros. Nomine in Hectoreo pallida ſemper eram. Non enim ita erat, vt ipſa fingebat, neq; vim Hectoris expertus eſt Vlyſſes, cuius nomen Penelope timori erat. Fuit tamen ex his .x. Vlyſſes vnus, quorū, cui Sors eueniſſet, vnus cum Hectore congrediendum erat, quod Aiaci obuenit. Vt ei obiecit Vlyſſes Metam. xiij. quod
B Hectorem abſq; vulnere dimiſiſſet. Res eſt ſoliciti) ſententia auget miſeriam. Sunt (inquit) in amore perpetuæ ſolicitudines, vnde apud Plau. Amator adoleſcens, quā miſer (inquit) eſt qui amat. Res eſt ſolliciti plena timoris amor.) Amoris deſcriptio, Amor eſt grauiſſima cura. Virg. iandudum ſaucia cura Vulnus alit venis. Et veneris iuſtiſſima cura. Idem mea maxima cura. Ratio autem, cur amor cura dicatur, hoc verſu apparet. Quoniam, Nec placidam membris dat cura quiete;. Et quarto Georg. Inter quas Clymene curā narrabat inanem. Curam inanem Martis amorem ſignificat, cui dolos parauit Vulcanus. Amor eſt igiť res plena ſoliciti timoris .i. amor eſt cura plena timoris, quia, quęcunq; ęquor h;, quęcūq; pericula tellus, & Eſſe peregrino captus amore potes, Tam longę cauſas ſuſpicor eſſe moræ. hæc erant, quę Penelopē ſolicitabant. Solliciti) anxij, irrequieti. In te fingebā animo cōmentabar) exponit ſolicitudines commemoratione periculorum. In te fingebam) violentos Troas ituros. Exponit propoſitum, quod dixerat frigida .i. timida iacere in lecto ab Vlyſſe deſerto. Nāq; noctu fingendo, cogitandoq; videre pericula videbatur, quę Vly. poſſet obire bello, & ea inferius, quę fuerint, narrat. Noctu ſolicitātur amantes periculis, quæ ipſæmet fingāt, quibus amatores circūueniri poſſint. Idēq; Medea fingebat de Iaſone.

Vt poſitum thalamo tetigi male ſaucia lectum,
Acta eſt per lachrymas nox mihi quanta fuit.
Ante oculos tauriq; meos, ſegeteſq; nefandæ.
Ante meos oculos peruigil anguis erat.
Hinc amor, hinc timor eſt, ipſum timor auget amorem,
Mane erat, & thalamo chara recepta ſoror.

C ¶ FINGEBAM) Animo ęſtimabam, & vt ita dicam, imaginabar. Troas) Troianos accuſatiuus eſt græcus a nominatiuo Tros, accuſatiuus ſingularis eſt Troa, a quo pluralis formatur per additionem, ſcilicet vt Troas. dicti autem ſunt Troes a Troe Ericthonij filio. Violentos) fortes, vel potius feroces, & crudeles contra te .ſ. interpugnandum Pallida ſemper eram) audito Hectoris nomine non poterat timore non pallere. Pallor ex timore naſcitur. ſicut ex amore, vt Palleat omnis amans. Eram ſemper pallida in nomine Hectoreo) ideſt ſemper timebam cum audiebam nomen Hectoris, qui omniū Troianorum fortiſſimus dicebatur, ꝙ etiā Home. in laudem Achillis aſerit. Pallidus autem ponitur pro timido, quoniam ex timore ſequitur pallor. Nomine in Hectoreo) propter ea, quæ ſubſequuntur, Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum. Siue Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis. Ne ide; ab Hectore pateretur Vlyſſes, expaueſcebat. Omnes Hectoris nomen trepidabant, Laodomeia Proteſilao, Hectora quiſquis is eſt, ſi ſum tibi cara caueto, Signātum hoc memori pectore nomen habe. Siue quis) enumerat multos, quos audiuit ab Hectore interfectos, ob quam cauſam dicit ſe valde timuiſſe, ne Vlyſſes ſuis aſtutijs poſſet ab eo euadere. D Antilochus erat cauſa noſtri timoris .i. erat cauſa quare timeretur, ſiquis narrabat ipſum ſuperatum ab Hectore. Antilochum) Neſtoris filium, que; Quin. poetæ nō ab Hectore, ſed a Mēnone auroræ filio interemptu; ſcribit. Fuit & alius Antilochus Herculis filius, quem Paris trucidauit. Siue quis Antilochu;) Politia. Amphimachium, quidam Atimachum, ſiue Archilochū legendum cenſent. qui dum hiſtoriarum veritati vacant/plus, quam opus fuerit, quid mulieribus, puelliſq; & conueniat, deceatq; non vident. In quo certe Parrhaſij non poſſum diligentiam non laudare, qui authorem iuxta rem habuerit, Negligunt poetæ hiſtoriam pro perſonarum qualitate, quarū aliæ ſimplicitate quadā veritate ignorant, quæ vt ſe habuerit, & quia id illis non eſt curæ, ſæpe latet, Atq; has iter Penelope fuit Hipſiphile quoq; oſcitās in hiſtoria verum minus nouit, Diceris auratæ vellere diues ouis. Aureum enim vellus fuit Arietis, ipſa vero dixit ouis. Aliæ
E ex induſtria, etiam, quod rem teneant pro certoq; habuerint, ſubdubitantes adducunt ſe. Phillis adhuc ſe in dubio illud habere ſimulat, quod ei narrarat Demophon. Perq; tuum mihi iuraſti, niſi fictus & ille eſt, Concita qui ventis æquora mulcet, auum. Cæterumq; quædā aſtute, callideq; rem prętereunt, vt ſimplicitati, inertiæq; debet locum, ſi quidpiam incurioſe haberi volunt, idq; ignorare diſſimulent, quod calleat rectæ. Mulieribus enim virtuti habetur reru; & negligentia, & ignorantia, quæ honeſtam vitam arguant. Sunt etenim profecto, quæ curioſæ nimium videri volunt illorum facta tenentes, quorum amore teneantur, dumq; minima quæq; ſcire ſe demonſtrant, id amori tribuunt, quem propterea ingentem fatentur, Oenone, Vnde hæc cōpererim tam bene, queris: amo. Virgi. Quis fallere poſſit amantem? Ouid. Quid non videmus amantes? Idem, Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

¶ QVAM Sit difficile animum, ſemel conſtitutū, & in vno inueteratum, & a doctis præcipuæ viris inculcatum mutare, quiſq; niſi penitus demens dijudicaret. Legitur enim Ouidij carmen in prima epiſtola, Siue quis Antilochū narrabat ab Hectore victum, vbi interpretes oppido quam ingenioſi nihil mutāt, adduntq;, Politianus autem acris ingenij, & in vtraq; lingua facundiſſimus, quippe cui ob multa nobis præſtita iuuentus latina plurimum debet in Micellanijs refert legendu;, Siue quis Antilochū narrabat a Memnone victum. Memnon enim Auroræ filius interfecit Antilochu;, vel, ſiue quis Am-
F phimachum narrabat ab Hectore victum. Quia Amphimachum vt ſcribit Homerus necuit Hector, hæc ille. Nos vero non Antilochum, non Amphimacum, ſed Archilochum legendum autumamus. Dares nanq; Phrygius, qui illi bello interfuit/ait, ꝙ Hector Archilochum regem interfecit, & Aeneas Amphimachum, quem Daretem ſequitur Guido de columnis in hiſtoriam Troiana, quem mihi legendi poteſtatem fecit Ragutius de Raho, vir integer vitæ ſceleriſq; purus, & antiquitatis curioſiſſimus, cui Dareti, cum Troiano interfuiſſet bello, non minor eſt adhibenda fides, quam Homero longe poſteriori. Facilior præterea eſt literarum commutatio ex Antilocho vetere ſcriptura ad Archilogu;, quam ex Antilocho ad Amphimacum, & hoc quod Philoſtratus in Apollinij vita libro ſexto tradit non tacebo, Memnonem Auroræ filium, occubuiſſe non apud Troiam, quo etiam neq; veniſſe illum vnquam conſtat, ſed in Aethiopia, cum regnaſſet apud Aethiopes per generationū quinq; ſpatiu;, ipſi ta nen Aethiopes, quoniam ſupra cæteros homines logiſſimę ſunt vitę, quaſi in adoleſcentia Memnonē lugent, & quęcunq; in acerbo funere dici ſolēt, cōquerūt, hęc ille. IOAN. SCOPPA.

* a.l. Archilochum

IOAN. SCOP.

Siue Menœtiadem falſis cecidiſſe ſub armis:
Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.
Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat haſtam.
Tlepolemi leto cura nouata mea eſt.

A ¶ SIVE Menœtiadem) ſubaudi ſiue aliquis narrabat. Menœtiadem.i.Patroclum. ¶ Menœtiadem) Patroclum Menœtij filiū: qui cum Opunte canem puerū peremiſſet ad Peleum fugit. Is Achilli filio ſociū dedit in bello Teoiano, cūq; Achillis indutus armis pugnaret, Apollo in formam Aſij Dymantis filij incitat Hectorem ad pugnam, cui congredientem Patroclu; armis exuit perfractis fibulis, & trucidandum obiecit, vt ſcri.Ho. Interea Euphorbus Panti filius Patrocli humeros telo confixit, cūq; Patroclus, vt factū vitaret, ad ſuos ſe reciperet, Hector vtrūq; latus telo tranſegit. Surripuiſſentq; Troiani cadauer niſi ad tutelam Menelaus affuiſſet. ¶ Siue Menœtiadem) Patroclus Meneci filius. Achilli adeo charus, vt cum primum ab Antilocho Neſtoris filio ſcierit, occiſum ab Hectore, adeo ægre tuliſſe ferunt, vt ante inſomnes noctes duxerint omnes, quam mortem eius vlciſceretur. De quo Iuue. Dat penas, noctem patitur lugentis amicum, Pelide cubat in faciam moxq; deinde ſupinus. Homerus in fine Iliados, Carpitur alta quies, virum ſed luget Achillē Patrocli exitiū, nunc huc, nūc vertitur illuc. Et nunq̃; dulci declinat lumina ſomno. Patroclum cupit, ac defunctū robur amici, Crudeleis fundens lachrymas, haud imemor ille, Quaȝ varios ſecū caſus, belliq; labores Pertulit, & rapidos ſcopuloſa p ęquora fluctus. In latus interdū iacet, interdumq; ſupino Corpore,
B nūc hęret vultu tū iungit, & alti Anxius ad littus maris, errat, ꝗ omnia verſat. Quatuor amicoru; paria fuiſſe celebrātur veterum memoria. Theſeum/& Pirithoum, Achillem/ & Patroclum. Oreſtem/& Pyladem. Pytiam/& Damona. Addunt præterea Grecorum iuniores Epaminundam, & Pelopidam. Dion vero Pruſenſis hiſtoriam variat, atq; in incertu; omne, quod de Troia fertur, reuocat, Hectorem contendit tunc temporis Achilli necem dediſſe, ſed ab Home. qui Græcis blandiebatur, clariſſimis inuolui mendacijs. Atq; hoc cōmento fabulas veriſimileis fecit, vt Achillis ſub armis Patroclus interfectus a nece liberet. Achillem. ¶ Succeſſu) optato euentu, dolui, ꝙ vt optabaris non ſucceſſit. ¶ Cecidiſſe) mortuum eſſe. ¶ Sub falſis armis) i.in armis non ſuis, ſed Ahil. hiſtoria autem hæc habet, Patroclus filius Menœtij filij Actoris ab Achille ſyncere dilectus, cum Ahil. ob nam raptæ ſibi Briſeidis, nollet pugnare, eius armis indutus, putans ſe territurum Troianos, qui
D crederent ipſum eſſe Achillem, cum Hectore congredi anſus eſt, a quo & ſuperatus, & interfectus eſt, cuius cæde tanquam amiciſſimi Achilles ita moleſte tulit, vt non poſſet quieſcere, tandem, vt eum vlciſceretur, reuerſus ad pugnam Hectorem interfecit, quem currui alligatum circa muros Troianos raptauit, & hæc ſatis ſunt ad hunc locum intelligendum, Patroclus interdū a poetis dicitur Actorides ab auo. Oui. Faſto. lib. i. Actoridē Peleus ipſum quoq; Pelea phoci, Cęde, Phaemonias ſoluit Acaſtus aquas, & lib. xij. Met. Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis Troas ab arſuris cum defenſore carinis. ¶ Flebam) flendo timebam. ¶ Dolos) aſtutias tuas. ¶ Poſſe carere ſuc.) i.ne carerent felici euentu.i.ne vincerētur viribus hoſtiū. ¶ Flebā ſucceſſu poſſe carere dolos, Vly. vero qui fuerint doli, refert inferius. Et quod Rhœſum, Dolonaq; interficiſſet illū ſomno, hūc proditū dolo. Flebat igitur qm̄ Patroclo capiēdi Achil. arma parū ꝓceſſerat dolus, conſiliūq;, cuius ſucceſſus mors fuit, ne Vly. etiā ſucceſſu doli nō careret. Laudat Vly. apud Ho, ſe dolo cęteris facile p̄ſtare mortalibus. Vanū eſt, qꝺ qdā refert. Vly. inſaniā hic alludere, vt ſit hoc dolus, qm̄ inſanū ante ſe ſimulaſſet Vly. q̃; peteret Troiā. Cū iſtæc.n. ſentētia non currat ad verū ſenſum, que; huius eſſe
E loci volo. Loquitur hoc loco Penelope de dolis, quos ad p̄ns machinat̄, aut in futurū, ac ꝓpterea dixit poſſe carere, ſi prætеritos, atq; ante actos intelleſiſſet, diceret, potuiſſe carere, qm̄ cognitus fuit Vly. cōmentū, ſimulare ſe inſanū, ne peteret cum alijs Troiā. itaq; dolus ille non caruit ſucceſſu, hi vero caruerunt. Niſi rn̄deant, velintq; p̄ns tēpus poſitū pro præterito, vt poſſe pro potuiſſe ab Ouid. dicatur. Sed videant, conueniat necne? ¶ Sanguine Tlepo.) Phyleus Theſprociorum rex filia; habuit Aſtioche;, ex qua Hercules filium Tlepolemō genuit, is cum in domo paterna Liciniū patris germanū trucidaſſet, veritus vltionem, fugit, & Rhodi in partem regni receptus eſt, vnde cū nauibus nouē in obſidionē Troianā venit, hūc Sarpedon Lyciorū rex interemit. ¶ Tepefecerat), i.calefecerat. ¶ Sanguine). ſ.ſuo cū eſſet vulneratus. ¶ Lyciā haſtā) quā Sarpedon Lycius ferebat, qui vir ingēs fuit. Vnde Aen. j. Sęuus vbi Aeacide telo iacet Hector, vbi ingēs Sarpēdō &c. ¶ Eſt no.) reintegrata, creuit, & aucta eſt maxime ſui ſolicita, cū Lycij Sarpedonis haſta Tlepolemū cecidiſſe ꝑcepi. ¶ Cura) timor, ſolicitudo.

Omnibo-
ni error.

Deniq; quiſquis erat caſtris iugulatus Achiuis,
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Sed bene conſuluit caſto Deus æquus amori,
Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia uiro.
Argolici rediere duces: altaria fumant,
Ponitur ad patrios barbara præda deos.
Grata ferunt Nymphæ pro ſaluis dona maritis.
Illi uicta ſuis Troica fata * canunt.

* a,l. facta

¶ DENIQVE Quiſquis) colligit ſe maxime ſollicitari ad omne aliorum periculum. ¶ Deniq;) tandem & finaliter. ¶ Quiſquis) .i. quicūq; ſiue fortis, ſiue ignaus. Iugulatus, interfectus. nam iugulus
C eſt pars colli ſupra pectus, vbi locus eſt ad hominem interficiendum aptus, inde iugulare dicitur. ¶ Caſtris achiuis) .i. in exercitu græcorum. ¶ Pectus) cor, quod intra pectus continetur. ¶ Amantis) ſcilicet mei Penelopes. Erat frigidus glacie. nam propter timorem homines frigidi fiunt. Virgilius primo Aeneidos, Ex templo Aeneæ ſoluuntur frigore membra, quod autem dixit, frigidius glacie hyperbole eſt figura. i. ſuperlatio. nam hæc oratio eſt ſupra verum. ¶ Sed bene conſuluit) locus ab authoritate deoru; illis curæ fuiſſe, quod optabar. ¶ Sed bene &c.) Sed iſta inquit non ſunt iam timenda, cum parta ſit victoria, ob quam nymphæ. i. ſponſæ maritos recipientes dijs vota perſoluunt, facit autem digreſſione;, qua recitat ea, quæ a maritis receptis narrantur de ſitu & excidio Troiæ. ¶ Deus) aut ad Hymenæum, aut ad Gupidinem referas, ſed de Hymenæo placet. ¶ Aequus) ideſt iuſtus. qui pios & iuſtos nunquam derelinquit. ¶ Bene conſuluit) ideſt bene prouidit. ¶ Amori). ſ. meo. ¶ Caſto) ꝯiugali, pudico quia ſemper tibi ſeruaui fidē. ¶ Caſto) Caſtus, quoniam. xx. annos aliū nouit neminen multis petentibus. Daris vero Samius Penelopē inquit Vlyſſis abſentia cum procis omnibus rem habuiſſe, quoru; pro
F miſcuo cōcubitu natus ſit Pā. Diō Pruſenſis affirmat, quod Vlyſſe abſente factum eſt, vt Cephalonenſium iuuentus in procandam Penelopem verſa ſit, neq; ex alijs Vlyſſis amicis quiſquam, neq; ipſe, qui proxime adeo habitaret Neſtor, auxilij quicquam tulerit. Herod. vero huc accedit, vt Pana Mercurij filium tradat ex Penelope, De qua in Priapeis. ¶ Verſa eſt) ecce quomodo bene conſuluit, quia in tantis periculis belli, vir meus Vly. incolumis remanſit, & Troia euerſa eſt. ¶ Verſa eſt in ci.) i. incenſa, nam quod incendio conſumitur, in cineres vertitur. ¶ Verſa eſt in ci.) plus eſt, quā ſi exuſta eſt, dixiſſet. ¶ Soſpi. u.) Vly. id enim potuit ex Telemacho ſcire, qui eadem ex Neſtore, & Menelao audierat. ¶ Viro marito) ſcilicet meo. ¶ Soſpi.) incolumi. ¶ Argolici redi. d.) exemplo firmat ſuſpitiones, alij rediere, tu ſolus ceſſas. ¶ Argolici) nunc pergit Pene. cōmemorare & probare ab æquitate, quod Vly. debeat domū reuerti, quia oēs alij duces reuerſi cōſolantur vxores ſuas, cū ipſe ſolus, vt diximus, maritali deſit officio.

A ⸢Duces)vt Neſtor,& Agamenon & Menelaus.⸢Duces)a ducendo dicti, qui partem exercitus regunt. ⸢Argolici)Græci. ⸢Rediere)ſcilicet domum ſuam, vel in patriam. ⸢Altaria fumant) ideſt incenſa ſunt ad facienda ſacra dijs, ob ſuſcepta vota Ouidius lib.ij.Faſtorum. Idibus Auguſti fumant altaria fauni.ſolebant enim antiqui in aris thura & cęſas victimas cōburere,vnde illa, ſacra holocauſta,quaſi combuſta dicebantur.⸢Præda)ſpolia quicquid.n.alicunde rapitur,pręda dicit. ⸢Barbara).i.tro.nam priuſquam Ro. rerum potirentur,Græci omnes pręter ſe barbaros appellabant,poſtea vero Latinis, Græciſq; exceptis barbari omnes dicti ſunt. ⸢Ponitur) ſcilicet a victoribus,quia ſolebant hoſtilia ſpolia templis deorum affigi a victoribus. Virg.lib.iij.Aenei. ære cauo clypeum magni geſtamen Abantis,Poſtibus aduerſis figo,& rem carmine ſigno. ⸢Ad deos patrios) in templis Deorum, & Laribus appenduntur, vt veteres facere conſueuerunt qui poſtibus templorum arma ſuſpendebant. ⸢Deos p.) qui coluntur in patria,quia quælibet natio habuit ſuos deos. ⸢Nymphæ)interdum græcæ dicuntur ſponſę,hic pro mulieribus puellis ponitur. ⸢Dona grata) nam vt inquit Vale. Max. priſco inſtituto rebus diuinis opera dabatur, cum aliquid commendandum præcatione,cum expoſcendum voto:cum exoluendum, gratulatione.Eſt autem gratularij dijs agere gratias,vt ex Iuno.facile percipitur,in hunc ergo ſenſum dixit Ouidius grata dona. ⸢Grata ferunt)aliarum fortunam commendat, quarū mariti redierunt,vt iuſtior ſit eius quærela, aliæ dijs vota per ſoluunt pro maritis ſaluis, mihi perpetua quærela relicta eſt. D ⸢Dona grata) ſcilicet ipſis puellis, quia libenter ea offerunt pro maritis ſaluis, ideſt incolumibus. Ter.Saluum te venire gaudeo. ⸢Illi) ſcilicet mariti. canunt,cum lætitia narrant. ⸢Suis) melius iungitur cum victa, vt ſit datiuus & ſenſus. ⸢Victa ſuis)ideſt a ſuis grecis. ⸢Troica facta)quę ad Troiā geſta ſunt. Alij(fata)legunt.nō autem facta,quod enim ſignificaret facta Troica eſſe victa ſuis, ſed fata victa ſunt, quibus defenſio Troianorum conſiſtebat, quæ cum diu Græcos fatigaſſent & ab ea expugnanda vrbe repellerent, tandem inſidijs Sinonis victa ſunt,equo ligneo armatis viris pleno in vrbe introducto, fata autem, non facta legendum eſſe, vel illo Virgi.loco maxime percipitur ſecundo Aeneidos,Fracti bello,fatiſq; repulſi Ductores Danaum.fata autem hæc Troianorum dicuntur fuiſſe.Vita Troili. Conſeruatio Palladij, ideſt ſimulachri Palladis,quod Troiani habebant in vrbe,& vt ſepulchrum Laomedontis, quod erat in porta Scæa ſeruaretur integrū,& vt equi Rhœſi,de quibus inferius dicitur, poſſent a Troianis recipi,hæc omnia fata vicerunt Gręci.Nam Achilles Troilum ſecum congreſſum interfecit, Palladium vero ab Vly.& Diome.clam noctu vrbem ingreſſis, cæſis arcis cuſtodibus aſportatam eſt,Equi Rhœſi vt infra videbitur,ab Vlyſſe & Diom. abducti ſunt(vt Virg.inquit)Priuſquam pabula guſtaſſent Troię Xantumq; bibiſſent,Porta vero Scæa diruta eſt ab ipſis Troianis, vt equus introduceretur, & ita fata Troiana victa ſunt,& de his nunc eſt intelligendum.

Mirantur iuſtiq; ſenes,trepidæq; puellæ:
Narrantis coniux pendet ab ore uiri.
Atq; * aliquis poſita monſtrat fera prælia menſa.
Pingit & exiguo pergama tota mero.
Hac ibat Simois,hic eſt Sygæia tellus,
Hic ſteterat Priami regia celſa ſenis:
Illic Aeacides,illic tendebat Vlyſſes,
Hic lacer admiſſos * terruit Hector equos.
Omnia nanq; tuo ſenior,te quærere miſſo
Retulerat nato Neſtor,at ille mihi.
Rettulit & ferro Rhæſumq;,Dolonaq; cæſos:
Vtq; ſit hic ſomno proditus,ille dolo.
Auſus es ô nimium,nimiumq; oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere caſtra dolo:

* a.l.Iaq;

* a.l. hic alacer miſſos. Alij etiam legunt.Hic lacer amiſſos.

⸢IVSTI) Religioſi συνεκδοχικῶς. Etenim, iuſti-
B tiæ prima pars eſt pietas & deorum cultus, cui maxime illa ſtudebat ætas. hinc Heſio.carmen prouerbij vitæ iactatum, quod Hyperides in Antocleum recitat. βουλαὶ δὲ μέσων εὐχαὶ δὲ γερόντων.Bella gerant iuuenes, at proxima conſulat ætas.Decrepitiq; ſenes palmas ad numina tendant. æquitatis obſeruantiam ſenibus etiam conuenit,itaq; nihil impedit in ſuo proprio ſignificatu iuſtos accipere. ⸢Senes iuſti.) ſeueri,& graues. ſcheſis onomaton eſt. nam ſingulis ſuas denominationes addidit. ſenes iuſti,puellæ trepidæ. ⸢Iuſtiq; ſenes) epitheton conueniens illi ætati. Ouidius libro ſexto Metamorpho. Dicite iuſte ſenex, & fœmina coniuge iuſto.Digna quid optetis. Et libro tertio Faſtorū,Flent pariter molles animis virgoq;ſenexq;.E quibus hæc iuſti verba fuere ſenis. ⸢Trepidæ ) naturaliter timidæ. ⸢Pendet) attente audit: cum enim aliquem attente audimus: ita eum aſpicimus: vt ex eius ore pendere videanmur. Virgilius de Diom.pendetq; iterum narrantis ab ore.⸢Atq; aliquis)oſten-
C dit Penelo. quam varia rerum narratione Græci domum reuerſi detineant vxores ſuas.⸢Monſtrat) ſignificat,& oſtendit quaſi ad oculum.⸢Fera prælia)ideſt pugnas geſtas inter Gręcos & Troianos. ⸢Exiguo mero.) ſic enim in menſa ſolent multa depingi,quæ ad oculum demonſtrare volumus, vt infra Helena ad Paridem,Orbe quoq; in menſe legi ſub nomine noſtro. Quod diducta mero litera fecit amo. Et in primo amorū,Verba leges digitis verba notata mero.Idem in libro amorum.Non oculis tacuere tuis conſcriptaque vino,menſa. ⸢Pingit) ideſt, ſcribit. Laus pictoris & declamatio ex contrarijs per anthitheſim videlicet, nam tota pergama magna nimirum fuerunt. Vnde contrarium eſt exiguo mero. Pingit autem fundendo modicum vini ſuper tabulā ſeu menſam, quo deducto per digitum oſtendit formam & ſitum Troiæ.

⸢Pergama) Troianæ vrbis ſitum. ⸢Hac ibat) δεικτικῶς.ideſt demonſtratiue ponitur. ⸢Simois fluuius Troianis ex Ida monte Si- E
mois defluens, iuxta Ilium labens, non longe a Sigæo Xantho commixtus facta palude in mare ingreditur, genitiuum facit Simeontis. ⸢Tellus ſi.)campus ſigeum Troię promontorium, vrbs in eo diruta cernitur, illic & nauale, & Achiuorum eſt portus, vt Strabo dicit, Illic etiam tumulus Achil. Patrocli: & Antilochi conſtitutus eſt, quibus Ilienſes quotannis ſacrificāt.⸢Regia celſa )ſuperba Priami domus, quæ erat in arce,paululum diſtabant Paridis ædes,vt Ho. tradit.⸢Aeacides)Achil.Aeaci nepos & Pelei filius, vt dicemus alibi. ⸢Steterat) fuerat,erecta erat.⸢Regis celſa)aula ſubſtantiuum eſt.⸢Illic) ideſt alio loco,ita enim iſta narrantur:quaſi loca ſint ante oculos. ⸢Aeacides)Achilles nepos Aeaci patronymicum ab auo, nam Aeacus Iouis, & Aeginæ filius genuit Peleum patrem Achilli. F
⸢Tendebat) tentoria militaria habebat,dicuntur autem a tendendo,quia extentis velis fiebant,demonſtrantur autē Achillis tentoria nō ſine cauſa,quaſi dicat vbi Priamus ſupplex fuit ei & corpus Hectoris ad ſepulturam redemit. ⸢Illic Aeacides) ſic Virgilius Aeneidos ſecundo, Hic Dolopum manus hic ſæuus tendebat Achilles.⸢Tēdebat)ſcilicet tentoria ſua & caſtra metatus eſt. ⸢Hic alacer mi. terruit Hector equos) alij ad tractū Hecto hoc referunt,vt diſtractus Hector,Achil. equos terruit,& lacer admiſſos legunt. Quoniam in conſolatione ad Liuiam Druſillā dicat, Hoc erat Andromachæ cū vir religatus ad axes,Terruit amiſſos ſanguinolētus equos.At mihi,probabilius eſt, vt ab Home.ſententia non diſcedamus, cum quo congruere videbimur,ſi legamus. ⸢Hic la.) Hector Patrocli morte gloriabundus,& gaudens.⸢Ter) cōſternauit, equos Achil.Xanthū,& Balium,quos genuit equarū velociſſima Podarges ex Zephyro cū ad Oceanū verno prato paſceret.

A ¶ Miſſos)ab Autumedonte Diorei filio Achillis auriga:mul-
tis ſtimulis concitatos:nam vt Home.decimoſeptimo Iliados
ſcribit. Ahil. equos cum primum ab Hectore proſtratum Pa-
troclum ſenſerit ; diſcurrere , fremere cœpiſſe:& licet ab Au-
tumedonte verbere : & adulationibus interdum ſtimularen-
tur ; illos neque ad naues , neque Helleſp. verſus referre pe-
dem ; neque rurſum in prælium ire voluiſſe: ſed tanquam co-
lumnam in alicuius monumento nixam immotos perſtitiſſe:
& admotis alternatim capitibus multis lachrymis cóploraſſe.
¶ Hic la.)male legitur(hic alacer miſſos terruit Hector equos)
nam hęc ſententia nulla ratione , aut hiſtoriæ teſtimonio po-
teſt comprobari , nec eſt veriſimile quod græci vxoribus ſuis
in bello geſta narrantes laudaſſent Hectora hoſtem , aut ap-
pellaſſent ipſum alacrem,Et de equis territis ab Hectore, dum
viueret,nulla fit mentio. nam quidam dicunt de equis Rhœ-
ſi,quomodo conuenit,cum Rheſus in auxilium Troianorum
veniſſet ? præterea in codice meo vetuſtiſſimo(hic lacer)ſcri-
ptum reperij , & multis oſtendi , & adhuc oſtendere poſſum:
legendum eſt igitur,Hic lacer admiſſos terruit Hector equos,
conſtat enim Hectora circa muros Troianos equis raptatum
fuiſſe. Virgil.libro ſecundo Aeneidos, Ecce ante oculos mœ-
ſtiſſimus Hector, Viſus adeſſe mihi, largoſq; effundere fletus,
Raptatus bigis, vt quondam,acerq; cruento Puluere.& cæte,
Et idem libro primo. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora
muros. Dum igitur traheretur Hector, equi aſpectu cruentati
B cadaueris territi ſunt.hoc oſtendit ipſe Ouidius in cóſolatio-
ne ad Liuiam de morte Druſi:his verbis,Hoc fuit Androma-
chæ cum vir religatus ad axes Terruit amiſſos ſanguinolen-
tus equos. Ergo volens nunc aliquis ex Græcis illum locum
vxori ſuæ ante oculos ponere dicebat . Hic,hoc loco , quem
deſignabat in menſa. ¶ Hic.l.)id eſt, vulneribus confoſſus &
dilaceratus,vt Virg. Vulneraq; illa gerens , quæ circum plu-
rima muros. Accepit patrios. ¶ Ter.He.ami.).i.liberos & ce-
leres , nam amitto componitur ex a particula ſeparatiua , &
mitto,inde amiſſus dicitur quaſi dimiſſus, & liber & ideo ce-
ler. Ouidius,Et celer amiſſis labitur annus equis, & lib.quar-
to Faſtorum,Hanc quondam Cytherea diem properantius ire
Iuſſit,& amiſſos præcipitauit equos . Ergo nullo modo lega-
tur alacer miſſos.' ¶ Hic lacer admiſſos terruit) Vno ore oés.
Hic lacer admiſſos legendum putant. Hubertinus ita eſſe om-
nino contendit , nequam etiam aliter legi ſcilicet . Hic alacer
miſſos . Neq; ratione,neq; hiſtoriæ teſtimonio comprobari
poſſe . Deq; equis ab Hectore territis vlla vſquam mentio ab
Hubertini error. Homero fieri . Sed fallitur manifeſto errore . Homerus.xvij.
Iliados Achillis equos ab Hectore morte Patrocli territos
Volſcus probat,eumq; legito . ¶ Philelphus autem,a quo lo-
cum hunc mutuaſſe omneis puto , eiuſq; magnam partem &
laudem,& gloriam. ¶ Omnia nanq; tuo) Docet quomodo,
& a quo hæc norit facinora Vlyſſis,ex Telemacho videlicet
ſuo & Vlyſſis filio , quem ad Neſtorem miſerat patris inqui-
rendi gratia.In qua re conciliat ſibi ingenioſa mulier beneuo
C lentiam mariti,cuius ſe ſemper tam ſolicitam fuiſſe ſignificat.
Ordo eſt,dico ſupple, ꝙ Hector terruit, nanq; Neſtor ſenior
qui ſecundum Homerum tertiam vixerat ætatem , retule-
rat , ideſt , recenſu erat & narrauerat omnia , nato , ideſt , fi-
lio tuo Telemacho miſſo te quærere , ideſt , vt te quæreret.
¶ At) ideſt ille ſcilicet filius tuus & meus . Telemacus mihi
ſubaudi rettulit, Et,ideſt etiam præter ſupradicta. ¶ Rettu-
lit)narrauit. ¶ Rhœſum Dolonaq; Cæſos) ſic legendum eſt,
vtq; coniunctio encletica, vtriq; ſubiungatur , vt conſtet ra-
tio metri.nam Dolon primam corripit,& q; coniunctio hoc
loco non ſolum copulat verba ; ſed etiam ſenſum , vt oſten-
dat vtrumq; cæſum,ideſt,interfectum fuiſſe.Fuit autem Rhœ
ſus rex Thraciæ filius Eronei , ab amicitia Priami non alie-
nus:qui cum in auxilium Troiam veniſſet,cum Thracum co-
pijs iam nocte adueniente ante inſulam,quæ antepoſita ciuita
ti continenti adiungitur pauliſper commoratus , poſtea circi-
ter ſecundam vigiliam campos Troiæ ingreſſus tentoria ex-
plicuit,quod vbi Diome. & Vly. in ea parte vigilias curantes
animaduerteret; vel potius ; vt alij volunt ex Dolone Troia-
no intellexerunt:qui & ipſe ſpeculatum exierat : & eum depre- D
henderat, vt mox dicetur:omnia circumſpiciens , Celeriter ad
locum,vbi Rhœſus commoratus fuerat:acceſſerunt . Tum fa-
tigatis ex itinere cuſtodibus , & ob id ſomno preſſis. Vly. &
Diome.introgreſſi, regem in ipſis tentorijs interfecerunt , &
currum eius cum inſignibus equis: ad naues Græcorum duxe
runt . Dolon autem vir fuit Troia . Eumedis filius qui in ca-
ſtra Gręcorum ſpeculator acceſſit:pactus cum Troianis vt in
remunerationem ſpeculationis:ſibi darentur equi Achil. poſt
victoriam quam ſperabat ; ſed depræhenſus eſt a Dio . & Vly.
qui & ipſi ſpeculatum venerant, & vigilias (vt diximus) in ea
parte curabant ; quibus omnia aperuit ; quæ Troiani para-
rent: & ſperarent:indicauitq; præcipue aduentum Rhœſi : &
fatum ; quodde eius equis erat : Troiam non poſſe capi : ſi
aquam Xanthi bibiſſent : aut pabula ſoli Troiani guſtaſſent:
promiſerant ei enim vitam : ſi omnia indicaret ; verum om-
nibus perceptis:eu; interfecerunt,thracumq; caſtra inuadunt.
Diome.dormientem Rhœſum perimit & ſocios.xij.equos in
caſtra abigunt : & ad præſepe inter alios ; Diome. equos alli-
gant. vnde Ouidius nunc dixit eum proditum dolo:quia non
ſeruauerunt : quod promiſerant ; eum autem ſpe equorum
Achil. ſpeculatum iuiſſe oſtendit Ouidius libro ſecundo Tri.
Non foret Eumedes orbus ſi filius eius,ſtultus:Achilleos non
adamaſſet equos . & Virgilius libro duodecimo Aeneidos
multis verſibus.Sed quicquid pertinet ad intelligendum hunc
locum ; optime habetur libro decimo tertio Metamorpho.ex E
verbis Vlyſſis,Eſt aliquid de tot graiorum milibus vnum,A
Diome legi:nec me ſors ire iubebat . Sed tamen & ſpreto no-
ctiſq; hoſtiſq; periclo . Auſum eadem ; quæ nos phrygia de
gente Dolona. Intimo non ante tamen : quam cuncta coegi
prodere : & edidici quid perfida Troia pararet . Omnia co-
gnoram : nec quid ſpecularer habebam . Et iam promiſſa po-
teram cum laude reuerti . Haud contentus eo petij tentoria
Rhœſi . Inq; ſuis ipſum caſtris : comiteſq; peremi . Atq; ita
captiuo victor votiſq; potitus Ingredior curru lætos imi-
tante triumphos.& Virgilius libro primo Aeneidos.Nec pro
cul hinc Rhœſi,niueis tentoria velis. Agnoſcit lachrymans;
primo quæ prodita ſomno . Tytides multa vaſtabat cæde
cruentus . Ardentiſq; auertit equos in caſtra priuſquam.Pa-
bula guſtaſſent Troiæ xantumq; bibiſſent. Ecce per hos Oui-
dius & Virgilius verſus declaratur totus hic locus huius epi-
ſtolæ:vt ſicut hic Rhœſus proditus ſomno: quia inuaſus eſt,
cum dormiret cuſtodibus etiam ſuis : vt dictum eſt. ¶ Som-
no preſſis ita enim ſcribit Dytis cretenſis. licet Ser. ſuper eum
locum : primoq; prodita ſomno:exponat prima parte noctis
vt Libra die : ſomniq; pares vbi fecerit horas . Sed prior ſen-
ſus eſt ex hiſtoria. ¶ Auſus es)incuſat Penelo. Vlyſſem nimiæ
audaciæ & obliuionis ſuorum . ¶ Nimium & nimium) hoc
eſt penitus tuorum patris ; filij : & vxoris. ¶ Tangere) ſci-
licet acceſſu tuo:hoc eſt intrare. ¶ Caſtra Thracia) ideſt ten- F
toria Rhœſi regis Thraciæ. ¶ Dolo,) inſidijs noctis : quod
eſt audacius quam in luce. ¶ Rettulit) ideſt recenſuit mihi.
Rettulit (inquit) Rhœſum regem illum Thraciæ: & Dolona
Troianum illum filium Eumedæ cæſos , ideſt : occiſos a te:
ferro , ideſt : gladio : & rettulit vt, ideſt, qualiter hic ſcilicet
Rhœſus ſit proditus ſomno ; quia prima nocte dum clauſas
portas intrare non poſſet occiſus eſt. Vnde Virgilius Aenei-
dos primo . Nec procul hinc Rhœſi niueis tentoria velis.
Agnoſcit lachrymans primo quæ prodita ſomno ; ideſt : pri-
ma parte noctis, Et vt ille videlicet Doló proditus eſt dolo,
quia promiſſa erat ei impunitas : ſed non ſeruata, aut dolo:
quem occiſus prætendebat : hoc eſt propter dolum ; quem
aſtruere volebat ; & Rhœſus ; quia imprudenter inter hoſtes
ſomno indulgebat ; & ita eſt vituperatio hoſtium & laus vi-
ctoris, & tamen dicit nocturno dolo : quaſi non niſi per do-
lum id potuiſſet perpetrare : ſed,Dolus an virtus quis in ho-
ſte requirat ? Adiutus ab vno viro.i.Diomede . Equis Iſma-
rijs , ipſius videlicet Rhœſi ; cuius ipſe cum Diomede ,
Ardentes auertit equos in caſtra : priuſquam pabula gu-
ſtaſſent Throiæ, Xantúq; bibiſſent. vbi dicitur Aen.primo.

A ⸢Hic)Rhœſus. ⸢Ille dolo)ꝓmiſſa erat Doloni impunitas, ſi Troianorũ cõſilia aperiret, ſed Diõ illuꝫ interemit. ⸢Thracia) Rhœſi Thracij. ⸢Dolo nocturno) per noctis inſidias.

ARON. ❡ DE Illo. ⸢Vtqꝫ ſit hic ſomno proditus, ille dolo) quia parum credibile eſt, Vlyſſem inſimulatum proditionis ab vxore fuiſſe, dico hoc ſicut Rhœſus ſuo ſomno perijt, ita Dolon ſuo dolo eſt proditus, exiſtimauit Dolon facto indicio de aduentu Rhœſi euaſurum ſe periculum. Verum ea cauſa magis dignus eſt exiſtimatus, qui iugularetur quod patriæ non ſatis fidus fuiſſet, & hoc vult Penelope Dolonem perijſſe ſuo dolo, non Vlyſſis mariti. De ijs pauca hæc Octauiane volui dixiſſe, quod in memoria habeo, de hac re mihi à te factam eſſe quæſtionem, cum tu videreris hærere Donato exponenti, Vix, ideſt, non. Hæc ARON. &c. D

Totq; ſimul mactare uiros adiutus ab uno.
  At bene cautus eras, & memor ante mei.
Vſq; metu micuere ſinus, dum uictor amicum,
  Dictus es Iſmariis iſſe per agmen equis.
Sed mihi quid prodeſt ueſtris diſiecta lacertis
  Ilios? & murus, quod fuit antè, ſolum?
Si maneo qualis Troia durante manebam,
  Virq; mihi dempto fine carendus abeſt.
Diruta ſunt aliis: uni mihi Pergama reſtant,
  Incola captiuo quæ boue uictor arat,
Iam ſeges eſt, ubi Troia fuit: reſecandaq; falce,
  Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.
Semiſepulta uirum curuis feriuntur aratris
  Oſſa, ruinoſas occulit herba domos.
Victor abes: nec ſcire mihi, quæ cauſa morandi,
  Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.
Quiſquis ad hæc uertit peregrinã littora puppim,
  Ille mihi de te multa rogatus, abit.
Quamq; tibi reddat (ſi te modo uiderit uſquàm)
  Traditur huic digitis charta notata meis.

❡ A T) ſcilicet ironeus. ⸢Ante) quam a noſtro amore diſcederes, cum te tuæ domus memoria, & amor ſubibat, eras cautus, nunc, cum perfrixeris, nulla vitas pericula, perſiſtit in amplificatione, vt quãta ſit amante vxore ſollicitudo mõſtretur. Eſt inuerſio quæ plus vrget, quã ſi diceret, oblitus eras mei. ⸢Ante) olim quia ſimulabas inſaniam, ne ires ad illa pericula, & ne me ſolaꝫ relinqueres, quod ipſe dixit. xiij. Metamorpho. Me mea detinuit coniunx, pia mater Achillem. B ⸢Ante) quam tantas res adorireris apertiſſimoqꝫ vitæ periculo te cõmitteres. ⸢Eras memor mei) vel meorũ mandatorũ ego tibi ſuccurrebaꝫ, & perinde. ⸢Eras bene cautus periculorum fugitans & ſalutis vitæqꝫ paratus. Atqꝫ ita non eſt, alioqui ſi te cogitatio mei ſubiſſet, ad pericula cunctatius acceſſiſſes, vt te mihi ſeruares, incolumẽ, & in tua ſalute meę parceres, hãc ſententiaꝫ planius expreſſit in Laodomia, Et facito vt dicas quoties pugnare parabis. Parcere me iuſſit Laodomia ſibi, & illic, Vltima mandato claudetur epiſtola paruo. Sit tibi cura tui, ſit tibi cura mei. ⸢Vſqꝫ metu) dicit Penelo. quod cum hæc ſupradicta narrarentur ſibi fuiſſe geſta ab Vly. ſemper audiendo nimio timore tremuit donec itellexit Vlyſſeꝫ, his ita geſtis reuertiſſe ad Gręcos, equis Rhœſi adductis. ⸢Vſqꝫ metu) Quidã nõ aſpernandus homo, cuius nomini parco, ne inſectari virũ, non rem videar proſequi, Vbi multi inquit (vt eius referam verba) cur Penelope timeat, dubitant, cũ victor Vlyſſes ierit, quo lætari oporteret. Lector audi me. Timebat enim ne Vlyſſem interficerent Græci ſub ſpecie Rheſi, quia equos C habebat, quos abſtulerat hoſtibus inſcijs omnibus, pręter Diome. Hæc dixi, vt Grammatiſtas admoneam, qui non tam illud intelligunt, q̃; intelligere minus curant. Hæc homo. Cui aſſentior propterea, vt aliorum id iudicio conſtet. Nam ſi verborum ordinem inſpiciamus, nihil eſt, quod curæ ſit ſcitu. Eſt enim ordo, Sinus mei Penelopes metu micuere, vſqꝫ dum dictus victor ire per agmen amicuꝫ equis Iſmarijs. Nanqꝫ ſuperius auſum eſſe dixerat, nocturno dolo Thracia inuadere caſtra, nimium, nimiumqꝫ ſuorum oblitum, ab vnoqꝫ adiutum tot mactare viros. Cumqꝫ talia referrentur, & huiuſmodi alia, Penelopem trepidaſſe vſqꝫ dum victorem iſſe dictum fuerit per agmen amicum, & ab hoſtili euaſiſſe incolumen. Nanqꝫ verbum (hoc agmen amicum) timorem oſtendit depoſuiſſe, quid enim ex amico timendum? Quę ſententia aperte demõſtrat, non eo Penelopen timuiſſe, quod per agmen amicum iſſet Vlyſſes, ſed eo, quod auſus Thracia inuadere caſtra ſolus eſſet, atqꝫ tot viros ab vno adiutus etiam mactare. Quaꝫ ſententiã Volſcus percepiſſe non videtur, quamuis non auſim de Vbertino dicere. Falluntur igitur, qui conſtruunt, Sinus mei, vſqꝫ. i. aſſidue, & continuo metu micuere, dum etiam quod dictus es victor ire per agmen amicum. Vſqꝫ, aſſidue ſignificat. Ouid. Increpat vſqꝫ licet. i. licet me aſſidue increpet.

Igitur quod per agmen amicuꝫ Vlyſſes victor equis ierit Iſmarijs, metum non inijciebat. Id enim factitari frequentiſſime victores ſolere, vt indutis hoſtium ſpolijs triumpharent. Virgil. Heu quantum mutatus ab illo, Hectore, qui nuper exuuias indutus Achillis. Quo in loco Patrocli mortem cælauit, Achilliſqꝫ memor, Hectoris gloriam auget. Sed quid multa? In Aiacem Vlyſſes. Metamor. xiij. Haud contentus eo petij tentoria Rheſi, Inqꝫ ſuis ipſum caſtris, comiteſqꝫ pemi, Atqꝫ ita captiuo victor, votiſq; potitus. Ingredior curru lætos immitante triumphos. Sic quoqꝫ Sabinus Vlyſſes, Euaſi & Thracum cęſo duce prælia Rhœſo, In mea captiuis caſtra reuectus equis. Non igitur erat, quid timeret Penelope, quod victor per agmen amicum iſſet, hæc duo verba, & victor, & amicum agmen, ſecuram ſuadent, ſed quod timuiſſet ante, quam iſtuc referri cœptum eſſet. ⸢Sinus) pectora mea. ⸢Micuere) moti ſunt, tremuere. ⸢Metu) timore, quia lætitia etiam interdum trepidat pectus. ⸢Dum) donec. ⸢Victor). i. tu. ⸢Dictus es) ſcilicet mihi ab eo qui narrabat. ⸢Iſſe per a. amicũ) ſcilicet Græcorum. ⸢Equis Iſmarijs). i. equis Rhœſi abductis, & hic eſt, quod in verſibus ſupra allegatis dicit, Atqꝫ ita captiuo victor, votiſqꝫ potitus. Ingredior curru lætos immitante triumphos. Iſmarus auteꝫ mons eſt Thraciæ, vnde Iſmarius ponitur pro thraico. Iſmarus autem prius dicebatur Maronea, optimo vino abundans, dequo Tibullus ad Meſſalam, Victa Maroneo fœdatus lumina baccho, quem locum male quidam intelligunt exponentes a Marone. i. Virgil. dictum in tertio Aeneidos, quo ſcribit. Polyphemum fuiſſe ſopitum, ſed errant, nam licet de Polyphemo loquatur etiam Tibul. tamen non facit mentionem de Virgil. deſcriptione, ſed de vino, quod ex Thratia Vly. aduеherat. ⸢Ilios diſiecta) ſic Hora. vexata Ilios dixit, frequentius tamen hic Ilios, vel hoc Ilion legitur. Vertit puppim peregrinam ad littora, ſed quomodo? Prora enim ad littus appellitur non puppis. Verum peregrini, & hoſtes cito abnauigaturi, vt dicitur. vj. Aeneid. Obuertunt pelago proras, & ita puppis appellitur ad littus vt paratæ ſint naues ſi neceſſe fuerit ad fugam. ⸢Diſiecta) diruta, diſſipata. ⸢Lacertis). i. viribus. ⸢Quid prodeſt) quaſi dicat nihil. Et murus) ordo eſt. Et ſolum, quod fuit ante murus, nunc æquatus ſolo, ideſt, dirutus: nam tecta æquata ſolo dicuntur: quæ ſunt diruta, neqꝫ ſupra ſolum eminent. Virgilius, Hæc æquata ſolo fumantia culmina ponam. Ouidius libro tertio Faſtorum, Hæc æquata ſolo eſt nullo ſub crimine regni. ⸢Si) pro ſiquidem, quia. ⸢Qualis manebam) ideſt, vidua & ſine marito. ⸢Carendus mihi) ideſt, a me, Et notandum hic participium in voce paſſiua a careo. ⸢Dempto fine) ideſt, ſemper & perpetuo, nam quod finem non habet, æternum eſt. ⸢Dictus eſt Iſmarijs) equi Rhœſi Iſmarij intelliguntur, & Diome-

E F Locus Tybulli.

A di obuenere, quorum fabula fertur, humanis veſci carnibus. ¶Sed mihi quid prodeſt) cõmunicatione vtitur, petit, ⁊ conſuluit, quid ſibi proſit troianum excidium, hac ſciſcitatione ſuſpenditur animus, & ad commiſerationem apparatur, in quo & facile ſibi commiſerationem conciliat, ⁊ lenti mariti increpat tarditatem. ¶Diſiecta) diruta. ¶Ilios) Troia ab Ilio Trois filio dicta, quę præclarã vrbem a ſuo nomine condidit in troade, vt ſcribit Dionyſius. Diruta eſt. viij. menſis iunij, vt Dion ſcribit. ¶Si maneo) ſi, opinatum ſubdit ad communicationem, ꝙ genus ſchematis, ſubſtẽtatio a Celſo dicitur. Græci vero paradoxã appellant, hoc eſt contra opinionem, nõ enim penè euerſa Troia ſe, vt ante, coniuge caritura opinabať. ¶Si ma.) ſine viro. ¶Durãte troia) cũ Troia ſtabat. ¶Diruta ſunt aliis) ab aliarum fortuna ſuum mœrorem amplificat. ¶Aliis) ad vtilitatem. ad fortunam aliarũ puellarũ. ¶Mihi vni) mihi ſoli. i. in dãnũ mei ſolius, cui eſſet vtilius q̃d adhuc ſtarent, vt infra dicet, vtilius ſtarent. ¶Reſtant) remanent non re vera, ſed quantum ad damnum, & dolorem ſuũ. ¶Victor) græcus. ¶Incola) qui illic habitationem fecit, poſt victam Troiam. ¶Boue ca.) pro bobus captiuis. i. bobus qui ante fuerant Troia nunc a græcis cap. ¶Iam ſeges eſt) hęc deſcriptio eo tendit, vt Pẽn. oſtendat iam diu Troiam euerſam, enumerat. n. certiſſima euerſionis, & ruinæ argumenta, ex quo magis conqueritur de abſentia Vly. & quod nõ poſſit intelligere vbi ſit, ſeges eſt, vbi fuit Troia & reſecanda falce. i. iam herba nata eſt, vbi fuerat Tro. & ita alta, vt iã ſit falce metenda. ¶Seges autem ſm Var. dicitur a ſatu. i. ſemine, eſt autem proprie ſeges eorum ſeminum, quæ pãni cõficiendo ſunt apta nondum demeſſa. Nam fruges generaliter dicuntur omnes fructus, qui in alimoniam verti poſſunt, dicitur autem eodem

B Var. teſte a fruendo, hic ergo ſeges accipitur pro ſemine frugũ leto & adhuc viridi. Falce. i. meſſoria. Eſt. n. falx putatoria, qua arbores putãtur, de qua Vir. in Geo. Falce premes vmbrã, & in Buc. Atq; mala vites incidere falce nouellas. ¶Luxuriat) ſupra modum abundat. Hor. luxuriantia compeſcet. Virg. luxuriem ſegetem, tenera depaſcit in herba. Ad oues nonnunquam refertur, & ſignificat exultare & laſciuire. Ouidi. in fa. Ludit & in pratis luxuriatq; pecus. interdum habitudinem ſignificat. Virg. in. iii. Geor. Luxuriatq; toris animoſum pectus. luxuriat enim hic ponitur pro pleno & denſo ¶Pinguis) impinguata. ¶Sanguine phry.) i. ſanguine Troianorum illic effuſo. Eſt autẽ Phrygia aſię regio, vbi eſt Troia. ¶Semiſepulta) non plene ſepulta, vt in bello accidit propter multitudinem. ¶Feriuntur) eruuntur ab aratris. Luc. li. vij. Quæ ſegetes infecta ſurget non decolor herba. Quo nõ romanos violabis vomere manes. Idem paulopoſt, Pluraq; ruriculis feriuntur dentibus oſſa. ¶Occulit) regit, eius frequentatiuũ eſt occulto. ¶Ruinoſas) plenas ruinis proſtratas. ¶Victor). ſ. tu Vly. ¶Abes) es abſens a domo tua. ¶Victor abes) abijſti vt Troiam expugnares, viciſti, & etiam victor abes. Superiora carmina omnia exponũt, quod principio dixit epiſtolę, Troia iacet, & quod pergama boue captiuo arantur, & quod vbi Troia fuit, falce ſeges eſt reſecanda, tum quod herba domos ruinoſas occulit. ¶Cauſa m.) non tam mora ledebat, q̄ quod morę cauſa ignorabat, putabat. n. alieno amore detineri. ¶Lateas) curioſius ẽ: q̄ ſi maneas dixiſſet. ¶Nec ſci. mi.). i. nec poſſum ſcire, quæ cauſa morandi. i. quæ cauſa ſit tibi quare diffe-

C ras redditum tuum in patriam, aut in quo orbe, eleganter pro in qua parte orbis. ¶Quiſq; ad) ſuum officium laudat, tu inquit lates, nec etiam ad me tenuis de te famæ peruenit, ego de te ſemper curioſa ſum. ¶Vertit) nautæ cum ad portum perueniunt puppim in littus conuertunt. ¶Ad hæc littora) ithacenſia. ¶Charta notata) ſcripta, hoc eſt, do literas ad te his omnibus, qui ex ithaca nauigaturi ſunt in quãcunq; orbis regionem. ¶Quiſquis) oſtendit non eſſe culpam ſuam quod ignoret vbi ſit Vly. dicit enim Penelope ſe neminem pretermittere qui ad littus ſuum veniat, quem non diligenter interroget de Vly. & cui non tradat literas: quas ille reddat, Vly. ſi eum alicubi viderit, aut inuenerit. ¶Quiſquis. i. quicunq; . ſ. vel mercator vel nauta. ¶Vertit) appulit: flexit. ¶Puppim) nauem: ſynecdoche. ¶Peregrinam) aduenam, externã. ¶Ad

D hæc littora) ad hanc noſtram terram. ¶Ille abit) diſcedit. ſ. hinc. ¶Rogatus). i. interrogatus, vt, multa ſuper priamo rogitans, alias rogare ſignificat orare, in compoſitione vero cum varijs præpoſitionibus varia habet ſignificata. Arrogare enĩ ſignificat aſſumere, & attribuere, & in malam partem accipitur. Dicitur enim arrogans, qui ſibi plus aſſumit, & attrbuit, q̄ deceat. Abrogare penitus tollere. Derogare in parte minuere, & tollere, vnde Cice. ad Herennium, cui legi derogatũ vel abrogatum ſit. Erogare eſt dare, Irrogare inferre, vt, irrogare pœnam. Hora. i. ſer. Adſit regula peccatis: quæ pœnas irroget æquas: Prorogare differre. Hora. in. i. ſer. Viuendi recte, qui prorogat horam, Ruſticus expectat dum deſinat annis. Subrogare ſufficere: & in locum alterius ſubſtituere. Prærogare pręferre, inde prærogatiua prælatio, & priuilegium dicitur, ſiue, vt vulgo loquar præeminentia. ¶Reddat) det tibi, & propriæ dixit. nam literæ dari dicuntur ab eo, qui mittit, reddi vero ab eo, qui defert: quoniam eius fidei ſint credita, vt reddantur. ¶Charta) epiſtola: ponitur interdum pro vno libro. ¶Notata) ſcripta, nã literæ notę dicuntur, quod ꝑ eas res omnes notentur. Nota etiam pro quolibet ſigno accipitur, Virg. tertio Georg. Continuoq; notas, & nomina gentis innurunt. Luca. lib. vij. Non tamen abſtinuit vẽturos prodere caſus, per varias fortuna notas. Nota etiam dicitur ignominia, & opprobrium, atteſtatur Nonius, Lucilium. Quem ſcis ſcire tuas omnes maculaſq;, notaſq;, vnde & nota cenſoria dicitur, quare Iuuena. dixit, Sed qua Fabri cẽſor notet. ¶Viderit vſquã). i. alicubi, ſignificat autem non ſolum in loco, ſed etiam ad locum. Hora. in. j. ſermo. de formica loquens, non vſquam prorepit, & Teren. in Eunu. ſed profecturus alio fueras, reſpondet Parmeno, nuſquam ſubauditur enim profecturus erat. ¶Aut in quo lateas ferreus orbe) expoſuit, quod redire deberet

E Troia iacente. morãdi cauſas quæritur ignorare, & vbi quoq; moretur. Quamuis Penelope coniectura permota eam narret. Quæ veſtra libido eſt, eſſe peregrino captus amore potes, & quæ ſequuntur. Reſpondet obijciendis, quoq; ſe ſolicitam quærendo, interrogandoq; de Vlyſſe ſemper fuiſſe, & exponit, cum inquit. Quiſq; ad hæc vertit pere. & Nos Pylon antiqui. & Miſimus & ſpartem. Quibus probat ſe nihil de eo ſciuiſſe, tanta perſcrutandi adhibita cura. Potuiſſet enĩ Vlyſſes dicere, nunquam de me ſcies, niſi alios iniquiras interrgando. Quibus ſatisfacit. Orbs pro mundo ponitur a rotunditate dictũ, eo quod mundum orbicularem ferunt. Virg. qui nutu tẽperat orbem. i. mundũ. ¶Quo orbe) i. qua orbis parte moreris. Pro quocunq; rotundo. ponitur etiam pro annulo, Iuuena. Qui lacedæmonium bytiſmate lubricat orbem. Vbi omneis exponunt annulum intelligendum. Quidam intelligit præpoſteram Venerem per orbem lacedæmonium Nam Thucidides primum lacedæmonios refert corpora ad Athletica nudaſſe, oleoq; tinxiſſe, hinc libidinem in pueros exarſiſſe Cicer. tradente. Itaq; metaphorice dictum podicem exiſtimat per lacedæmonium orbem a circuitu, tum quod verbum hoc lubricat, obſcœnum ſignificat. Hic ipſe popiſmate legendum putat, vt ſumatur pro ſibilo, qui ad obſcœna excitari videbatur. Martia. Qui rediie poteſt fatui popiſmata cunui. Sunt qui pytiliſmate legunt. ꝙ exercitationis genus

F quodpiam ſit. Alius & quidem peritiſſimus, & quamuis Dominio videatur fictio commenta, qui affirmet pædæmate reponendum, vt ſalutationem ſignificaſſe videatur, quæ lacedæmonis frequentior erat, tam viris, quam mulieribus. vt in alio loco declarabimus. quæ quoniam riſui habebatur, grauiter a Platone increpantur ij, qui dum pugillares ſpectabant mulieres, riſum excitabant. Platonis verba ſunt, in libro de Repu. Nudandum inquit corpus erit mulieribus, quandoq; pro veſtibus virtutem induent, communicandumq; in bello, & omni alia ciuitatis cuſtodia, qui vero nudas riſerit mulieres, ratione optimi cuiuſdam ita nudatas, inanem circa ridiculas nugas carpens ſapientiæ fructũ, neq; quid rideat neq; quid agat, intelligit. Vtitur authoritate Cecilij, Minutiani, Apuleij in de ortographia libro qui putet legendum pædamate, prioribus ſyllebis diphthongum recipientibus, quia ſit vtrobiq;, apud græcos enim & verbo eo planius ſaltationem innui.

Iuuenalis locus.

¶NOS

A Aſcenſij ordo ſuper verſus.xij.

¶AVSVS es)hic oñdit ꝙ Vly.fuit nimiũ audax di.o Vly. oblite tuoꝝ.ſ.domeſticoꝝ.tu es auſus nimiũ/qꝫ/ꝓ & nimiũ tã gere caſtra Tracia.ſ.Reſi regis Thracię nocturno dolo/qꝫ/ꝓ & tu adiutus ꝓ adiutus ab vno.ſ.Dio.es auſus mactare.ſ.occidere tot viros ſimul.ſ.cũ reſo rege,at ꝓ ſed tu eras,bene cautus ante.ſ.q̃ʒ ires ad exercituʒ & eras memor mei.i.diligebas me. ¶Vſqꝫ metu micuere) hic Penelope oñdit ꝙ q̃n audiebat dici de Vly.talia ꝙ ſemper timebat vnde dicit,ſinus.ſ.mei Pene. micuere.i.tremuerunt metu vſqꝫ.i.ſemper,dum tu victor es dictus iſſe pro iuiſſe per amicũ agmen.et eſt ſincopa.i.per inimicum,hyſmarijs equis.i.terræ hyſmariæ. ¶Sed mihi quid prodeſt) Superius Penelope probauit Troiam deſtructaʒ eſſe per reditũ græcorũ ad patriam ſuam, In hac parte oñdit deſtructioné Troię nihil profuiſſe ſibi,& diuidit̃ in duas partes quia primo oñdit deſtructioné Troiæ nihil ſibi profuiſſe.ij.oñdit illam alijs profuiſſe,ſecunda ibi (diruta ſunt) dicit primo,ſed ilios.i.Troia diſecta.i.deſtructa veſtris lacertis i.brachijs gręcorũ quid.i.ad quid ꝓdeſt mihi,& ſupple illud q̃ͦ fuit ante murus eſt nunc ſolum,ideſt terra .q.d.muri ciuitatis & domorum Troiæ deſtructi et equati terræ quid proſunt mihi .q.d. nihil. ¶Si maneo) hic oñdit ꝙ talis deſtructio Troiæ nõ ꝓdeſt ſibi Vnde dicit & quid prodeſt mihi ſi ego Penelope maneo talis qualis manebã Troia durante in ſuo bono ſtatu,quia tunc carebam marito & etiam nunc careo/qꝫ/pro &,vir ſcilicet meus abeſt.i.abſens eſt carendus mihi.i.quo debeo carere dempto fine.i.ſine fine,quia ſemper ſum caritura eo.ſ quid ꝓdeſt mihi. ¶Diruta ſunt) hic Penelo. oſtendit deſtructionem Troiæ aliquibus dñabus profuiſſe,ſibi autem non,Vnde dicit pergama.i.ędificia Troiana ſunt diruta aliis dominabus gręcię qa viri earuʒ redierunt, reſtant.i.adhuc ſuperſunt mihi vni,quia vir meus adhuc remanſit ad deſtruendũ Troiam/qꝫ/pro & incola, ideſt nouus habitator,victor,ſcilicet qui habitat Troiaʒ ipſa eſiſtente ſic deſtructa iam arat captiuo boue vbi conſueuerant eſſe domus, Hæc de ordine. D

¶NOS PYLON) dicit Penelope præter diligentem interrogationeʒ,& inquiſitionem factam a ſe de Vly. apud peregrinos ad ſuum littus venientes,& præter literas traditas,quæ ei redderentur,ſe etiã miſiſſe ad diuerſa loca per cũctatum de ipſo Vly.& præſęrtim, Pylon & Sparten quoniam ex Pylo a Neſtore Vly. B ſocio,vel ex Sparte ab Agam. & Mene. principibus græcoruʒ putabat ſe poſſe fieri certiorem,vbi eſſet Vly.dicit ergo. ¶Nos miſimus Pylon) arua Neleia Neſtoris, ideſt terram Neſtoris regnataʒ a patre eius Neleo, fuit autem vt ſcribit Strabo,Pylos vrbs in Meſſenia vbi Neleus pater Neſtoris regnauit, hãc Hercu.expugnauit,& ex duodecim filijs Nelei ab eo interfectis, ſolus Neſtor ſuperfuit, quod ipſe narrat libro duodecimo Metamor. ipſe Neſtor interdum Pylius dicitur a Pylo a Mar.

Nos Pylon, antiqui Neleia Neſtoris arua
Miſimus: incerta eſt fama remiſſa Pylo.
Miſimus & Sparten, Sparte quoqꝫ neſcia ueri,
Quas habitas terras, aut ubi lentus abes.
Vtilius ſtarent etiam nunc mœnia Phœbi:
Iraſcor uotis heu leuis ipſa meis.
Scirem ubi pugnares,& tantum bella timerem,
Et mea cum multis iuncta querela foret.
Quid timeam,ignoro,timeo tamen omnia demens,
Et patet in curas area lata meas.
Quæcunqꝫ æquor habet, quæcunqꝫ pericula tellus,
Tam longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ.
Hæc ego dum ſtultè meditor,quæ ueſtra libido eſt,
Eſſe peregrino captus amore potes.
Forſitan & narras, quàm ſit tibi ruſtica coniux,
Quæ tantum lanas non ſinit eſſe rudes.
Fallar, & hoc crimen tenues uaneſcat in auras,
Neue reuertendi liber, abeſſe uelis.
Me pater Icarius uiduo diſcedere lecto
Cogit, & immenſas increpat uſqꝫ moras.

vt Lacedæmõ regio tota dicatur,ipſa vero vrbs Spte. Quare Oui. recte cũ Lacedæmona claſſe petebat, Obrutus iſanis eſſet adulter aquis, hæc vero, Miſimus & Sparten. Sparten autem accuſatiuus eſt Græcus a nominatiuo Sparte. ¶Neſcia veri) ignara veritatis de te Sparte autem pro Spartani ponitur, ideſt vrbs pro hominibus. ¶Sparten) ad Menelaum, qui cum de Vlyſſe negaſſet ſcire Telemachum remiſit patera,& peplo donatuʒ,pateram Vulcanus effinxerat,peplum Helena texuerat. ¶Sparte neſcia)Menelaus Spartanus de te verum neſcit. ¶Lentus) tardus ad reuertendũ Vel vbi lentus habes, ſcilicet domiciliũ,aut potius ab.Mœnia phœbi, ideſt pergama Apollinis fabricata manu, & ab eo deo cuſtodita. Vnde Virgil.Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores &c. ¶Iraſcor votis)ideſt deſiderijs,quia deſideraui cum Troia ſtaret excidium eius,nunc cum iacet, eius incolumitatem ſi Troia ſtaret,ſcirem vbi pugnares,& tantum bella timerem,& cætera.nunc autem pellicem timet,quod tamen non expreſſe dicit, ſed per inſinuationem. Area lata,area ab ariditate dicitur locus,in quo teruntur fruges quę ſunt futurę frugis ſemina ſicut abſentia Vly.multarũ curarũ. ¶Vtilius) declarat partes, quod dixerat ſuperius, vni mihi pergama reſtant. ¶Mœnia Phœbi)Troia ipſa. ¶Starent vti.) mihi minus moleſtum eſſet,ſi non eſſet euerſa,Sed eſſent adhuc integra,& erecta.Dixit ſupra,in eo loco.Troia iacet certe. ¶Mœnia Phœbi) i.muri Troiani,quos Phœbus ędifcauit. Fabula autem hic habet.Neptu.⁊ Apollo ꝓmiſſa ſibi a Laomedóte rege Troia. mercede muros illi ędifieauerũt,ſed Laomedon poſtea eis promiſſam mercedem negaſſe dicitur quod ideo fingitur,quia,vt voluit Ser. Laomedon Neptuno,⁊ Phœbo certã pecunię quãtitatem vouerat, quã poſtea imminentibus hoſtibus ad murorum ædificationem tranſtuliſſe dicitur,vnde Troiá fabricaſſe dicuntur, vnde & author hoc dixit pergama Phœbi, ⁊ Virg. li.ij. Ane.Et omnis humo fumat Neptunia Troia. ¶Heu ipſa) .i.ego. ¶Leuis)inconſtans,⁊ mutabilis,alias leuis ſignificat nõ onerosum,item vilem ⁊ contemptibilem. ¶Iraſcor meis vo.) reprehendo mea vota,⁊ ea quæ optauit prius enim optauit,vt Troiam vinceretis,⁊ dirueretis,nunc doleo me ita optaſſe.nã vellem adhuc Troiam ſtare. ¶Scirem vbi pugnares,⁊ cæte.) ſenſus eſt, ſi Troia ſtaret, hoc ſaltem ſcirem ubi pugnare, ⁊ E F

& Iuue.aut rex Pylius magno ſi quicquã credis Hom.exemplũ vitæ fuit a cornicę ſecundę. ¶Neleus)ex Chlori Amphi.Thebani filia.xij.filios habuit,omnes præter Neſtoreʒ Hercu. peremit,quando erat cæteris iunior,vt ipſe apud Home. recenſet. ¶Nos Py.&c.)declinatur hæc Pylos, huius Pyli, huic Pylo. hanc Pylon vel Pylum a nominatiuo Pylus.Item hæc Sparta latinæ,vel Sparte,huius Spartes Græcæ.Vnde eſt accuſatiuus Sparten per n,non per m,& eſt patria Menelai. ¶Neleia arua) æmulatio Homeri,qui Pylon ἀσ υνηλκιον cognominauit,a Neleo Cretei, vel vt vulgo credebat̃ Neptuni Tyruſqꝫ filio,cui ex ioco a fratre Pelia fugato.Apharcus oppido quędã Meſſeniæ cóceſſit ad mare & in ijs Pylon author Pauſanias. ¶Incerta)Neſtor nihil certi de te nobis rettulit. ¶Antiqui)ſenis,dicitur.n.vixiſſe.ccc.an,vt ipẽ apd̃ Oui.vixi annos bis.c.nũc tertia viuitur ætas. ¶Fama de te) Eſt re.ſ.mihi a Neſtore. ¶Incerta) ignara de te vbi ſis. ¶Miſimus &).i.etiaʒ. ¶Miſimus & Spar.) C Sparte in Peloponneſo eſt a ſparto Phoronei filio condita,ſed apud Gręcos legitur quoqꝫ a Sparta muliere dicta. Eam regionem principẽ tenuiſſe Lelega indigenã,a quo Lelege populi dicti ſunt.Oui.Meta.x.Cares & armiferos Lelegas.Lyciamqꝫ pererrat,cuius Myleta filiuʒ,cuius fuit Eurotas,a quo Sparta ſit genita ferunt. cui Lacedęmon,in regno ſucceſſit Iouis filius Spartamqꝫ filiã Eurotę duxit vxorem,quiqꝫ primo imperij anno a ſedici ꝓuinciã Lacedęmona,Lacedęmonioſqꝫ populos, mox vrbe condita,ciuitati nomen impoſuit vxoris. Quo fit,

A gereres bellum. ⸢Et tantum) ideſt ſolummodo. ⸢Timerem bella) ideſt pericula bellorum, non autem alia. ⸢Et mea querela) de abſentia mariti. ⸢Foret iuncta cum multis) ſcilicet alijs mulieribus,quæ ⁊ ipſæ conqueruntur de abſentia maritorum ſuorum, quod eſſet mihi tolerabilius. Nam eſt in communi prouerbio, Miſeriarum ſocietas ſolatij loco eſt. ⸢Ignoro) poſt dirutam Troiam. ⸢Quid timeam) ignaro nullius rei determinatæ certa erat,quam timeret omnē tamen timebat ſi enim Troia ſtaret,quid timeret, ſciret. Laodomeia ſic,Nos ſumus incertę, nos anxius omnia cogit, quæ poſſunt fieri facta putare timor. ⸢Quid timeam) ſcilicet nunc cum neſcio vbi ſis. ⸢Demens) exanimata, & timore perturbata. ⸢Area lata) metaphora a ſoli ſpatio, ingens eſt curarum fluctuatio. ⸢Et patet in curas area lata meas) ſenſus,eſt licet neſcia quid timeam, timeo tamen tibi omnia pericula, & meæ curæ, & timores in omnem partem vertuntur. ⸢Area) ſpatium. ⸢Lata) ampla. ⸢In meas curas) in meas ſollicitudines & timores de te. ⸢Patet) patens eſt, & diffunditur late atqꝫ ſpatioſe.nam ara pro ſpatio ponitur,& latitudine, ſignificat & alia, & proprie, & tranſlatiue, quæ, quia ad hunc locum non pertinent prætereuntur. ⸢Quæcunqꝫ æquor habet) ordo eſt,ego ſuſpicor quæcunqꝫ pericula, ideſt omnia pericula,quę æquor habet,& tellus,eſſe cauſas tam longæ more, ideſt ꝙ taꝫ diu moreris, ſuſpicor fuiſſe cauſam periculorum quæ tibi mari terraqꝫ poterunt accidere. ⸢Hæc ego) dum,ſe colligit Pe-

B nelope,cauſam adducit morandi,quæ potuit eſſe. Ego Emphaſim habet.Cicero,Ego omni officio.in plurali tamen nos tollit,vt idem,Nos autem quantum in vtroqꝫ profecerimus,aliorum ſit.iudicio, Habet etiam indignationem. Virgilius, Aſt ego, quæ diuum.Idem,Quos ego,ſed motos præſtat componere fluctus. Iuuenalis,Semper ego auditor. ⸢Hęc ego dum ſtulte) nunc more muliebri detegit aliam ſuſpitionem, quam habet dicens,Hæc ego ſupra dictas cauſas ſuſpicor, ſed vt vos viri, libidine maxime ducimini, captus es fortaſſe amore alicuius mulieris,quæ te detinet, ordo eſt,tū ego ſtulte meditor hęc,ſcilicet ſupra dicta, tu potes eſſe captus amore peregrino, quæ libido veſtra eſt,ideſt pro ea libidine,quæ libido eſt veſtra,ideſt veſtrorū virorum,ideſt quaꝫ vos viri habetis,& hic eſt verus ſenſus,& vera conſtructio. nam ſupplendus eſt ablatiuus,& talis conſtructio vſitata eſt a doctis. Ser.Sul. ad Cice. in epiſtola qua conſolatur eum de morte filiæ ſimili vtitur locutione,qui illius amor in te eſt,hęc facere illa non vult, ordo,illa non vult te facere hæc eo amore,qui amor illius eſt in te.ſunt,& alia exempla, vt quæ improbitas tua eſt, me oppugnare audes,ideſt ea improbitate,quæ tua improbitas eſt, ſed hæc ſint ſatis.huiuſmodi autem ſuſpitiones vxorum de amore maritorum abſentium,quoniam crebræ ſunt, ſolent a poetis ipſis mulieribus attribui Teren. in adel. Vxor ſi ceſſas aut te amare cogitat,aut amari,aut potare,aut animo obſequi, & tibi bene eſſe ſoli, cum ſibi ſit male. ⸢Stulte) temere & fru-

C ſtra. ⸢Quæ veſtra li.) amas forte peregrinam puellam,quod pro inſatiabili libidine facere conſueuiſtis, vt neglecta vxore alias ametis. ⸢Peregrino a.)alludit ad Circem,& Calypſon, cum quibus Vly. multum temporis conſumpſit. ex Circe Telegonum genuit, ex Calypſo Atlantis filia Auſonem, a quo Italia Auſonia nuncupatur. ⸢Quę veſtra libido eſt)aut per parentheſim dicit,quæ res eſt veſtra libido, aut dum ego meditor ſtulte hęc,ſcilicet quæ eſt veſtra libido, ſed prior modus melior eſt,quia ponitur hæc,ſcilicet prædicta,quaꝫ in mari & terra contingunt. Apte autem pluraliter dicit quantum ad ſenſum, veſtra non tua libido, ne in ſolum Vlyſſem talem maculam conijciat, & vt facile creditu doceat quod multi conſueuerunt.Id autem dicit, quia noti erant amores Agamēnonis,Achillis, & aliorum principum. ⸢Forſitan & narras) præſumit quæ Vly.obijcere poluiſſet,id genus ſchematis græce prolepſis, latinæ præſumptio, vt Fabius meminit, Narras puellis quas amas. ⸢Ruſtica)inculta & in cæteris rebus ignaua, ptæterquam in lanificio,dicimus. Rudes qui nullum in ſuo ſtudio cultum ſortiti ſunt. ⸢Forſitan) addit & aliam ſuſpitionem de contemptu ſuo, ideſt Vly. vt gratior ſit nouæ

D amicæ,vituperat ipſam Penelopem.Sic Medea ad Iaſone, Forſitan & ſtulte dum te iactare maritæ. Quæris, & iniuſtis auribus apta loqui.In faciem, moreſqꝫ meos noua crimina fingis. ⸢Quæ tantum lanas non ſinit eſſe rudes) ideſt quæ nulli alij rei muliebri ſatis ſit apta,niſi carpendis lanis,non etiam acui. notandum autem eſt, Penelopem ſuſpicari non ſolum quod Vly.eam ruſticam dicat apud amicam verum etiam dicat eſſe anum. nam mulieres iuuenes magis exercitio acus vtebantur, non ad conſuendum, ſed ad pingendum varijs coloribus, & figurandum veſtes, quales a Didone non textas,ſed acu pictas ſignificat. Virgilius Aeneidos libro vndecimo. Tum geminas veſtes auroqꝫ, oſtroqꝫ rigentes. Extulit Aeneas,quas illi læta laborum,ipſa ſuis quondam manibus ſidonia Dido fecerat,& tenui telas diſcreuerat auro.& alibi,Pictus acu clamidem & ferrugine clarus hibera. Anus auteꝫ quæ propter viſus,& habitudinem, aut manus inſtabilitatem acui non eſſet aptæ,ad lanam transferebantur, & talem mulierem Iuuenalis ſignificauit, cum dixit, Eſt in conſilio matrona admotaqꝫ lanis,Emerita, quæ ceſſat acu.

Lanificij ſtudium matronale.

⸢Rudes) ideſt impolitas. ⸢Fallar)optatiui eſt modi,& ſubauditur vtinā. ⸢Fallar) optantis eſt, decipiar, ſcilicet hac mea opinione, quam de te habeo. ⸢Hoc crimen) quo te accuſo, ſcilicet de amore alterius mulieris. ⸢Tenues, vacuas, vel ſubtiles quæ ſua tenuitate non vident. ⸢Auras) ideſt aera, qui eſt tenuis comparatione aquæ,& terræ. ⸢Euaneſcat) in vanum hoc eſt in nihilum abeat, hoc eſt non ſit verum. ⸢Ne ve re.) ve copulatiua

E eſt coniunctio,ſignificat enim &. Senſus ergo eſt ⁊ tu liber re. ideſt tu non prohibitus quia reuertaris, ideſt vtinam nullius mulieris amore retentus ne velis abeſſe. liber enim eundi dicitur, qui ire permittitur & ſic liber reuertendi, qui libertatem habet reuertendi, Poteſt etiam ita ordinari cum ſequentibus verſibus & ne tu liber reuertendi velis eſſe. ⸢Ne ve reuertendi) Dij faciant inuitus, & non ſponte peregrinæ maneas, vt ſuſpicor. ⸢Liber reuertendi) cum ſit in tua poteſtate redire. ⸢Velis abeſſe) Reditum in patriam negligas, & procul a me libenter viuas in alterius puellæ complexu, ne velis abeſſe cum fueris liber reuertendi, ideſt quandocunqꝫ dabitur facultas libere reuertendi, quæ eſt his qui amoribus adulterinis indulgent, quia nihil eſt, quod eis legitimam auferat libertatem,& tamen non redeunt,quia capti ſunt. Diſcedere lecto viduo) id eſt accedere lectum martialem. ⸢Pater Icarius co. me &c.) rariſſime tamen inuenitur apud Ouidium, ſenſus a verſu pentametro præcedenti ad hexametrum, vel pentametrum ſequentis tranſeat, quamuis nonnunquam faciat, ut in epiſtola Phy. Quaqꝫ patent oculis litera lata meis,Siue die laxatur,humus & ſeu frigida lucent.Sydera,proſpicio quis freta ventus agat. ⸢Me pater) commendat nunc Penelope amorem ſuum, & conſtantiam erga Vly. quia cum poſt tam diuturnam abſentiam erga Vlyſſeꝫ vellet eam pater alij uiro collocare, dicit ſe nunquam uoluiſſe. ⸢Icarius pa-

F ter me) Fuit enim filia Icarij fratrjs Tyndari,ut ſcribit Strabo libro decimo.Polycaſta eius mater, pater fuit autem Penelopes,& eius fratres Alyzeus, & Leucadius qui cū regnum acarnaniæ tenuiſſent, ciuitatibus nomen dederunt, ſæpe uoluerunt eam Eurymacho uxorem tradere adducit Strabo,Homerus,uerſus latinos ſic factos,Olli in tecta patris prope, autem habitare feroces Icarij, cuius de ſemine filia pulchro Germaniqꝫ orti fratres,tum protinus illam Eurymacho pater,& fratres nupſiſſe uolebat, dicit ergo. ⸢Pater] cogit) ſcilicet uerbis ſuis nam uoluntas patris filiabus pro iuſſu habenda eſt. ⸢Diſcedere uiduo lecto) ſcilicet tuo a te derelicto et in quo ſum tanquam uidua. ⸢Increpat) incuſat. ⸢Moras increpat) ideſt nimis longas moras meas, quam te tam diu expectem. ⸢Me pater Icarius) Vlyſſem mouet ab exemplo. Nam quia ſuperius dixerat, eſſe peregrino captus amore potes, narrat a patre ſe coegi,ut in alterius coniugium uiri deſcendat, quamuis aſſidue urgeat, ſemper Vlyſſis ero. quæ ſicut a patre flecti non potuit, ita ne amore flectatur, alteriuſqꝫ ſit mulieris tacite innuere uidetur. Icarius Erigones pater nequaquam fuit, at Icarus non negabitur, In quo Tortellus deceptus eſt.

Increpet uſq; licet:tua ſim,tua dicar oportet:
Penelope coniux ſemper Vlyſſis ero.
Ille tamen pietate mea,precibuſq; pudicis
Frangitur,& uires temperat ipſe ſuas.
Dulichii,Samiiq;,& quos tulit alta Zacinthos.
Turba ruunt in me luxurioſa proci,
Inq; tua regnat nullis prohibentibus aula.
Viſcera noſtra,tuæ dilacerantur * opes.
Quid tibi Piſandrum,Polybumq;,Medontaq; dirũ,
Eurimachi auidas,Antinoiq; manus,
Atq; alios referam?quos omnes turpiter abſens
Ipſe tuo partis ſanguine rebus alis.
Irus egens,pecoriſq; Melanthius author edendi,
Vltimus accedunt in tua damna pudor.
Tres ſumus imbelles numero:ſine uiribus,uxor,
Laerteſq; ſenex,Thelemachuſq; puer.
Ille per inſidias penè eſt mihi nuper ademptus,
Dum parat inuitis omnibus ire Pylon.
Dii * precor hoc iubeant,ut euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat,ille tuos.
Hoc faciunt cuſtoſq; boum,longæuaq; nutrix,
Tertius,immundæ cura fidelis haræ.
Sed neq; Laertes,ut qui ſit inutilis annis,
Hoſtibus in mediis regna tenere poteſt.
Telemacho ueniet (uiuat modo) fortior ætas,
Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.
Nec mihi ſunt uires inimicos pellere tectis.
Tu citius uenias portus,& aura tuis.

A ¶INCREPET) huius verbi repititio habet emphaſim, quaſi dicat inclamet mihi quantum velit. ¶Oportet) decet. ¶Dicar) a poſteris volo a conſtantia coniugij laudari. ¶Pudicis) pudicę filiæ quę vi.tha.cuſtodit. ¶Pietate mea).i.meo vehementi erga te amore. ¶Frangitur) vincitur. ¶Et vires temperat) ideſt minuit impetuꝫ animi,quia quando videt me tam eſſe amantem tui, minus poſtea inſtat, vt nubam alio. ¶Vires) paternuꝫ ius ſumptũ eſſe videtur ex roma.legibus, quibus ſanciebatur, vt quam primum ætas ferret ad coniugium cogi poſſe,vt Dio.ſcribit. ¶Dulychij) nunc Penelope procatores ex diuerſis locis veniſſe cõmemorat. Sunt autem proci ſiue procatores, qui perſeueranter & inſtanter aliquam vxorem petunt. Procari eniꝫ eſt importune, & perſeuerãter petere. ordo eſt proci Dulichij,& quos &c. ruunt in me. Dulychium autem vt ſcribit Stra.vna eſt ex Echimnadibus inſulis, quæ inter ʒacynthon & Cephaleniam ad orientem ſolem iacent, ex ea

B duo de.l.procos veniſſe ſcribit Home. Cephaleniam autẽ, teſte Strabo, quidam Dylychium appellare non dubitauere,dicta autem ait a Cephalo hanc tetrapolim,ideſt quatuor ciuitates, habentem appellatam dicit. Same Cephaniæ vrbs eſt,quę & Samos dicitur.Naꝫ pro vrbe teſte Strabo vtroqꝫ modo dicitur, pro inſula vero tantummodo ſamox exea quatuor &.xx.proci venerunt. Zacynthos paulo plus quam Cephalenia in occaſum vergit,et eam magis attingit,eius autem ambitus vltra.c.&.lx.ſtadia eſt,abeſt a Cephalenia ad ſtadia.xl.nemoroſa quidem, verum fructifera eius nominis eſt celebris,hoc Stra. ¶Et quos tu)quos procreauit. ¶Alta)eminens. Vir.ij. Aen.Iam medio apparet fluctu nemoroſa ʒacynthos,per hoc qđ dixit apparet altaꝫ eſſe ſignificauit. ¶Proci)Penelope bis a ꝓcis petita eſt, ſemel adhuc inupta cũ

C pater Icarius ei deſpõdebat,qui pernitate pedũ pręſtaret, itaqꝫ Lacedęmone ſm viã,quę exinde appellata aphetatis eſt inſtituto certamine. Vlyſſi curſu victori Penelope ceſſit. Iterum per abſentiam viri, quem mortuum putabant in Odyſſea canit Homerus,Superiora Pauſanias. ¶Turba luxi.proci) exprimit nominis vim ex Verri Flacci ſententia,Procos enim dicimus qui in eandem libidinem nimia appetentia conſpirant a procando dicti.Eſt procare, vt Verro ſcribit nimium laſciue petere, vnde procaces mollium rerum petitores, & a petendo nimium petuloſi, ſeu petulantes, & nimia laſciuia petulantia. ¶Ruunt)ex omnibus inſulis Echinadibus,in tuam regiaꝫ confluunt. ¶In me) meum concubitum petentes. ¶Ruunt concurſu) & quaſi facto impetu veniunt. Vir.Ac venti velut agmine facto,qua data porta ruunt. ¶Luxurioſa)libidinis plena,& petulans. ¶Luxurioſa proci)bene inquit luxurioſa.nam a procando dicta. Quibus cum Penelopes potiunde non eſſet copia,ad domeſticas ancillas cõuerſuꝫ eſt.Vnde in Adagio habetur.Proci Penelopes Hoc a Platone ortum,qui cum multos videret, qui philoſophiam negligerant aliarum principꝫ ſcientiarum,cæteraſqꝫ proſequerentur, quæ huic ſapientiæ famulentur, huiuſcemodi adagio notabat. Horatius tamen ad humanos mores retulit. Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati.Sponſi Penelopes,nebulones,Alcinoiqꝫ.In cute curanda plus æquo operata iuuentus. Nam voluptatibus deditos,omniſqꝫ virtutis expertes.inanimes homines, perditoſqꝫ intellexiſſe videtur, cuius modi eſt viliſſimus quiſqꝫ ventri obediens, Ruunt in me. oſtendit ſe vel coacta non potuiſſe moueri,vt alterius amore,vel coniugio,quam Vlyſſis detineretur. ¶Inqꝫ tua regnant) Odium in procos parat, primum a coniugis perſona concitauit,cũ inquit, Turba ruũt in me. quam Vlyſſi conabantur eripere. Nunc a damno, quod detrimento erat,eius dilacerari bono. Poſtea excitat a pudore cum inquit,Vltimus accedũt in tua damna pudor. ¶Regnant) inuidioſe dixit, quaſi dicat non ſatis eſt illis venire in domum,ſed volunt in ea eſſe domini, & diſſipant res tuas, quæ ſunt mihi caræ tanquam viſcera mea. ¶Nullis prohibentibus aula) aula pro domo ponitur,per ſinecdochẽ eſt pars pro toto. Virgilius, Veſtras Eure domos,illa ſe iactet in aula ¶Viſcera noſtra) quas non minus lacerari,& abſumi dolemus, quaꝫ ſi noſtra corpora dilaniarentur. ¶Dilacerantur) diſſipantur ſcilicet ab ipſis. ¶Quid tibi Piſan.) occupatio eſt rhetorica exornatio, dicit enim ſe non eſſe dicturam, & tamen commemorat quoſdam,quos ſibi infeſtiſſimos eſſe dicit ad excitandum inuidiam. ¶Vel reſpondet obiectioni, vnumquemqꝫ proprio noie ne expediens. ne verba ſibi dari putaret Vly.quod eos nomine non expediret,qui fuiſſent.Erat Piſander, vt diximus Polyctoris filius. ¶Medõtaqꝫ)ꝑconẽ. ¶Dirum)obſcænũ. ¶Manus aui.) rapaces,& ad tuas opes perdendas prodigas! ¶Antinoi)& Eury.hi duo erant ex procis primores ¶Turpiter)ſummo tuo dedecore,qui domũ negligere videris cũ tua infamia,nam turpe eſt pati res ſuas dilabi. ¶Rebus)diuitijs. ¶Par.) acquiſitis ¶Tuo ſan.).i.ſudore induſtria/labore/aut periculo vitæ.ſ.quas ex Troia domum dimiſerat. ¶Irus egens)nominat alios diſſipatores bonorũ Vlyſſis,quos oſtendit hoies viliſſimos, Iruꝫ ut Stra.ſcri.Home.arnæum appellat,ab arne urbe Boetiæ,egenum aũt fuiſſe Ouid. & hic & in.iij.Triſt.oſtendit,qui eius nomen pro paupere ponit. Nẽpe dat quodcunqꝫ libet fortuna rapito.Irus & eſt ſubito qui modo Creſus erat.Idẽ lib.ij.de reme. Cur nulla eſt hecaten, nulla eſt quæ cœperit irũ.Nẽpe quod alter egens altera pauper erat. Melanthium autem alij paſtorem ꝛ caprariũ Vlyſſiis fuiſſe uolunt,ſed laniũ potius fuiſſe ſignat, hoc eſt qui pecora ad eſum mactaret & laniaret,& dictus eſt auctor pecoris edendi,ad uituperiũ,quia erant & auctores pecoris ſacrificandi & hi taꝫ uiles nõ habebantur,dicebanturqꝫ miniſtri. ¶Irus egens.) Irus ab Homero publicus fuiſſe mendicus dicit̃ apud Ithacẽſes corpore,ſpecieqꝫ peragrãdi,a matre Arneũ,a iuuenibus Irus appellatus,qđ nuncius iret,quo iuſſus eſſet,ex quo adagiũ, Vt omniũ rerũ egenus, Iro egẽtior diceret̃. Hoc uidet̃ Ouidiũ attingere adagiũ inquiẽs,Irus egẽs.Hic cũ Vly. ſub ſpẽ mẽdici manẽte pugnauit. ¶Irus eg.) Ordo eſt.Irus ꝓcus ille egẽs.i.famelicus & oium egenus. ¶Et Melanthius auctor pecoris edẽdi)

D

E

F

* a.l.dilaniantur.

* a.l.legit Di.

A idest abſumendi. ¶ Accedunt in tua damna) exiſtentes, vltimus,ideſt ſummus pudor nam nihil indignius quam ſanguine parto a talibus liguriri, & coniugem procari impune permittere. ¶ Vltimus pudor) vltimum dedecus,quia ipſi ſunt viliſſimi.Pudor autem interdum pro verecundia,hic pro timore infamie accipitur,vt Iuue. Ingenui vultus puer, ingenuiq; pudoris, interdum pro decore vt hic, interdum pro pudiditia.Virgilius quartus Aen. Ante pudor, quam te violem. ¶ Tres ſumus imbelles ) Docet omnem ſpem in Vlyſſe collocatam,cum nulla ſit reſiſtenti poteſtas propter ſexum, patri propter ſenium, & filio propter imbelles annos. Et eſt pathos ab ætate & ſexu. Et occurrit obiectioni, vt ſatisfaciat Vlyſſi,a quo poterat increpari, cur illos domi eſſe pati ſineret,eaq; non profligaret. Quod purgat ex tribus,qui ſunt,eorum imbelles eſſe omnes. Sed ne, vt alij ſoliti ſunt, qui altius rem perquirere neglexerunt,illotis aut manibus, aut pedibus pertranſeamus,acrius explorandum puto, quam opinati ſint cæteri,Qui cum ſincere dictum putant,futilem poetam reddunt. Quid enim numero oportuit addere. Quod tres numerale eſt nomen,nil aliud ingenioſus poeta ſenſiſſet.Nam dixit, tres ſumus imbelles numero. hoc numeri cauſa eſt, quo imbelles efficimur.Pythagoricum enim eſt anima corpuſq;, & hominis vita certis effici numeris, conſtareq;, alioſq; maribus, alioſq; mulieribus & ex alijs quibuſdam iuuenis confici,& aliis ſenex.cumq; robuſtiori numero vir quam mulier conſtet, vir ſane muliere robuſtior efficitur. Neq; aliud putandum eſt, cur iuuenis puero. & iuuene vir valentior exiſtat,quippe,quod hi mollioribus, illi robuſtioribus numeris

B conficiantur.Indeq; paulatim viri ætate, & tempore/numeri debilitari iam incipiunt,quoq; magis ſeneſcunt, eo molleſcūt fortius,quo efficitur,vt puer,mulier,atq; ſenex numero, quo conſtant,imbecilliori,ſint imbelles.Iure igitur Penelope Tres ſumus imbelles numero dixit,& ſingulis cauſaſ oſtendit, Sine viribus vxor,Laerteſq; ſenex,Telemachuſq; puer. Nam vxor, ſenex,& puer imbecillitatem oſtendit, mulier natura imperfectior gignitur hoie, pueris vero adolendo ſuccreſcunt numeri,vt & cum ætate accreuit ſimul,& cum ætate molliores, robuſtioreſq; redduntur. Vnde mollior,& fortior ætas dicitur. ſenibus appoſiti, adultiq; conſumuntur,explenturq;, vnde illud, Explebo numerum,reddarq; tenebris. ¶ Ordo eſt) nos ſumus tres numero imbelles, ideſt non apti bello,& viribus debiles. ¶ Ego vxor) argumentum a ſexu, nam mulieres natura ſunt imbelles. ¶ Laertes) pater tuus. Vulgo enim ex laerte genitus a poetis dicitur,licet interdum Syſyphi filius appelletur. nam cum eius mater Anticlia ad Lartem ſponſa deduceretur, fertur fuiſſe rapta a Syſypho latronæ & ex eo genuiſſe Vlyſſem, quod ei ad contumeliam Aiax objicit libro decimo tertio Metamor. Quid ſanguine cretus Syſyphio. apud Virgil. quoq; lib.ſexto contumeliæ cauſa Syſyphi filius dicitur, cum Deiphœbus dicit hortator ſcelerum æolides. nam Syſyphus æoli filius fuit. Ouidius tamen nulla contumeliæ cauſa Syſyphim filium dixit libro tertio de arte amandi. His ſua Syſyphi des auditis pœne reſoluit,Corpora.nam ſocijs illita cæra fuit, hæc dixit, vt tollatur dubitatio ſicubi reperiatur ita appellatus. ¶ Telemachus puer) vel filius, vel ætatis puerilis,& teneræ. ¶ Ille)Telemachus. ¶ Pene) Pre/quaſi. ¶ Eſt ademptus)eſt

C ſubreptus. ¶ Per inſidias)per dolos. ¶ Per inſidias) proci Telemacho ad Neſtorem eunti inſidias poſuerunt, vt Home. refert & Strabo teſtatur, quas Antinous molitus eſt, parauerat enim nauim cū ſocijs viginti, ſed Palladis numine euaſit Thelemachus. ¶ Pylon)ad Neſtorem. ¶ Omnibus inuitis) contra voluntatem omnium,& tota domo abnuente, ¶ Omnibus inuitis ire Pylon.)omnibus ſcilicet procis. Nanq; Penelope diſceſſus Telemachi fuit inſcia,quamuis dicat, miſſimus Neleia Neſtoris arua,mentitur. Proci vero ipſi verebantur,ne quid a Telemacho machineretur mali.Itaq; Antinoi ſuaſu/dolos Telemacho parauerunt, vt mortem obire poſſet, quos Palladis effugit auxilio.Vel omnibus/quia matri quoq;,vt reſciuit,valde diſplicuit. ¶ Dij precor.)Optat Penelope,vt Telemachus ſit ſuperſtes ſibi,& Vlyſſi,ordo eſt.precor,vt dij iubeant,ideſt velint,vt,Infandum regina iubes renouare dolorem. ¶ Vt ille.( D

Telemachus comprimat, claudat. ¶ Meos oculos) quia propinquiores ſolebant morientibus oculos claudere, qui morte late aperiuntur licet in lege manilia eſſet,vt Varro tradit, ne filij parentibus ſigillent oculos. ¶ Euntibus ordine fatis) vt prior natu mortem prius obeat, qui ordo fatalis eſt, ordinemq; ſeruat. Qui vero minor eſt natu, & prior occidit,is fati ordinem fregiſſe dicitur.Scire licet Gellium ex Homeri dicto referre,quod eſt,Telemachoq; proci lætum,fatoq; profecto condibant, Nihil intereſſe propterea inter lætum, & fatum,ſed idem ab vtroq; ſignificari. Quod obſeruatione non placet.Nam apte,proprieq; lætum violentum, & immaturum dicitur,quod fatorum ordinem non ſequitur ante quam ſuuſ quemquam diem trahit,& intempeſtiuum ob id merito dictū. Ouidius, Tlepolemi læto cura nouata mea eſt,is occiſus eſt. Fatum autem erit, quum annos explemus vitæ & fila diei. Quamuis raro confundantur. ¶ Hoc faciunt)ideſt hoc idem præcantur cuſtos bouum,bubulcus noſter, hoc eſt bouum cuſtos,qui vt Theocritus edyllio.xvj.ſcribit.Philœtius appellabatur, habebat enim Vlyſſes, ſicut pleriq; alij ea tempeſtate, magnam partem prouentuum ex armentis & gregibus. ¶ Longæua anus)longę ætatis nutrix,ſcilicet tua,Hęc Euryclia dicebatur. ¶ Tertius cura fidelis) ideſt fidelis cuſtos. ¶ Haræ)ideſt porcorum,ideſt ſubulcus is Eumæus vocabatur,fuit alius Sybotes. ¶ Immundæ)fœdæ,eſt enim porcus animal fœdum, hara aſpiratum, & prima correpta ſignificat porcorum ſtabulum prima longa & ſine aſpiratione eſt locus, vbi dijs ſacrificatur,erat Eumæus Cteſius Ormeni filius in Sciria, quæ eſt inſula vltra Ortigiam in mari Aegeo, filium genuit Eumæum, quem nutriendum, dederat Phœniſſe mulieri Aribantis filiæ, E

hæc cuſ puero & tribus poculis ſe Phœnicibus mercatoribus addicit. Septimo die ſagittis a Diana confoſſam, mercatores in mare illam proijciunt, Eumæum puerum Laertę vendunt, additus porcorum cuſtodiæ fecerat Haras.xij.contiguas, ita vt ſingulæ.l.fœtas ſues clauderent. ¶ Sed neq; Laertes) probauit,quod filius puer non poſſit defendere eius bona aduerſus raptores,nunc dicit de Laerte.colligitq;,quid incommodi ex abſentia oriatur,quidue vtilitatis ex reditu. ¶ Vt)ideſt tanquā ideſt is. ¶ Qui ſit inutilis annis)quia conſumptis numeris,anni conſumuntur,quare inutiles ſunt.ſic enim dicitur ſeneſtus inutilis, ipſa vero a iuuando iuuentus. ¶ Hoſtibus in medijs) inter tot procos. ¶ Tenere)gubernare, defendere. ¶ Telemacho veniet.u.m.f.æ.) exaggerationes numerorum qui adolendo ſuccreſcunt,ipſi redduntur numeri robuſtiores, atq; iccirco veniet fortior. hoc eſt adolendo robuſtior fiet. Telemachus patri ſimilis fuit, vt ſcribit Homerus. Neq; ſubijcere audeo,quod de Vlyſſis filio putent, qui dicunt in adagio Telemachi olla, ſed falluntur. Nam vt Athæneus, Roterodamo referente,ſcribit Telemachum Acharnenſem fuiſſe quenpiam, cuius plerumq; victus fuerit ex fabis. quo facilis eſt coniectura, vt in ſordidos, rudeſq;, & ineptos homines objiciatur. ¶ Fortior)ad tractanda arma, & ad regna moderanda conueniens. ¶ Modo) vel tantummodo, vel dummodo. ¶ Illa ætas) puerilis. ¶ Nunc) in adoleſcentia. ¶ Tuenda) adiuuanda, F

ſub tutela inſtituenda. ¶ Auxilijs pa.) ideſt tuis, cum ipſe per ætatem, nec cogitare, nec agere ſciat, quæ vtilia ſunt. ¶ Nec mihi ſunt vi.) nunc Penelope dicit de ſe. Gryllus hoc Vlyſſi probro dat apud Plutarchum per hæc. Vxor tua dum tu bella geris ad ignem domo ſedet, ac ne vt hirundines quidem, eos vlciſci poteſt, qui in ſe, ac totam domum irruunt, cum præſertim lacæna ſit. ¶ Pellere)ideſt ad pellendum. ¶ Inimicos) qui tua bona dilacerant. ¶ Tu citius venias) ecce redit vnde incœperat/dixerat enim,attamen ipſe veni ſubaudiendum eſt/ergo, tu venias citius pro cito, ideſt valde cito, aut propterea citius.quia imbelles ſumus,venias exiſtens tuis, ſcilicet domeſticis,& neceſſaris.Sic in bucolica Virgilius,Tu decus omne tuis. ¶ Portus & aura)ideſt ſalus & requies,tranſlatio ſumpta a nauigantibus,quibus nihil magis optatur, quam venti ſecundi, & portus. ſolus inquit in tantis periculis ſalutem feres. ¶ Tuis)patri,filio,& mihi.

¶ EST

A ¶ EST TIBI ) quia ſciebat deſiderio filii patrem maxime moueri, ideo adhuc in memoriam ei reducit. ⸢Natus) Telemachus. ⸢Sit).i.diu viuat. ⸢Mollibus) teneris iuuenilibus, nam pueri tanquam arbuſculæ facile ad omnia trahuntur, qui perdifficile inſtitui poſſunt, ſi ætate dureſcant. ⸢Qui mollibus annis) pueritiæ cauſa, quod ſuperius intulit, nam veniet, viuat modo fortior ętas.

> Eſt tibi, ſitq́; precor, natus: qui mollibus annis
> In patrias artes erudiendus erat.
> Reſpice Laerten, ut iam ſua lumina condas,
> Extremum fati ſuſtinet ille diem.
> Certe ego, quæ fueram te diſcedente puella:
> Protinus ut redeas facta uidebor anus.

Mollities animi dicitur, effœminatio corporis, Saluſtius tamen auaritiam ( inquit) quaſi venenis malis imbutam corpus, animumqȝ virilem effœminare. ⸢Erudiendus) inſtituendus. ⸢In artes patrias ) .i. paternas, nam vt Cice. primo offi. inquit, Pleriqȝ parentum præceptis imbuti ad eorum conſuetudinem moremqȝ deducuntur. ⸢In patrias artes) i. obtinendas patrias artes, quæ in re militari & repu. conſiſtunt, & niſi acciperet in pro ad, dicere poſſet in patriis artibus. ⸢Reſpice Laerten) hoc eſt ſi non mouet te filius puer, moueat te pater iam iam morti propinquus, qui expectat, vt B ei mortuo oculos claudas, quod officium pietatis patri a filio præſtari decet. ⸢Reſpice) verbum eſt miſericordiæ. Iuuena. Solus enim triſtes hac tempeſtate Camœnas, Reſpexit. ⸢Vt iam).i. ſtatim. ⸢Condas) claudas. ⸢Fati) i. mortis. ⸢Certe ego) nunc mouet miſericordiam a perſona ſua. dicit enim eum tandiu abfuiſſe, vt q̃uis cito redeat, inueniat tamen eam anum, quam puellā diſcedens reliquerat. ⸢Protinus).i. cito, alias ſignificat continue. ⸢Vt).i. q̃uis. ⸢Redeas) reuertaris. ⸢Protinus vt redeas facta videbor anus ) longitudinis tpis. nā.xx. annos Vlyſſes abfuit. & cura quoqȝ Vlyſſis, qua cōficiebatur. Cui rñdēs Sabinus Vlyſſes. Antiqui renouet qui lætus fœdera lecti, Et tandem incipias coniuge cara frui. ⸢Videbor anus) tanto magis ſeneſcam ſi diutius immoraberis.

¶ SICVT Ouid. exercendi ingenii gratia hanc epiſtolam a Penelope ad Vlyſſem ſcriptam finxit, ita & reſponſiuam ab Vlyſſe remiſſam ſe ſcripſiſſe fatetur in ſecundo amorum ad Macrum. vbi commemorat, vt ſupra diximus, aliquot epiſtolas reſponſiuas a ſe ſcriptas, quæ hodie non extant, inter quas, & hanc reſponſiuam ponitur, eius carmina ſubdam, vt eorum pertinaciam refutem, qui contendunt has epiſtolas ab Ouid. non fuiſſe ſcriptas, ſed facile conuincuntur his verſibus, Et quod Penelopes verbis reddatur Vlyſſi, Scribimus & lachrymas Phylli relicta tuas. Quod Paris & Macareus, & quod male gratus Iaſon, Hippolytiqȝ parens, Hippolytuſqȝ legat. C Quodqȝ tenens ſtrictum Dido miſerabilis enſem Dictat, & Aoniæ Lesbis amica lyræ. Quam cito de toto rediit meus orbe Sabinus Scriptaqȝ diuerſis retulit ille locis. Candida Penelope ſignum cognouit Vlyſſis, Legit ab Hippolyto ſcripta nouerca ſuo. Iam pius Aeneas miſere reſcripſit Eliſę, Quodqȝ legat Phyllis ſi modo viuit habet. Triſtis ad Hypſiphylen ab Iaſone littera venit. Dat notam Phœbo Lesbis amica lyram. Hæ ſex epi. nuſquam in operibus. Ouid. reperiuntur, cum aliæ ſupradictæ miſſiuæ in hoc volumine legantur. Vlyſſes tamen poſt multos errores delatus ad Alcinoum Phæacum regem, ab eo, & vxore Areta benigne exceptus, & naue & ſociis donatus, tandem in Itacham reductus eſt in naui dormiens, vbi excitatus dicitur a Pallade, quam ſemper habuerat fautricem, & præmonitus de his, quæ eſſet acturus ſub ſpecie ſenis mendici, domum ſuam ingreſſus eſt, vbi multa a Procis Penelopes paſſus, & tandem recognitus ab Euryclia nutrice, auxilio ſubulcorum, & Telemachi, quibus ſe indicauerat, iniuriam ſuam vltus eſt, cum eos pugna interemiſſet, aut, vt alii volunt, oculis tantummodo orbaſſent, ita vt in triuiis ſtipem quærere cogerentur. Poſtremo a Thelogono filio, quem ex Circe ſuſceperat, cum non cognoſceretur eſſe pater, interfectus eſt, & ſic, qui tot maris, terræqȝ pericula euaſerat, manu filii cædem effugere non valuit. Hoc parricidio commiſſo, Thelogonus ex Ithaca diſcedens in Italiam venit, vbi Tuſculum oppidum condidiſſe dicitur. Telemacus patri ſuccedit. Penelope vſqȝ ad vltimum ſpiritum pudice vixiſſe dicitur, vnde pro exemplo D pudicitiæ a poetis præponi ſolet.

(Vlyſſis exitus miſerabilis.)

⸢DENIQVE ) torqueor (inquit) ad omne aliorum periculum tuum ipſa conſiderans. ⸢Sed bene) hucuſqȝ a cauſſarum, & euentuum loco fuit mira doloris amplificatio, nunc redit ad adiunctorum locum, cōfirmandamqȝ, quā diximus propoſitionem. Verum antequā vlterius progrediar, non ab re fore duxi, hic ſub compēdio declarare, qui ſint, quos ab euentu, & ex adiunctis locos rhetores vocent. Signorū aiunt tria eſſe genera, quæ ante rem eueniunt, antecedentia nominant, vt apparatus & colloquiuȝ. Ab apparatu, vt apud Teren. in Andria. Solitudo ante oſtiū, nihil apparatus, ergo non ſunt nuptiæ. A colloquio, vt in Miloniana quin etiam Fauonio fortiſſimo viro quærente ex eo, qua ſpe fureret viuo Milone, reſpondit triduo vel ad ſummum quatriduo periturum. Adiuncta ſigna dicuntur, quæ cum re fiunt, vt vmbra corporum, ſtrepitus pedum, ex adiunctis ſic argumenta oratores trahunt. Pallet, cogitabundus ſedet, animum ſubinde mutat, igitur amat, hæc omnia E nanqȝ amori coniuncta ſunt. Conſequentia ſigna dicuntur, quæ poſt rem eueniunt, vt titubatio, pallor, trepidatio, rubor, tremor, ergo ſibi conſcius eſt. coniugata dicuntur, quæ ſola nominis terminatione diſtant, vt candidum & candor, a coniugatis igitur ſic argumenta deflexit Terentius, Homo ſum, humani nihil a me alienum puto. A caſibus ſic etiam ratiocinamur. Prudenter ſe habuit cum principe, ergo prudens eſt. Hi ſunt igitur loci, & quibus ratiocinationes deflectuntur in ſuaſorium genus, Venio nunc vnde ſum digreſſus. ⸢Sed bene conſuluit) locus eſt ab authoritate deorum ſumptus, quibus curę fuit Vlyſſis incolumitas. Hoc argumento ad maiorem vehementiam, & fidem vtuntur oratores, Quare illud eſt Ciceronis actione in. L. Catilinam tertia. Quanquam hæc (inquit) omnia quirites ita ſunt a me adminiſtrata vt deorum immortalium nutu, atq; conſilio & geſta, & prouiſa eſſe videantur. Idqȝ cum coniectura conſequi poſſumus, ꝙ vix videtur humanis conſiliis tantā molem rerum gubernatio conſequi potuiſſe, tum vero præſentes ita ijs temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos penè oculis videre poſſimus. Nam vt illa omittam, viſas iam nocturno tempore faces, ardoremqȝ celi, & fulminum iactus vt terre motus, cæteraqȝ, quæ ita nobis conſulibus facta ſunt, vt hæc, quæ nunc fiunt canere dii immortales viderentur. ⸢Argolici ) quod F Troia ſit euerſa certiſſimo iudicio eſt cæterorum ducum, qui regreſſuros ſe in Græciam in aulide niſi extincta Troia iurauerant, reditus in patriam. ⸢Grata) ex aliarum mulieruȝ gaudio ſuam ipſam miſeriam exaggerat. ⸢Troia fata) cedes Troianorum. ⸢Mirantur) ſchema eſt, ꝙ Græci Hypotypoſim vocant, Latini vero deſcriptionem. qualis eſt illa Ciceronis in Rullum trib. pl. Ponite (inquit) ante oculos vobis Rullum in Ponto inter veſtram, atqȝ hoſtium caſtra haſta poſita cuȝ ſuis formoſis finitoribus auctionantem. ⸢Hac ibat) perſeuerat in Hypotypoſi. ſimilis eſt Virgilii ille, a quo hunc arbitror deſumptum, locus in ſecundo Aeneidos.

> Panduntur portæ, iuuat ire, & dorica caſtra.
> Deſertoſqȝ videre locos, littuſqȝ relictum.
> Hic Dolopum manus, hic ſeuus tendebat Achilles.
> Claſſibus hic locus, hic acies certare ſolebant.

⸢Omnia nanqȝ ) Anthyphora eſt, qua occurrit tacite obiectioni, ne quandoqȝ ſuſpicaretur Vlyſſes hæc a Procis intellexiſſe hoc igitur ſchemate & ambiguitatem ſoluit, & domeſticas ſolicitudines aperit. ⸢Quærere te ) Græca elocutio poetis etiam latinis familiariſſima. ⸢Rheſum) Thracum regem, hic etiam a Virgilio videtur deſumptus locus ex primo Aeneidos.

(GAV. MERVLA.)

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Nec procul hinc Rheſi niueis tentoria velis
Agnoſcit lachrymans, primo quæ prodita ſomno
Tytides multa vaſtabat cæde cruentus.

¶ Auſus eſt) hac oratione dum audaciam eius in adeundis periculis improbat, & amorem in coniugem ſuum, & metum, quo eius gratia torquetur. declarans mire affectus mouet. Porrò duplex eſt affectus. Vnus dicitur Pathos, Ithos alter, cuius nomine (vt Fab. Quintilianus atteſtatur) caret ſermo Romanus. Mores appellantur, atq; inde pars quoq; illa philoſophię Ethicæ moralis eſt dicta. Sed ipſam rei naturam ſpectanti mihi, non tam mores ſignificari videntur, q̄; morum quædam proprietas. Nam ipſis quidem omnes habitus mentis continentur. cautiores voluntatem complecti, q̄; nomina interpretari maluerunt. Affectus hos igitur concitatos, quales ſunt in epiſtola Didus, Phillidis, Medeę, Ariadnes, Saphus, Canaces, Laodamie, Hypſipyles, & Oenones, Pathos. Illos autem mites, atq; compoſitos, quales hæc ad Vlyſſem affert epiſtola Ithos græci dixere. illi imperare, iſti vero lenes perſuadere videntur. Illi ad perturbationem, iſti ad beneuolentia; ſunt idonei. Verum de hac re, vt mei laboris particeps efficiare, vide Quintilianum lib. vi cap. iii. ¶ Viros) laus Vlyſſis ſumma, qui non molles, ſed bellaces Thraces obtruncarit, eſt præterea laus a numero. ¶ At bene) Ironica locutio, perſiſtit autem in amplificatione, vt q̄; vehemens ſit ipſius anxietas, de-
B claretur. ¶ Vſq; metu) non dereliquit me timor, donec intellexi rediiſſe te victorem in caſtra græcorum. ¶ Sed mihi quid) ab adiunctis hactenus Vlyſſem mouere conata eſt, núc ab adiunctis ex comparationis loco ſumptis, & fictis interrogationibus inſiſtit. hæ porrò fictæ interrogatiunculæ inſtandi, vrgendiq; cauſa ſumuntur. Cicero pro. M. Celio dicet aliquis. Hæc igitur tua eſt diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcẽtes? ob hanc cauſſam tibi hunc puerum parens commendauit, & tradidit? ¶ Si maneo) fortunam ſuam cum reliquarum mulierum Græcarum, quæ reuerſorum iam coniugum in patria; amplexu potiebantur, conferendo indigniorem facit, & longe miſerabiliorem, q̄; fuerat cæteris abſentibus. Eſt autem totus hic locus mouendis affectibus vehemens maxime. Hæc enim ratiocinatio, q̄; græci erotima nominant, non ſciſcitandi, ſed vrgendi gratia ſumpta commiſerationem excitat, & vehementiam. Petiit enim quid ſibi prodeſt Troianorum excidium. nunc ſuſpendens animum ficta interpellatione tarditatem lenti coniugis arguit. ¶ Diruta ſunt) in cæterarum (inquit) mulierum, non autem in meam gratiam Troia vaſtata eſt, quando vir etiam abſit meus. Ex collatione igitur ſuum exaggerat mœrorem. ¶ Iam ſeges) breuius & felicius hoc idem apud Virgilium reperies cũ inquit, Et campos vbi Troia fuit,
C ob oculos enim proponit camporum latitudinem in qua erat Troia, deinde ipſam vrbem in præteriti temporis ita ſuſtulit, vt ne quidem viſantur tante mollis veſtigia. ¶ Ruinoſas) ex hoc, quo Vlyſſes aberat, longa tẽporis diuturnitas innuitur. ¶ In quo lateas) inuidioſe nimis dictum, dicere enim poterat etiam ſalua carminis lege maneas, ſed deſiderio non ſatis faciebat ſuo. Nihil enim huiuſmodi turpius eſt bellaci, & forti, q̄; latibulum, latent enim nocentes. ¶ Quiſquis) ex ſuis, filiiq; factis & ſuam erga maritum, & filii erga parentem nunc pietatem commendat, eſt porrò locus hic ab adiunctis ſumptus. ¶ Ille mihi) tu (inquit) adeo lates, vt vbi nam locoru; ſis, ipſa prorſus ignorem, ego autem admodum de te ſum ſolicita. ¶ Nos pylon) ad quæ loca totius græciæ clariſſima literas miſerit, breuiter enumerat. ¶ Lentus abes) hoc epitheto coniugis animum ad reditum incitare contendit, quemadmodum & ſuperius, Lento tibi mittit Vlyſſes. ¶ Vtilius ſtarent) a fortuna nunc ſua affectus mire concitat, quando adhuc optet eam vrbem ſtare, propter q̄; tot annos maritus abfuiſſet. hæc autem ex adiunctorum loco omnia proueniunt. ¶ Iraſcor) cur adhuc (inquit) non ſtat Troia, quam, vt dii euerterent, toties miſera ſum deprecata. ¶ Scirem vbi) cauſſas, & inconſtantie, & vtilitatis annectit, cur id merito poſſit optare. Eſtq; locus ab vtili. ¶ Et mea cum multis) haberem (inquit) ſi ſtaret Troia mearum plures miſeriarum comites, iuxta
D illud, Solatium eſt miſeris ſocios habuiſſe dolorum. ¶ Area lata) per metaphoram a ſoli ſpacio ſumptam, ad vehementem curarum fluctuationem, quanta ſit ob abſentem coniugem anxietas oſtendit. ¶ Quæcunq; æquor) quæ omnino plurima ſunt in vtroq; elemento. ¶ Hæc mihi) Vlyſſis ſagaciſſimi libidinem experta coniecturis eſſe q̃ritur peregrino eũ amore captum eſſe poſſe. Vnde ipſa in epigrammatibus priapeis inquit de Vlyſſe.

Nemo meo melius neruum tendebat Vlyſſe,
Siue illi laterum, ſeu fuit artis opus.
Qui quoniam periit, modo vos intendite, qualem,
Eſſe virum ſciero, Vix ſit Vt ille meus.

¶ Quæ veſtra) maritorum inurit incontinentiam. hæc aute; a cauſſarum & euentorum fonte deriuant. ¶ Forſitan) coniecturalis eſt locus, ea enim mente præſumit, quæ puellis, quas amet, enarret Vlyſſes. ¶ Ruſtica) quæ tantum lanis tractandis ſit idonea, hoc eſt cæterarum rerum ignara. Hacq; re ſuam commendat innocentiam, & caſtitatem. Iccirco Saluſtius ſui temporis ob artes, quæ tunc exercebantur mulierum notans libidinem in Catilinario (inquit.) Literis græcis & latinis docta, pſallere, & ſaltare elegãtius q̄; neceſſe eſt, probe multa alia quæ inſtrumenta luxuriæ ſunt. ¶ Fallar) vtinam mea me decipiat opinio. Falluntur hac Ouidii authoritate non modo. ſed & Ciceronis qui putant optandi modum cum imperfecto
tempus inſtans coniunctum habere. Cuius rei q̄; vt neceſſe ſit E
adducere paſſim exempla ſiunt obuia. Quale Ciceronis eſt illud ad Papyrium petum. Emoriar (inquit) ſi præter te quenq̃ reliquum habeo. in quo poſſim imaginem antiquæ. & vernaculæ feſtiuitatis agnoſcere. ¶ Me pater) nunc vt mariti reditus in patriam celerius maturetur grauiora prioribus argumenta ſubiungit. ¶ Cogit) vrget meus pater (inquit) vt nubam & pro poteſtate. quæ eſt in me ſua. id a me extorquebit niſi q̄; primum redieris. ¶ Increpet) maximam ſemper durature fidei coniugalis amplificatio. ¶ Penelope) Græca vbiq; declinatione vtitur maioris tum venuſtatis, tum leporis gratia. Penelopam vetuſtiores dixere. Plautus in Sticho. Credo (inquit) ego miſeram fuiſſe Penelopam ſoror. Penelopeam reperies apud Poetas. vt in Priapeis lectum eſt, Spes erat in cunno Penelopea tuo. ¶ Tua ſum) mira a conſtantia coniugii commendatio. Redit autem ad id ꝙ dixit, Hanc tua Penelope. ¶ Ille tamen) ne quandoq; ſuccenſeret Vlyſſes patri Icario, cum ſtatim purgat crimine quo illum inſimulauit cum dixit, Me pater Icarius. ¶ Vires) paternum ius ꝙ habet in filiam. Sic etiam Plautina pinacium in ſticho ait, pati nos oportet ꝙ il-
le faciat cuius poteſtas plus poteſt. Loquitur autem Ouidius F
ſecundum conſuetudinem & leges Rom. quibus cautum fuerat, vt q̄; primum ætas pateretur pater ad cõnubium filias poſſet cogere, vt author eſt Dionyſius. ¶ Dulichii) ab immodeſtia procorum mouet affectus. Ipſorum autem procorum nequandoq; falſa ſcribere videretur, nomina in Catalogum digerit, Hæc autem ex adiunctorum fonte deriuantur. ¶ Luxurioſa) miſeriam exaggerat ſuam ob procoru; petulantiã eãq; exponit vt ad vltionem accenſus Vlyſſes domum aduolet. ¶ Tuæ opes) locus communis ab vtili. ¶ Viſcera) quas non minus (vt inquit Volſcus) abſumi dolemus q̄; ſi noſtra corpora dilaniarentur. ¶ Irus) vehemens doloris exaggeratio ab humilitate hominis. ¶ In tua damna pudor) ab honeſto & vtili ſumpta indignatio. ¶ Tres) hæc quæ ſequuntur omnia ad commouendum animum efficacia pendent ex adiunctorum loco. Argumenta enim propoſita ab ętate, a ſexu, a numero, patheticis orationibus exaggerat. Tres a numero vxor a ſexu, ſenex & puer ab ætate inutili amborum. ¶ Ille per) docet quo in periculo verſetur ipſius filius. ¶ Dum parat) quo ſtudio ſit erga patrem filius. oſtendit vt filii pater charitate cõmotus omnino deliberet domum q̄; citiſſime redire. ¶ Dii precor) hoc in loco a ſua in filium beneuolentia cui vitã propria longiorem exoptat vehemens eſt amplificatio ſuæ ipſius & fidei & beneuolentiæ in Vlyſſem, amor enim erga filium matris non leue eſt & in coniugem amoris argumentum. ¶ Ille meos) ſic Euryali mater apud Virgilium. Nec te tua.

A F.m.p.p̃.u.o.a.u.l. Hoc faciunt cuſtoſqꝫ) optime enim ma-
tris familias munus exequitur. Nam poſtq̃; procorum intem-
perantiam & ſeruorum rapinas compilarioneſqꝫ expoſuiſſet
eos demum commendat maxime qui domi in officio reman-
ſerunt. Sed neqꝫ)antipophora eſt, occurrit eniꝫ tacite Vlyſ
ſis obiectioni ne ſibi perſuadeat in Laerte patre præſidii ali-
quid in tanta procorum multitudine eſſe poſſe. Vt qui) ab
ætate iam decrepita excuſatio. Telemacho) filii nondum
maturam ætatem cum ad imperiũ tum ad propulſandos ho-
ſtes excuſat eamqꝫ patris tutela maxime egere ſignificat. Tu
citius)nunc redit ad propoſitionem q̃; primo intulit cum di-
xit, Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni. Eſt porrò metaphora
a naufragis deducta, quibus ſolus portus eſt ſalus & quies. Hic
ergo metaphore ſenſus, Tu nobis ſolus ſalutem feres tot cala-
mitatibus oppreſſis. Eſt tibi)quia ſcit ita iubente natura fi-
lium patri quencunqꝫ eſſe chariſſimum ſuo ad ipſum redit, ex
eoqꝫ argumenta deducens mouet affectus. In patrias ) ad
arma tractanda. Erudiendus)ſuaſio eſt ab vtili & honeſto.
Reſpice Laerten)ſi meæ te præces. & incommoda, filiiqꝫ cu
ra non cómouent, ſaltem tui te patris charitas flectat. Ex-
tremuꝫ)tacita perſuaſio a parentalibus ſumpta. Suſtinet)te
propediem moriturus pater expectat ad exequias. Certe)
nouiſſime ab ætate ſua maritum mouere conatur, quæ lon-
giore temporis ſpacio, quo is abfuit, maxime defloruit. Pro
B tinus)tantomagis deterior ætas fiet, quanto diutius aberis.

## METATHESES EPISTOLÆ PENELOPES PER AARONEM BATTALEVM.

DVBIVS Animi per quam diu fui, an quæ
per ætatem in Heroidum aliquot(omnes nó
tentaui ) epiſtolis adnotaueram, emitterem
in publicum, cum periculo ſcilicet æſtima-
tionis meæ, quam, recte quis dixit, Eſt ſerua-
re labor, ſed minuiſſe pudor, An continerẽ
potius & ſeneſcere mecum paterer, ac tandẽ mori, Huc mens
inclinabat, cum inductione mei ſenſus, tum monitionibus
aliorum, dicam, an perferrefactione, animaduertebam quidem
cum illis pariter quantis me calumniis opponerem, ſiue id iu
re, ſiue iniuria. In hoc æſtu cogitationis decreui demum mu-
tata mente morſus rabioſorum tanti non facere, vt non face-
rem pluris occluſas æquioris iudicii fores, ſi quo poſſem pa-
cto, bonis mentibus patefacere. Iuuit noſtram ſententiam hoc
temperamentum, ꝙ non videbar emittere, qui fatigatus lon-
ga prece obſequebar viro amico. Illud ſpontaneum fuiſſet de
ſiderium, imò titillatio, quaſiqꝫ laſciuia neſcio cuius glorio-
C læ, hoc voluntatis officioſæ indicium, & magis fuga in ciui-
lis contumaciæ rogauit me, Obteſtatus etiam eſt Octauianus
Scotus Mediolanenſis patritius, qui iure ſuo poterat impera-
re vti, ſi omnia grauarer, quæ in Ouidii epiſtolis contra vul-
gatam lectionem iam olim excuſſeram. ea ſaltem ſibi permit-
terem, quæ in duabus prioribus, aut, vt minimum, in omniuꝫ
prima, loco mutanda conſtituiſſem, prælo ſubiicere. cum illo
enim quem eruditum & multæ lectionis hominem noueram
quotidiano ſermone cómunicaueraꝫ multa in Vergilio a me
non eo modo, vt ab aliis vulgò intellecta, imò aliter quoqꝫ
lecta. in epiſtola item Ciceronis ad lentulum prima, cómutata
non pauca, ſic apud Perſium, & Pliniũ plurima, Veruꝫ is quia
tantũ in animo habebat Ouidium excudere, quæ aduerſus
epiſtolarũ illius lectionem, vt nunc eſt, diſputabam, ſibi affe-
ctauit. Ego quia contentus fueram militem in ordinẽ cogere,
hoc eſt, eos verſus, qui pallantes ſuam quaſi ſtationem deſerue
rant ad congruum, id eſt, ad ſuum locum reuocare, non etiaꝫ
cur eſſent reuocati, rationes oſtẽdere, ſatis arbitrabar, vti mihi
ipſi abunde ſatiſfeceram, militem ꝙ ad ſua ſigna redire cópu-
liſſem, ita ſatiſfactum aliis quoqꝫ arbitrabar. Cæterum Octa-
uianus multo æquior iudiciis debilioribus a me plus deſide-
rauit, ratus ſuccurrendum iis eſſe, rationibus, & ceu face prelu
cendum, os ſimul ſubmuſatorum occludendum, quia tamen
mihi quoqꝫ parcendũ iuſtum exiſtimauit, id tantũ contẽdere
de iis, quæ in primam epiſtolam fueram cómentus, habuit ſa-
tis. Illi geretur mos, q̃; q̃; neſcio amicitia rogatá ſe velit, Sed
non prius in aciem deſcendero, q̃; interrogationibus, quæ D
a nónullis fieri ſolent, reſpondero, Sunt enim, qui me rogent,
putem ne Ouidium iis culpis obnoxiũ, quas plus nimio fre-
quentes in illius epiſtolis offendimus, an ab omni eum pecca
to prorſus alienum, Quibus ego reſpódere ſum ſolitus, non
teneri, vt per me quæſito fiat ſatis, q̃; q̃; credo, ſi minus in oi-
bus, in pleriſqꝫ a librariis de via eſſe exceſſum, neqꝫ de Ouidio
tamen id affirmare auſim, quod ſoli Deo fortè eſt tribuenduꝫ,
nunq̃; illum peccauiſſe, verum id, quid ad me? qui rationibus
contendo, non authoritate. Sunt qui ſuo arbitratu a noſtris
oppoſitionibus facillimè ſe extricent, & q̃; expeditiſſimè poe-
tam quoqꝫ abſoluant, quod genus vidi plurimos, & eos qui-
dem de meliore nota, fœminis incompoſitè loqui, non mo-
dò concedi, ſed decorum quoqꝫ, ſi ſit loquantur, ſeruatum iri
aſſerentes, perinde ac mulier nulla ſit rationalis, & non raro
viris aliquæ cordatæ magis. Dabo illis aliquid, quod tamen
an iniuria faciam haud ſatis ſcio, ſed hoc tantuꝫ dabo, crimen
in fœmina non fore inexpiabile, ꝙ aliquos ritus peregrinos,
fabellas, hiſtorias viris quibuſdá nó incognitas, ignoret, plus
quoqꝫ, vt nonnullis in hunc ſexum male animatis obſequar,
dabo inconſtantes aliquas poſſe haberi, atqꝫ leues, verum hoc
de Heroinis haud facile conceſſerim, non plus, q̃; de viris, di-
cere conſequentia eque fœminas opus eſt, atqꝫ viros, ſed quid
aduerſum me talia? qui id oſtendo, non tantum in quo ſit pec
catum, verum emendo etiam, & deuios in rectam viam re- E
ctam viam reduco, quod nequeat fieri, ſi ab authore talia in-
duſtria, atqꝫ ſtudio ſint tentata, in iis, quæ non longè nimiuꝫ
petuntur librarios conniuere forte concedere non ſit diffici-
le, de iis autem, quæ longo velut exilio aberrarunt, quæqꝫ vix
ad ſuos poſtliminio retrahuntur, non valde pronum eſt cre-
dere librarios extitiſſe tam impudentes, illud flagitium, ſi ita
placet, ad authorem remittatur, vel ad ſciolum aliqueꝫ quod
contra Ouidium intendi non ſit horribile, quem ingenioſum
nulli diffitentur, limæ impatientem vno ore omnes conceſſe
runt, iis in hunc modum, vti præguſtatis, negotium tandem
adoriamur. Ac ne ad multo poſteriora recedamus, noto ele-
gos ſtatim, qui ſunt proximi poſt duos primos a loco eiicien
dos, quem hactenus per iniuriam tenuerunt, & in ſedem refe-
rendos aliquanto poſteriorem, ita conqueſtio O vtinam )
carmen fiet tertium, neqꝫ temere hinc excluduntur, vbi Tro-
iam euerſam rem ſupponunt perinde ac manifeſtam, quod ta-
men a ratione videtur alienum. Quid enim eſſet neceſſe tot
niti poſt indiciis demonſtrando illius ruinam, ſi cóperta res
eſſet? ſi incerta vanitatis eſt, pro comperto eam ſupponere, ma
gis etiam ſuſcipi, adde, ꝙ ſuo loco ſimul propoſitionis, ſimul
tranſitus vim pulcherrimè tenẽt, neqꝫ ſcio an ſtatim poſt exor
dium conueniens ſit antipophoram vſurpare, ſi tolerabilia
ſint omnia, adhuc tamen ſedem alibi multo illis aptiorem re- F
perturum me confido, atqꝫ adeo ita aptam, vt congruam ibi,
Hic prorſus incongruam omnes exiſtiment, perorata igitur
narratione bimembriqꝫ cóſtituta diuiſione, ibi, Sed bene con-
ſuluit caſto Deus equus amori, verſa eſt in cineres ſoſpite Tro
ia viro, alteram partium, ex iis quæ dicta ſunt a Neſtore, abſol
uit, quæ eſt de incolumitate mariti, alteram, quæ ruina Troie
eſt, certioribus indiciis proſequitur, ſed quaꝫ digeſſerit prius,
quamue poſterius, habet ambiguitatem. Dictum iam cum fue-
rit, Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia viro, fauorabile nimis,
recepta quod habet lectio, viſum eſt addere, Argolici rediere
duces, altaria fumant, & reliqua, ſed æſtimanda res altius fuit,
& acies ad poſteriora etiam reuoluenda, fauorabile minus
non erat, id animaduertere ex præceptis rhetorũ, vtrum prius
eſſet tractanda, euerſio Troiæ, an mariti incolumitas. Nem-
pe priorem tractari incolumitatem, rationem exigere appare-
bat, quoniam periculum, quod euaſit Vlyſſes Rheſum ador-
tus, Troia necdum euerſa configit, perſpicuitas autem narran
di, & euidentia id quærunt omnino, vt priore loco ea expo-
namus, quæ natura etiam fuere priora, addo, ꝙ is eſt impetus
mortalium, vt quæ præcipua habemus, quæqꝫ maxime nos
mouent, omnium prima eſſe velimus. Quid tantum Penelo-
pen, q̃; ſalus mariti debuit mouere? eſt aliud, ſi non faciunt fi-
dem iſta, quod non mouet modo, ſed nolentem trahit, & ve-

A rius cogit, quo nanq; pacto aduerſatiua carminis, Sed mihi
quid prodeſt veſtris diſiecta lacertis Ilios & murus, quod fuit
ante ſolum, diſcludi ab iis, quæ de Troia ſunt relata, & tam
longè dimoueri queat? cedo, ſi quid ad hoc fuerint auſi dice-
re, ſubiiciunt, Omnia nanq; tuo ſenior te quærere miſſo. Ret
tulerat nato Neſtor, at ille mihi, iis quæ de Troiana ſtrage ha
bentur, quaſi opus eſſet Neſtorem Thelemachum docere, illu;
vero matrem de iis, quæ in terra græcia ſub oculis fiebant
omnium, quæq; ipſis q̄; Neſtori propemodum magis eſſent
comperta, faceſſat huiuſmodi carminu; diſpoſitio, &, Omnia
nanq; tuo, quatuor iis, Auſus es. O nimium, ſupponantur cu;
duobus illis, Vſq; metu micuere ſinus, Tota verò decem con
ſitenter poſt carmen. Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia viro,
bona vxor maritum quia ſe grauiſſimo periculo obiectaue-
rat, merito accuſat, & lubens facinus alioqui glorioſiſſimum
commemorat, ait, Auſus es, o nimium nimiumq; oblite tuo-
rum, Thracia nocturno tangere caſtra dolo. Totq; ſimul ma-
ctare viros, adiutus ab vno, At bene cautus eras & memor an
te mei, Sed occurrebat vnde tu in græcia fere ſepulta iſta no-
uiſti, quæ in Troade ſunt geſta, ceu quæſtioni ſatiſfaciens, ad-
dit, Omnia nanq; tuo ſenior te quærere miſſo, Rettulerat na
to Neſtor, at ille mihi, Rettulit & ferro Rheſumq; Dolonaq;
B cæſos. Vtq; ſit hic ſomno proditus, ille dolo, Vſq; metu mi-
cuere ſinus, dum victor amicum Dictus es Iſmariis iſſe per ag
men æquis. Simile nimium veri eſt, Neſtorem voluiſſe apud
Thelemachum filium, patrem Vlyſſem cōmendare in facino-
re præſertim ſupra fidem admirando, nec id matre; fatere vo-
luiſſe, Illud quoq; animaduerſione dignum participium, Di-
ctus, ad rettulit eſſe referendum, ita noſtram diſpoſitionem,
omnino probam affirmare eſt, ſupereſt elegos, Troia iacet cer
te, quos a ſedibus prioribus excluſimus, in aliquam caſulam
admittamus, vel hoſpitalitatis munere, vel benigni animi be-
neficio Iubebimus, itaq; Penelopen in hunc modum ratioci-
nari, vt non ſit certum de Vlyſſe, a tanto periculo illum eua-
ſiſſe, & mihi a Neſtore data ſint verba, vt pote ad gratiam lo-
quente, Troia iacet certe, & erit futuræ confirmationis pro-
poſitio, quæ multifariam ſignis elucebit, primo quidem, quia
Argolici rediere duces, nō redituri, niſi Troia diruta, ſic eni;
ſacramento ſe obſtrinxerant, Sed rediiſſe fingamus, re nondu;
confecta, ſignum alterum erit, Altaria fumant, an in ludibriū
Deos quoq; citabimus? exiſtamus (ſi ita placet) de diis peſſime
meriti, ſacrificiis nec credamus. Tertiam nullo modo euiden
tiam effugerimus, quæ eſt, ponitur ad patrios barbara præda
Deos. Adde coniecturam quartam, Grata ferunt nymphæ pro
ſaluis dona maritis, quippe nō ingratæ, & beneficii memores.
Adde quintam. quum militare ſit, ſua fortia facta poſt victo-
C riam iactare. Illi victa ſuis Troica facta canunt, facta non fata
oīno legendu;, propter id quod ſequitur. Mirantur iuſtiq; ſe-
nes Trepidæq; puellæ. Sextum videlicet ſignum. Tam ſenes
q̄; puellæ, audientes facta græcorum ſupra q̄; quis facile cre-
dat fortia, vtriq; cæterum ratione diuerſa, admirabantur, ſe-
nes, vti, Iuſti rerum æſtimatores, puellæ formidine magis cō-
motæ. Septimum tandem & vltimum ſignum. Iamq; aliquis
poſita monſtrat fera prælia menſa, Pingit & exiguo pergama
tota mero. Hac ibat Simois, hic eſt ſigeia Tellus. Hic ſteterat
Priami regia celſa ſenis. Iſtic Eacides, illic tendebat Vlyſſes.
Hic lacer admiſſos, terruit Hector equos. ad hæc q̄; appoſite
aduerſatiua ſequatur, Sed mihi quid prodeſt veſtris diſiecta la
certis Ilios, qui non videt, vereor talpa cætior ne ſit, qui non
conſentit, neq; pòſt dicendis aurem admoueat. Cum ego com
muni ſenſu plane carere exiſtimo. Hac eadem in epiſtola, Qua
tuor ſunt elegi, hi, Iam ſeges eſt vbi Troia fuit, reſecandaq; fal
ce, Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis Humus, Semi ſepulta
virum curuis feriuntur aratris. Oſſa, ruinoſas occulit herba
domos, Pari laborantes metatheſi, niſi ſegetem prius, q̄; are-
mus, maturam, reſecamus, proponam, ergo poſteriores, &
priores poſthabeant, tunc conueniet, ordo, quæ ſequitur trāſ-
poſitio in octo iis carminibus, Quiſquis ad hæc vertit pere
grinam littora puppim, & reliqua Hebetioribus, ſat ſcio, non
erit admodum plauſibilis, qui ne per ocularia quidem multu;
vident, perſpicacibus tamen, ſi quid ego ſentio, non minus fu

tura grata eſt, q̄; neceſſaria, ii omnibus videbitur, quibus per- D
ſuaſum, ſi qd conſilio pōt fieri, ſtultū eſſe in eo caſum experiri.
Quare Penelope nō ante ſuas ep̄ſas ad maritū (q̄m vbi gentiū
ignorabat) fortunæ debuit credere, p incertos nautas, q̄; a Ne
ſtore, & Menelao reqſiuiſſet, tandē, ſi p ipſos nihil de Vlyſſe,
cōperiſſet, tū nō impudētia fuiſſet, oēm (quod aiūt) lapidē mo
uere. Rectus itaq; ordo, bonaq; diſpoſitio erit. Nos pylon an
tiq neleia Neſtoris arua miſimus, Incerta eſt fama remiſſa py-
lo. Miſimus ⁊ ſpartē, ſparte quoq; neſcia veri, Quas habitas
terras, aut vbi lētus abes. Quiſqs ad hæc vertit peregrinā lit
tora puppim, Ille mihi de te multa rogatus abit. Quanq̄; tibi
reddat, ſi te mō viderit vſq̄;, Traditur huic digitis charta nota
ta meis. Nec hic cōmutationū noſtrarū finis, imo plures aliæ,
quaſi Hydræ capita ſuboriuntur, quæ mihi negotiū faciūt vix
viribus meis tolerabile, ſed certū eſt hāc ep̄ſa; ſaltē, nolle pati
vexatā. Dulichii, ait, Samiiq; ⁊ quos tulit alta zacynthos. Tur
ba ruūt in me luxurioſa proci. Duo addūt inq; tua regnēt nul
lis ꝓhibētibus aula, Viſcera nr̄a tuæ dilacerātur opes. Quis ē
iudicii tā debilis, vt ꝯcedat, Hos elegos, q apte collocanť poſt
duos. Irus egēs, pecoriſq; Mellātius author edēdi. Vltimus ac
cedūt in tua dāna pudor. numerū procorū, & hiſtoriā inter-
turbātes, vtpote Periodū claudētes, qua nō proci tm̄, Viri Il-
luſtres, verū ⁊ miſerabiles oñdunť, rerū Vlyſſis diſſipatores,
vbi diutius fuerūt, adhuc ꝑmanētes? quadrabat ſic eē diſpoſi-
tos Dulichii, Samiiq;, ⁊ quos tulit Alta zazintos Turba ruūt E
in me luxurioſa proci Quid tibi piſandrū, Polybūq; Medū-
taq; dirū. Eurimachiq; auidas Antinoiq; manus, atq; alios re
ferā? quos turpiter oēs, ipſe tuo partis ſanguine rebus alis. Irus
egēs, pecoriſq; Melātius author edēdi, Vltimus accedūt ī tua
dāna pudor. Inq; tua regnāt nullis ꝓhibentibus aula, Viſcera
nr̄a tuæ dilaceranť opes. Mōſtra ſunt, quæ ſequūtur, Vt mirer
tādiu vixiſſe. ea eteni; aiūt aboleri q̄; ocyſſime, ⁊ terris tm̄ oñ
di, hinc nomē eē ſortita, qꝛ oñdātur dūtaxat, ⁊ demōſtrentur.
Sed certū eſt in ꝑniciē diſcētiū ad nos vſq; ꝑueniſſe, nō fera-
mus hāc peſtē ſerpere vlterius. Audiuit Vlyſſes res inuadi ſuas
dignis indiſcriminatē, ⁊ indignis, ſed indigne ab vtriſq;, ne er
go diceret qd vos, rerū domeſticarū curā q geritis, obuiā nō
itis? Huic occurrit Penelope, tres numero nos tm̄ ſumus, vir-
tute nō ēt, imò oēs imbelles, qd ꝯtra tātos valētiores? Sub hæc
qs nō videt, q̄; male cohæreat? Ille p īſidias pene eſt mihi nuꝑ
adēptus, Dū parat inuitis oībus ire pylō. Dii precor, ⁊ reliqua.
Hoc qd ad numeri paucitatē? qd ad inualētiā viriū, ergo vt in
cōmodū vitemus ab iis duobꝰ, Tres ſumus imbelles numero,
ſine viribus vxor. Laerteſq; ſenex Thelemachuſq; puer. Nō ſi-
ne cā ſubiiciemus. Sed neq; Laertes, Vt q ſit inutilis annis, Ho
ſtibus in mediis regna teneret pōt. Nec mihi ſunt vires inimi-
cos pellere tectis. Tu citius venias portus ⁊ aura tuis, Neq; co
pulatiua negatio, aliā negatiuā reqrebat, ⁊ vt triū pſonaꝝ im F
pleať diſtributio, Additio his. Thelemacho veniet (viuat mō)
fortior ætas nūc erat auxiliis illa tuēda p̄ris. Qm̄ vero viuat
mō dixit, ⁊ ætas veniet fortior, merito annectit. Dii p̄cor hoc
iubeāt, vt viuat. ſ. ⁊ ætas veniat fortior, Vt eūtibꝰ ordine fatis,
Ille meos oculos cōprimat ille tuos prudēs primo dixit loco,
meos, deinde tuos Cæterū, qa offm̄ ſeruoꝝ eſt a volūtate He-
rili nuſq̄; recedere, iure additū. Id faciūt cuſtoſq; bouū lōgæ-
uaq; nutrix, Tertius imūdæ cura fidelis haræ. Cōtra tn̄ has pre
ces iniqtate procoꝝ pene interēptus fuit (qd dr̄ eo ꝯſilio) vt
ſolicitudine filii Vlyſſe; ad ſe celerius venire cogat. Itaq; cōti
nēter ait, Ille p inſidias pene eſt mihi nuꝑ adēptus. Dū parat in
uitis oībus ire pylō, ac ne caderet a ſpe Vlyſſes, euaſiſſe ꝑiculū
tn̄ filiū īdicat. Eſt tibi ſitq; p̄cor natꝰ, q mollibꝰ annis, In p̄rias
artes erudiēdus erat, Mirū ī carmine illo Dii p̄cor hoc iubeāt
nō fuiſſe aīaduerſum, qꝛ demōſtrareť p hoc, aut qd eēt relatū.
Deniq; quiſquis erat) lege/ ſiquis erat, cum enim ſit ſolutio
ſeptimi caſus, quæ integra eſſet quocunq; in caſtris iugulato
frigidius. g. p. a. e. Et ea fieri ſoleat vel per aduerbia temporis,
vel per caſualem coniunctionem, vel per, ſi, notam conditio-
nis melius ita legi videtur. Sua lumina condas) lege/ con
dat, vt pronomen ſua reciproce ponatur, & ſit ſenſus, vide
Laertem iam adeò morti vicinum, vt nihil iam ſit attenden-
dum, niſi, vt oculos penitus claudat.

HOSPITA

# PVBLII OVIDII NASONIS POETAE SVLMONENSIS

## Heroidum Epiſtola ſecunda.



### IN SECVNDAM EPIST. ARGVM.

DEMOPHOON, Theſei & Phedræ filius, a bello Troiano in patriam rediens, maris tempeſtatibus in Thraciã delatus, a Phyllide Lycurgi & Cruſtumeræ filia (quæ tũc Thracit imperabat) hoſpitio & lecto benigne ſuſceptus eſt & cũ aliquandiu ſecum fuiſſet, audita morte Mneſthei, qui poſt eiectum ex vrbe Athenarum patreʒ Theſea imperium occupauerat, regni cupidine captus, Phyllidi fide data ſe intra menſem rediturũ, fingens ſe ad res ſuas cõponendas ire, reſarcitis nauibus, Athenas petijt, neqʒ de reditu curauit. Quatuor itaqʒ exactis menſibus Phyllis epiſtolam hanc ſcripſit, in qua ſuadet vt beneficiorũ memor, ſeruatis ſponſionibus, in fide perſiſtat. Quod ſi negligat, violatum pudorem crudeli morte compenſare minatur. Ferunt fabulæ Phyllidem ʒona ſua laquei vicem ſupplente vitam finijſſe, in arboremq́ʒ Amigdaluʒ ſine folijs mutatam eſſe, Demophoonte autem reuerſo, req́ʒ cognita truncum eius amplexo, illum veluti ſponſi ſentientem aduentum folia emiſiſſe.

HOSPITA Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis
Vltra promiſſum tempus abeſſe queror.
Cornua cum lunæ pleno ſemel orbe coiſſent,
Littoribus noſtris anchora pacta tua eſt.

HVBER. A HOSPITA) Quidam interpretes in huius epiſtolæ argumento falſa quædam ſomniauerũt, Demophoontẽ ex Colchis cuʒ Argonautis reuertentem ad Phyllida Thracũ reginam diuertiſſe, cum Demophoon, eo tempore, aut nondum eſſet natus, aut certe nondum eius ætatis, vt ad talem expeditionem proficiſceretur, veruʒ ita res habet. Demophoon Theſei filius auxilium græcis, vt Iuſtinus libr. ij. ſcribit, aduerſus Troianos tulit, qui ab eo bello rediens, tempeſtatibus maris, & longis erroribus actus in Thraciam delatus eſt, vbi a Phyllide, quę per ea tempora regina Thracum erat, portu, hoſpitioqʒ exceptus & ab ea ardẽter amat᷑, in coniugium rogatus eſt, qui ei coniugij fidem dedit, & ob beneficia accepta iurauit, ſe nunquam eam derelicturum vxorem, veruʒ audita morte Mneſthei, qui poſt eiectum ex vrbe Theſea Demophoõtis patrem Athenienſium imperium occupauerat, Demophoon cupi- **B** dus regnandi, diſſimulata cauſa, petiuit a Phyllide aliquantum tẽporis, quo Athenas res ſuas ordinaturus accederet data fide, ſe intra menſem rediturum ad eam, verum cuʒ vltra iiij. menſem iam reditum ſuũ diſtuliſſet: Phyllis amoris impatientia, & doloris impulſu, quod ſe ſpretam crederet, & eius reditũ iam deſperaret, ʒona ſua gutturi circumligata, laqueo vitam finiuit, & , vt fabulæ ferunt, in arborem Amigdalum ſine folijs mutata eſt. poſtea reuerſus Demophoon, re cognita, truncum eius amplexus eſt, qui veluti ſpõſi ſentiret aduentum, folia emiſit, vnde etiam teſte Seruio, Phylla gręce folia dicta ſũt a Phyllide. ante igitur hunc caſum Phyllidis, cum Demophoon reditum ſuuʒ longe vltra pro- **C** miſſum tardaret, Phyllis ad eum hanc epiſtolam ſcripſit, qua multis ex cauſis & rationibus eum reuocare nititur, cõmemorans ei iuſiurandũ Demophoontis, & ſuorum erga ſe beneficiorum obligationeʒ, poſtremo conatur eum mouere referens, quod niſi reuertatur, aliquo crudeliſſimæ mortis genere ſe interimet, in quo dicit fore, vt appareat ingratitudo, & crudelitas Demophoõtis, vel per epitaphium eius inſcriptum. ¶ Hoſpita) ordo eſt, o Demophoon, ego Phyllis Rhodopeia. ¶ Hoſpita) tua. ¶ Queror te abeſſe &c.) hoſpita dicitur fœminino genere, licet legatur hoſpes communis generis. Inhoſpita vero & fœminini generis reperitur, vt inhoſpita Syrtis, & neutri generis, vt Ouidius libro primo Metamorpho. & inhoſpita tecta tyranni, Ingredior. ¶ Rhodopeia) Threicia, nam Rhodope mons eſt **D** Thraciæ ita dictus a Rhodope muliere in eum conuerſa, ſicut & Hęmus, vt ſcripſit Ouidius libro ſexto Metamorpho. Thraciam Rhodopen habet angulus alter & Hęmum, Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam. ¶ Promiſſum) ſcilicet mihi a te. ¶ Cornua) dicit ſpatium temporis ſibi promiſſi, ſcilicet ſpatium vnius menſis, quod per lunam ſignificauit. ¶ Cornua cum lunæ &c.) ideſt cum luna ſemel eſſet facta plena, tunc enim extremitates lunę, quæ ob ſimilitudinem cornua dicuntur, coeunt, ideſt cõiunguntur, & ſe tangunt, & ideo dixit. ¶ Pleno orbe) ideſt pleno circulo ipſius lunæ. poſſumus tamen fortaſſe melius intelligere ſpatium medij menſis, quo luna creſcit, & implet orbem. Inde & Iuuenalis dixit. Semeſtri vatum digitos circumligat auro, ideſt anulo rotundo, qualis eſt luna in medio menſe. Licet Domitius Calderinus aliter interpretetur locum Iuuenalis non ſatis vere. ¶ Ancora) ideſt nauis, inſtrumentum nauis pro ipſa naui poſuit. **E** ¶ Pacta) promiſſa a te. ¶ Noſtris) Threicis, vbi ego habito.

ASCEN. HOSPITA Demophoõ. Argumentũ enarrauit Prior commentarius, quod & Seruius recitat ad illud. Si quos aut Phyllidis ignes &c. Hoſpita per ſuperabundantiaʒ dicitur. nam hic & hæc hoſpes reperitur, verum etiam in neutro genere inhoſpita ſaxa legimus, quaſi ab hoſpitus hoſpita hoſpitum, & eſt hoſpes, tam qui recipit, quam qui recipitur hoſpitio, hic autem hoſpita, quæ recipit. Videtur autem ſtatim in primo verbo expoſtulare iniuriam, ꝙ non niſi hoſpita ſit eius, cuius ſe- **F** cundum promiſſa coniunx eſſe deberet, ſicut Dido Aeneidos quarto. Cui me moribundam deſeris hoſpes? hoc ſolum, quoniam nomen de coniuge reſtat. Queror, ideſt conqueror. Cornua cum lunę, ⁊c. Ordo eſt. Anchora tua eſt pacta, ideſt in pacto tuo promiſſa, & ita potius paſſiue, quam actiue accipietur. Nec eſt tam dura Metaphora, quia deponentia omnia cõmunia fuerunt. ¶ Noſtris littoribus) ideſt vt adeſſet littoribus noſtris, ſcilicet Thracijs, ſupple tunc. ¶ Cum cornua lunæ coiſſent ſimul pleno orbe) ideſt vt, primum plenilunium eſſet, ſed. ¶ Luna latuit quater) ſcilicet in nouilunio, &. ¶ Recreuit quater toto orbe) ideſt quater plenilunium rurſus fuit, hoc eſt quatuor ſunt tranſacti menſes, nec vnda Sithonis, ideſt Thraciæ, hoc eſt mare Thracium.

Luna quater latuit: toto quater orbe recreuit,
  Nec uehit Actęas Sithonis unda rates.
Tẽpora ſi numeres, bene quæ numeramus amãtes:
  Non uenit ante ſuam noſtra querela diem.
Spes quoq; lenta fuit: tardè, quæ credita lædunt,
  Credimus, inuita nunc & amante nocent.
Sæpe fui mendax pro te mihi, ſæpe putaui
  Alba procelloſos uela referre Notos.
Theſea deuoui: quia te dimittere nollet,
  Nec tenuit curſus forſitan ille tuos.
Interdum timui, ne, dum uada tendis ad Hebri:
  Merſa foret cana naufraga puppis aqua.
Sæpe deos ſupplex, ut tu ſcelerate ualeres,
  Sum prece thuricremis deuenerata focis.
Sæpe uidens uentos cœlo, pelagoq; fauenteis,
  Ipſa mihi dixi, ſi ualet, ille * uenit.
Deniq; fidus amor, quicquid properãtibus obſtat,
  Finxit: & ad cauſas ingenioſa fui.
At tu lentus abes, nec te iurata reducunt
  Numina, nec noſtro motus amore redis,
Demophoon uentis & uerba, & uela dediſti:
  Vela queror reditu, uerba carere fide.
Dic mihi quid feci, niſi non ſapienter amaui?
  Crimine te potui demeruiſſe meo.
Vnum in me ſcelus eſt, quod te ſcelerate recepi:
  Sed ſcelus hoc meriti pondus, & inſtar habet.
Iura, fides ubi nunc? commiſſaq; dextera dextræ?
  Quiq; erat in falſo plurimus ore Deus?

HVBER. ❡ LVNA) ecce iuſta cauſa querelæ. ⸢Quater latuit) .iiij. A menſem exactũ ſignificat. ⸢Recreuit) iterũ creuit, & plena facta eſt. ⸢Nec vehit) .i. nec promiſſum tuũ perficit, quia nauis tua nõ venit ad nos. ⸢Sithonis) hęc eſt vera lectio, & non Sithois. nam nuſquam legere memini, quod Sithois fluuius ſit Thracię, prętereа non per fluuium erat venturus, ſed per mare. Sithon vero mõs Thracię eſt, vnde ⁊ Maro, Sithonias niues dixit, hoc autẽ loco Sithonis nõ eſt genitiuus caſus, ſed nominatiuus habẽs formã patronimici fœminini, ſicut Parnaſis Parnaſidos, nouimus autẽ noĩe vnius mõtis, vł fluuij, vel loci totã regionẽ intelligi plerũq;, ergo vnda Sithonis pro Sithonia .i. Thracenſis .i. mare noſtrũ Thraciũ. ⸢Nõ vehit) naues Actęas .i. tuas Athenienſes. nã Attica regio ẽt Acte dicta eſt, vel q̃ð vt Stra. ſcri. illa pars maxĩe ad mare eſt extẽta, & anguſta. nã Acte gręce litus dicit̃: vel certe dicta eſt ab Acteone. ⸢Quæ nu. aman.) ſunt oẽs amantes diligẽtiſſimi B calculatores tẽporis. ⸢Querela) lamentatio de tua abſentia, & mora. ⸢Ante ſuã diem) .i. ante tẽpus debitũ. nam dies eſt fœminini generis, licet etiã pro ſpatio .xij. vel .xxiiij. horarũ, iterdũ accipiat̃, tñ proprie pro tpe ponit̃. Iuue. lõga dies igit̃ quid cõtulit? i. longũ tp̃s. ⸢Spes quoq; lẽ. f.) .i. ſicut querela mea de abſentia tua fuit ſera, & lenta, ita ẽt ſpes fuit lẽta, quia tarde ſperaui, ea mihi euẽtura, q̃ nũc cũ dãno meo mihi venerunt. eſt aũt Acyrologia .i. improprietas ſermonis, vel verbi, nã ſpes cũ bonorũ expectatio ſit, pro metu hic accipitur, ſicut apud Vir. li. iiij. Aenei. Hunc ego ſi tantũ potui ſperare dolorẽ, ergo ſpes .i. timor, ne redires. ⸢Fuit len.) .i. ſera, quia ſi citius timuiſſẽ, potui nõ decipi. ⸢Tardę quę cre.) ſenſus eſt, ego credo nũc ea, quæ nocẽt mihi, quia ſero credidi. ſ. te nunq̃ reuerſurũ. ⸢Credimus) pluralis numerus pro ſingulari, ea quę credita tarde. ⸢Lędunt) me et. ⸢Nocent me amã inui.) .i. mihi amãti inuitę, & erit caſus pro caſu poſitus, vt apud Iuue. Porrectura uiro miſcet ſitiẽte rubetã. vel ſubaudi nocẽt mihi, me inuita .i. cũ nõ poſſim reſiſtere, aut prouidere. ⸢Fui men. pro te) C .i. tui cauſa ſępe multis mẽtita ſũ te breui reuerſurũ. ⸢Putaui) credidi. ⸢Procelloſos) impetuoſos, & violẽtos. Eſt. n. vt dicit. Ser. Procella vis vẽtorũ cũ pluuia, dicta q̃ð oĩa percellat .i. cõcutiat. ⸢Notos) ſpẽm pro genere poſuit, i. notos ventos Meridionales, qui & auſtri dicũtur: pro oĩbus vẽtis, aut qa ex Athenis in Thraciã nauigãtibus noti ſunt maxime fœlices. ⸢Referre) reportare, & mihi tanq̃ debita reducere. ⸢Vela alba) non aliã ob cãm dixit alba, niſi qa vt plurimũ alba fiũt. ⸢Deuoui) execrata ſum, & maledixi. Nã deuouere eſt malis votis, & imprecationibus aliquẽ deteſtari. Oui. in. Ibin. Illũ ego deuoueo, quẽ mẽs intelligit Ibin. ⸢Theſea) patrẽ tuũ, tanq̃ tuę morę, & abſentię cãm. ⸢Tenuit) impediuit. ⸢Tuos cur.) tuũ iter, tuã nauigationẽ, vt Vir. Huc curſus fuit. ⸢Interdũ) alia ſuſpitio de eius mora, ne fortaſſis periclitatus eſſet in aq̃s, & merſus. ⸢Ad vada) ad aquas. ⸢Hebri) fluuij Thracię. ⸢Puppis) i. nauis, pars pro toto, Synecdoche. ⸢Naufraga) pіclitata, paſſa naufragiũ. ⸢Foret) fuiſſet. ⸢Cana) alba pp ſpumã, quę fit, cũ aqua a vẽtis

maxime mouetur. ⸢Sępe de. ſup.) ſi legĩmus deos, ſubaudiẽdũ D eſt, rogãs, ſʒ melius legit̃ deis, & ita ordinat̃, ego ſupplex deis, vt tu valeres. ⸢Ipſa di. mi. &c. ⸢Ille ve.) .i. Demophoon meus nõ decipit me, ſed nauigat ad me. ⸢Si valet) ſi eſt incolumis. ⸢Amor fi. fin.) ego, quę fideliter te amo, finxi oẽs cãs poſſe te impedire, quę impedire ſolent omnes paratos ingredi aliq̃ð iter. ⸢Quicquid obſtat properãtibus) .i. omne q̃ð impedit paratos, & iam accinctos ad aliquod iter. ⸢Ad cau.) ad excuſationes tuę morę. ⸢At tu len. ab.) Adducit ei Phyllis iura iurãda, q̃bus ille ſe ei aſtrinxerat, vt eũ moueat ad reditũ. ⸢Iurata a te) eſt. n. paſſiuæ ſignificationis. ⸢Noſtro amo.) vel meo erga te, vel tuo erga me. ⸢Dare vela ven.) eſt verba in vanũ fundere Virg. Sed auræ, oĩa diſcerpũt. ⸢Dic mi.) ne videatur ſua culpa eſſe relicta a Demophoonte. ⸢Quid feci) q̃d peccaui? vnde facinus. ⸢Niſi ñ. a. ſ.) qa nimis cito ꝓperaui ad amorẽ tuũ, q̃ð non eſt ſapientis, ergo in hoc ſolo E peccaui. Sed hoc meũ crimen hʒ põdus .i. momẽtũ ⁊ valorẽ. * a. l. ipſe. ⸢Et inſtar) ſimilitudinẽ .i. dẽt tibi eẽ loco meriti, & maximi bñficij. ⸢Crimine te po.) ſenſus eſt, meũ crimẽ potuit te vehementer obligaſſe. ⸢Demeruiſſe) .i. valde meruiſſe. nã ð. hoc loco auget. ⸢Iura fi.) cõmemorat iura iuranda ipſius Demophoontis, dicẽs iura fides ſunt qui iungũt, & exponunt. Iura .i. iurata, ſed melius dicemus diſtinguendo. Iura, vbi ſunt, vbi fides, &c. ⁊ intelligimus iura. ſ. cõiugij, quę inuiolabiliter ſunt ſeruanda, Sic Hypſiphyle ad Iaſonẽ. Heu vbi pacta fides, vbi cõnubialia iura? Fides a fio dr̃, q᷑ fiat q̃ð dictũ eſt: eſt. n. dictorũ cõuentorũq; executio. ⸢Cõmiſſa) coniuncta, dextrę. n. cõiunctio ad fidei cõfirmationẽ fiebat: erat. n. vt Ser. dicit, fidei dicata, ſicut genua miſericordię. ⸢Deus) qui erat plurimus, ideſt dei, qui erant plurimi. ⸢In ore tuo falſo) fallaci.

ASCEN. ❡ VEHIT) .i. reuehit, rates, i. naues. Actęas .i. atticas vel Athenięſes ⸢Spes quoq;, ⁊c. Ordo eſt. ſpes fuit quoq; .i. ẽt, lẽta .i. tarda, nõ potui cito induci ad tãtã ſpẽ de te ꝓcedẽdã, ad quã in- F ducta grauius lędor, qa quę tarde ſunt credita, lędũt. ſ. grauiꝰ, nos aũt credimus, & ſupple credita nocẽt me exiſtẽte inuita .i. quę credo iuita, ⁊ amãte .i. q̃ cogor ẽt amare nõ redamãtẽ. Notos .i. vẽtos illos ꝓcelloſos .i. multas ꝓcellas excitare ſolitos. Ego deuoui Theſea. ſ. patrẽ tuũ .i. cũ increpationibus deſtinaui morti, ⁊ vota feci dijs, vt moriat̃, hoc. n. ꝓprie ẽ deuouere, quẽuis aut a ſe, aut ab alio, ob alteriꝰ ſalutẽ morti addici, vt pʒ de Decijs Roma. ductoribus pr̃e ⁊ filio, q ſe deuouẽdo rẽp. ꝓtexerũt. ⸢Vada Hebri) q rapidus eſt, vt. j. Aen. Volucrẽq; fuga p̃uertit̃ Hebrũ. Sępe deos ſup. i. oraui, aut timui ꝓ te, hoc eſt, vt tu o ſcelerate valeres. Nã ipſa .i. ego dixi mihi .i. in aĩo meo, ſi valet ip̃e, venit. Numina iurata .i. a iurãte i teſtimoniũ accita. Demophoõ vẽtis, v̾ba ⁊ vela dediſti, qa v̾ba dant̃ vẽtis, dũ irrita fiũt. Demeruiſſe te .i. bñ meruiſſe de te, nã q̃ð in me crimẽ ꝯmiſi, in te beneficiũ fuit peccaui ergo te imprudenter amando, ſed in me, non in te. Dido dicit. Si bene quid de te merui. Quinti. etiam hoc modo, vt demererer amantiſſimos mei. Pondus & inſtar, i. inſtantiã, & viʒ aut imaginẽ, & formã, ſeu ſtatũ meriti.

Promiſſus ſocios ubi nunc Hymenæus in annos?
Qui mihi coniugii ſponſor,& obſes erat?
Per mare,quod totum uentis agitatur,& undis,
Per quod ſæpe ieras:per quod iturus eras:
Perq; tuum mihi iuraſti (niſi fictus & ille eſt)
Concita qui uentis æquora mulcet,auum:
Per Venerem,nimiumq; mihi facientia tela:
Altera tela arcus,altera tela faces:
Iunonemq;,toris quæ præſidet alma maritis:
Et per tediferæ myſtica ſacra deæ:
Si de tot læſis ſua numina quiſq; deorum
Vindicet:in pœnas non ſatis unus eris.
Ah laceras * etiam puppes furioſa refeci:
Vt,qua deſererer,firma carina foret:
Remigiumq; dedi:quo me fugiturus abires.
Heu patior telis uulnera facta meis.
Credidimus blandis,quorum tibi copia,uerbis.
Credidimus generi, numinibusq; tuis.
Credidimus lachrymis,an & hę ſimulare docentur?
Hæ quoq; habent artes,quaq; iubenter,eunt.
Diis quoq; credidimus.quid iam tot pignora nobis?
Parte ſatis potui qualibet inde capi.
Nec moueor,quòd te iuui,portuq;,locoq;:
Debuit hæc meriti ſumma fuiſſe mei.
Turpiter hoſpitium lecto cumulaſſe iugali
Pœnitet,& lateri conſeruiſſe latus.
Quæ fuit ante illam:mallem ſuprema fuiſſet
Nox mihi:dum potui Phyllis honeſta mori.
Speraui melius,quia te meruiſſe putaui,
Quæcunq; ex merito ſpes uenit,æqua uenit.
FALLERE CREDENTEM nō eſt operoſa puellam
Gloria,ſimplicitas digna fauore fuit.

* Verius vetera exēplaria habent, At laceras.

HVBER. A

¶ HYMENÆVS Deus)quē in nuptijs Gręci inuocabant, ſicut Romani Thalaſſionem. ¶ Promiſſus) a te. ¶ In annos ſocios) ideſt in vitam noſtram ſemper coniunctam, & ſocialem, qualis debet eſſe vita coniugalis. ¶ Qui erat ſponſor) tranſlatio ab hominibus ſumpta, ſicut enim ſponſor, ideſt vas, qui pro alio promittit,& obſes, qui datur in tutelam fidei, confirmant contractum: ita Hymenæus inuocabatur, vt coniugalis ſocietatis perpetuæ certus eſſet quaſi ſponſor, & obſes. ¶ Per mare) ordo eſt, tu iuraſti mihi per mare, &c. ¶ Agitatur) commouetur, turbatur. ¶ Ventis) venti flatus violentiores, auræ vero mitiores dicuntur. ¶ Per auum tuum) aut auum pro proauo poſuit,& intelligimus Neptunum, vt Iuuenalis. Perque tuum pater Aegei Neptune tridentem: aut certe Aegeum dicit patrem Theſei, qui naue filij à Minotauro reuertentis cum velis nigris procul viſa, cū crederet eum mortuum fuiſſe, in mare ſe præcipitauit, & in deum marinum

B

mutatus dicitur:& ideo dixit, niſi fictus & ille eſt. ¶ Mulcet) placat, vt Virgilius, Et mulcere dedit fluctus,& tollere vento. ¶ Concita) commota. ¶ Tela) amoris arma, nā Cupido, non ſolum ſagittis ferire, ſed etiam face incendere dicitur. Ouidius libro primo Metamor. Tu face neſcio quos eſto cōtentus amores Iritare tua. eadem tamen tela interdum etiam Veneris dicuntur. Iuuenalis, Nec pharetris Veneris macer eſt, aut lampade feruet. ¶ Altera tela) telum, generaliter dicitur de omnibus, quæ mitti, aut iaci poſſunt, licet etiam interdū pro gladio ponatur, vt inferius in epiſtola Hypermeſtrę apparebit. ¶ Iunoné) ſup. per Iunoné. ¶ Præſidet) præeſt. ¶ Toris ma.) lectis cōiugalibus. ¶ Per ſa.my.).i. archana, nam myo græce ſignificat claudo, inde myſtica, &

C

Myſteria dicuntur, quæ ſunt clauſa,& ſecreta: qualia ſacra Cereris, quæ non niſi ſacerdotibus patebant. Iuuenalis, archana qualem Cereris vult eſſe ſacerdos. Ouidius in ſecundo de arte. Quis Cereris ritus audet vulgare ꝓfanus, Magnaq; Threicia ſacra reperta lyra? ¶ Deæ tediferæ) ideſt Cereris ferentis tedas, ideſt faces. nam cum Proſerpinam filiam a Pluto. raptā nondum ſciret, vt eam non ſolū die, ſed etiam nocte quęreret. in Aetna monte Siciliæ pineas faces accendit, quæ ſibi lumen nocte pręberent. Oui. lib. v. Met. Illa duabus Flāmiferas pinus manibus ſuccendit ab Aetna, Perq; pruinoſas tulit irrequieta tenebras: vnde poſtea eius ſtatuę & picturę cū facibus ſunt, qđ oſtendit, Cic. in Verré li. vj. his verbis. Qui acceſſiſtis Aetnā, vidiſtis ſimulachrū Cereris ex marmore,& in altero tēplo Liberę. Sunt ea pampla atq; præclara, ſed nō ita antiqua. Ex ære fuit quoddam modica amplitudine, ac ſingulari opere cum facibus perantiquum. ¶ De tot læſis) vel de tot offenſis & erit ſubſtantiuum, vel certe, de tot læſis, ſubaudi deis. ¶ Vnus) ideſt tu vnus & ſolus. ¶ Non eris ſatis in pœnas) quia cum innumerabiles deos læſeris, te tot corpora ad pœnas habere

D

oporteret. ¶ At laceras) cōqueritur, quod ſceleri Demophoontis ipſa auxilium præbuerit. ¶ Furioſa) inſana. ¶ Refeci) inſtauraui. ¶ Laceras) ventis,& vndis conuulſas. ¶ Vt qua deſererer).q.d. vt tibi pręſtarem opem contra me. ¶ Carina.ſ. tua. ¶ Foret firma) eſſet valida contra impetum ventorum, & fluctuum. ¶ Remigium).i. remiges, hoc eſt nautas. ¶ Fugiturus) iniurioſe dixit fugiturus, ſic Dido ad Aeneā, Quo fugis? obſtat hyems & eadē apđ Virgilium. Me ne fugis. ¶ Heu patior) trāſlatio ab eo, qui inimicum ſuis armis inſtruit qui interdum illis percutitur ab inimico. ¶ Credidimus) vt maiorem captet cōmiſerationē, & fraudē Demophoontis magis amplificet, multa commemorat in Demophoonte, quorum ſingula, ne dum omnia ſimul potuerunt eam dicipere, & inducere ad ei credendum. ¶ Credidimus blādis verbis) nam facundia, que eſt quedam non arte comparata, ſed naturalis dicendi gratia, multum valet ad amorem commouendum, vnde Ouid. in. i. de arte. Non formoſus erat, ſed erat facundus Vly. Et tamen æquoreas torſit amore deas. Idem probat Virgilius quarto Aeneidos, hærent infixi pectore vultus, vbaq;. ¶ Generi) nobilitati tuæ domus, ex qua non potui mihi perſuadere virum perfidum poſſe naſci. generis enim conditio plurimum valet ad fidem faciendam. ¶ Numinibuſq; tuis) melius legendum dixerim, nominibus, vt recte coniūgatur, credidimus generi,& nominibus tuis. nā ſe dijs crediſſe dicet īferius. Diis quoq; credidimus. eſſet ergo iteratio ſuperflua. ¶ Lachrymis) quæ, etiam vt oſtendit. Quintilianus, vim maximā habent cōmouendi & fere perſuadendi. ¶ Hæ).ſ. lachrymæ. ¶ Et).i. etiam ſicut tu. ¶ Docentur ſimu.).i diſcunt oſtendere exterius falſos animi affectus. ſicut tu verbis ſimulaſti, quod nō habebas in pectore. ¶ Artes) dolos. ¶ Eunt qua iubētur).i. quatenus illis iubes,& vis eas ire, quod Iuue. attribuit mulieribus fraudē parantibus, ſic dicens, Vberibus ſemper lachrymis, ſemperq; paratis, In ſtatione ſua atq; ipſis ſpectantibus illam, Quo iubeat manare modo. ¶ Dijs quoq;) ꝑ quos iuraſti mihi. ¶ Tot pignora quid nobis) ſcilicet opus erant. ¶ Capi) decipi. ¶ Inde) ex his ſupradictis. ¶ Nec moueor) nec iraſcor, aut pœnitet me ¶ Loco) hoſpitio vrbis,& domus meæ. ¶ Summa) finis. ¶ Meriti) bñficij.i nō debui facere maius beneficiū, quā recipere te portu,⁊ hoſpitio, ſed plus feci,⁊ ideo ſubiūgit. ¶ Turpiter ho.) ſenſus eſt pœnitet me poſt datū tibi hoſpitiū, addidiſſe etiā lecti mei ſocietatē,⁊ tecū me copulatā fuiſſe, & cōcubuiſſe, qđ quā honeſtiſſimis verbis poteſt, exprimit dicēs. ¶ Et ꝯſer.).i. ꝯiūxiſſe latus lateri. ¶ Cumulaſſe ho.).i. tradidiſſe hoſpitio lectū cōnubialē. ¶ Quæ fuit) optat ſe fuiſſe mortuā vna nocte, antequā cum Demophoonte coniuncta foret, quia ſine infamia mortua eſſet. ¶ Mallem) optarem, potius vellē. ¶ Suprema) vltima. ¶ Speraui me).i. bene. ¶ Quia me meruiſſe putaui), me legendū eſt, nō autem te, vt & ſenſus exigit,⁊ co-

E

F

A dex meus vetuſtiſſimus habet. ⸢Quæcunq;) ſententiæ eſt exornatio, & eſt ſenſus, æquum eſt eum bene ſperare, qui de aliquo bene meruit. ⸢Fallere) etiam ſententia eſt. ⸢Operoſa) magna, aut difficilis, ab opera, ideſt a labore dicitur, interdum ab opere, vt Ouidius. j. Metamor. & mundi moles operoſa labore. i. magni operis. ⸢Simplicitas) facilis credulitas mea. ⸢Fuit digna fauore) meruit potius laudem, quam fraudem, aut reprehenſionem.

ASCEN. ¶ VBI Eſt nunc Hymenęus) ideſt deus nuptiarũ, aut accipiẽdo per metonymiam, deum pro re, cui pręeſt, vbi eſt nũc vſus matrimonialis promiſſus in annos ſocios. i. coniugales ſocialiter tranſigendos. Per tuum auum. ſ. Neptunum Aegei patrẽ, aut ipſum Aegeum. Per venerem & tela. ſ. Cupidinis arcum, & faces, ad quæ alludit Virgil. in prin. iiij. dicens. Vulnus alit venis & cæco carpitur igni, nam tela vulnus procreant, & faces incendium. Nimium mihi facientia. i. nimium in me potentia, aut mihi nimium moleſta, Iunonem. ſ. pronubam, de qua Aenei. iiij. Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ, toris D autem maritis. i. maritalibus, ſeu ſimpliciter dixit. Per ſa. de. tediferæ. i. Cereris, vnde in eod. iiij. legiferæ cereri, &c. ⸢Quid iam tot pi. no.) . i. ad quid tot ad me decipiendũ opus erat argumentis, ego potui ſatis capi qualibet parte inde. i. illorum pignorum. Nec moueor, ꝙ te iuui, quia dixit. At laceras etiam puppes furioſa refeci, ne beneficium exprobare videatur, dicit ſibi id ſolum dolere, ꝙ amiſſo pudore illi obſecuta ſit ad nuptias, quas modo cõtemnit. Fallere credentem. Vnde eſt illud Aeneidos quarto a Iunone per ironiam dictum. Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis Tuq; puerq; tuus magnum & memorabile numen, Vna dolo diuum ſi fœmina victa duorum.

Sum decepta tuis, & amans, & fœmina uerbis,
Dii faciant, laudis ſumma ſit iſta tuæ.
Inter & Aegidas media ſtatuaris in urbe:
Magnificus titulis ſtet pater ante ſuis.
Cum fuerit lectus Sciron, toruusq́; Procruſtes,
Et Sinis, & Tauri, mixtaq; forma uiri,
Et domitæ bello Thebæ, fuſiq; Bimembres,
Et pulſata nigri regia cæca Dei:
Hoc tua poſt illos titulo ſignetur imago:
Hic eſt: cuius amans hoſpita capta dolo eſt.
De tanta rerum turba, factiſq; parentis
Sedit in ingenio Creſſa relicta * tuo.

* a. l. puella.

HVBER. ¶ ET Amans, & fœmina) duo poſuit, quæ facile decipi ſolent, amans, ſcilicet ego, nam vt ipſe Ouidius, inquit. Credula res amor eſt, & fœmina, quæ etiam facile credit, vnde & poeta, Vna dolo diuum, ſi fœmina victa duorum eſt. ⸢Iſta ſit ſumma tuę laudis) ideſt ſi hoc tibi laudi ducis, vtinã nihil aliud vnquam facias, quod ſit laude dignum. ⸢Inter & Aegidas) B ſubaudi, dij faciant. ⸢Vt ſtatuaris) . i. colloceris. ⸢In media vrbe) Athenarum. ⸢Inter Aegidas) ideſt inter maiores tuos qui ab Aegeo fuerunt. Nam ſtatuæ clarorum in publico proponebantur cum titulis rerum geſtarum, vt infra oſtendet. ⸢Pater tuus) Theſeus. ⸢Magnificus) ſplendidus. ⸢Suis titulis) rerum clararum quas geſſit. ex quibus aliquot numerat. ⸢Cum fuerit) corrigendus eſt hic textus: non enim legendum eſt Chyron, ſed Sciron, & Procruſtes. Sciron autem latro fuit, quem viatores ſpoliantem verſus Megaram Theſeus interfecit, & ſaxo præcipitauit, quod adhuc, vt hiſtorici perhibent, Scironium dicitur. Ouid. in Metamor. Scopulo nomen Scironis inhæret. Quidam autem ferunt hoſpitibus per iniuriaꝫ cibum porrigere ſolitum, ieiunare coegiſſe, deinde calce percuſſos in mare pręcipitaſſe, quo genere mortis eum Theſeus affecit. Toruus crudelis. ⸢Procruſtes) dicitur a procruo verbo Græco, ideſt Impello, Is Polyphemonis cuiuſdaꝫ filius hoc genere ſupplici hoſpites afficiebat, eorum corpora lecto imponebat, quæ ſi erant longiora lecto, mutilabat, ſi breuiora, vi trahebat, & extendebat in parem longitudineꝫ lecti, hunc Theſeus domuit. ⸢Et Sinis) ita legendum eſt, is crudeliſſimus hoſpitum corpora curuatis arboribus alligabat, deinde arbores C in altum dimittebat, ita ꝙ corpora lacerabantur, quem Theſeus etiam interfecit. de quo Oui in Ibin. Quiq; trabes preſſas ab humo mittebat in auras, æquoris aſpicias huius, & huius aquas, & de hoc puto Ouidium ſenſiſſe Meta. lib. vij. Cum dixit occidit ille ſenex magnis male viribus vſus: Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto Ad terram late ſparſuras corpora pinus, item Claudianus ſupradictos inter crudeliſſimos numerat lib. i. in Ruffinum. Quid tale immanes vnquaꝫ geſſiſſe feruntur, vel Sinis Iſthmiaca pinu, vel rupe profunda. Sciron, vel Phalaris tauro, vel carcere. Sylla. ⸢Et tauri, mixtaq; forma viri) ideſt minotaurus, quem poetæ fabulantur fuiſſe ſemihominem, & ſemibouem. ferunt enim vt ſcribit Diodorus Minoem Cretenſium regem de more ſolitum Neptuno ſacrificare taurum ſpecioſiſſimum, cum ei taurus eſſet pręſtantior, ſacrificaſſe deteriorem. Qua ex re Neptunus Minoi iratus eius Tauri, quem ille ſacrificare noluerat, Paſiphae eius filiæ turpem amorem iniecit, cui ante Dedali ſignũ pulcherrimæ vaccæ, quam taurus amabat, factum eſt, quo Paſiphae ſuppoſita cum tauro cõcubuit, ex quo fabulis decantatuꝫ Minotaurũ genuiſſe fertur, duplici, vt dictum eſt, natura, qui vſq; ad humeros taurus, cætera homo fuit, ad hoc monſtrum nutriendum aiunt Dędalum labyrinthum fabricaſſe, difficiles habenteꝫ egreſſus, & inſcijs penitus irremeabiles, in quo incluſo minotau- E ro ſeptem Athenienſum pueri, totidemq; puellę ſingulis annis, ex decreto Minois, qui Athenienſes obſidione, qua eos circundabat, ea lege liberauerat, mittebantur. Miſſus igitur Theſeus, cum Ariadne filia Minois eius amore deperiret, accepto ab ea filo, quo poſſet ex labyrintho egredi, minotaurum interfecit, reliqua de Ariadne dicentur loco ſuo. ⸢Et domitæ bello Thebæ) longa eſſet hiſtoriæ narratio, ſi ab Laio patre Oedipi exordiremur, ſatis igitur ſit breuiter dicere, quæ ad hunc locum pertinent, cum Eteocles & polynices filij œdipi de regno inter ſe diſſidentes mutuis vulneribus concidiſſent, & præterea multi duces, alijq; plurimi mortales, qui ad bellum Thebanum venerant, occubuiſſent, Thebaniq; ſepeliendi facultatem denegarent, Adraſtus, qui ſolus ex ducibus ſuperfuerat, illis inſepultis relictis, redijt Argos. Cum nullus auderet hos tumulis condere, ſoli Athenienſes, qui alijs virtute præſtabant, omnes ſepeliuere, Theſeus autem præcipue Adraſti precibus hoc feciſſe fertur, poſtea cuꝫ filij eorum, qui in bello interierant, parentum mortem vlturi, ex oraculo Alcmeonem Amphiarai filium ducem elegiſſent, contra Thebanos bella mouerunt. Eo enim duce expugnatio vrbis ab oraculo F promittebatur. Acerrima igitur commiſſa pugna Thebani atritis viribus, multiſq; amiſſis ciuibus victi ſunt, Thebæ captæ, ac dirutæ ſunt, hoc in bello virtus Theſei maxime emicuit, vnde ei tota hæc aſcribitur victoria, cum tamen alij non ſic ſcribant, & multi Herculi attribuant. ⸢Fuſiq; bimembres) centauros dicit ex Ixione & nubea Iunone, quam ille de concubitu interpellauerat obiecta, genitos parte anteriore homines poſteriore equos. Cum Pirithous Hippodamiam deſpondiſſet, & centauros, & Theſeum ſibi coniunctiſſimum ad nuptias vocaſſet, & illi vino ebrij, tum Hippodamiæ, tum cæteris fœminis, quæ nuptijs aderant, vim inferre tentarent, hac iniuria, tum Theſeus, tum Lapitæ, quibus Pirthous imperabat, commoti, multos ex centauris peremerunt, reliquos ciuitate eiecerunt. elegit igitur poeta verbum vtriq; rei aptum, Nam fuſos, & cæſos intelligimus, & fugatos, non ignoramus tamen hanc hiſtoriam varie ſcribi & quoſdam ſentire Herculem huic pugnæ, interfuiſſe, Sed quæ diximus, & huic loco conueniunt, & a Diodo. referuntur. ⸢Et pulſata nigri) ex hiſtoria locus fabulæ factus eſt. Scribitur enim a græcis in vita Theſei, Aedoneum Moloſſo-

A rum regem vxorem Proſerpinam nomine habuiſſe, filiam vero Erinnym, canem Cerberum, iuſſiſſeq; vt qui eius filiam optaret vxorem, cum Cerbero pugnaret, quod ſi illum ſuperaſſet, etiam aſſumeret vxorem. multi ad hanc, vt proci conuenerant, verum cum rex animaduertiſſet Theſeum, & Pirythoum, non vt procos veniſſe, ſed vt eam furto auferrent, eos comprehendi iuſſit, & Pirythoo a cane intercepto, Theſeum in carcere ſeruandum tradidit. hoc habet hiſtoria. Dio. tamen magis fabulam ſecutus refert, Pirythous cupiens Proſerpinam vxorem habere rem cum Theſeo communicaſſe: verum cum propter rei impietatem, propoſito Theſeus eum auertere conaretur, vbi illum perſeuerantem, & ſe ab illo in iuſiurandum ad Proſerpinæ vim & raptum adigi videret, ſe ſocium, & adiutorem præbuit. cunq; ad inferos, vt eam raperent ambo deſcendiſſent, vterq; ibi captus. Sed poſtmodum in gratiam Herculis liberatus eſt Theſeus, Pirythous apud inferos detentus, luit ſempiternas ſuæ impietatis pœnas. quidam ſcriptores vtrunq; tradunt ab inferis rediſſe: hanc igitur fabulam nunc tangit. ⸿Et regia cęca) ideſt aula obſcura. ⸿Nigri dei) ideſt Plutonis. ⸿Pulſata) ideſt vim quandam intrata, & occupata a Theſeo. Notandum eſt, quod vbi legitur ditis, legendum eſt dei. Nam ditis primam naturaliter habet longam, & ſic non ſtaret hic verſus. quod autem ſit longa, ex multis exemplis hoc Virgilius in ſexto Aeneidos, ſit ſatis, Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. nuſquam autem legitur prima breui. ⸿Tua imago) tua ſtatua ⸿Hoc titulo) hac inſcriptione. ⸿Poſt illos) ideſt titulos patris tui, quos ſupra diximus. ⸿Hic eſt) ecce titulus, quem vult Demophoonti inſcribi, qui

B

D ad infamiam pertinet, quod & amantem, & hoſpitam decepit, ordo eſt, hic eſt, ſcilicet ille Demophoon. ⸿Cuius dolo amans hoſpita) ſcilicet Phyllis, & duo poſuit, quæ eius dolum, & crimen aggrauat, vt dictum eſt ſupra. ⸿Capta) decepta. ⸿De tanta) ſenſus eſt, de factis tui patris, remanſit tibi tantummodo memoria fraudis, qua ille vſus in Ariadnen, non autem alicuius ex ſupradictis probitatibus parentis. Patris tui, Theſei. ⸿Sedit) ſtetit. ⸿In ingenio tuo) ideſt in animo tuo. ⸿Creſſa) ideſt Ariadne Cretenſis, Creſſa autem nō à maſculo creſſus venit, ſed a cres, cuius genitiuus eſt cretis. ⸿Relicta) deſerta a patre tuo. Vt plenius dicetur in epiſto. Ariadnes ad Theſeum. ASCEN.

¶SVMMA Tuæ laudis) ideſt vltra quam nunquam merearis maiora. cum tamen dicat Aeneas Aeneidos ſecundo, Et ſi nullum memorabile nomen fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem &c. ⸿Inter Aegidas) ideſt Aegei filios, & nepotes, ſtet pater, ſcilicet Theſeus Herculis ſocius, qui interemit Scyronem & Procruſtem & Scinim latronem, aut Scinona, nam verius Scinum dicitur, & minotaurum monſtrum biforme, vt docet Virgilius in ſexto: Item Creontē Thebaru; regem, & Centauros, poſt quæ facinora deſcendit ad inferos, vt inde Pirythoum abduceret. Vnde dicit, Et pulſata nigri regia cæca dei, ideſt ditis ſeu Plutonis, non autem legendum eſt regia cæca ditis: ſiue adiectiuum, ſiue ſubſtantiuum penultimam genitiui producit. ⸿Sedet in ingenio) ideſt placuit, vt ſeptimo Aeneidos, Et ſedet hoc animo. ⸿Puella creſſa) ideſt Cretenſis Ariadne, ſcilicet Minois filia a Theſeo patre decepta: in quo ſolo facto eum imitaris. hiſtoriæ ac fabulæ iam recitatæ ſunt. E

Quòd ſolum excuſat: ſolum miraris, in illo
Hæredem patriæ perfide fraudis agis.
Illa (nec inuideo) fruitur meliore marito,
Inq; capiſtratis tigribus alta ſedet.
At mea deſpecti fugiunt connubia Thraces:
Quòd feror externum præpoſuiſſe meis.
Atq; aliquis, doctas iam nunc eat (inquit) Athenas
Armiferam Thracen, qui regat, alter erit.
EXITVS acta probat: careat ſucceſſibus opto,

HVBER. ¶MIRARIS) imitaris, Lucanus, Miratoremq; Catonis. i. imitatorem. Virgil. Primis, & te miret' ab annis. Naq; pręclara ingenia, quæ mirantur, ea facile imitantur. Vnde antecedens pro conſequenti ponitur. i. mirari pro imitari. ⸿Hæredem agis). i. es hæres. Ornatus eſt enim dicendi modus, hic agit legatum. i. legatus eſt, hic agit hæredē; gratum eſt hæres. Fraudis patriæ. i. paternæ, non autem virtutis ⸿Illa nec inuideo) comparat fortunam ſuam cum fortuna Ariadnes, & illi ex fraude bene ſucceſſiſſe, ſibi vero peſſime oſtendit. ⸿Illa) Ariadne. ⸿Fruitur) gaudet. ⸿Meliore) quā patre tuo, quia ille erat mortalis, Bacchus vero deus. ⸿Nec inuideo) nec doleo. ⸿Sedet alta). i. celſa, & læta. ⸿Inq; tigribus capiſtratis). i. frenatis, hoc eſt in curru Bacchi, quem a tigribus trahi dicunt. Virg. lib. vj. Aenei. Nec qui pampineis victor iuga flectit habænis Liber agens celſo Nyſæ de vertice tigres. Hanc ſententiam, quod meliorem adepta ſit maritum: ipſe libro. iij. Faſto. oſtendit, Iam bene periuro mutarat cōiuge Bacchum, Quæ dedit ingrato fila regenda viro. Sorte thori gaudens, quid flebaq; ruſtica? dixit: Vtiliter nobis perditus ille fuit. At coniunctio aduerſatiua hoc loco. q. d. non ita mihi euenit ſicut Ariadnæ. Deſpecti contempti a me, ⁊ vt inquit Dido. Quos ego ſum totiens iam dedignata maritos. ⸿Quod). i. quia. ⸿Feror) dicor. ⸿Præpoſuiſſe). i. connubio. ⸿Externū) i. peregrinum ⁊ ignotum. ⸿Meis). ſ. Thracibus, hęc enim ſolet eſſe cauſa acerbiſſimi doloris, ⁊ indignationis his, qui ſpernuntur. Vnde ⁊ Hyarbas apud Virgilium maxime hoc queritur de Didone, quod ſibi Aeneam externum prępoſuerit, Fœmina, quæ noſtris errans in finibus exul, Cuiq; loci leges dedimus, connubia noſtra Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit. ⸿Atq; aliquis) deridēs me. ⸿Inquit eat). ſ. Phyllis Athenas. q. d. quas plus amauit, quam Thraciam, cum maluit maritum Athenienſem, quam Thracē. ⸿Doctas) quoniam illic omnium liberalium artium florebant ſtudia, vnde ⁊ Pallas dicitur ei vrbi nomen dediſſe. ⸿Alter) ideſt Alius præter ipſam Phyllida. Thracem accuſatiuus eſt a nominatiuo Thra-

C

ce. na; regio ipſa dicitur Thrace, ⁊ latine Thraca. Hor. Thraca ne vos, Ebruſq; niuali compede vinctus. itē dicitur Thracia. ⸿Armiferam) bellicoſa;. ⸿Exitus acta probat) ſenſus eſt, a fine demonſtrantur hominū facta, ⁊ eſt ſententię exornatio. ⸿Careat ſucceſſibus ⁊c. Sēſus eſt, male illi eueniat, qui non a fine rerum, ſed ab euentu facta hominū denominat, ⁊ nota tu. multa eni; ſolēt euenire ante finem, quæ videntur eſſe mala, quæ poſtea ex fine cognoſcuntur eſſe bona, vt exempli gratia, aliqua puella mediocris cōditionis nupſit amatori diuiti clam, ⁊ neſcientibus parentibus ſuis reprehenditur hoc factum ab his, qui hoc ſciunt: at ſi ducatur vxor ab eo, omnes dicunt eam ſapienter egiſſe, ita hic eſt intelligendum, ſunt autem verba Phyllidis dicentis, finis oſtendit qualia ſint facta. q. d. potes adhuc prouidere, ne videar male feciſſe cum te recepi in hoſpitio, & coniugio, ideo male illis eueniat, qui ante finem iudicant de his, quę feci per ea, quę euenerunt, quia nondum rediſti, nam adhuc redire potes. ⸿Opto) Deum precor, vt ille. ⸿Careat ſucceſſibus) ſcilicet proſperitatibus. F

¶EXCVSAT Agnoſcit malefactū, excuſamus enim peccata. Theſeus autem deprecabatur hanc culpā, q; in ſomnijs eſſet a Libero monitus, vt eam relinqueret. PARRHA.

¶AT Mea deſp.) Docet q; ⁊ Dido apud Virgi. ſe ſuis inuiſam eſſe, quia externum prętulit eis ⸿Atq; aliquis) Ordo eſt, atq; aliquis. ſ. Thracu; inquit eat. ſ. Phyl. contemptrix ſuorum Athenas doctas, vt ſequatur mœchū: quia alter erit, qui regat Thracē. i. Thraciam (a nominatiuo Thrace, ⁊ ita per. n. ſcribitur) Armiferam. i. bellicoſam, ⁊ patriam Martis, Geticis qui prę ſidet aruis, ſunt. n. vicini. ⸿Exitus acta probat) ⁊ ſupple aliquis (inquit) exitus probat acta. i. euentus rerum docet qualiter incœptæ ſint. quaſi prudenter, incœpta non poſſint malum habere exitum. At quod reſpondet Phyllis, careat ſucceſſibus opto, quiſquis ab euentu facta notanda putat, quia ſæpe prudentiſſime cœpta infœlicem ſortiuntur exitum. vnde qui damnabant, quia Demophoon non redibat, laudarent, ſi redire, quapropter addit, ASCEN.

Quiſquis ab euentu facta notanda putat.
At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo:
Iam mihi, iam dicar conſuluiſſe meis.
Sed neq; conſului, nec te mea regia tangit,
Feſſaq; Biſtonia membra lauabis aqua.
Illa meis oculis ſpecies abeuntis inhæret:
Cum premeret portus claſſis itura meos.
Auſus es amplecti, colloq; infuſus amantis,
Oſcula per longas iungere preſſa moras,
Cũq; tuis lachrymis lachrymas confundere noſtras:
Quodq; foret uelis aura ſecunda, queri.
Et mihi diſcedens ſuprema dicere uoce:
Phylli face expectes Demophoonta tuum.
Expectem, qui me nunquam uiſurus abiſti?
Expectem pelago uela negata meo?
Et tamen expecto: redeas modo ſerus amanti,
Vt tua ſit ſolo tempore lapſa fides.
Quid precor infelix? iam te tenet altera coniux,
Forſitan & nobis, qui male fauit, amor.
Vtq; tibi excidimus, nullam (puto) Phyllida noſti:
Hei mihi ſi quæ ſim Phyllis, & unde rogas.
Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto
Threicios portus, hoſpitiumq; dedi:
Cuius opes auxere meæ: cui diues egenti
Munera multa dedi, multa datura fui:
Quæ tibi ſubieci latiſſima regna Lycurgi,
Nomine fœmineo uix ſatis apta regi:
Quà patet umbroſum Rhodope glacialis ad Aemũ:
Et ſacer emiſſas * exigit Hebrus aquas.

HVBER. A ¶ NOTANDA) iudicanda. ¶ Ab euentu). i. a caſu, non a fine, qui poteſt venire mihi melior: vel certe a fine, quem ego reſpexi, & propter quem feci, nam finis mei facti fuit, prodeſſe mihi & meis. acccipiendo te maritum, ergo ab hoc fine intentionis meæ, & non ab eo, quod euenit iudicandũ eſt id, quod feci, nam finis meæ intentionis fuit bonus, licet euentus fuerit malus. & hic ſenſus videtur eſſe melior, & verior, q̃ ſuperior, licet vterq; poſſit accõmodari. ¶ At ſi) ſenſus eſt: reprehendor, dicor male egiſſe, ſed ſi ad nos reuerſus fueris, omnes dicent me prudenter egiſſe, & ita exitus ꝓbabit acta mea nõ fuiſſe mala. ¶ At ſi nr̃a tuo ſpumeſcant ęquora remo), periphraſis eſt, ideſt circumlocutio. voluit enim dicere, ſi ad nos nauigaueris. nam nauigando, & mouendo remos æquora ſpumam mouent. Virgilius, Et ſpumas ſalis ære ruebant. ¶ Iam). i. tandem. ¶ Conſuluiſſe) ſapienter B prouidiſſe mihi, accipiendo te maritum. ¶ Meis) accipiendo te, qui eos regeres. ¶ Sed neq; conſului) vt magis eum moueat, oſtendit ſe deſperare eius reditum, neq; conſului, quia non reuerteris. ¶ Mea regia) quam tibi tradideram. ¶ Tangit) mouet. ¶ Feſſa Biſtonia) ſubaudienda eſt negatio, neq; lauabis membra, &c. ideſt non venies in Thraciã, neq; lauabis aliquando membra tua fatigata aqua Threicia. Nam Biſtonium Thracię ſtagnum eſt. ¶ Illa meis oculis) magnam vim habet recordatio præteritæ conſuetudinis, & beniuolentiæ. ideo Phyllis nunc reducit ĩ memoriã Demophoõti eius diſceſſum, in quo oſtendit eum ſibi ſignificaſſe amorem, vt ea cõmemoratione eũ moueat. ¶ Illa ſpecies) illa figura. ¶ Abeuntis). ſ. tui a me diſcedentis. ¶ Inhæret) infixa eſt. ¶ Oculis meis) hoc eſt, videor C nunc habere ante oculos, quomodo a me diſceſſiſti. ¶ Cum claſſis itura) ideſt abitura. ¶ Premeret meos portus) ideſt eſſet in portu meo. ¶ Auſus es) commemorat blandicias, quibus Demophoon erga eam vſus eſt. auſus, es. q. d. cum diſcederes non reuerſurus, auſus es tamen me amplecti. ¶ Infuſus) impoſitus, circundatus. ¶ Collo amantis) mei Phyllidis. ¶ Oſcula) preſſa, preſſe infixa, qualia ſolent eſſe oſcula amantium, quæ non modo preſſis labijs in faciem dantur, verũetiam plerũq; ex nimio affectu dentibus, & morſu inferũtur, amatoria oſcula dentibus impreſſa ſignificat Ouidius in primo amorũ. Alterius videat toto veſtigia lecto. Factaq; laſciuis liuida colla notis: & Horati. in primo carminum, Siue puer furens, impreſſit memorem dente labris notam. ¶ Cumq; tuis) ſubaudi, & auſus es. ¶ Confundere) ideſt commiſcere. ¶ Quodq; foret) ideſt auſus eſt queri, quod haberes ventũ ſecundum, & tibi fauentem, quia potius voluiſſes habere aduerſum, vt eſſet tibi iuſta cauſa remanendi. ¶ Et mihi) ordo eſt, & tu diſcedens auſus es dicere. ¶ Suprema voce) ideſt vltimis verbis tuis, quia poſtea non dixiſti aliud verbum. ¶ Phylli face expectes) hæc ſunt vltima verba, quibus Demophoon vſus eſt ad Phyllida. ¶ Expectem) nunc ſunt verba Phyllidis. q. d. ita dixiſti mihi, vt te expectem, ſed quid expectem te, qui abijſti nunquam viſurus me, ideſt nunquaꝫ reuerſurus amplius, vt me videas. ¶ Negata) ſcilicet a te, ideſt quæ vela tua nunquam vis amplius redire in meum mare. & artificium eſt in ſumma cauſa diffidentiæ, tamen non oſtendit diffidentiam. dicit igitur, quod licet, iam non debeat eum expectare, tamen expectat. ¶ Modo) D tantũmodo. q. d etiam ſerus. i. tardus, quia vt eſt in prouerbio, melius eſt ſero, quàm nunquam. ¶ Vt tua) ideſt vt videaris defeciſſe in fide ꝑ aliquod tempus, & non per omne, vt tua fides, quam mihi dediſti de reditu tuo. ¶ Sit lapſa) ideſt defecerit. ¶ Solo tempore) & non voluntate tua, aut etiam opere. ¶ Quid precor infelix) diximus in prima epiſtola, muliebre eſſe, de maritis abſentibus alienuꝫ amorem ſuſpicari, &c. quid precor. q. d fruſtra precor. ¶ Qui male fauit nobis) ideſt qui fuit nobis aduerſus. ¶ Vtq; tibi) vt. i. poſtquam. ¶ Excidimus). i. ex memoria tua elapſæ ſumus. ¶ Nullam) Phyllida. i. E nullã ſimilem Phyllidis. ¶ Hei mihi) non ſine gemitu potuit, commemorare ſe, & ſua erga Demophoõteꝫ bn̄ficia. ¶ Hei) interiectio dolentis. ¶ Si rogas) ſi quæris & interrogas. ¶ Vnde) ex quo loco, cuius filia. ¶ Quæ tibi) nunc dicit, quæ ſit. ordo eſt, O Demophoon, ego ſum illa Phyllis, quæ dedi tibi acto, ideſt agitato. ¶ Erroribus) ideſt vagationibus per mare. ¶ Regna Lycurgi. i. in quibus regnauit Lycurgus. Sic etiam Virg. de Thracia. Acri quondaꝫ regnata Lycurgo. Hic enim fuit rex Thracię alter Lacedęmonius, qui ſuis ciuibus leges ſaluberrimas tulit. ¶ Cuius) ſcilicet Demophoontis. ¶ Opes) facultates, diuitias. ¶ Meæ) ſcilicet opes. F ¶ Auxere) fecerunt maiores. ¶ Cui egenti) ſcilicet tibi Demophoonti. Sic Dido obijcit Aeneæ, eiectum in littore egenteꝫ Excepi. ¶ Quæ ſubieci) ideſt ſuppoſui, & in poteſtatem tuam dedi. ¶ Vix ſatis apta regi nomine fœmineo) quia hæc regna habent viros bellicoſos, & feroces, qui vix poſſunt ferre muliebre imperium. ¶ Qua patet) deſcribit ambitum regnorum Thraciæ, quæ ſubiecit. & eſt ordo, Quæ ſubieci tibi regna Lycurgi. ¶ Qua) ſcilicet parte. ¶ Rhodope) patet ad æmum glacialeꝫ. ¶ Et Hebrus ſacer ꝛc. ¶ Rhodope) ꝛ Aemus, vt diximus montes ſunt Thraciæ. Sed Rhodope magis in orientem porrigitur, deinde in ſeptentrionem reflectitur. Aemus ad Macedoniaꝫ eſt, vnde ꝛ interdũ mons Macedoniæ dicitur. ¶ Qua patet) ideſt extenditur. ¶ Vmbroſum) altum vel arboribus plenum. ¶ Et ſacer) ſignificat oſtium Hebri fluuij, ſacer quia omnes fluuij ſacri dicebantur. ¶ Exigit) emitttit, ſcilicet in mare. ¶ Aquas emiſſas) ideſt celeres, vt diximus in prima epiſtola. non autem legendum eſt admiſſas. neq; etiam dicendum amiſſas, ideſt perditas. ¶ Cui mea) non eſt ſubaudiendum, ego Phyllis, ſed cui refert illud pronomen ſupradictum, ſcilicet tibi.

PARRHA. ¶ AB euentu) a caſu, non voluntate, ꝛ propoſito. M. Tullius. Epiſt. fami. i. Sed hæc ſententia ſic etiam illi, & nobis placebat,

* a. l. admiſſas.

A vt ex euentu homines de tuo conſilio exiſtimaturos videremus. ſi cecidiſſet, vt volumus, ⁊ optamus, omnes te ⁊ ſapiēter, ⁊ fortiter: ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdē illos ⁊ cupide, ⁊ temere feciſſe dicturos. Biſtonia biſtones thraciæ gētes a Biſtone Martis, & Terpſichores filio, vel ab altero, quē genuit Ciron. vt author eſt Philoſtephanus. ⸢Sacer hebrus) quia Iouis. F. vt Home. in hymnis. vel ob Orphei caput, vt eſt apud Philoſtratum, & Papinium. Abaris Hyperborius Orphei nuptias celebrauit. ⸢Vt). i. poſtq̄;. Virg. vt vidi, vt perii.

ASCEN. ¶ AT SI noſtra &c.) Conſuluiſſe. i. conſulte prouidiſſe, aut pſpexiſſe mihi, & meis. ⸢Feſſaq; biſtonia) ordo eſt. q. d. & nec ſup. lauabis membra tua feſſa . i. fatigata ex longinqua profectione, aqua biſtonia. i. biſtonidis lacus thraciæ. ⸢Illa meis ocu.) commemorat dulcia, vt oſtendat, q̄; ſint, quæ nunc patitur amara. ⸢Quodq; foret) ordo eſt. Et auſus eſt quæri. i. conqueri, ꝙ aura foret. i. eſſet ſecunda. i. proſpera, quia ſequēs, & a puppi flans tuis velis. i. dicebas te dolere ꝙ tam bono vēto abire cogebaris. Et mihi ſupple auſus es diſcedens dicere ſuprema voce. ⸢O Phylli face). i. fac. Non enim legendum eſt fac, quia producitur, q̄;uis ſint, qui ita legant, & corripi ſentiant, vt etiam alibi expectes Demophoonta tuum. ſ. amicum, aut maritum ſerus. i. tardus. ⸢Quæ tibi Demophoon) enumerat beneficia, vt memorem ſui faciat, ⁊ amplitudinē regnī ſui cōmemorat, vt alliciat. Omnia autem manifeſta ſunt. D

> Cui mea uirginitas auibus libata ſiniſtris:
>     Caſtaq; fallaci zona recincta manu. *
> Pronuba Tiſiphone thalamis ululauit in illis,
>     Et cecinit mœſtum deuia carmen auis.
> Affuit Alecto breuibus torquata colubris:
>     Suntq; ſepulchrali lumina mota face.
> Mœſta tamen ſcopulos, fruticoſaq; littora calco:
>     Quaq; patent oculis æquora * lata meis.
> Siue die laxatur humus, ſeu frigida lucent
>     Sydera: proſpicio quis freta uentus agat.
> Et quæcunq; procul uenientia lintea uidi:

*Zona cingebant virgines, quæ niſi a marito prima nocte ſoluebatur. hinc ſoluere zonam virginitatē amittere.

* a. l. littora.

HVBERTINVS. ¶ CVI Scilicet Demophoonti, pro a quo Demophoonte, datiuus pro ablatiuo. ⸢Mea virginitas) amplificat beneficia, quia plus eſt dediſſe virginitatem, q̄; res. ⸢Eſt li.) deſumpta. ⸢Auibus ſini.). i. infelici omine, nam antiqui omnia auſpicato faciebant, & præcipue matrimonia. Virgi. Cui pater intactā dederat primiſq; iugarat Omnib⁹ Luca. Cōtentiq; auſpice Bruto. Iuu. Veniet cum ſignatoribus auſpex. Capiebatur autem augurium a volatu auium, quas appellabant præpetes, vel a voce, & has appellabant oſcines, qđ ore canerent. Vnde & aues B ſæpe pro auguriis ponuntur. Hora. Mala ducis aui. inde & auſpices ab aſpiciendis volucribus, & augures a garritu auium dicti ſunt. ⸢Et mea zona) ſubaudi & cui. i. a quo. ⸢Mea zona eſt recincta) i. diſcincta. ⸢Caſta) i. mei caſtæ, nam adiectiua perſonarum ſæpe attribuuntur rebus. ſupra, Sed bene conſuluit caſto Deus æquus amori. ⸢Manu fal.). i. tui fallacis. Erat enim mos, qui etiam hodie in aliquibus locis ſeruatur, vt vir diſcingeret zonam mulieris ſibi nubentis. ⸢Pronuba) loco Iunonis, quæ coniugiis præeſſe ſolet, affuerunt furiæ. Pronuba dicitur, quæ nubentibus præeſt, nu autem ſyllaba, quæ in primitiuo naturaliter lōga eſt, in pronuba ſemper breuiatur, vt in cōnubio, interdū ſeruat naturam, vt per connubia noſtra, per inceptos Hymeneos: interdum per ſyſtolem breuiatur, vt connubio iungam ſtabili. ⸢Tiſiphone) vna ex furiis dicta a τίσις quod græcæ ſignificat vltionem, & φόνος phoni quod ſignificat cædem. ⸢Vlulauit) vlulatus enim attribuitur furiis. Dido ad Aeneam inferius. Audierā voces, nymphas vlulaſſe putaui. Eumenides fatis ſigna dedere meis. ⸢Deuia auis). i. bubo, cuius querula vox malum omen ſignificat. C Virg. iii. Aeneid. Sola culminibus færali carmine bubo Viſa queri, & longas in fletum ducere voces. deuiam autem appellauit, quia a cœtu aliarum volucrum ſolet fugere. ⸢Mœſtum) triſte, querulum. ⸢Alecto) alia ex furiis dicta, quaſi irrequieta & nunq̄; ceſſans. ⸢Torquata) circundata, & quaſi ꝑ torue cincta. ⸢Colub.) viperis breuibus, iđ ſæuioribus, nā breuiores ſerpētes ſunt ſæuiores. ⸢Suntq; ſepulchrali) in nuptiis malū omen habebatur, ſi aut faces, quæ pro mortuis erāt accenſæ, deferebantur pro nuptialibus, aut ſi ipſæ faces nuptiales fuiſſent accenſæ ex facibus, aut ex flāmis alicuius rogi. hanc rem oſtendit ipſe. Ouid. lib. vi. Meta. in fab. Terei. Eumenides tenuere faces, dicit ergo nunc Phyllis. ⸢Lumina). i. ignes mearum tedarum nuptialium. ⸢Sunt mota face ſepulchrali). i. face, quæ pro mortuo erat accenſa. ⸢Mœſta tamen) dicit qđ licet omnia ſupra dicta ſignificent infelix coniugium, tamen ſæpe conſcendit locum altum, ex quo proſpiciat in mare, ſi forte videat nauem Demophoontis. ⸢Mœſta) triſtis. ⸢Calco) premo corpore meo. ⸢Fruticoſa) dumoſa, plena fruticibus ſæpe, nam nouies iuiſſe dicitur, vt Ouid. in primo de Reme. Et per quod nouies ſæpius iſſet iter, ⁊ in eodem lib. Nona terebatur miſere via. ⸢Quaq; patent oculis) licet rarò a verſu pentametro ad ſequētes verſus incipiat ſententia præcipue apud Oui. tamen interdū ſic, vt hic videmus, & ſupradiximus in epiſt. Briſ. eſt enim ordo, & ego proſpicio quis ventus agat freta. ⸢Qua) i. qua parte. ⸢Littora patent noſtris oculis) i. aſpiciuntur a nobis. ⸢Siue humus laxatur) . i. aperitur, nam terra die propter temperiem, vel calorem magis laxatur. ⸢Seu frigida ſydera) aut generaliter frigida ſydera omnia dixit ꝓpter noctem, quæ frigida dicitur Virgi. in Bucco. Frigida vix cœlo noctis diſceſſerat vmbra, aut certe lunam intellexit quam frigidam eſſe conſtat. ⸢Et quæcunq;) ideſt quamcunq; video nauem venientem, ſtatim exiſtimo illam eſſe tuam. ⸢Tua lintea) ideſt vela dicta a lino, quod ex eo fiant. Procul longe. E

IO. SCOP. ¶ OCCVRRIT quoq; alterum Ouidianum carmen in ſecunda epiſtola enucleandū caſtaq; fallaci zona recincta manu, in quo quid interpretes ſcripſere, cuiq; videre licet. Nos enim ad virginenſem Deam, quam illi priſci colebant, ac venerabantur referendum exiſtimamus. Solebant enim viri prima nocte ſponſæ zonam in Virginenſis Deæ honorem ſoluere, quod Homerus in λ' Odyſſeos his verbis tetigit λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην. hoc eſt ſoluit autem virginalem zonam, ad quod eſt quoq; referendum Catulli carmen, quod zonam ſoluit diu ligatam, licet aliter, ſed non bene ſentiunt Commentatores, de qua re alibi nonnulla ſcitu digna retulimus. F

ASCEN. ¶ CVI MEA Virginitas &c.) Docet ſe malo auſpicio nupſiſſe, aut deuirginatam eſſe ſpe nubendi, pro quo ſcimus, Romanos, æthruſcorum diſciplina imbutos, nullas res arduas, non captato prius auſpicio, inchoaſſe. Auſpicium autem dicitur ab auium inſpectione in volatu, augurium autem ab auium garritu. Et quia auſpicato inchoabant tractum eſt, vt auſpicium accipiatur pro decenti inchoatione, & auſpicor pro inchoare. Auſpex vero is eſt, qui & pronubus dicitur, ſed generaliter quicunq; rebus bene inchoandis præeſt. ⸢Auibus libata) libari dicuntur, quæ modice tanguntur, & quaſi deguſtantur, vt libamina ſacrorum. ⸢Zona caſta) caſtus caſti dicitur. ⸢Pronuba) quæ præeſt nubentibus, quæ Iuno eſſe deberet, quæ Iouis, & ſoror, & coniunx, diuorumq; regina nunc autem fuit Tiſiphone furia infernalis, vt ex euentu opinatur pronuba, quæ vlulauit loco cantus, ſed medium eſt vocabulum, quia etiam in rebus lætis reperitur. Lucanus, Lætis vlulare triumphis. Hinc quarto Aeneidos de connubio Didonis, ſummoq; vlularunt vertice nymphæ. quod propriæ ad res tamen triſtes pertinet face ſepulchrali. funeſta, & non nuptiali. ⸢Littora fructicoſa) in quibus creſcunt fructices, ⸢Meos deos) ſalutis meæ authores.

Protinus illa meos auguror eſſe deos.
In freta procurro, uix me retinentibus undis:
Mobile quà primas porrigit æquor aquas.
Quò magis accedunt: minus, & minus utilis aſto:
Linquor: & ancillis excipienda cado.
Eſt ſinus adductos modicè falcatus in arcus:
Vltima prærupta cornua mole rigent:
Hinc mihi ſuppoſitas immittere corpus in undas
Mens fuit: &, quoniam fallere pergis: erit.
Ad tua me fluctus proiectam littora portent:
Occurramq; oculis intumulata tuis.
Duritia ferrum ut ſuperes, adamantaq;, teq;:
Non tibi ſic, dices, Phylli ſequendus eram.
Sæpe uenenorum ſitis eſt mihi: ſæpe cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat.
Colla quoq;, infidis quæ ſe nectenda lacertis
Præbuerant, laqueis implicuiſſe iuuat.
Stat nece matura tenerum penſare pudorem:
In necis electu parua futura mora eſt.
Inſcribere meo cauſa inuidioſa ſepulchro:
Aut hoc, aut ſimili carmine notus eris.
PHYLLIDA DEMOPHOON leto dedit, hoſpes amantem:
Ille necis cauſam præbuit, ipſa manum.

A HVBER. ⸢ PROTINVS) Statim.i.exiſtimo, & quaſi certo augurio credo. ⸢ Eſſe meos deos) non dicamus .i. te, quem colo tanq̄; deos, ſed auguror illa eſſe meos deos .i. exauditionem deorum, quos ego precata ſum .i. ſtatim arbitror me exauditam eſſe a diis meis. ⸢ Procurro) vado, procedo, quando video vela, quæ credo eſſe tua. ⸢ Vix retinentibus me) propter nimium deſiderium tui vidédi. ⸢ Primas aquas) .i. magis propinquas terræ, nam ſunt primæ ex terra euntibus in ipſas. ⸢ Quo magis) quanto magis. ⸢ Accedunt) ſcilicet ad me.i.fiunt propinquiores. ⸢ Aſto) .i. ſto, & ſum. ⸢ Minus, & minus vtilis) .i. quaſi defecta ſpiritu, & languida. ⸢ Linquor) .i. deficio, & cado in terram propter dolorem, quia ex appropinquatione cognoſco non eſſe nauem tuaꝫ. ⸢ Excipienda) erigenda ab ancillis, quia per me nó poſſum, aut ſtare, aut ſurgere, ſum eniꝫ ſemimortua. ⸢ Eſt ſinus) deſcribit locum, vnde dicit conſtituiſſe ſe pręcepitare, enumerat

B varia genera mortis, per quæ dicit ſe cogitare finire vitam. Sinus flexus maris. ⸢ Falcatus) curuatus, tractum a falce, quæ eſt curua. ⸢ In arcus ad) .i. in ſimilitudinem arcuū adductorum.i.contractoruꝫ, nam adducere ſignificat contrahere. ⸢ Vltima pręrupta) .i. extrema illius ſinus, quæ ſunt in ſimilitudiné cornuū. ⸢ Rigent) ſunt aſpera. ⸢ Pręrupta mole) .i. ingenti ſaxo. ⸢ Hinc) ex illa mole alta. ⸢ Fuit mens) voluntas, & diſpoſitio, Et erit ſcilicet hic, vt mittam corpus meum. ⸢ Quoniam pergis) .i. perſeueras. ⸢ Ad tua) optat, vt ſuum corpus mari ſubmerſum deferatur ad littus Atticum, vt ita mortuum videatur ab ipſo Demophoonte. ⸢ Portent) non ponitur pro portabunt, vt quidam putant, ſed modi eſt optatiui.i. vtinam fluctus portent. ⸢ Me proiectam) ſicut cadauera proiiciuntur a mari. ⸢ Occurramq;) .i.

C & vtinam appaream. ⸢ Intumulata) inſepulta. ⸢ Duritia) dicit ꝙ, quamuis ſit duriſſimus omnium rerum duriſſimarum, tamen non poterit facere, quin cómoueatur, cum videbit eaꝫ mortuam ad littus ſuum delatam. ⸢ Vt) .i. quamuis. ⸢ Ferrum) metallum nimiæ duritię. Ouid. primo Meta. De duro eſt vltima ferro. ⸢ Adamanta) lapidem tantæ duritiæ, vt nulla re frangi poſſit, niſi ſanguine hircino, ſi in eo diutius fuerit, non tamen aliter, q̄; calido, vel recenti, atqꝫ cum quatuor ſint ſpecies adamantum, vt Soli refert, qui naſcitur in Cypro, frangi poteſt. ⸢ Teqꝫ) modus eſt dicendi, qui videtur, ęquipollere ſuperlatiuo, vt ſi dicam Cice. viſus eſt ſuperare ſeipſum eloquentia .i. fuit eloquentiſſimus, vtuntur hoc genere dicendi non ſolū poetæ, ſed interdū ēt oratores. ⸢ Dices) viſo cadauere meo. ⸢ Nó er. ſequ. tibi) pro a te. ⸢ Sic) ſ. morte tua. ⸢ Phylli) vocatiuus eſt græcus, quo ſolo in talibus dictionibus vtimur. ⸢ Sæpe) aliud genus mortis dicit. ⸢ Sitis) appetitus. ⸢ Sæpe cruenta) aliud genus. ⸢ Iuuat) libet, eſt mihi impetus. ⸢ Me tra.) i. tranſfoſſaꝫ, dicitur auté melius traiectā, q̄; tranſiectā, quia trans cum dictionibus incipientibus ab i, ab n, & a d, corripiuntur, vt traiicio, traio, traduco. ⸢ Morte cruenta) ſanguinolenta. ⸢ Colla) aliud genus mortis, ſcilicet ſuſpendendi ſe, quod quidem executa eſt. ordo eſt, iuuat etiam implicuiſſe, pro implicare.i.inuoluere, & ligare. ⸢ Laqueis) aliquo nodo funis, vel alterius rei, nam ʒona ſe ſuſpendit, vt

D ipſe oſtendit in remedio amorū, Nona terebatur miſeræ via, viderit inquit, Et ſpectat ʒonam pallida facta ſuam. ⸢ Nectenda) amplectenda. ⸢ Lacertis infi.) ſcilicet tuis, volo igitur, vt quemadmodum meum collum peccauit patiendo ſe circundari tuis brachiis ita ferat pœnam patiendo laqueuꝫ. ⸢ Stat) .i. certum eſt, placet, vt ſtat caſus renouare omnes. ⸢ Penſare) compenſare, & emendare. ⸢ Pudorem) caſtitaté, q̄; mihi eripuiſti. ⸢ Nece matura) ſubita morte, quia non poſſum recōpenſare euꝫ, niſi p morté. ⸢ In necis) ſenſus eſt, i electione tot generū mortis nó erit mihi longū tpis, qa cito deliberabo. ⸢ Parua mo.) breue ſpaciū tpis. ⸢ In electu) .i. electione. ⸢ Inſcribere) palā ſcriberis, ⁊ intitulaberis. ⸢ Inuidioſa) .i. odioſa, qa oēs deteſtabuntur factū tuū. ⸢ Eris notus) erit cognitum factū tuū. ⸢ Aut hoc) ſcilicet, quod ego nunc ſubdo. ⸢ Aut ſi.) eiuſdē ſententiæ. ⸢ Carmine notandum) quod carmen interdum

E ſignificat opus totum, vt carmen Aeneidos. interdum ſignificat epigramma, & quālibet inſcriptionem, licet pluribus verſibus conſtet, vt Virg. Et tumulo ſuperaddite carmé. Et idem haud eſt ignobile carmen, cum poſtea ſubdat multos verſus, & hoc pro inſcriptione & epigrammate, ſiue epitaphio ſuo poſuit carmen. ⸢ Phyllida) ecce carmé, quod paucis verbis amplam cóplectitur materiaꝫ, videlicet beneficia Phyllidis in Demophoonté, & eius ingratitudinem de his beneficiis, & amore Phyllidis ex cauſa Demophoontis. habent autem omnia verba hic poſita emphaſim .i. vehementiam ſignificationis. ordo eſt. ⸢ Demophoon hoſpes) ecce obligatio ex beneficio hoſpitii. ⸢ Dedit leto) .i. coegit mori loco remunerationis. hoſpes autem hoc loco paſſiue accipitur, pro eo, qui exceptus eſt. cum etiam actiue ponatur interdum pro eo, qui accipit. Phyllida amantem, ecce alia obligatio, non ſolum ob hoſpitium, ſed

F etiam ob amorem, & hæc omnia ſunt ad amplificandum crimen Demophoontis. Ille, Demo. ⸢ Cauſam necis) quia decepit eam, & dereliquit. ⸢ Ipſa) Phyllis. ⸢ Præbuit manum) ad necem ſuam, quia ſe interficere ab eo coacta eſt.

## METATHESES EPISTOLÆ PHYLLIDIS PER AARONEM BATTALEVM.

EPISTOLA Mihi Phyllidis ſe offert ordine ſecunda, non tamen crebras adeò paſſa inuerſiones, neqꝫ tantum anxias, quamuis in compluribus eam quoqꝫ locis conſtat eſſe labefectatam, culpa (credo) librariorum, ſiue, quod pronum magis eſt putare, audacia ſciolorum. Quis enim negauerit accidere potuiſſe, vt aliquis diſſimili conſilio vſus, atqꝫ ego nunc, talia conatus ſit, & peruerterit? adduci nullo modo poſſum, vt exiſtimem Ouidium fuiſſe tam ineptum, tamqꝫ imprudentem, quā refert hæc epiſtola aliquot in locis prorſus inuerſa. Sed querelas valere ſinamus, & quod agimus, tantum agamus, vulneri propius medicas manus adhibeamus. Phyllis propoſitionis loco dixit, Spes quoqꝫ lenta fuit. hanc manifeſtam vult videri per tot cauſſas, quas comminiſcebatur in fauorem Demo-

A phoontis,ne ipſum lapſum fide arbitraretur prima excuſatio: Sæpe fui mendax pro te mihi, ſæpe putaui Alba procelloſos vela referre notos.de ventis habita quum mentio ſit,ſecunda excuſatio,conſentaneum eſt,ad ventos referatur, quare ſubiiciemus,Sæpe videns ventos cœlo pelagoq; fauentes:Ipſa mihi dixi,ſi valet,ipſe venit.valetudinis vocabulum quadã propè neceſſitudine trahit ad ſe,Sæpe deos ſupplex, vt tu ſcelerate valeres, Cum prece turicremis ſum venerata focis. Cæterum, ꝙ non libenter meminimus,quæ malum ominantur,non ſæpe iam ait,ſed interdũ,& eſt tertia excuſatio,Interdum timui, ne dum vada tendis ad Hebri, Merſa foret cana naufraga puppis aqua. Interdum intelligere iterum opus eſt, & quarta fiet deprecatio, Theſea deuoui, quia te dimittere nollet, Nec tenuit curſus forſitan ille tuos.demum totam probationem colligit,alias cauſſas ſine nomine cõfundens, Deniq; fidus amor quicquid properantibus obſtat,Finxit,& ad cauſſas ingenioſa fui.huius ordinis,ceu compoſitioris præter adductas a nobis rationes,cõmonuiſſe legentem id potuit, quod tranſitus a ſæpe,ad interdum,& inde iterum ad ſæpe, male concinnus fuerat,quaſi a calcaria deſilias in carbonariam, & inde in calcariam,& id aures neſcio quomodo oſtendunt diſſonu;.ſed, vt de re non multi,quoquo pacto iudicetur,momenti,dixiſ-
B ſe tantum ſit ſatis, diuiſio, quæ poſt hanc eſt ſecunda, diſcrimen habet maius,quare conſideranda etiam eſt attentius,circa diuiſionem, vt in epiſtola peccatum eſt prima, itidem & in ſecunda. Nam hæc & illa duorum tantum eſt capitum,alteru; huius, Nec te iurata reducunt Numina: Alterum,Nec noſtro motus amore redis,& vt in prima contendebamus,quod diuiſionis primum caput eſſet pertractandum:Videtur & in hac ſecunda ita contendi debere. omnino illud prius, loco quod priore eſt collocatum, exigit ratio vti digeratur. Atqui præmiſſum eſt,Nec te iurata reducunt Numina,præterea excandeſcentium ea eſt natura,vt id omnium primum properent obiicere,quod aduerſarium plus vrget,atq; offendit,Impietate autem obiici nihil poteſt amarius.ſed nõ curemus,quæ ſunt tantum probabilia, cogentia, quæq; dari prorſus neceſſe eſt, in conſilium admittamus.Dixit Phyllis,Vnum in me ſcelus eſt, ꝙ te ſcelerate recepi,ſubinde caſtigat,quod dixerit vnum,atq; addit,Ha Laceras etiam puppes furioſa refeci,adiungit tertiũ: Remigiumq; dedi,ſupponit quartum aliquanto poſt,ꝙ in torum eum quoq; iugalem ſuſceperit. Quis itaq; eſt, qui non ſentiat horum carminum , prima reiecta : hanc ſeriem eſſe rectiſſimam?

At tu lentus abes,nec te iurata reducunt
Numina,nec noſtro motus amore redis.
Iura fides,vbi nunc?commiſſaq; dextera dextræ?
C Quiq; erat in falſo plurimus ore Deus?
Promiſſus ſocios vbi nunc Hymenæus in annos?
Qui mihi coniugii ſponſor & obſes erat.
Per mare,quod totum ventis agitatur,& vndis,
Per quod ſæpe ieras,per quod iturus eras,
Perq; tuum mihi iuraſti (niſi fictus & ille eſt)
Concita qui ventis æquora mulcet auum:
Per Venerem,nimiumq; mihi facientia tela,
Altera tela arcus,altera tela faces:
Iunonemq;,toris quæ præſidet alma maritis,
Et per tædiferæ myſtica ſacra deæ.
Si de tot læſis ſua numina quiſq; deorum
Vindicet,in pœnas non ſatis vnus eris.
Demophoon ventis & vela & verba dediſti:
Vela queror reditu,verba carere fide.
Dic mihi quid feci,niſi non ſapienter amaui?
Crimine te potui demeruiſſe meo.
Vnum in me ſcelus eſt,ꝙ te ſcelerate recepi: D
Sed ſcelus hoc meriti pondus,& inſtar habet.
Ha laceras etiam puppes furioſa refeci, cum reliquis.

Non intelligo,quibus hic artibus inepti ſubſannatores queát tergiuerſari,imò intelligo maxime. Nam hæc illorum eſt cantilena.Res ſunt leuiuſculę, at ipſis,q̃ ferre queant,grauiores: Cœlum non aperient,nec quale ſperas inde nomen,tibi comparabis. Ergo ſeni multis iam annis grauato, perbellè conueniunt.ſi cœlum mihi non patefacient,neq; pœnis (ſpero)inferorum me adiudicabunt.De nomine non ſum ſolicitus,⁊ agi mecum optime interpretabor, ſi qualecũq; eſt,nomen meum non obſcurabitur: deceſſiſſe a propoſito,⁊ dolori aliqd permiſiſſe,mihi indulgeant,qui ſunt iuſtiores.Tempus iam querit tertiam huius epiſtolæ metatheſim oculis ſubiiciamus, & id faciamus eo ſtudioſius, ꝙ Vallenſem Laurentium habuit falſum, virum alioqui ingenio,eruditione,& ſolertia admirabilem.ſed non omnia poſſumus omnes, ſiquidem tantus ille vir,dictum a Thracibus eẽ exiſtimauit, Exitus acta probat.id quoq; cæteros huius loci enarratores certum eſt ſenſiſſe,malo omnino errore.Accuſat enim Phyllis Thracas, qui de ipſa iniquius ante tempus pronuncient,neq; finem expectent,quẽ expectari tamen, præter authoritatẽ Solonis ratio poſtulat. Nam ex euentu, qui ruptam a Demophoonte præ ſe fert fidẽ, Phyllida condemnant, mutaturi iidem ſua verba, ſi diuerſo E euentu fides ſeruabitur. Certe Philoſophi eam probationem, quæ eſt ab effectibus,magnifaciunt, contra inconſtantem reputant illam, quæ eſt a communiter accidentibus. Quamobrem ſic lectionem continuabimus.

At mea deſpecti fugiunt connubia Thraces,
Quòd ferar externum præpoſuiſſe meis.
Atq; aliquis,doctas iam nunc eat(inquit)Athenas,
Armiferam Thracen,qui regat,alter erit:
At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo,
Iam mihi,iam dicar conſuluiſſe meis:
Sed neq; conſului,nec te mea regia tangit,
Feſſaq; Biſtonia membra lauabis aqua.
Exitus acta probat,careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat. F
Illa meis oculis, & reliqua.

Vnus mihi adhuc labor reſtat,ſed is non ita operoſus,modo non negligamus exauxeſim,quæ hoc in loco eſt in primis attendenda:caſuum quoq; ſimilitudinem coniecturam credamus aliquam facere. ergo Phyllis ſuam benignitatem Demophoonti exprobratura hoc dicit.

Vtq; tibi excidimus,nullam(puto)Phyllida noſti,
Hei mihi ſi quæ ſim Phyllis,& vnde rogas:
Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto Prima benignitas.
Threicios portus hoſpitiumq; dedi:
Quæ tibi ſubiecti latiſſima regna Lycurgi, Secunda benignitas maior.
Nomine fœmineo vix ſatis apta regi:
Qua patet vmbroſum Rhodope glacialis ad Hęmum
Et ſacer admiſſas exigit Hebrus aquas.
Cui mea virginitas auibus libata ſiniſtris, Tertia benignitas ſecũda maior.
Caſtaq; fallaci zona recincta manu ,
Cuius opes auxere meæ,cui diues egenti
Munera multa dedi,multa datura fui.
Pronuba Tiſiphone, & reliqua.

Quis porrò eſt tam ſtupidus, vt non aduertat ad participium datura,quod ad implendam periodum ſcitiſſimè fuit poſitum. Hactenus de ſecunda epiſtolarum, ad tertiam quid paululum nos vocat.

A

## IN TERTIAM EPISTOLAM Argumentum Antonii Volſci.

CVM græci ad Troianam obſidionem maturarēt: finitimaq́. popularenť oppida: Achilles vtraq́; Ciliciam: & Thebaicam: & Lyrneſiam inuaſit. Thebaicam Cetion Andromaches pater: Lyrneſiā Minetes regebat: his trucidatis ex Thebe Aſtimonem Chryſei: ex Lyrneſo Hippodamiam Briſei filiam, expugnatis oppidis, abduxit, quāq́; Euſtachius ex Pedaſo Hippodamiā abreptam tradit. Agamēnon græcorum imperator ex omni p̄da ſibi delegit Aſtimonē: Achilli, Neſtore, ⁊ idoneo, p̄tiđę p̄dæ authoribus, Hippodamia forte obtigit. Interea Chryſes Apollinis Smynthei ſacerdos in templo, q̄ð erat in Chryſe, multis oblatis muneribus repetit. Minabundus ſenē a ſe abigit Agamemnon. Apollo ſui antiſtitis contumelia percitus, nouem diebus, vt Homerus ſcribit, & iumenta & homines ſagittis, confodit. cadebat hac peſte quotidie miſeranda multitudo, palladis monitu, vocata contione Achilles de placanda Deorum ira deliberat. Calchas Theſtoris filius, qui cum Mopſo de vaticinio certauit, niſi Aſtimone patri redderetur, placari Apol. non poſſe in mediū protulit. Acclamantibus vniuerſis Agamēnon p̄ Vlyſſem ad patrē puellā remittit. Achilli vero, quem reddendę Aſtimones authorē credebat: apparitoribus Talthybio, & Eurybate miſſis, Hippodamiam abſtulit. Achilles indignatus pugna abſtinet. quotidie græci ſuperantur, id in gratia Thetidis fecerat Iuppiter, vt Achilles virtus cognoſceretur, conſultante Neſtore: mittit Agamemnon, ad placandum Achillem, Phœnicem, Aiacem, & Vlyſſem, & quāuis dona ingentia, & Briſein vltro obtulerunt, non tamen reconciliari potuit, donec Patroclum trucidaſſet Hector. q̄ð conditionem non ſuſcepit, Hippodamia ac epiſtola queritur: quæ tota eſt ex Home. Ilia. quærimonias non habet acres, ſed apparata oratione, quales captiuam decent, præmunitas. D

B HVBER.

QVAM legis) regio: q̄ Troia eſt appellata, i nouem principatus diuiſa ſub Priamo tota fuit tempore belli Troiani: vt author eſt Stra. Cum igitur Ilienſes nō modo per eos qui erant in vrbe: verumetiā; per omnes ſibi ſubditos populos bellū initio aduerſus gręcos gererent: Achillis & eius ſocii vrbium debellatores loca Ilio circumuicina ſunt aggreſſi, euerteruntq́; multas, inter quas vaſtatā ſunt precipue, quæ Leſbo erant oppoſita, vt Theba vrbs Eetionis p̄ris Andromaches: quæ & ſingulariter, & p̄r profertur, & Pedaſus, quæ Eurypili filii Telephi regio erat, & Lyrneſus, quæ ſubiecta erat Mineti. ex Lyrneſo accepit Achilles puellā Bryſæ filiam, quæ Hippodamia nomine proprio dicebatur, ⁊ hanc ſibi habere ſtatuit. Chryſæ vero Apollinis ſacerdotis filiam nomine Aſtynomē, q̄; poetæ, ficut ſuperiorem, a nomine patris, Chryſeida appellauerunt: Agamemnon habere voluit. verum cuī; precibus ſacerdotis Chryſæ, qui ſæpe filiam ſuā ſibi reſtitui ab Agamemnone fruſtra petiuerat, Apollo peſtem maximam in exercitum græcorum immiſiſſet: intelligeretq́; Agamemnō ex Calchante vate peſtē non ceſſaturam, niſi reſtitueret ſacerdoti Apollinis filiam: coactus eſt communem vtilitatem libidini ſuæ p̄ferræ. Reſtituta igitur Chryſeide: miſit poſtea Agamemnon ad Achillē qui Briſeida ab eo ad ſe ducerent: quam quidem Achilles minime recuſauit tradere, ſed tanta ira propter Briſeida a ſe

C

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

### *Heroidum epiſtola tertia.*



IN TERTIAM EPIST. ARG.

POSTQVAM Græci Phrygiam appulerunt, vrbes Troiæ finitimas, & præcipue quæ Leſbo inſulæ erant oppoſitæ, hoſtili more, cœperunt depopulari. Inter quos Achilles, Pelei & Thetidis filius, vtranq́; Ciliciam, & Thebanā, atq́; Lyrneſiā inuaſit. Expugnato itaq́; Chryneſio oppido, duas inſignes ſecum virgines abduxit, Aſtimonem Chryſæ ſacerdotis Smynthei Apollinis filiam, & Hippodamiam Briſe natam, quæ deinde a paternis nominibus fuerunt cognominatæ. Chryſen autem Agamemnoni Græcorum principi conceſſit, & Briſeida ſibi reſeruauit. Sed cum iam deorum iuſſu cogeretur Agamemnon Chryſen patri reſtituere, Briſeida Achilli ſurripuit. Quamobrem indignatus Achilles diu a bello abſtinuit, nec vllius ſuaſione vel precibus ad arma aduerſus Troianos ſumenda animari potuit: nec poſtea Briſeida accipere curauit, quamuis illi Agamemnon cum maximis muneribus vltro miſiſſet. Quare Briſeis ad eum hanc epiſtolā mittit, in qua conqueritur de eius nimia ira, rogatq́;, vt ſumat arma aduerſus Troianos, dūmodo eā prius ab Agamemnone vltro oblatā recipiat.

QVAM legis, a rapta Briſeide littera uenit,
Vix bene barbarica græca notata manu.
Quaſcūq́; aſpicies, lachrymę fecere lituras:
Sed tñ hæ lachrymæ pōdera uocis hñt.

abductā inceſus eſt, vt ⁊ Agamēnonē cōtumeliis corā afficeret, & eū interficere voluerit, niſi Pallas prohibuiſſet, & deniq́; pugnare deſiſteret. hāc irā Achillis opē gręcis negātis, cū videret Agamēnon ſibi ⁊ ſuis p̄niciofam ſtatuit eū placare, & reſtituere Briſeida: multaq́; munera inſuper addere: verum Achilles, & Briſeida, ⁊ munera recuſabat. Quare Briſeis ad eum hanc ſcribit epiſtolam, in qua conqueritur de eius nimia ira, ⁊ rogat: vt eam ab Agamemnone oblatā recipiat: cum etiā ſi Agamemnon non offerret, eam ipſe repetere deberet, commemoratq́; multas cauſas: quibus oſtēdat Achilleī moueri debere, & vt eā recipiat, ⁊ tandem arma ad pugnandū capiat, oratq́; euī, vt ſiue ſit remāſurus i caſtris, ſiue diſceſſurus in patriam, eā ſecum ducat, quæ amiſſo marito, & fratribus, & patria ſua euerſa nullū aliud habet perfugium, niſi ſolum Achillem. ☞ Littera). i. epiſtola: ita enim licet poetis vti numero ſingulari, cum in proſa pro epiſtola vtamur tantum plurali numero. ☞ A Briſeide). i. ab Hippodamia filia Briſæ: eſt enim vt ſupra diximus patronymicuī a patre, vt oſtendit Ditis Creten. in hiſto. Troiana. ☞ Rapta). ſ. oli a te ex Lyr. ☞ Vix bene notata græca). i. vix literis græcis ſcripta. ☞ Manu Barbarica). i. mea Briſeidis barbaræ. ☞ Quaſcunq́;) ad commouendum animum Achillis. dicit ipſam epiſtolā non alia re, quam lachrymis eſſe oblitam, & fœdatā. ☞ Lituras) maculas a linendo dictas. ☞ Hæ la.) q̄bus fœdatā aſpicies ep̄lā; meā. ☞ Habēt pō. vo.) i. habēt effectū vocis. i. debent ſignare animū meū, q̄ſi verbis exprimereī.

E

F

Si mihi pauca queri de te dominoq́;, uiroq́;
Fas eſt, de domino pauca, uiroq́; querar.
Non, ego poſcenti quòd ſum cito tradita regi,
Culpa tua eſt, quamuis hæc quoq; culpa tua eſt.
Nam ſimul Eurybates me, Talthybiusq́; uocarunt:
Eurybati data ſum, Talthybioq́; comes.
Alter in alterius iactantes lumina uultum,
Quærebant taciti, noſter ubi eſſet amor.
Differri potui: pœnæ mora grata fuiſſet:
Hei mihi, diſcedens oſcula nulla dedi.
At lachrymas ſine fine dedi, rupiq́; capillos,
Infelix, iterum ſum mihi uiſa rapi.
Sæpe ego decepto uolui cuſtode reuerti.
Sed, me qui timidam prenderet, hoſtis erat.
Si progreſſa forem, caperer ne nocte * timebam,
Quamlibet ad Priami munus itura nurum.
Sed data ſum, quia danda fui: tot noctibus abſum:
Nec repetor, ceſſas: iraq́; lenta tua eſt.
Ipſe Menœtiades tunc, cum tradebar, in aure, *
Quid fles? hic paruo tempore, dixit, eris.
Non repetiſſe, parum eſt: pugnas, ne reddar Achille:
I nunc, & cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te Telamone, & Amyntore nati,
Ille gradu propior ſanguinis, ille comes.
Laërteq́; ſatus, per quos comitata redirem:
Auxerunt * blanda grandia dona prece.
Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes,
Et tripodas ſeptem pondere, & arte pares.
Addita ſunt illis auri bis quinq; talenta:
Bis ſex * aſſueti uincere ſemper equi.

A IVBER. ¶SI MIHI) Iam quaſi ſententiam querelæ ſibi eſſe dicit. ɼDominoq;)quia iure belli ſum captiua, & ſerua tua. ɼViroq;) quia me ſemel vxorem habere decreuiſti. ɼFas eſt).i. licet. ɼNon ego)ecce prima querela, & occulta incuſatio, licet videtur eum excuſare. ordo eſt. ɼNon eſt tua culpa) q̃d ego ſum tradita cito regi Agaménoni. ɼPoſcenti)poſtulanti me, vt ei traderer. ɼQuamuis) quia viſa fuerit excuſare, ideo aperte accuſat, non in eo, quod tradiderit, quia non potuiſſet contradicere: ſed in eo, quod cito tradidit: & hoc eſt quod dicit: differri potui. ɼNam ſimul) oſtendit, quomodo cito eam tradidit. ɼSimul)poſtquam. ɼEurybates, & Talthybius) hi præcones fuerunt, quos Agamemnon ad Achillé miſit, vt ab eo ad ſe Briſeida adducerent. ɼVocarunt me) vt traderer Agamemnoni. ɼData ſum comes) vt cum eis irem ad Agaménona. ɼAlter in alterius) ordo Eurybates, & Talthybi⁹ iactantes lumina, alter in vultum alterius: prolepſis implicita. ɼQuærebant &c.) i. aſpicientes ſe viciſſim nihil dicebant: ſed admirantes, quod tam cito eſſem a te tradita: inter ſe nutu quærebant. ɼVbi eſſet noſter amor) q. d. videbant eſſe nullum: quia ſi me vere amaſſes: non tradidiſſes tam cito. ɼMora) dilatio té B poris: quo fuiſſem apud te. ɼPœnæ).ſ. meæ. ɼHei mihi nulla dedi oſcula)propter breue ſpacium diſcedendi. ɼSine fine)aſſiduas, & infinitas. ɼRupi)laniaui. ɼIterum) ſecúdo .i. ita dolui diſcedés a te: ſicut cum fui rapta a patria mea. ɼSępe ego)occurrit obiectionibus. ɼHoſtis)pro hoſtes.i. Troiani. ɼProgreſſa)procul C egreſſa e tentoriis Agamemnonis. ɼMunus)ſerua dono data. ɼQuamlibet)quamuis etiam indignam, quæ me acciperet munus. ɼSed data) hypophora: ex perſona enim ſua dicit, quod Achilles poſſet opponere. ɼQuia fui dāda)qa neceſſe fuit, vt darer. ɼTot noctibus) reſponſio ad hanc obiectionem. q. d quod dederis, non penitus culpo: ſed quod non repetas: & diutius permaneas in ira. ɼIpſe Menætiades).i. Patroclus tibi coniunctiſſimus. ɼIn aure) ſubmiſſa voce. ɼQuid fles)Patrocli verba ad Briſeida. ɼHic)apud Achillem. ɼNon repetiſſe parum eſt)ſenſus. nó ſufficit tibi, quod non repetiuiſti me: ſed etiam reſiſtis, & omnibus viribus conaris, ne tibi reddar. ɼI nunc)irriſio. ɼCupidi amantis)qui omni via quærit habere amicam ſuam, cum tu eam recuſes. ɼVenerunt)probat, quod eam recuſet, quia cum miſiſſet Agamemnon ad Achillem magnæ authoritatis viros, qui ei ſuaderent, vt Briſeida reciperet: & multa munera ſimul: non potuerunt tamen ei perſuadere. ɼNatus Telamone)pro ex Telamone. intelligit Aiacem. ɼNatus Amynthore).i. Phœnix. ɼIlle) Aiax. ɼPropior) gradu ſanguinis: quia eſt patruelis tuus: quia Telamon fuit frater Pelei patris Achillis. ɼIlle comes)ſcilicet Phœnix: qui Achillis & comes, & monitor fuit. ɼLaerteq; ſatus) .i. Vlyſſes. ɼSatus) genitus: vt, Sole ſatus Phaeton. ɼLaerte, pro ex Laerte)deeſt præpoſitio. ɼRedirem) ad te. ɼAuxerunt) quidam legunt: blandas preces: ſed placet melius, vt legatur: auxerunt blanda grandia dona prece: vt ſit ſenſus: iſti addiderunt muneribus tibi oblatis blandam precem: enumerat autem ipſa munera: ſcilicet. ɼViginti fuluos lebetes) i. viginti vaſa. ɼEx ære operoſo) .i. magno opere, & artificio fabricato. Eſt autem Lebes vas æneum, interdum coquinarium: ſed vt dicit Seruius, apud Homerum, vbi ſcribit lebetes miſſos eſſe Achilli, Iliados libro primo, accipitur pro vaſe, in q̃d aqua cadit, dum manus abluũtur: in quo ſignificato accipitur etiam hoc in loco. ɼEt Tripodas)menſas a tribus pedibus, quibus ſuſtentabantur. ɼPares pondere, & arte) vel eiuſdem ponderis, & eiuſdem artificii: vel quorum ars tantum valet: quantum pondus ipſius metalli. i. quantum valebat materia. ɼIllis) .i. lebetibus, & tripodibus. ɼTalenta auri, & argenti) talentum nomen eſt ponderis: ſed vt Seruius ſcribit in v. Aene. ſecundum varias gentes, varium eſt, dicitq; apud Ro. talentum eſſe. lxx. libras. ſicut Plau. oſtendit in Muſtellaria, qui ait duo talenta eſſe. cxl. lib. fuit etiam talentum Atticum, Euboicum & Aegyptiũ. Atticum dicunt eſſe magnum, & paruum. magnũ dicunt habere lib. lxxxiii. & vncias. iiii. & deniq; valere vi. millia denariorum Ro. Talentum atticum paruum. lx. continebat lib. Euboicum non multo minus erat attico paruo. Aegyptium pondo. lxxx. patere, Varro tradit. apud Home vt teſtatur Ser. pro minimo quodam præmio accipitur in ludis Patrocli: hic vero apud Ouid. pro magno pondere accipimus. ɼAſſueti ſemper vincere) ſcilicet certamine & curſu. non dixit eos fuiſſe pulchros: ſed veloces. Nam in equis velocitas maxime laudatur. Ideo Virg. depingens equos pretioſiſſimos non ſatis putauit dicere. Qui candore niues anteirent: ſed addidit: curſibus auras: & Iuu. Nempe volucrem, Sic laudamus equum, facili cui plurima palma Feruet: & exultat rauco victoria circo.

D E F

* a. l. ne forte

* a. l. in aurem,

* a. l. blandę grandia dona p̃ces.

* a. l. biſſeni

ASCEN. ¶QVAM Legis a rapta) argumentum: quod Iliados .i. continetur, expreſſum eſt ſuperiori cõmentario: Scribit hanc epiſtolam Briſeis. i. Briſæ filia Hippodamia nomine, quod nomen interpretatur quaſi domitrix equorum. ɼLitera).i. epiſtola, extra carmen, literę dicunt̃. ɼLitera gręca notata).i. deſcripta. ɼManu barbarica)qa non græca, ſed ex Lyrneſo eſt, aut Pedaſo. ɼNó, ego ꝙ ſum tradita &c.)culpa(inqt)tua eſt, & tua non eſt. non enim eſt culpa tua, ꝙ ſum tradita: quia regi, & principi exercitus parendum eſt: ſed ꝙ ſum tradita tam cito. ɼAlter in alterius) ipſi iactantes lumina. i. oculos: alter in vultum alterius. ɼQuærebant taciti) .i. in animo ſuo mirantes, ꝙ non reſiſteres, vbi eſſet noſter amor. ɼQuamlibet, itura munus).i pro munere, aut vt fierer munus ad quamlibet nurum Priami: quia plurimas ille nurus habuiſſe legitur Aeneidos. ii. ɼPugnas: ne reddar Achille) duplex ſenſus eſt: alter, ꝙ pollicitus erat ſe non pugnaturum, donec redderetur. & re vera conſtat ex Homero: quia pugnare recuſanti:

A ſed non, ꝙ id amicæ pollicitus ſit: vnde ipſa ex ſuſpicione dicit ipſum non pugnare contra Troianos, quo vno facit, ne reddatur. Alter ſenſus eſt: o Achille (Eſt enim vocatiuus) tu pugnas.i.certas & contendis contra eos, qui me cum multis muneribus tibi offerunt: ne reddar: ⁊ hic ſenſus eſt conformis ſequentibus. ⸢Venerunt ad te Telamone &c.) hæc ex Homero collecta ſunt: qui ſcribit Aiacem, Phœnicem, & Vlyſſem ad Achillem, cum pugnare nollet, cum multis muneribus miſſos. ⸢Ille) ſcilicet Aiax Telamonis filius, fratris Pelei, qui erat pater Achillis. ⸢Ille) ſcilicet Amyntoris filius Phœnix nomine: nec legetur Amytone, aut Amyntone: ſed Amyntore. ⸢Auxerunt) ordo eſt. Preces blandæ auxerunt grandia dona, ſcilicet viginti lebetes.i.ollas. ⸢Fuluos).i fului coloris. ⸢Ex ære).i.illo metalli genere. ⸢Operoſo).i.fabrefacto, & artificioſe operato. ⸢Et ſeptem tripodas).i.tripedes: nam græce tripos, latine tripes dicitur: & aut ſedes, aut lebes tripes. ⸢Pares pondere & arte) quod ad decus, & valorem facit. ⸢Addita ſunt illis &c.) Non ergo legendum eſt. Auxerunt blan.&c. quia licet tunc vero ſimile eſt: ꝙ preces donis augeantur, ac dona precibus: tamen contextus conſeruandus eſt, qui imperfectus eſſet, ſi legatur, blandas. Nam ſubaudire oporteret. Attulerunt aut abtulerunt, aut ſimile verbum. D

Quodq́; ſuperuacuum eſt, forma præſtante puellæ
  Lesbides, euerſa corpora capta domo.
Cumq́; tot his (ſed nō opus eſt tibi coniuge) cōiux,
  Ex Agamemnoniis una puella tribus.
Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuiſſem,
  Quæ dare debueras, accipere illa negas.
Qua merui culpa fieri tibi uilis Achille?
  Quò leuis à nobis tam cito fugit amor?
An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget?
  Nec uenit inceptis mollior aura meis.
Diruta Marte tuo Lyrneſia mœnia uidi,
  Et fueram patriæ pars ego magna meæ.
Vidi conſortes pariter generisq́;, necisq́;
  Treis cecidiſſe: tribus, quæ mihi mater erat.
Vidi (quantus erat) fuſum tellure cruenta,
  Pectora iactantem ſanguinolenta uirum.
Tot tamen amiſſis, te compenſauimus unum:
  Tu dominus, tu uir, tu mihi frater eras.
Tu mihi iuratus per numina matris aquoſæ,
  Vtile dicebas ipſe fuiſſe capi.
Scilicet, ut quàmuis ueniam dotata, repellar:
  Et mecum fugias, quæ tibi dantur, opes.
Quinetiam fama eſt, cum craſtina fulſerit * hora,
  Te dare nubiferis linea uela * notis.
Quod ſcelus ut pauidas miſeræ mihi cōtigit aures:
  Sanguinis, atq; animi pectus inane fuit.
Ibis: & ò miſeram cui me uiolente relinques?
  Quis mihi deſertæ mite leuamen erit?

* a.l.eos, *a l.lintea vela: vel vt Aaron lintea velle

HVBER. ⸿QVODQVE Superuacuum) ordo eſt: & puellæ Lesbides .i. ex Lesbo inſula. ⸢Forma præſtante) .i. excellentis pulchritudinis. ablatiuus pro genitiuo. Virg. præſtāti corpore nymphæ. ⸢Corpora capta domo euerſa) ſubaudi ſunt additæ ſupradictis muneribus. ⸢Quod eſt ſuperuacuum).i quę puellę ſunt B tibi ſuperuacuæ: & non neceſſariæ. ⸢Cunq; tot his).i.ſupradictis puellis: quas voluerunt tibi nomine Agamemnonis dare. ⸢Vna puella) vna filia. ⸢Ex tribus Agamemnoniis) ſcilicet filiabus: ſup. eſt addita: quia Agamemnon obtulit ei vnā ex filiabus ſuis vxorem. ⸢Sed non eſt opus) hęc per parentheſim dicuntur: ſed o coniunx, non eſt tibi opus coniuge: quia habes coniugē me. ⸢Si tibi) ſenſus eſt tu recuſas accipere illa munera, quæ tu ipſemet debueras dare Agamemnoni, ſi noluiſſet reddere me tibi, niſi ei dares pretium. ⸢Ab Atrida) ab Agamemnone: quem filium Atrei exiſtimauerunt. ⸢Pretio) pecunia, vel aliis muneribus. ⸢Redimenda) recuperanda. ⸢Qua culpa) quo cri C mine meo. ⸢Fieri vilis).i.a te contemni: vt tanta munera ſpernas: nec me recipias. ⸢Leuis) celer. ⁊ eſt epitheton amoris. ⸢An miſeros) ſenſus eſt, an cum fortuna cœpit aliquem premere: inſequitur ipſū aſſidue, & vſq; ad finem? ⸢Triſtis) mala, quia eſt etiam bona. ⸢Tenaciter) perſeueranter. ⸢Vrget) perſequitur. ⸢Miſeros) infœlices. ⸢Mollior au.) ſi aura: erit tranſlatio ſumpta a nauigantibus, quibus poſt tempeſtatem mitior ventus mutatur. Sed codex meus vetuſtus habet: ora, quod non diſplicet. ⸢Diruta) incipit cōmemorare miſerias ſuas. ⸢Lyrneſia mœnia) vrbem Lyrneſum, quod (vt dixi ſupra) in ora Troiæ contra Lesbon erat. ⸢Et fueram magna pars meæ patriæ) quia non erā ex minimis: & amiſi ex meis multos. Sic Aeneas apud Virgil. Et quorum pars magna fui. ⸢Vidi) enumerat, quos amiſit de ſuis: ordo eſt: vidi tres conſortes generis, & necis cecidiſſe .i. tres frēs meos cōſortes generis, ⁊ necis, qa vt erant cōiuncti genere: ita fuerūt cōiūcti nece: qa ſimul interfecti ſunt. ⸢Tribus, quæ mihi) ordo. illa, quę erat mater mihi: erat mater illis tribus. ⸢Vidi, q̄tus erat) ordo. vidi virum.i.maritum meum, ſubaudi tantū. ⸢Quantus erat).i.q̄tuſcunq; erat. ⸢Fuſum).i.ſtratum, & iacentem. ⸢Iactantem) mouentem. ⸢Sanguinolenta) cruentata, tuo gladio tranſfoſſa. ⸢Compenſauimus te).i.loco ipſorum te computauimus. ⸢Tot amiſſis) ſcilicet patre, fratrib⁹, & marito. ⸢Tu iuratus) participium ſignificationis actiuæ: nam apud antiquos: iuror, ſicut punior, ⁊ populor in actiua ſignificatione ponebatur. ⸢Matris aquoſæ).i. Thetidis matris tuæ: nymphæ maris, filiæ Nerei. ⸢Vtile capi) quia dicebas, ꝙ eſſem in meliori conditione apud te, q̄; ſi ſtaret patria: & eſſem apud meos. ⸢Scilicet) certe ſubaudi vtile eſt, & ironice E proferendum eſt. ⸢Vt ego repellar) hæc eſt vtilitas, vt ego repellar a te: quamuis tradar tibi cum magna dote, q̄; Agamemnon mihi facit. ⸢Fugias opes mecum).i. & opes, quæ tibi afferuntur, & me ſimul. ⸢Quinetiam) inſuper: præterea. ⸢Fama eſt) fertur. ⸢Te dare) pro daturū eſſe: tempus præſens pro futuro. ⸢Linea vela) legendum eſt linea, non autem lintea: ne ſint duo ſubſtantiua. ⸢Quod ſcelus).i. quod factum ſceleratum, ſcilicet quod cras ſis diſceſſurus. ⸢Vt).i poſtquā. ⸢Contigit aures).i.auditū eſt a me. ⸢Pectus fuit inane) ideſt vacuum. ⸢Sanguinis, atq; animi).i.fugit ſanguis, & animus. ex nimio enim dolore, ſiue metu F ita deficiunt homines: vt videantur mortui: & ſanguis dicitur fugere, nō quia diſcedat a corpore: ſed quod fugit ad cor. ⸢Cui relinques me) interrogatiue legendū eſt. q.d. non iam relinques me patri, aut marito: aut fratribus, quos omnes interfeciſti. ⸢Quis) q.d. nullus. ⸢Mite) ideſt molle: & ſuaue. ⸢Leuamen) ſolatium, recreatio meorum malorum.

ASCEN. ⸿QVODQVE).i. & quod eſt ſuperuacuum: quia fruſtra habenti coniugē, offertur puella. ⸢Puellæ Lesbides).i. ex Lesbo. ⸢Præſtante forma).i.præſtantis formæ, appoſitiue. ⸢Corpora capta).i. quæ erant corpora capta domo, ſcilicet earum euerſa, quaſi non niſi corpus in eis cōmendandum ſit. quod adiicit, ne forte ad illas animum adiecerit, ſupple ſunt additæ, & cum his tot, ſcilicet donis, ſupple eſt addita vna puella ex tribus, ſcilicet puellis, hoc eſt filiabus adhuc virginibus. ⸢Agamemnoniis).i.ab Agamemnone ſatis. ſed o coniunx non eſt opus tibi coniuge, quia coniugē habes in Scyro Deidamiam, & me apud Troiam. ⸢Tu negas accipere illa) ſcilicet munera, quæ debueras dare: ſi ego fuiſſem redimenda tibi. ⸢Ab Atrida).i ab Agamemnone: qui me tibi abſtulit. ⸢Pretio).i.per pretium, hoc eſt debebas me redimere pretio, quam reſpuis cum donis multis oblatām. ⸢Vidi conſortes) ordo eſt, Ego vidi tres conſortes, pariter generis, ⁊ necis.i.qui

ſortiti

A ſortiti ſunt idem genus, & eandem necem. ⸢Cecidiſſe).i.lapſos in morte & occubuiſſe, & ea ſupple erat. ⸢Trib⁹).ſ.illis, mater, quæ erat mihi mater. hoc eſt vidi tres frēs meos occiſos capta ciuitate noſtra. ⸢Vidi).ſ.virum Minetem. ⸢Matris aquoſæ) ideſt Thetidis deæ maris, Ordo eſt. ⸢Ipſe) ideſt tu. ⸢Iuratus) ideſt iuramēto aſtrictus, capitur enim in actiua ſignificatione pro eo, qui iurauit, ſed ſic, vt obligatus ſit, & iuramento aſtrictus. ⸢Per numina) ideſt diuinam poteſtatem. ⸢Matris aquoſæ).ſ.Thetidis. ⸢Dicebas vtile fuiſſe) ſcilicet mihi. ⸢Capi) ideſt ꝙ caperer, ſcilicet vocabulum aptum irriſioni, quaſi diceret, ſcire quidem licet, quàm vtile mihi fuerit capi, vſqꝫ adeo. ⸢Vt quamuis veniam dota repellar).ſ.a te, & fugias mecū, ideſt propter me, vt me fugias. ⸢Opes) quæ dantur tibi mecū, ſcilicet ab Agamemnone: hoc eſt tantum abeſt, vt captiuam, & indotatam capias, vt etiam nunc cum munera pro dote acceſſerint, repellas. ⸢Quin etiam fama &c.) minatus enim iderat, vt patet apud Homerū. ⸢Cui me violente relinquis) ſic Dido. Cui me moribandam deſeris hoſpes? Violentum autem atteſtatur Homerus. Vnde Horatius in arte. Scriptor honoratum: ſi forte reponis Achillem Impiger, iracundus, inexorabilis, acer: Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis. D

HVBER. ¶DEVORER) abſorbear. ⸢Ante) ideſt potius. ⸢Hiatu) apertione. ⸢Rutilo) rubro. ⸢Quàm ſine me phthijs caneſcant) ideſt ſpumeſcant, & nauigentur: ſpuma.n.cana eſt. ⸢Remis phthijs).i.Achilleis. Phthia enim vrbs eſt Theſſaliæ: a qua Achilles interduꝫ dicitur Phthius, interdum a Lariſſa Lariſſæus propter vicinitatem, ſicut Dido: interdum Tyria: interdum Sidonia dicitur. ⸢Et videaꝫ) ſubaudi, & antequam ego relicta videam &c. B ⸢Si tibi) occurrit obiectiōi, quia poſſet dicere Achil. quod vult redire domum: dicit ipſa, quod facile poteſt eam ducere ſecum: quia non erit oneroſa naui. ⸢Penates) hic pro domo ponuntur. ⸢Sarcina) onus, Impedimētum. ⸢Captiua) vt captiua, & ſerua ⸢Non nupta) non vt vxor. ⸢Eſt mihi) quaſi dicat ero etiam vtilis tibi in aliquo opere. ⸢Inter Acheiadas) male quidaꝫ legunt inter & Achaiadas: quia ratio carminis nullo pacto patitur. nam prima naturaliter breuis eſt, ſecunda vero longa. remouendum eſt igitur, & legenduꝫ inter Acheiadas, vt i, quæ præcedit, ſit vocalis. ⸢Matres) mulieres. vt Virgi. vj. C matres, atqꝫ viri. ⸢Longe) valde. ⸢Coniunx).ſ.alia, quam tu volueris præter me. ⸢Eatqꝫ) quaſi dicat, nihil curabo: dummodo me tecum ducas. ⸢Digna nurus ſoce.) coniunx tua nurus digna ſocero, ſcilicet patre tuo Peleo nepote Iouis & Aeginę. nam, vt ſupra diximus, Peleus pater Achillis ex Aeaco natus eſt: Aeacus ex Ioue & Aegina filia Aſopi. ergo Peleus erit nepos Iouis & Aeginę. ⸢Cui) coniugi tuæ. ⸢Nereus) deus maris, auus tuus maternus. ⸢Velit) ideſt non dedignetur. ⸢Proſocer) ſicut proauus dicitur, qui eſt ante auum: ita proſocer. ⸢Humiles) abiectę, & viles: eſt autem pluralis numerus pro ſingulari. ⸢Trahemus) ex colo deducemus. ⸢Penſa) a pendendo dicta dabantur enim lanæ ad pondus. inde ancilla, quæ huic officio pręerat, libraria dicebatur. Iuuena. perijt libraria. ⸢Stamina) fila, quæ nebimus. ⸢Minuent) euacuabunt. ⸢Tantū deprecor) hoc vnum prtcibus a te peto. ⸢Exagitet) vexet: male tractet. ⸢Non erit æqua) liptote, ideſt erit iniqua. ⸢Neſcio quo) quaſi dicat plus nimio, & vltra, quàm debeat. ⸢Neue meos) ſubaudi deprecor. ⸢Coraꝫ) ſcilicet te. ⸢Scindi) lacerari ab vxore tua. ⸢Leui) ſine turbatione, & ira. ⸢Hæc) Briſeis, quā ita

Deuorer antè precor ſubito telluris hiatu:
Aut rutilo miſſi fulminis igne cremer:
Quàm ſine me phthiis caneſcant æquora remis:
Et uideam puppes ire relicta tuas.
Si tibi iam reditusq; placent, patriiq; penates:
Non ego ſum claſſi ſarcina magna tuæ.
Victorem captiua ſequar, non nupta maritum:
Eſt mihi, quæ lanas molliat, apta manus.
Inter Achæiadas longè pulcherrima matres
In thalamo coniux ibit, eatq; tuos:
Digna nurus ſocero, Iouis, Aeginæq; nepote,
Cuiq; ſenex Nereus proſocer eſſe uelit.
Nos humiles, famulæq; tuæ, data penſa thrahemus:
Et minuent plenas ſtamina noſtra colos.
Exagitet ne me tantum tua, deprecor, uxor:
Quæ mihi neſcio quo non erit æqua modo.
Neue meos coràm ſcindi patiare capillos:
Et leuiter dicas, hæc quoq; noſtra fuit:
Vel patiare licet: dum ne contempta relinquar.
Hic mihi uæ miſeræ concutit oſſa metus.
Quid tamē expectas? Agamemnona pœnitet iræ:
Et iacet ante tuos Græcia mœſta pedes.
Vince animos, iramq; tuam, qui cætera uincis.
Quid lacerat danaas impiger Hector opes?
Arma cape Aeacide, ſed me tamen antè recepta:
Et preme turbatos Marte fauente uiros.
Propter me mota eſt, propter me deſinat ira:
Simq; ego triſtitiæ cauſa, modusq; tuæ.

vis verberare. ⸢Quoqꝫ) ſicut tu. hæc autem omnia dicta ſunt ad commouendum animum Achillis. ⸢Vel) ideſt etiam. ⸢Licet) permitto tibi, & vt dicitur contenta ſum. ⸢Dum) ideſt dummodo. ⸢Contempta) neglecta a te. ⸢Hic metus) ſcilicet ne relinquar a te. ⸢Cōcu.) tremefacit. ⸢Væ) interiectio eſt dolentis, vt Mātua vę miſerę. ⸢Quid tamen) hortatur, vt deponat iram: quandoquidem Agamemnon iaꝫ depoſuit, E & omnes Græci ſupplices orant ipſum Achillem, vt recepta Briſeide, deponat iram, propter quam abductam iratus fuerat. ⸢Ante pedes) ſupplicum enim eſt ad genua, vel ad pedes eorum, quibus ſupplicantur, procumbere. Cicer. epiſtola. libro ſexto ad Ligarium. cum fratres, & propinqui tui iacerent ad pedes. & cætera. ⸢Vince aium iramqꝫ tuam) quaſi dicat tunc eniꝫ eris vere victor. Cicero in oratione pro. M. Marcello: verum animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduerſarium nobilitate, ingenio, virtute præſtantem nō modo extollere iacentem, verum etiam amplificare eius F priſtinam dignitatem: hæc qui facit: non eum ego ſummis viris comparo: ſed ſimillimum deo iudico. ⸢Quid) cur? ⸢Lacerat) deſtruit, quaſi dicat, cur tu, qui ſolus potes, non obſtas ei? ⸢Impiger) fortis ⸢Aeacide) vocatiuus eſt. ⸢Sed me tamen ante recepta) dupliciter poteſt hic locus exponi, vt recepta ſit modi imperatiui frequentatiui: vel melius, vt dicamus cape arma: ſed ſubaudi cape arma me recepta ante, ideſt poſtquā receperis. ⸢Comprime) coerce. ⸢Viros turbatos) ideſt Troianos territos. ⸢Deſinat) finiatur. ⸢Cauſa) Origo. ⸢Modus) ideſt finis. Iuuenalis. Nanqꝫ oblita modi milleſima pagina ſurgit.

¶DEVORER ANTE Precor) ſic Dido. Sed mihi vel tellus optem prius imma dehiſcat. Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras & cæte. ⸢Agamemnona pœnitet iræ) Arguit ab exemplo eum debere iram deponere: ſed (vt dixi) Achilles eſt inexorabilis. id autem facit, vt dehortetur a profectione, ſciēs quia deſeratur, ſi in patriam redierit. ⸢Vince animos) Bonum verbum omnibus quadrans, ſed perſonæ aptiſſimum. ASCEN.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Nec tibi turpe puta precibus ſuccumbere noſtris:
Coniugis Oenides uerſus in arma prece eſt.
Res audita mihi, nota eſt tibi: fratribus orba
Deuouit nati ſpemq́;, caputq́; parens.
Bello erat ille ferox, poſitis ſeceſſit ab armis:
Et patriæ rigida mente negauit opem.
Sola uirum flexit coniux: felicior illa:
At mea pro nullo pondere uerba cadunt.
Nec tamen indignor: nec me pro coniuge geſſi,
Sæpius in domini ſerua uocata torum.
Me quædam (memini) dominam captiua uocabat:
Seruitio, dixi, nominis addis onus.
Per tamen oſſa uiri ſubito male tecta ſepulchro,
Semper iudiciis oſſa uerenda meis:
Perq́; trium fortes animas, mea numina, fratrum,
Qui bene pro patria, cum patriaq́; iacent:
Perq́; tuum, noſtrumq́; caput, quod iunximus unà:
Perq́; tuos enſes, cognita tela meis:
Nulla Mycenæum, ſociaſſe cubilia mecum
Iuro: fallentem deſeruiſſe uelis.

HVBER. A ¶ NEC TIBI) occurrit obiectioni. ⸢Succumbere noſtris precibus) ideſt vinci precibus meis: & eis flecti ad accipiendū arma. ⸢Coniugis Oeni.) hunc locū interpretes male intellexerunt, transferentes ad Tydeū: quem dicunt precibus Deiphyles vxoris ſuę adductum: vt Polynicem maritū Argię ſororis Deiphyles a fratre Etheocle regno excluſum, cum annuis vicibus regnare deberet, in regnū reduceret, & bellū pro eo ſuſciperet: ſed hic ſenſus nō conuenit huic loco. nam quod dicit: Et patriæ rigida mente negauit opem: nō conuenit Tydeo. nam Thebæ nō erāt eius patria, nec ipſe negauerat opē patriæ. Sed re vera ad Meleagrū refertur: quod, vt facilius intelligatur: breuiter tangenda eſt fabula. Sed vt in pleriſq; alijs fabulis: ita in hac eſt aliqua varietas inter poetas. ſcribit. n. Oui. lib. viij. Met. quod, cū Oeneus Parthaonis filius Rex Calydonis: quę vrbs eſt Aetoliæ, ſolitus ſacrificare Cereri, & Palladi primitias fructuum, prętermiſſet Dianam B inhonoratā: illa indignata immiſit aprū, qui regionem vniuerſam vaſtabat: at Meleager principibus græciæ ad huius apri internitionem cōuocatis, ipſe quoq; venationē ingreſſus eſt: ad quā etiam venit Atalanta Schœnei filia, virgo formoſiſſima Arcadica. hāc vt vidit Meleager, eius pulchritudine captus eſt: deinde cū prima aprum ſub aure vulneraſſet, nō tantum formā, verū etiam virtutem eius admiratus, cū ipſe aprū interemiſſet: exuuias, & pręde honorem ei conceſſit. quod cū Plexippus & Toxeus Theſtij filij, & Meleagri auunculi ægre ferrent, & exuuias illi eripere conati eſſent: a Meleagro ſunt interfecti. mater nomine Althęa, Theſtij filia cū audiſſet fratres ſuos interēptos domū ferri, nimio dolore concitata ſtipitem, in quo vita Meleagri conſiſtebat, quandiu ipſe ſtipes ſeruaretur, in ignem conieciſſe fertur: & vitā Meleagri ſimul cū ſtipite cōſumpſiſſe. ita ſcribit Oui. At ex græcis ſunt, qui aliter ſentiant: dicūt. n. Althęam execrationibus tantummodo, & deteſtationibus deuouiſſe vitam filij, a quo fratres ſui interfecti fuiſſent, imprecatamq; aſſidue infœlicem exitū. quod cū intelligeret Meleager, adeo moleſte tulit: vt cum hoſtes ad muros, vallūq; Calydonis venirent: ipſe indignatus, nullo pacto arma ſumere vellet: ſed cū Cleopatra Eueni fluuij, & Marpeſſę C filia vxore ſua latens ſe oblectaret, & omnium preces ſperneret: tandem cū Cleopatra eius vxor periculū videns eū oraſſet: vt pro defenſione patrię arma ſumeret: adductus eſt, vt id faceret precibus vxoris. & hic eſt verus ſenſus: quem etiā Hom. in Iliade videtur approbare. Inducit. n. Phœnicē volentē Achilli perſuadere: vt Briſeida recipiat multa de Meleagro dicentē, & inprimis, qđ indignatus execratiōes matris de homicidio auunculorū ſuorū pateretur hoſtes vſq; ad muros venire, dū vxori indulget. Stra. lib. x. dicit bellū a Theſtiadis aduerſus Oeneū ob ſuis caput, & ſpoliū ſecundū fabulā, ſed probabilius, pro regionis parte ſuſceptū fuiſſe. ergo ab vxore ad arma capienda flexū intelligimus. ideo nunc hoc exēplū ad propoſitum ſuum Briſeis adducit: vt Achilles eius precibus flecti non dedigneť. ⸢Oenides).i. Meleager filius Oenei. ⸢Verſus) immutatus, & inductus contra propoſitū ſuū. ⸢Ad arma) quę propter indignationem accipere recuſabat. ⸢Res).i. caſus Meleagri. ⸢Nota eſt tibi) quia in grecię partibus geſta eſt. ⸢Parēs) Althęa mater Meleagri. ⸢Orba) priuata. ⸢Fratribus).ſ. Plexippo, & Toxeo interfectis à Meleagro filio ſuo. ⸢Deuouit) ecce poeta D oſtdit, qđ ſupra diximus, Althęā nō dediſſe mortē filio, p torrem igni cōſumptū: ſed eū execratā fuiſſe. nā deuouere eſt execrari, vt ſupra diximus illo loco, Theſea deuoui, quia &c. vnde deuotiones, appellabātur execrationes: ergo ⸢Deuouit).i. execrata eſt, & imprecata: vt male accideret filio Meleagro, & cito moreretur. nā hoc ſignificat deuouere ſpem, & vitā. ⸢Ille) Meleager. ⸢Ferox) fortis. ⸢Seceſſit ab ar.) vt ſupra diximus indignatus propter execrationes matris. ⸢Poſitis).i. depoſitis. aphæreſis eſt. ⸢Patrię) Calydoni: quę ab hoſtibus oppugnabať. ⸢Rigida) dura: & pertinaci. ⸢Sola cō.).ſ. Cleopatra eius vxor, vt dixim⁹. ⸢Flexit) mutauit eū a propoſito, & impulit, vt arma acciperet, ꝓ defendenda pr͞ia. ⸢Illa) vxor Meleagri. ⸢Fœlicior) quam ego. ⸢Cadūt) in vanū effunduntť. ⸢Pro nul. pon.).i. ſine effectu. ⸢Nec ge. me pro cōiu.) nō fui apud te, vt coniux. ⸢Pro cōiuge).i. loco cōiugis: nā pro, interdū ſignificat ſecūdū: vt, nūc te marmoreum pro tēpore fecimus: interdum ſignificat loco, vt hic: interdū ad fauorem E refertur: vt, egi cauſā pro te.i. in fauorem tui. Mar. incipient omnes pro Cice. loqui.i. in fauorem Cice. licet poſſit etiam accipi loco Cice. quem Anto. interfecerat. ⸢Sæpius vocata ſerua in torum domini) ideſt quæ ſæpe nomine ſeruæ vocata ſum: vt in torum tuū venirem. ⸢Dixi) illi captiuæ, quæ vocabat me dominam. ⸢Addis onus ſeruitio).i. ſeruitutem meam magis aggrauas: cum vocas me honorifico nomine dominæ: cum ſerua ſim. ⸢Per ta.) ne fortaſſe Achilles eā reſpueret: quia interea dum fuit cum Agamemnone, cū eo concubuiſſet: affirmat multis iuramentis, ſe nunquam tactā fuiſſe ab Agamemnone. Ordo eſt. ⸢Tamen iuro per oſſa male tecta) ſemiſepulta: quia, vt ſupra diximus, in euerſionibus vrbiū, non poſſunt corpora cōmode ſepeliri. ⸢Subito) effoſſa tātummodo terra. ⸢Verenda) honoranda: & ita cōmendat ſe ab amore cōiugali. ⸢Perq; trium) ſup. iuro. ⸢Trium fratrū) quos ſupra diximus. Vidi conſortes pariter generiſq; &c. ⸢Bene) nam honeſtum, & laudabile eſt pro patria mori. ⸢Cū patria) quę & ipſa euerſa eſt, vt ſupra, Diruta marte tuo &c. ⸢Per tuū caput) mos græcorum iurare per alienum caput. Iuuenalis, Nondum græcis iurare paratis per caput alterius. ⸢Vnà) ideſt ſimul. aduerbiū F eſt. ⸢Tela cognita meis) quia his enſibus tuis & fratres & virū meum occidiſti. ⸢Mycenæum) ideſt Agamemnona: ſic dictū à Mycenis vrbe, cui imperabat: ſic Virg. de eo. Ipſe Mycenęus magnorum ductor Achiuum &c. ⸢Sociaſſe mecum nulla cubilia) ideſt nunquam mecum concubuiſſe. ⸢Fallentem) ſcilicet me. ⸢Deſeruiſſe velis) ideſt me deſeras, & nunquam recipias, ſi te fallo.

ASCEN. ¶ NEC TIBI Turpe puta). Argumentatur ab exēplo Meleagri: quem ſola Cleopatra coniux in arma vocare potuit: verum ne ſuperbe videatur ſe coniugi comparaſſe, fatetur modeſte ſe coniugem nō eſſe, illi tamen fidelem, & intactā permanſiſſe. deinde ſciens, quia generoſus animus nulla re citius in arma conuocari poſſet, quam fuga contumeliæ, obicijt ſummam contumeliam, dicens: rumorem eſſe, non alia de cauſa ab armis ceſſare, quàm vt mollis, mulieroſuſq; voluptati indulgeat. Textus autem dilucidus eſt, nec explanationis egens. Quod autem dicit. ⸢Perq; tuum noſtrumq; caput) tractum eſt à græcis: Vnde Iuuenalis Satyra. vj. græcis nec dum iurare paratis per caput alterius.

Si tibi nunc dicam: fortiſſime tu quoq; iura,
Nulla tibi ſine me gaudia facta: neges?
At Danai mœrere putant: tibi plectra mouentur:
Te tenet in tepido mollis amica ſinu.
Et ſi quis quærat, quare pugnare recuſes:
Pugna nocet: citharæ, noxq́;, uenusq́; iuuant.
Tutius eſt iacuiſſe toro, tenuiſſe puellam:
Threiciam digitis increpuiſſe lyram.
Quàm manibus clypeos, & acutæ cuſpidis haſtam,
Et galeam preſſa ſuſtinuiſſe coma.
Sed tibi pro tutis inſignia facta placebant,
Partaq́; bellando gloria dulcis erat.
An tantum, dum me caperes, fera bella probabas?
Cumq́; mea patria laus tua uicta iacet?
Dii melius, ualidoq́; precor uibrata lacerto
Tranſeat Hectoreum Pelias haſta latus.
Mittite me Danai, dominum legata rogabo,
Miſtaq́; mandatis oſcula multa feram.
Plus ego, quàm Phœnix, plus, q̃ facundus Vlyſſes:
Plus ego, quàm Teucri (credite) frater, agam.
Eſt aliquid ſolitis collum tetigiſſe lacertis,
Præſenteisq́; oculos admonuiſſe ſinu.
Sis licet immitis, matriſq́; ferocior undis,
Vt taceam: lachrymis comminuere meis.
Nũc quoq; ſic omneis Peleus pater impleat annos,
Sic eat auſpiciis Pyrrhus ad arma tuis,
Reſpice ſollicitam Briſeida fortis Achille:
Nec miſeram lenta ferreus ure mora.
At ſi uerſus amor tuus eſt in tedia noſtri,
Quam ſine te cogis uiuere: coge mori.
Vtq́; facis, coges: abiit corpusq́;, colorq́;,
Suſtinet hoc animi * ſpes tamen una tui.
Qua ſi deſtituar, repetam fratresq́;, uirumq́;,
Nec tibi magnificum, fœmina iuſſa mori.
Cur autem iubeas? ſtricto pete corpora ferro:
Eſt mihi, qui foſſo pectore ſanguis eat.
Me petat ille tuus, qui (ſi Dea paſſa fuiſſet)
Enſis in Atridæ pectus iturus erat.
At potius ſerues noſtram, tua munera, uitam:
Quod dederas hoſti uictor, amica rogo.
Perdere quos melius poſſis, Neptunia præbent
Pergama: materiam cædis ab hoſte pete.
Me modò, ſiuc paras impellere remige claſſem:
Siue manes: domini more uenire iube.

VBER. A ¶ SI TIBI) hoc dicit Briſeis, ego quidem poſtquam à te abducta ſum, fui intacta, & a nullo viro cognita. Sed tu ſi iurare cogaris ſine me nulla fuiſſe tibi gaudia, & voluptates libidinis cum alia muliere. ¶ Neges) ideſt negabis? quaſi dicat, nõ. ¶ Mœrere) angi dolore propter me a te abductã. ¶ Tibi plectra mouentur) ideſt tu cytharæ indulges. nam plectrum eſt, quo chorda tangitur, interdũ pro tota cythara ponitur. ¶ Mollis) tenera, & blanda. ¶ Sinu) gremio, ideſt in amplexu. ¶ Et ſi quis quærat) .i. & ſi aliquis dubitet. ¶ Quare recuſes pugnare) cum iam ſatis conſtet, quod non recuſas pugnam ob iram, vt oſtendis, quia ego fuerim tibi rapta, ſed quia indulges veneri. ¶ Pugna nocet) ecce cauſa. ¶ Cytharæ) ideſt cantus cytharæ, qua delectaris: nam Achilles optimus cytharœdus fuit à Chirone Centauro canendi artem edoctus. ¶ Nox) quies nocturna. ¶ Venus) concubitus: hæc enim adoleſcentiam maxime iuuãt. Plautus in Bacchidibus. Iſto illecebroſius fieri nihil poteſt nox, mulier, vinum, homini adoleſcentulo.

B ¶ Increpuiſſe) inſonuiſſe. ¶ Lyram Threiciam) ideſt Orphei, qui Trax fuit, & lyra optime cecinit. ¶ Galeam) Caſſidem, munimentum capitis. ¶ Preſſa) pondere grauata. ¶ Si tibi) eſt quaſi quædam obiectio ad ea: quæ Achilles dicere poſſet: ꝙ magis ſplendore rerum geſtarum delectatus ſit, quàm otio, & tuta vita. dicit ergo Briſeis. ¶ Si facta inſi.) ſcilicet ſplẽdida. ſ. in bello. ¶ Pro tu.) ideſt loco tutorum, & otij. ¶ Et ſi gloria parta.) ideſt quęſita. ¶ Bellando) pugnando, & te periculis obijciendo. ¶ Erat dulcis) ideſt erat tibi iucunda. ¶ An probabas) ideſt an laudabas. ¶ Dum caperes me) .i. dum patriam meam euertebas, & me rapiebas.

C ¶ Cumq; mea patria) ideſt an voluiſti laudem tuam iacere, & ſepultam eſſe: poſtquam patriã meam euertiſti? ¶ Dij melius) ſcilicet velint. quaſi dicat, ita nõ ſit. ¶ Validoq; precor) ideſt vtinam potius haſta tua interficias Hectorem. ¶ Pelias) ideſt Theſſalica a Pelio monte Theſſaliæ, non autem a Peleo patre Achillis eſt deductum deriuatiuum. nam in eo monte inciſa dicitur. Ipſe in primo de remedio. Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti, Vulneris auxilium Pelias haſta tulit. Notandum autem eſt haſtam Achillis ex fraxino fuiſſe: vt teſta. Plinius libro decimo ſexto, & Strabo libro decimo: quam Homero teſte ſolus Achilles cõcutere, & tractare nouerat. ¶ Mittite me) conuertit ſermonem ad græcos oſtendens, ꝙ ſi ipſa miſſa fuerit ad Achillem, magis poterit cum ſua præſentia, & memoria ſolitę conſuetudinis mouere, quàm omnes alij magna eloquentia. ¶ Oſcula miſta) mandatis, ideſt pręter preces etiam oſculabor eum. ¶ Plus agam) ſcilicet in perſuadendo Achilli oſculando eum. ¶ Quam Phœnix) eloquenter dicendo: &, quam Vlyſſes, & pluſquam. ¶ Frater Teucri) ideſt quàm Aiax Telamonius, patruelis Achillis, vt ſupra dictum eſt. ¶ Eſt aliquid) quaſi dicat plurimum poteſt. ¶ Solitis) aſſuetis. ¶ Admonuiſſe) .i. reducere in memoriam. ¶ Oculos) Achillis. ¶ Sinu) ideſt pectore meo ei patefacto. ¶ Sis licet) nunc loquitur ad Achillem. ¶ Licet) quamuis. ¶ Sis immitis) ideſt immanſuetus. ¶ Vndis matris) ideſt aquis maris. nam Thetis mater Achillis, dea eſt maris. ¶ Vt) ideſt quamuis. ¶ Taceam) ideſt nihil tibi dicam. ¶ Cõminuere) ideſt frangeris, & flecteris. ¶ Lachrymis meis) ideſt meo fletu. ¶ Nunc quoq;) adiurat ipſum Achillem Briſeis, vt ſui miſereatur. Ordo eſt. O for. Achil. nunc quoq; reſpice &c. reliqua dicta ſunt ꝑ Parentheſim. ¶ Nũc quoq;) ſcilicet cum non ſum ad te miſſa. ¶ Sic) adiuratis eſt particula. Virgilius in Buco. Sic tibi cum fluctus ſubter labere Sicanos, Doris amara ſuã non intermiſceat vndã. ¶ Omneis annos) ſcilicet a natura ſibi debitos. ¶ Tuis auſpicijs) tua fœlicitate, & victor, ſicut tu ſemper fuiſti. ¶ Reſpice) verbum miſericordiæ, vt ſupra dictum eſt ¶ Sollicitam) anxiam, plenam curarum. ¶ Ferreus) ſcilicet tu. ¶ Vre) ideſt crucia. ¶ Lenta mora) ſcilicet recipiendi me. ¶ At ſi) legitur etiam, Aut, & melius. ¶ Verſus) mutatus. ¶ Quam) ſubaudi me. ¶ Vt facis) quia pergis omnia facere, quæ me ad mortem poſſint adducere. * a.l. animæ. F ¶ Corpus abijt) ideſt habitudo corporis, quia tota facta ſum macilenta. ¶ Color abijt) q̃a effecta ſum pallida. ¶ Vna) ideſt ſola ſpes animi tui: quam habeo de animo tuo, vt mutetur. ¶ Hoc) ſcilicet corpus. ¶ Qua) ſcilicet ſpe. ¶ Repetam) quaſi dicat non: quia à te occiſi ſunt. ¶ Iuſſa) coacta. ¶ Nec magnificum) ideſt res magnifica, ſcilicet eſt. ¶ Cur autem iubeas) cum, ſcilicet tu hoc efficere poſſis. ¶ Pete) ferro percute. ¶ Corpora) ideſt corpus meum. ¶ Ferro) enſe, Metonymia: &. ¶ Stricto) nudo, vt alibi, ſtrictum tenet altera ferrum. ¶ Foſſo) percuſſo, perforato. ¶ Me petat) ideſt feriat, eſt autem conceſſio, quæ non modo magis prohibet, verum etiã miſericordiam comparat. Ordo eſt: ille tuus enſis, qui erat iturus in pectus Atridæ, ſi dea fuiſſet paſſa; petat me. Tangit au-

D E

A tem, quod ſcribit Homerus in primo Iliados, Achillem iratum Agamenno. poſt multa in eum effuſa conuicia voluiſſe eum interimere, ſed cum enſem nudaret: Pallas ſuperueniens manum eius continuit, eumq; corripiens, facinus prohibuit. ¶ In pectus Atridæ) ideſt Agamennonis. ¶ Si dea) ſcilicet pallas. ¶ Fuiſſet paſſa) ideſt permiſiſſet. ¶ At po.) poſt ironicam confeſſionẽ petit Briſe. aperte ab Achille, vt ei vitam conſeruet: quam ei dederat. ¶ Tua munera) quæ mihi dediſti, & eſt appoſitio. ¶ Quod dederas) Ordo eſt. ¶ Ego amica) ſcilicet tua. ¶ Rogo) ſcilicet id quod tu victor, euerſa patria mea. ¶ Dederas hoſti) ſcilicet mihi, quæ eram hoſtis tua, antequam me caperes. ¶ Perdere) hoc dicit. ſi delectaris cæde alicuius: multo iuſtius potes interficere Troianos hoſtes tuos: quàm me nunc amicam tuam. ¶ Pergama Neptunia) ideſt Troia, quàm Neptu. ſimul cum Phœbo ædificauit. ¶ Melius) ideſt iuſtius. ¶ Perdere) interficere. ¶ Pete) ideſt accipe. ¶ Cædis) occiſionis. ¶ Ab hoſte) & non ab amica. ¶ Modo) tantummodo. ¶ Impellere) mouere. ¶ Remige) ideſt nautis. poſuit autem ſingularem pro plurali. ¶ Siue manes) ſcilicet in caſtris. ¶ More domini) tanquam ego ſim ſerua tua, & tu dominus meus.

ASCEN. ¶ MITTITE Me.) Suadet ſe apud Achillem plus poſſe, quàm tres illi legati, Aiax Teucri frater, ſed ex diuerſa matre, Phœnix, & Vlyſſes. Similefecit apud Romanos mater Coriolani, quæ ſola ipſum flexit, quod poetæ vſurpant. nam Briſeidi notũ erat. ¶ Eſt aliquid) hæc particula pro excellentia ponitur, vt apud Iuuenalem. Eſt aliquid ſeſe vnius dominum feciſſe lacertę. Et apud Perſium. Seſe aliquẽ credens Italo quod
B honore ſupinus fregerit heminas &c. apud diuum Paulum. Qui videbantur eſſe aliquid. ¶ Admonuiſſe) ideſt caſtigaſſe oculos vagos. ¶ Comminuere) penultima longa futurum indicatiui verbi paſſiui, ideſt mitigaberis. ¶ Sic omneis.) Sic aptiſſima precationibus particula. Virgilius in Buco. Sic tibi cum fluctus ſubter labere Sicanos. Hor. j. car. Sic te diua potens Cy. &c. ¶ Tuis auſpicijs) ideſt tua dexteritate & fœlicitate. Quia .n. nihil ſine auſpicio factitabant Priſci, nec quicquã contra auſpicij ſcientiam, quæ vero auſpicato fiebant, proſpere ſuccedebant: ideo auſpicium accipitur pro fœlici inchoatione, & auſpicari pro fœliciter inchoare, vt diximus. ¶ Vtq; facis coges) quia ſi nihil fecerit, mori tñ coget, quia auferetur ſpes, quæ ſola vitam conſeruat. ¶ Repetã fratres, & virum) qui apud inferos ſunt: inter quos ſe poſt mortem putat locandam, ſicut viuens cum viuentibus conuerſata erat. ¶ Si dea fuiſſet) ſcribit Home. Palladem affuiſſe, cum Achilles in Agamem. irrueret, eiuſq; manum continuiſſe, ſignificans per hoc, euẽ per prudentiam abſtinuiſſe a nece imperatoris, eſt enim dea ſapientiæ. ¶ Quod dederas hoſti) ideſt Agamem. cui peperciſti, hoc eſt veniã da mihi, vt illi. ¶ Domini more venire iube). Hęc votorum ſumma eſt, quam fere in fine ponit epiſtolarum.

C

## METATHESES EPISTOLAE BRISEIDIS.

TERTIAM Nunc, quæ eſt ad Achillẽ Briſeidis, ad incudem referamus, & ſi quid durum eſt in illa, molliatur, temperetur male conflatum. Sex ſunt elegi narrationis curſum interturbantes, & verius inquilini, quàm de familia & domeſtici. quatuor ex ijs neſcio an notare eiectitios conueniat, & partus ſuppoſititios, quia dare ſedem vix poſſis patienter ipſis conuenientem. Agedum quatuor hos contemplemur, & ſi quid in illis D nos offendit, differamus. ¶ Eiectitij, & quos Atipophora ſolum reddit tolerabiles, ſunt.

Sæpe ego decepto volui cuſtode reuerti,
 Sed, me qui timidam prenderet, hoſtis erat.
Si progreſſa forem, caperer ne nocte timebam,
 Quamlibet ad Priami munus itura nurum.

¶ DE ORDINE, quàm quicquam conſtituamus, dicamus prius, quid nos in ijs male habeat. Quid aliud dicemus? niſi dictionem, Nocte, quæ otioſa & tibicinis inſtar, tantum ad numeri ſubſtentationem videtur poſita? Quid enim refert die an noctu id fieret? Quare in eius locum exiſtimo congruentius aduerbium, forte, iri collocatum. de hoc tamen aliorum eſto iudicium. De ſerie, hanc ego quadrare maxime puto.

At lachrymas ſine fine dedi, rupiq; capillos,
 Infœlix iterum ſum mihi viſa rapi.
Sed data ſum, quia danda fui, tot noctibus abſum,
 Nec repetor: ceſſas, iraq; lenta tua eſt.
Non repetiſſe parum eſt. pugnas ne reddar Achille.
 I nunc, & cupidi nomen amantis habe.
Ipſe Menętiades tunc, quum tradebar, in aurem
 Quid fles? hic puo tpe, dixit, eris. Adde ijs, ſi ita placet.

¶ SAEPE EGO Decepto, & reliqua. ¶ Aſſignare harum commutationum cauſas non exiſtimaui fore neceſſarium, & quenq;, ſuppoſito ſenſui, compoſitiore tantum ordine, poſſe rectitudinis admoneri, pro conſtanti habui: quoniam E mens interior, exteriorem facile percipiat complexionem probè ordinatam. Iam ad Epiſtolam quartam licet gradum moueamus.

## IN QVARTAM EPISTOLAM ARGVMENTVM HVBERTINI.

CVM OB Leges a Minoe impoſitas deuictis Athenienſibus: vt mitterent quotannis ſeptem corpora filiorum, & filiarum ſuarum deuoranda a Minotauro tertio anno ſors obtigiſſet Theſeo, Aegei Athenienſium regis filio, vt mitteretur: ope Ariadnes Minois filiæ, quæ eius amore detinebatur, Minotaurum interemit, & Ariadnen, quam ob opem ſibi præſtitam ſe, vxorem accepturum promiſerat: ſimul cum Phædra eius ſorore naui impoſitas abduxit, vt in ſecunda epiſtola F dictum eſt. verum relicta Ariadne in Chio inſula, aut (vt alij volunt) in Naxo ſolam Phædram ſecum duxit, & vxorem accepit: quæ poſtea abſente Theſeo in Hippoly. priuigni ſui: quem Theſeus ex Hippoly. ſorore Antiopes reginæ Amazonum ſuſceperat: amorem exarſit. Itaq; hac epiſtola ei amorem ſuum indicat, conaturq; multis rationibus eum ad libidinem ſuam deflectere, nitens perſuadere, nullum eſſe crimen in concubitu priuigni, & nouercæ, & oſtendens commoditatem maximam ex abſentia Theſei: quem nititur adducere in odium ipſi Hippoly. poſtremo multis pręcibus Hippolytum in amorem ſuum adiurat. Qui fuerit finis vtriuſq;, dicetur in fine Epiſtolæ. Ordo eſt.

# PVBLII OVIDII NASONIS
## POETAE SVLMONENSIS
### *Heroidum epiſtola quarta.*



## IN QVARTAM EPIST. ARGVM.

THESEVS Aegei filius, interempto Minotauro Ariadnen Minois & Paſiphaes filiã, quam ob opem ſibi præſtitam vxorem accepturũ p omiſerat, ſimul cum Phædra eius ſorore naui impoſita, ſecum adduxit. Verum Bacchi admonitione in Naxo, ſiue, vt alij volunt, in Chio inſula Ariadne relicta, Phædram duxit: quæ deinde abſente Theſeo in Hippolyti priuigni, quem ex Hippolyte Amazone acceperat, amorem exarſit. Qui cum cœlibem ducens vitam ſeſe venando exerceret, nec poſſet vti illius colloquio, hac epiſtola amorem ſuum indicauit. In qua illum callidis ſuaſionibus ad ſui amorem flectere conatur. Et cum turpe ſit priuignum a nouerca de ſtupro interpellari, principiũ ex inſinuatione ſumpſit, in hunc modum.

## PHÆDRA HIPPOLYTO.

QVA, niſi tu dederis, caritura eſt ipſa, ſalutem
Mittit Amazonio Creſſa puella uiro.
Perlege quodcunq; eſt: quid epiſtola lecta nocebit?
Te quoq; in hac aliquid, quod iuuet, eſſe poteſt.
His arcana notis terra, pelagoq; feruntur:
Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas.
Ter tecum conata loqui: ter inutilis hæſit
Lingua: ter in primo deſtitit ore ſonus.
Qua licet, & ſequitur, pudor eſt miſcendus amori.
Dicere quæ puduit, ſcribere iuſſit amor.
Quicquid amor iuſſit, non eſt contemnere tutum:
Regnat: & in dominos ius habet ille deos.
Ille mihi primo dubitanti ſcribere, dixit,
Scribe: dabit uictas ferreus ille manus.

HVBER.

A PVELLA Creſſa, mittit ſalutem viro Amazonio) qua ipſa eſt caritura, niſi tu dederis. ⸢Puella) Phædra. ⸢Creſſa) cretenſis, eius nominatiuus eſt cres, cuius genitiuus eſt cretis. Virgi. Creteſq; Dryopeſq; ruunt. ⸢Amazonio, ideſt Hippoly. filio Amazonis, poſſeſſiuum eſt, pro patronymico. Amazones autẽ mulieres fuerunt ex Scytharũ gente: quę in Cappadocię ora iuxta fluuium Thermodoonta poſt maritos amiſſos habitauere, & cum finitimis nubendi animum omiſiſſent, primo a finibus ſuis hoſtes ſubmouẽtes, deinde etiam bella inferentes, auxere rempub. ſine viris, & poſt pacem armis quæſitã: ne gens interiret, concubitum finitimorũ inierunt. Siqui mares naſcerentur, interficiebantur, Virgines in eundem ipſum morem non ocio, neq; lanificio, ſed armis, equis, & venationibus exercebant, inuſtis infantiũ dexterioribus mammis, ne ſagittarum iactus impedirentur. vnde Amazones B dictę ſunt ab a/dictione priuatiua, & μάζος mazos mamilla. cuĩ autem Euryſtheus rex, cui Hercules duodecim ſtipendia debebat: quaſi impoſſibile imperaſſet, vt arma reginæ Amazonum ſumma virtute mulieris ad ſe referret: Hercules nouem longis nauibus eo profectus comitante principuĩ grę cię iuuentute inopinantes aggreſſus cũ Orithyia regina foris bellum gereret, eas ſuperauit. duæ Orithyiæ, & Antiopes ſorores, quæ tunc Amazonum regna tractabant, captæ ſunt: Menalippe ab Hercule, Hippoly. a Theſeo, quam in præmium retentam Iuſtinus ſcribit ab eo in matrimonium aſſumptam, ex qua natus eſt Hippoly. vt diximus. Ouidius tamen in hac epiſtola ex verbis Phædrę oſtendit eam non C vxorem fuiſſe, cum dicit. Ac ne nupta quidem, tedaq; accepta iugali. Cur, niſi ne capeˀres regna paterna nothus? & hæc ſatis de Amazoni. ⸢Perlege) quia ſcit eum contractuˀrum frontem, inuitatum de re turpi, hortatur eum ad legenˀdum totam epiſtolam, confidit. n. ſe rationibus ſuis poſſe pſuadere, qđ cupit. ⸢Quodcũq; eſt). i. qualecũq;. q. d. etiã ſi ſit aliqd turpe, & qđ tibi diſpliceat. ⸢Quid noce.). q. d. nihil. ⸢Archana) ſecreta. ⸢Inſpicit) argumentũ a maiori ad minus, ſi enim legimus epiſtolas hoſtium, quorum nomen, ne audire quidem vellemus, multo magis legendæ ſunt literæ eorũ, qui nos amant ⸢Notas). i. literas. ⸢Ter. co.) quia poſſet dicere, quare non dixiſti coram? dicit ſe pudore impeditam. ⸢Inutilis) quæ non præſtabat mihi officium ſuum. ⸢Hæſit) retenta eſt. ⸢In primo ore) ideſt in ſummis labijs. ⸢Qua li.) quia occurrebat, quod amatores ſunt impudentes: dicit ipſa, oportere etiam eſſe in amore aliquem pudorem. ⸢Qua) pro quatenus. i. inquantum licet. ⸢Et ſequitur) conſequens eſt, & vtile. ⸢Miſcẽdus) iungẽdus. ⸢Dicere). ſ. coram ⸢Scribere) quia, vt Cic. ad Luceium ſcribit, epiſtola minus erubeſcit. ⸢Quicquid) arguit neceſſitatem ſcribendi a potentia amoris, quem iuſſiſſe dicit, ⸢Regnat) ecce verbũ ſummæ potentię, ⸢Ius) poteſtatẽ. ⸢In do. de.) etiam in Iouem. inde Virgil. dixit. Nate, patris ſummi qui tela Typhoea temnis, & idem, oĩa vincit amor. ⸢Ille). ſ. amor. ⸢Dubitanti) quia turpitudo negotij ſuſcipiendi dubiuĩ adducit. ⸢Ille) Hippoly, ⸢Ferreus). i. etiam ſi eſſet ferreus, & duriſſimus. ⸢Dabit manus vinctas) tranſlatio ſumpta a victis in prælio, qui manus victoribus præbẽt ligandas, inde quos amor ſubegit, dicuntur ligati, vt captiui. Ouidius in primo amoruĩ. Ipſe ego præda recens factum modo vuln⁹ habebo, Et noua captiua vincula mente feram. Mens bona ducetur manibus poſt terga retortis, Et pudor, & caſtris quicquid amoris obeſt: Omnia te metuent, ad te ſua brachia tendent &c.

D E F

ASCEN.

QVA, niſi & cæte.) Ordo eſt. ⸢Puella Creſſa) id eſt cretenſis filia Minois Cretenſium regis. ⸢Mittit viro Amazo.) ideſt Amazonidis filio, videlicet tibi o Hippoly, quod nomen illi, aut præſagio futuri euentus, aut poſtea ab euentu datum eſt. Nam ἵππος dicitur equus, & equa & λύω diſſoluo. vnde ſcribenduĩ eſt Hippoly. ſalutem, qua ipſa, ſcilicet quę eam mittit, caritura eſt, niſi tu dederis, ſupple eam. ⸢His no.) ideſt characteribus ſcriptis. Monet ergo, vt perlegat, quia veriſimile eſt caſtum iuuenem a patris vxore non perlectuˀrum literas præſertim amatorias. ⸢Qua licet) & ſequitur. Ordo eſt. pudor eſt miſcendus amori. Qua, ideſt quatenus, vel qua via licet, ideſt licitũ eſt, & ſequitur, ideſt conſequens, & conueniens eſt.

Adſit:&,ut noſtras auido fouet igne medullas:
Figat ſic animos in mea uota tuos.
Non ego nequitia ſocialia fœdera rumpam:
Fama (uelim quæras) crimine noſtra uacat.
Venit * amor grauius,quo ſerius:urimur intus,
Vrimur,& cæcum pectora uulnus habent.
Scilicet,ut teneros lædunt iuga prima iuuencos:
Frenaq; uix patitur de grege captus equus:
Sic male,uixq; ſubit primos rude pectus amores,
Sarcinaq; hæc animo non ſedet apta meo.
Ars fit,ubi à teneris crimen condiſcitur annis,
Quæ uenit exacto tempore,peius amat.
Tu noua ſeruatæ carpes libamina famę:
Et pariter noſtrum fiet uterq; nocens.
Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis:
Et tenui primam deligere ungue roſam.
Sed tamen ille prior,quo me ſine crimine geſſi:
Candor ab inſolita labe notandus erat.
At bene ſucceſſit:digno quòd adurimur igne:
Peius adulterio turpis adulter obeſt.
Si * mihi concedat Iuno fratremq;,uirumq;:
Hippolytum uideor præpoſitura Ioui.
Iam quoq; (uix credes) ignotas mittor in artes:
Eſt mihi per ſæuas impetus ire feras.

HVBER. A ¶ ADSIT) optantis eſt. vtinam mihi præſens ſit & faueat. ⸢Vt fouet) vt calefacit. ⸢Auido igne).ſ.amoris. ⸢Sic)adaptatio ſimilitudinis. ⸢Figat)vulneret.ſ.ſagittis ſuis. ⸢In mea vo.) vt ſis paratus facere,quod ego velim. ⸢Non ego)laudat ſe ab honeſtate ante actæ vitæ: vt oſtendat ſe futuram fidelem, & firmā in amore Hippolyti. ⸢Non rū.)non dirimam,& ſeparabo. ⸢Fœdera ſocialia)coniunctionem, & ſocietatem noſtri amoris, quam mecum feceris. ⸢Nequitia)libidine, vt ipſe in faſtis ad Silenū. Nequitia eſt, quæ te non finit eſſe ſenem. ⸢Fama noſtra) .i.nomen noſtrum. ⸢Vacat)caret. ⸢Crimine)quia nunq̄ cognita,aut dicta ſum impudica. ⸢Venit) oſtendit amorem ſuum adeo magnum, vt ei reſiſtere nō valeat. ⸢Grauior).i.maior & vehementior. ⸢Quo).i.quāto. ⸢Serius)ideſt tardius.ſ.venit. ⸢Intus)in pectore. ⸢Cæcum vulnus) Occultum, & latens, vtpote in anima fixum. Virg. & cæco carpitur igni. B ⸢Scilicet)facit quandam ſimilitudinem:qua oſtendit,quā difficile ferat hunc amorem nouū, & ſibi inſolitum. ⸢Iuga prima).i.primum impoſita collo. ⸢Lædunt)grauant. ⸢Teneros) iuuenes, & inaſſuetos iugo. ⸢Captus de grege) ideſt nouus, & nondum domitus. ⸢Vix patitur frena)quia ea recuſat,& plerumq; ſeſſorem excutit tergo. ⸢Sic)adaptatio ſimilitudinis. ⸢Subit)ſuſtinet, actiue ponitur. ⸢Primos).i. mihi inaſſuetos. ⸢Sarcina).i. onus. ⸢Non ſedet)non locatur, & ſtat. ⸢Ars fit) ars eſt, quæ dat certā viam rationemq; dicendi, vel faciendi aliquid. eſt igitur ſenſus. ſiquis velit habere recte aliquam artem incipiat a teneris annis. ⸢Fit).i.perficitur.Iuue.hic fiunt homines. ⸢Vbi).i.quādo crimen.ſ.amandi. ⸢Condiſcitur)tota eſt vna dictio compoſita. ⸢Teneris annis) quia poſtea creſcens fit in eo doctior,& aliquid quotidie addit.Iuue.Nemo repente fuit turpiſſimus. ⸢Quæ).ſ.mulier. ⸢Venit)ad amorem. ⸢Exacto tempore)præterito tempore ipſi amori conuenienti ⸢Peius) C .i.vehementius,vt infra, Peius adulterio turpis adulter obeſt. ⸢Tu noua)allicit eum commendatione ſuæ pudicitiæ. ⸢Libamina)guſtamenta. ⸢Noua)prima.i.tu eris primus, qui me vitiaueris,& pudicitiam meam abſtuleris, nam a marito non aufertur mulieri pudicitia, vel fama caſtitatis,ſed ab alieno,dicit ergo ſe ſemper fuiſſe intactam hactenus ab omnibus, præterq; a Theſeo marito,& Hippolytum fore primum, qui eius pudicitiā delibet. ⸢Seruatæ)cuſtoditę. ⸢Nocēs pariter) ideſt vterq; pariter,& vno, eodemq; tēpore amittemus pudicitiā, quia adhuc fuiſti ignotus mulieribus,& ego intacta alijs, prę terquam marito meo. ⸢Eſt aliquid) .q.d.non contēnendum. ⸢Carpere po.) i.poma.locū poſuit pomorū pro ipſis pomis, & pomariū eſt repoſitorium pomorū,pomerium vero locus, vbi ſunt arbores pomorū.ſed interdū cōfundunt poetę ſignificata.Oui.in Meta.Id metuens validis pomeria clauſerat Atlas mœnibus. ⸢Deligere)colligere. ⸢Primā)qa gratia maior ſolet eſſet primis roſis. nam videtur quodāmodo ſibi fœlix, qui poteſt primā roſam decerpere.ita, & qui primū concubitum alicuius mulieris conſequitur. ⸢Sed tamen)eſt quaſi quędam hypophora ad ſeipſam,& eſt ſenſus. illa integritas meæ D pudicitiæ,qua ante florui. ⸢Erat no.)ab inſuetudine peccandi .i.debueram diligenter ſeruare,vt non peccarem,quemadmodum nunq̄ ante peccauerā cum aliquo, & ad hoc reſpondet, quod ſequitur. ⸢At bene ſuc.)ille can.ſ.caſtitatis. ⸢Quo candore geſſi me.).ſ.ante. ⸢Sine crimine)quia nunq̄ feci aliquid, quo poſſem eſſe infamis. ⸢Erat no.).i.cōſiderandus.& ſeruandus. ⸢Ab labe inſolita).i.a delicto, & ſtupro inſolito, hoc fuit, quod ſibi ipſi ipſa obiecit. ⸢At bene)reſponſio eſt ad obiectionem, & hoc dicit. licet ſeruanda eſſet caſtitas mea inuiolata, tamen bene euenit, ꝙ in ea violāda elegi virū dignū ⸢Peius)magis. ⸢Obeſt) .i.nocet. ⸢Turpis) indignus. videt̄.n.excuſanda mulier,quę cū viro digno cōmittat adulteriū, vnde Helena de m̄re ſua Leda,quę cū Ioue ꝯcubuit, dicit.Illa bn̄ errauit,culpāq; authore redemit. ⸢Si mihi)probat dignum eſſe amore ſuum, quia ſi detur ſibi optio Iouis, & Hippolyti, dicit ſe præpoſituram eſſe Hippolytū Ioui. E ⸢Fratrem & virum).i.Iouem fratrem,& maritu; ſuum.nam ambo Saturni,& Opis filij fuerunt. ⸢Præpoſitura) potius electura. ⸢Iam quoq;) ſecundum præcepta ipſius Ouidij in arte aman.quibus rebus delectantur,quos amamus:eiſdē debemus & nos delectari: ideo quia Hippolytus delectabatur venatiōe: dicit Phędra videri ſibi ſępe exire in venatione,& oīa agere,quæ ipſe Hippolytus agere ſolit⁹ ſit. ⸢Vix cre.)parēthesis, & eſt ſcđa pſona ꝑ tertia.i.vix credat aliqs. ⸢Mittor) non ab aliquo, ſed meo proprio affectu. ⸢Ignotas) inſuetas mihi. ⸢Impetus) magna voluntas ⸢Per ſæ fe.) quas tu inſequeris per ſyluas. ⸢Libet)eſt voluntas. ⸢Preſſis) agitatis. Virgi.Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem. ⸢Hortari)inſtigare mea voce,vt faciunt venatores.

ASCE ¶ ADSIT).i. auxilio.ſ.Cupido. ⸢Tu noua ſer.&c.) Callide appetendū docet laſciua mulier, qđ honeſta conſcientia cū primis refugiat.Primū.ſ.eſſe famę læſorem,⁊ pudicitię potitorē, F nam cū virginitatem iactare nō poſſet,pudicitiā coniugalem eatenus ſeruatam iactat. ⸢Deligere vngue).i.delectam carpere.Alludit ad florem pudicitiæ intactum, ſicut Maro in roſa. Collige virgo roſas, dum flos nouus, & noua pubes: Et memor eſto æuum ſic properare tuum. ⸢Digno igne)ideſt formoſi, videlicet iuuenis amore. ⸢Peius adulterio) Senſus eſt. Obeſt quidē nobis pater Theſeus,ſed ipſe eſt adulter ⸢Peius) ideſt magis,& cū maiori malo ſuo. ⸢Turpis adulterio)ideſt propter adulterium, quod commiſit, & committere parat. Nam ipſe, qui coniugem pulchram habebat, aliam rapere non debebat,cum Hippoly,coniugem non haberet,niſi quam pater præripuerat. Obeſt ergo adulter, qui magis turpis eſt adulterio, & authoritatem damnandi in nobis, quod in ſe admiſit,non habet. ⸢Fratremq; virumq;). Vnde ipſa primo Aeneidos. Aſt ego, quæ diuum incedo regina,Iouiſq;, Et ſoror, & coniux. ⸢Ignotas mittor in artes) In' venationem, qua fit Hippolytum oblectari, & ob id Dianæ charum eſſe. Vnde Horatius. Neq; enim Diana pudicum Liberat Hippolytum.Id autem fingit ſe facere, quia conformitas ſtudiorum multum facit ad amorem,& amicitiam etiam caſtam.

*a. l. Vrit

* a.l.ſed vel vt alij, Sic

Iam mihi prima dea eſt arcu præſignis adunco
Delia: iudicium ſubſequar ipſa tuum.
In nemus ire libet: preſſisq́; in retia ceruis,
Hortari celeres per iuga ſumma canes:
Aut tremulum excuſſo iaculum uibrare lacerto:
Aut in graminea ponere corpus humo.
Sæpe iuuat uerſare leues in puluere currus,
Torquentem frenis ora fugacis equi.
Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides * actæ:
Quæq́; ſub Idæo tympana colle mouent.
Aut quas ſemideæ Dryades, Fauniq́; bicornes,
Numine contactas attonuere ſuo.
Nanq; mihi referunt, cum ſe furor ille remiſit:
Omnia: me tacitam conſcius urit amor.
Forſitan hunc fato generis reddamus amorem,
Et Venus ex tota gente tributa petit.
Iuppiter Europam (prima eſt ea gentis origo)
Dilexit, tauro diſſimulante Deum.
Paſyphae mater decepto ſubdita tauro
Enixa eſt utero crimen, onusq́; ſuo. *
Perfidus Aegides ducentia fila ſecutus
Curua meæ fugit tecta ſororis ope.
En ego nunc: ne forte parum Minoia credar:
In ſocias leges ultima gentis eo.
Hoc quoq; fatale eſt: placuit domus una duabus:

* a.l. vero Eleides habet, ſed male, cum ſic clar. digno ſcat. verſuſ ſubſultare.

* a.l. onuſq; ſuum Sic & infra in Canace. Et poſitum eſt vteri crimen onuſq; mei.

A

HVBER. ℂ PRIMA) præcipua, maxima. ⸢Delia) Diana a Delo inſula, in qua nata dicitur. ⸢Præſignis arcu) quia eo telo vtitur. ⸢Iudicium tuum) quia ſicut iudicas hanc venationis deam præcipuam, quam colas: ita & ego iudico: & quod tu ſentis, idem ſentio. ⸢Aut tremulum) repetendum eſt verbum ſuperius poſitum, libet. ⸢Vibrare) quaſſare, mouere. ⸢Excuſſo) fortiter moto. ⸢Graminea) pro graminoſa. i. plena graminis. i. herbæ, in qua ſæpe venatoribus ſuaue eſt requieſcere. ⸢Verſare) vertere, & arte regere. ⸢In puluere) in campo puluereo ⸢Torquentem) ſcilicet me. i. flectentem. ⸢Fugacis). i. celeris: Iuue. de equo. cuius clara fuga ante alios, & primus in æquore pul. ⸢Nunc feror) dicit interdum nimia vi amoris ſe fieri inſanam. & ſimilem ſacrificantibus Cybele. ⸢Feror) rapior impetu animi. Eleleus, vnum ex nominibus Bacchi: vt in Ouid. vi. Meta. Nycteleus, Eleleuſq; parés.

B

inde, Eleleides Bacchæ dicuntur. ⸢Actæ) agitatæ, concitatæ. ⸢Furiis) quia creditur immittere furias: quod fingitur propter vim vini. ⸢Quæq; ſub Idæo) mulieres dicit ſacrificantes Cybele, quæ colitur in Phrygia. cui ſacrificantes tympana pulſabát. ná Galli ſacerdotes Cybeles ſunt. ⸢Sub Idęo colla) ſub Ida mótePhrygiæ. ⸢Aut quas) dicit ſe ſæpe ſimilem eſſe earum, quæ nympharum, faunorumq; ſpiritu vexantur: ſunt enim quaſi furioſæ. inde lymphatę dicunt: quaſi nymphatæ a nymphis. Virg. & totam currit lymphata per vrbem. ⸢Dryades) nymphæ quercuum: nam δρῦς quercũ ſignificat. & ⸢Semideæ) nondum in cœlo receptæ. nam ſemidei dicuntur nondum omnino digni deitate: qualia ſunt terrena numina, & ideo ſemideos appellant, quaſi nõ plene deos. ⸢Bicornes) vt enim oſtendit diuus Hierony. in vita Pauli primi heremitæ, effigiem habent caprarum, & cornua. inde alibi. Cornigerumq; caput pinu præcinctus acuta, Faunus in im-

C

menſis, qua tumet Ida iugis. ⸢Attonuere) i. attonitas reddidere. ⸢Suo num.) quo eas mouent. ⸢Nanq; mihi) dicit ſe nõ ſentire illam inſaniam: ſed poſtq; furor eſt remiſſus, dici ſibi, vel ab ancillis: vel ab aliis eã fuiſſe in hoc furore. ⸢Referũt) narrant omnia iſta, quæ mihi accidere dixi. ⸢Ille furor) eſt remiſſus, quo ita agitabar. ⸢Remiſit ſe) diminutus eſt. ⸢Conſcius amor). i. cuius ego ſum conſcia. quia ille eſt cauſa omniũ horum furorum. ⸢Forſitan) ne Hippoly. dicat hunc amorem omitti, & reiici a Phædra: dicit eum eſſe fatalem: & ideo non poſſe repelli. ⸢Reddamus). i. reddere, hoc eſt attribuere poſſumus. ⸢Fato generis) fortunæ meæ gentis. ⸢Et Venus ex tota) Tangit fabulam, venus enim indicante ſole deprehenſa in adulterio cum Marte a Vulcano marito ægre tulit iniuriam indicii: atq; vt vlciſceretur ſe, immiſit in omne genus ſolis impatientiam amoris: ita, vt nulla fuerit de gente ſolis mulier, quæ caſtitatem ſeruare potuerit: ſicut nunc oſtendit Phædra. ⸢Petit tributa) quia propter iniuriam a ſole auo meo ſibi illatam voluit tributa libidinis ſibi ſolui a tota gente non ſolum matris, quæ filia fuit ſolis: ſed etiam a gente patris: nullaq; enim voluit eſſe immunem. eſt autem tranſlatio ſumpta a ſubditis, qui ſuperioribus præſtant tributa. ⸢Iuppiter) Europa Agenoris Tyrii regis filia formoſiſſima cum in littore maris,

D

vbi armenta paſcebantur, ſpaciaretur, Iuppiter eius amore captus in taurum candidiſſimum, & placidiſſimum ſe conuertit: cuius illa pulchritudinem admirata acceſſit propius, quem cũ videret placidiſſimum, auſa eſt etiam eius tergum inſcendere: at ille paulatim ad littus progreſſus tandem mare intrauit, & eam in Cretam detulit, ibiq; cum ea concubuit: ex qua genuit Minoem. re aũt vera Iuppiter rex Cretæ captus amore Europæ, cum eam aliter habere non poſſet, naui, quæ ſignum tauri habebat, eam abduxit: inde a poetis datus eſt locus fabulæ, quod a tauro ſit abducta. ⸢Prima) quia ex ea natus eſt Minos pater meus. ⸢Origo) principium gentis familię noſtræ. ⸢Diſſimulante) occultante: quia in forma tauri Iuppiter latebat. ⸢Paſyphae) non per æ diphthongum, ſed per ae diuiſas ſyllabas pronunciãdum eſt. Fuit autem Paſyphae filia ſolis, q̃ tauri turpi amore capta cum eo concubuit, ex quo genuit Minotaurum, vt plenius in ſecunda epiſtola ſuper eum locũ. Et tauri miſtaq; forma viri. ⸢Decepto) fraudato, quia facta lignea vacca, ſuperpoſita eſt pellis vaccæ, quã magis taurus amabat: & illa incluſa in illa vacca lignea, q̃; Dædalus fabricauerat, tauri coitum excepit. ⸢Enixa eſt). i. peperit. ⸢Crimen, onuſq;). i. onus crimin oſum, & infame, hédiadyo eſt. ⸢Perfidus Aegides) aliud exemplum ſuæ ſororis Ariadnes, quæ Theſei amore capta ei modum dedit, quo Minotaurũ interficeret, vt ex labyrintho poſſet exire dato ei filo, quod ſecutus veniret ad egreſſum labyrinthi. narrata eſt alibi ſuperius hæc fabula. ⸢Aegides) Theſeus filius Aegei. ⸢Perfidus) quia non ſeruauit fidem ſorori meę datam. ⸢Fugit) euitauit. ⸢Tecta curua) periphraſis eſt labyrinthi. erat enim multis circuitibus factus. Virgil. Ille dolos tecti ambageſq; reſoluit, Cæca regens filo veſtigia. ⸢Ope ſororis) auxi-

F

lio, quod ei Dædalus indicauerat: qui ipſum labyrinthum fabricauerat. ⸢En ego) iũgit ſe, ſupradictis, quarum amorem fatalem eſſe dixit ⸢En) ecce. ⸢Vltima gentis) quia omnes, quę me anteceſſerunt, ita fecerunt, quia Minos & Paſyphae non habebant aliam filiam minorem natu Phædra. ⸢Socias) mihi, & illis communes. ⸢Leges) conditiones. ⸢Ne forte parũ credar Minoia). i. ne ſi aliter eſſem, non putarer eſſe de gente Minois, quę fataliter amori ſubiecta eſt. Minoia vel filia Minois, vel de eius gente. ⸢Hoc) ſcilicet quod ſequitur ⸢Quoq;) ſicut amor fuit fatalis. ⸢Placuit) ecce, quod eſt fatale. Quia. ⸢Vna domus). ſ. tua. ⸢Duabus) Ariadnæ ſorori meę, & mihi.

E

ASCEN. ℂ IAM MIHI Prima dea eſt) quia ſuus cuiq; Deus. Primus. i. ſummus eſt. ⸢Nunc feror, vt Bacchi &c.) Docet ſe tanto amore ſubinde capi, vt vbi ſit, neſciat. Ordo eſt. Ego feror. i. agitor nũc, vt ſup feruntur. ⸢Eleleides) i. Elelei, hoc eſt Bacchi ſacerdotes. ⸢Actæ). i. impulſę, & agitatę. ⸢Furiis Bacchi). i. a Bac. immiſſis, dum eius ſacra peragunt. ⸢Quæq;). i. & vt illæ. ⸢Quæ mouent tympana). i. inſtrumenta illa ſonora ab extendendo (τυμπανίζω enim dicitur extendo) dicta, quia pellem ouinam extenſam habent. ⸢In colle Idæo) i monte illo Phrygio, hoc eſt ſacerdotes Cybeleię, aut vt ſup. feruntur illę. ⸢Quas Dryades). i. arborũ deæ. ⸢Semideæ) quia cum arboribus poſt longiſſimaq; ætatem interire dicuntur. ⸢Et Fauni)

A idеſt Dii illi ſylueſtres. ¶Bicornes)vt ægipanes. ¶Attonuere).i.attonitas,& lymphaticas,hoc eſt furioſas fecerunt. ¶Suo numine).i.diuinitate ſua infuſa. Et ſi q̃rat,quomodo id ſciat, cum furioſæ,quid agant,neſciant: reſpondet. ¶Nam)ſup.comites,& ſatellites mei. ¶Referunt).i narrant mihi omnia,cuꝫ ille furor remiſit ſe. ¶Sed amor conſcius vrit me tacitam).i. cælantem amorem,& non dicentẽ,quæ ſit cauſa furoris mei. ¶Forſitan hunc fato)reiicit culpam in fatum,quod tamen ſacrilegum eſſe cenſet poetarum antiquiſſimus dicens in perſona deorum apud Au.Gel.lib.vi.ca.ii. Hei mihi quid damnant mortales numina cœli. Eſſe aiunt etenim per nos mala, cum tamen ipſis Vecordi præter fatum ſint mente dolores. Quia ergo non fatis, ſed nobis imputanda ſunt peccata, adiectum eſt, Forſitan quod vero generi ſuo fatale putat,exemplis comprobare poſſit, & facit inductione quadam,& ratione, quam Seru.affert ad.vi.Aene.dicens.indicato a Sole adulterio Martis, & Veneris, Vulcanus minutiſſimis cathenis cinxit lectulum,quibus Venus,& Mars ignorantes implicati ſunt, & cum ingenti turpitudine reſoluti ſub teſtimonio cunctorũ deorũ. D Hoc dolens Venus omnem Solis ſtirpem infandis amoribus proſecuta eſt. Vnde Paſyphae Solis filia, Minois Cretenſis regis vxor, tauri amore arſit, & arte Dædali incluſa in ligneam vaccam ſeptam corio cum eo concubuit, hinc natus Minotaurus,qui labyrintho incluſus carnibus humanis veſcebatur. Hæc ille,& reliqua ad principium ſexti ad illud Dædalus, vt fama eſt &c. Phædra autem Paſyphaes filia altius orditur generis ſui amores, vt in textu videre eſt,qui ſatis patet ſuperioribus cõmentariis. Sciat tamen tirunculus literariæ militiæ ꝙ Paſyphae, & Phaeton,non Paſyphe,nec Pheton legendum eſt. ¶Perfidus Aegides)Theſeus pater Hippoly. quẽ perfidum dicit,quia ſe deceptã,& ſororeꝫ aſſerit, quinetiã ipſum Hippo.& matrẽ eius,vt aſtruat illi fidẽ ſeruari nõ oportere.

HVBER. ¶SOROR) Ariadne. ¶Capta) amore victa. ¶Parente)tuo. ¶Theſides)Hippolytus. ¶Ponite)erigite,& oſtẽtate. ¶Bina trophęa)bina monumenta victoriæ. ¶De domo noſtra)ex qua duas rapuiſtis. tranſlatio ſumpta a militia: nam trophæa dicuntur B bellicæ victoriæ monimenta a verſis hoſtibus dicta: naꝫ τρέπω ſignificat verto. noſtri addunt aſpira. ¶Tempore) commemorat tempus: quo primum eſt capta amore Hippoly. dicit enim fuiſſe, cum myſteria Cereris Eleuſinæ celebrarentur. eſt autem Eleuſin,ſiue Eleuſis (nam vtrunqꝫ dicitur) vrbs Atticæ, ita dicta ab aduentu Cereris, nam ἔλευσις græce aduentum ſignificat. In ea vt ſcribit Stra. fuit Eleuſinæ Cereris templũ, & Phanum myſticum, quod Iotinus aperuit. Diony. etiam ſcribit,Cererem cum ampliſſimis ſacrificiis cultam fuiſſe: tum Eleuſinæ myſteriis, quæ antiqtate, caſtimoniaqꝫ apud C omnes homines ſunt vulgata. in his igit̃ ſacris dicit Phædra ſe vidiſſe Hippolytum, & eius amore exarſiſſe: quo tempore optat ſe fuiſſe in Creta, quia non incidiſſet in tantas curas amoris. ¶Eleuſis Ce.)i. Cereri ſacrata, vel in qua Ceres colitur. ¶Inita) intrata,

Me tua forma capit: capta parente ſoror.
Theſides, Theſeusq́; duas rapuere ſorores:
Ponite de noſtra bina trophæa domo.
Tempore,quo nobis inita eſt Cerealis Eleuſis:
Gnoſia me uellem detinuiſſet humus.
Tunc mihi præcipue (necnon tamen antè placebas)
Acer in extremis oſſibus hæſit amor.
Candida ueſtis erat: præcincti flore capilli:
Flaua uerecundus tinxerat ora rubor.
Quemq́; uocant aliæ uultũ, rigidumq́;, trucemq́;:
Pro rigido (Phædra iudice) fortis erit.
Sint procul à nobis iuuenes,ut fœmina,compti:
Fine coli modico forma uirilis amat.
Te tuus iſte rigor,poſitiq́; ſine arte capilli,
Et leuis egregio puluis in ore decet.
Siue ferocis equi luctantia colla recuruas: *
Exiguo flexos miror in orbe pedes.
Seu lentum ualido torques haſtile lacerto:
Ora ferox in ſe uerſa lacertus habet.
Siue tenes lato uenabula cornea ferro:
Deniq; noſtra iuuat lumina quicquid agis.
Tu modo duritiem ſyluis depone iugoſis:
Non ſum materia digna perire tua.
Quid iuuat incinctæ ſtudia exercere Dianæ?
Et Veneri numeros eripuiſſe ſuos?
QVOD caret alterna requie, durabile non eſt:
Hæc reparat uires: feſſaq́; membra leuat.
Arcus,& arma tuæ tibi ſint imitanda Dianæ:
Si nunquàm ceſſes tendere, mollis erit.

tantam flammam amoris .ſ. cultum Hippoly. & naturaleꝫ quendam decorem. ¶Candida)aut quia Hippoly.in ſignũ integritatis,& pudicitiæ delectaretur tali veſte: aut qa mos ſacrorum fortaſſe talem exigeret habitum. ¶Præcincti)ornati. ¶Flore)floreis coronis. E ¶Tinxerat)pinxerat. ¶Flaua) alba cum rubore: flauus enim color: vt ſcribit Au.Gel.ex albo viridi,& rufo conſtat. vnde appellamus flauas ſegetes, cum ſunt iam maturitati propinquæ: tunc enim habent talem colorem. ¶Verecundus) iuuenilis & qualis ex verecundia prouenire ſolet. ¶Quéqꝫ vocant)quia Phædra non poterat negare in Hippoly. eſſe quandam vultus ſeueritatem: aſcribit eam virtuti, & dicit non appellandũ rigidum, aut truculentum vultum Hippol. vt aliæ mulieres dicunt: ſed ſuo iudicio eſſe fortem.i.virileꝫ,nam fortitudo proprie eſt F virorum. ¶Pro rigido).i.loco rigidi. ¶Sint procul)non placent inquit nobis iſti muliebres ornatus in viris. ¶Cõpti) ornati. ¶Coli) ornari. ¶Modico fine) apparatu, & menſura moderata,& non nimia: vt mulieres,de qbus Terentius: dum moliuntur,dum comuntur, annus eſt. Ideo in primo de Arte, dixit. Forma

* a.l.retorques

adita. ¶Vellem)cuperem. ¶Tellus Gnoſia).i.terra Cretenſis, in qua ſum nata. ¶Detinuiſſet me)habuiſſet me,quia non incidiſſem in tantas curas tunc,cum vidi te apud Eleuſina. ¶Necnon).i.etiam ante alio tempore. ¶Acer)vehemens,& inexpugnabilis. ¶Hæſit)affixus eſt. ¶Extremis oſſibus).i.in medullis, quæ ſunt intra oſſa: extrema autem non exteriora,ſed interiora hoc loco intelligamus.i.vltima: extrema autem oſſa ſic dicimus,ſicut primum,& vltimum: primam enim terram dicimus vicinaꝫ littori: ſi ex mari veniamus: vt Virg.primo Aen. Primaqꝫ vetant conſiſtere terra: at ſi in mare eamus,erit vltima. ſic intelligi debet hic locus, vt dicamus,extrema oſſa magis propinqua medullis: in quibus maxime dicitur eſſe amoris calor. Virg. Eſt mollis flamma medullas. ordo eſt: Amor acer tunc præcipue hæſit in extremis oſſibus &c. reliqua dicta ſunt per parentheſim. ¶Candida) oſtendit ea,quæ excitauerũt viros neglecta decet: & idem paulo poſt. Hippolytum Phædra,nec erat bene comptus,amauit. ¶Te tuus) dicit illum rigorem,quem alię mulieres damnant,in Hippoly.decere. ¶Rigor) ſeueritas in aſpectu,ſine aliqua laſciuia. ¶Poſiti) relicti. ¶Sine arte)quia ars etiam eſt in ordinandis capillis. ¶Leuis) tenuis puluis,qui ſignificat exercitiuꝫ. ¶In ore)in facie. ¶Decet).i te. ¶Siue)diſcurrit Phædra per varios actus,& exercitia Hippoly. quibus omnibus dicit ſe delectari, & primum arte equitandi. ¶Recuruas)reflectis. ¶Luctantia) dura,reſiſtentia fræno. ¶Ferocis)fortis. ¶Miror)laudo,& cum admiratione aſpicio. ¶Pedes)ſcilicet,equi. ¶Flexos)reuolutos. ¶In exiguo orbe) in exiguo ſpatio terræ,& circulo: nam hoc magnæ eſt artis,equitandi. ¶Seu lentum)aliud exercitium iuuenile in iaculando. ¶Torques)iacis. ¶Lentum)molle: non aſperum tactu: codex quidam vetuſtus habet vaſtum,pro lentum. ¶La-

ASCEN.

A certus).i.brachium tuum. ┌Ora).ſ. mea,quia aſpicio,quanta arte iaculeris. hæc enim iuuenum exercitia,quæ ſunt fortitudinis indicia,ſolent mulieres maxime capere. vnde & Ouid. in.viii.Meta.dicit Scyllam filiam Niſi regis Megarenſiū non pulchritudine Minois,ſed etiam talibus virtutibus eſſe captā. ┌Venabula)tela apta venationi. ┌Lato ferro) pro lati ferri: qualia ſolent eſſe venatoria tela. ┌Cornea)non a cornu animalis,ſed a corno arbore dura: ex qua fiūt venabula optima, eſt deductum deriuatiuū. ┌Lumina)oculos. ┌Tu modo)q.d. hoc ſolum velim,vt non ſis durus. ┌Syluis iugoſis).i.in ſyluis montium,vbi ſoles plurimum verſari. ┌Tua materia)tua cauſa. ┌Quid iuuat)q.d.nihil. ┌Studia)exercitia. ┌Dianę).i. venationis,cuius(vt ſupra diximus)dea eſt Diana. ┌Eripuiſſe) imminuiſſe. ┌Suos)ſibi debitos. ┌Numeros)gradus amoris, qui dicuntur eſſe quinq;: viſus,& auditus,cōtactus, ⁊ oſcula, factum. ┌Vel numeros).i.affectus. ┌Quod caret) ſententia eſt. ┌Alterna)variata,& viciſſim poſt labores ſumpta. ┌Durabile non eſt)non diu durat. ┌Hæc)requies. ┌Reparat)reficit. ┌Feſſa)fatigata, ⁊ debilitata. ┌Nouat)in priſtinum ſtatum reducit. ┌Arcus) proponit ei exemplum notum. ┌Et arma) ἐφεξήγησις .i.declaratio.nam & ponitur pro.i arcus enim ſunt arma Dianæ. ┌Mollis erit).ſ.arcus,& per cōſequens inutilis. ┌Si nūq̄; ceſ.tē.).i ſi ſemp fuerit tētus, ⁊ in vſu: ⁊ nūq̄; ceſſet.

¶ME TVA Forma capit)non dicit ſe captam amore patris,vt inuitam in eius matrimonium veniſſe ſignificet. ┌Theſides)Theſei filius Hippoly. Sed quomodo rapuit?quia aſpernatur eam Nymphæ formoſitate, quę capta eſt, & coacta ſequi inuitū. ┌Inita Eleuſis).i.initiata ſunt feſta Cereris Eleuſinæ .i.cum Athenis ꝑpter feſta Eleuſina eſſemus. ┌Quéq; vocant aliæ &c.) ordo eſt. Et ſup.is vultus,quem vultum alii vocant. ┌Et rigidum,& trucem) i.truculentum. ┌Erit fortis) .i.præ ſe feret fortitudinem & robur animi. ┌Phædra iudice) .i.iudicante,aut iudicio Phædræ:hoc eſt,iudicio meo:nā ipſa de ſe,quaſi de alia loquitur,hoc eſt,licet vultus tuus videatur aliis forte trux, ⁊ immitis,quia non colitur,tamen eſt meo iudicio placidus,& index fortis animi. Notandum autem,quia iudex, ⁊ index cōmunis ſunt generis. vnde hic,Phędra iudice, dicitur. ┌Fine coli modico) hoc in ſententiam tranſit. ┌Tu modo duritiem) docuit mulier callida ſibi placere iuuenem: nunc ſuadet docere,vt & ipſa ei placeat,cum non ſit pulchrū iuueni ſic venationi incumbere, vt amicam aſpernetur, idq; docet exemplo aliorum venatorum. ┌Si nunquam ceſſes tendere, Vnde eſt prouerbium. Redditur inualidus, nimium ſi tenditur arcus. ┌Sapiens diua) id petulanter dictum, quaſi quæ ſaperet, quantum ad Venerem præſtet ſeni iuuenis.

Clarus erat Cephalus ſyluis:multæq; per herbas
 Conciderant illo percutiente feræ.
Nec tamen Auroræ male ſe præbebat amandum:
 Ibat ad hunc ſapiens à ſene Diua uiro.
Sæpe ſub ilicibus Venerem, Cinyraq; creatum
 Suſtinuit poſitos quælibet herba duos.
Arſit & Oenides in Mænalia Atalanta:
 Illa feræ ſpolium pignus amoris habet.
Nos quoq; iam primum turba numeremur in iſta.
 Si Venerem tollas: ruſtica ſylua tua eſt.
Ipſa comes ueniam: nec me ſalebroſa * mouebunt
 Saxa: nec obliquo dente timendus aper.
Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmon:
 Et tenuis tellus audit utrunq; mare.
Hic tecum Trœzena colam, Pittheia regna:
 Iam nunc & patria charior illa mea eſt.
Tempore abeſt:aberitq; diu Neptunius Heros:
 Illum Pirithoi detinet ora ſui.
Præpoſuit Theſeus (niſi nos manifeſta negamus)
 Pirithoum Phædræ, Pirithoumq; tibi:
Nec ſola hæc ad nos iniuria uenit ab illo:
 In magnis læſi rebus uterq; ſumus.
Oſſa mei fratris claua perfracta trinodi
 Sparſit humi: ſoror eſt præda relicta feris.
Prima ſecurigeras inter uirtute puellas,
 Te peperit,nati digna fauore parens.
Si quæras,ubi ſit: Theſeus latus enſe peregit:
 Nec mater tanto pignore tuta fuit.
At nec nupta quidem,tædaq; accepta iugali:
 Cur?niſi ne caperes regna paterna nothus?
Addidit,& fratres ex me tibi,quos tamen omnes
 Non ego tollendi cauſa,ſed ille fuit.

* a.l. latebroſa

B VBER. ¶CLARVS Erat) adducit Phædra exēplum quorundam:qui in ſimili vitæ ſtudio verſati ſunt,quo Hippolytus, quos dicit ab Hippolyto eſſe imitandos in amore, ſicut in venatione ┌Cephalus)Athenienſis fuit, filius (vt quidam dicunt)Aeoli.ſed vt Stra.ſcribit lib.x. Deionei filius fuit: a quo Dulychium inſula Cephalenia dicta eſt. is vxorem habuit Prochrin,Erechthei Athenienſiū regis filiam: a qua ardenter amatus eſt: nec minus eā mutuo amore proſecutus. verū cum ſtudioſus venationis in Hymetto Atticæ regionis monte ab Aurora, & viſus, & amatus fuiſſet, atq; in amorem mutuum ab ea inuitatus, tandem ei aſſenſus creditur. C verum cum eum ſuſpectum haberet vxor de alieno amore:exiuit, vt eum deprehēderet, ⁊ ille fatigatus venatione peteret auram, a qua refrigeraretur:credidit Procris eſſe nympham aliquam, quam ille amaret: cunq; in fruticibus occultata ſe mouiſſet, credidit Cephalus eſſe feram, & immiſſo iaculo ineuitabili eā interemit. hæc fabula plenius ſcribitur ab Ouid.lib vii. Meta.in fine. ┌Clarus)notus ſtudio venationis. ┌Conciderant)interfectæ fuerant ┌Illo)Cephalo. ┌Tamē).ſ. q̄uis daret operā venationi. ┌Male) inuitū,immo libenter adhærebat eius amori. ┌Diua) Aurora. ┌Sapiens)quæ prouideret ſibi amatorem pulchrum,& iuuenem. ┌A viro ſene) .i.a Tithono marito ſuo ſene. Virg. Tithoni croceū linquens: Aurora cubile. Fuit autem Tithonus Laomedontis filius, & Priami frater, qui ex Aurora filium ſuſcepit Memnona,quem E ſupra in prima epiſtola in auxilium Troianorum veniſſe diximus.is Tithonus longiſſimam vitam aſſecutus,poſtremo in Cicadam verſus traditur. ┌Sæpe)aliud exemplum hominis etiā ſoliti verſari in ſyluis:quē nihilominus amori induliſſe dicit. ┌Cinyraq; Creatum)Adonin dicit filiū Cinyræ,& Myrrhæ eius filię inceſto cōcubitu genitum:vt ſcribit Ouid lib.v.Meta. Nā Myrrha inſano amore patris accenſa, cum ob deſperationē eius potiundi de ſuſpēdio ſuo cogitaret: a nutrice,quæ eius gementis vocem audierat,intellecta cauſa, in ſpem adducta potiundi patris,deſtitit a propoſito mortis, & tandem opera nutricis noctu ſub prętextu alterius puellæ deducta ad patrē cum eo concubuit: F & Adonem concepit: verum poſt aliquot noctes cum pater voluiſſet videre,quæ nam puella eſſet:illato in cubiculū lumine, cognouit eſſe filiam ſuam: quam cum ſtricto enſe inſequeret̃, illa in ſyluas profugit: vbi deorum miſeratione in arborē ſui nominis cōuerſa eſt: quæ etiam lachrymās guttas emittit,ex quibus gumi Myrrhæ eſt. Adonis autē puer ſub cortice creuerat, & tandem tēpore maturo Lucina dea partus fauente in lucē editus eſt: qui mox factus adoleſcens formoſiſſimus a Venere nō minus amatus eſt: quā ipſa Myrrha patrem amauerat. hunc monuerat Venus, vt vitaret feras a natura armatas:quales ſunt leones,vrſi, & apri: verum cum ille cupiditate laudis oblitus monitorū Veneris aprum inſequeretur,ab eo interfectus eſt:quem Venus multum fleuit, & eius ſanguinem

A In florem purpureum conuertit. ⸢Poſitos).i.iacentes. ⸢Ilicibus) ſunt enim ilices arbores magnæ,& grandeferæ. ⸢Oenides).i.Meleager. ⸢Arſit)amore incenſus eſt. ⸢Atalanta Mænalia).i. Arcadica,a Mænalo monte Arcadię.Narrata eſt hęc fabula ſupra in epiſtola Briſeidis ſuper eum locum: Coniugis Oenides verſus in arma prece eſt. ⸢Illa) Atalanta. ⸢Spoliuȝ) caput,aut( vt alii volunt)pellem. ⸢Feræ)apri. ⸢Pignus amoris)quo cõprobatus eſt amor Meleagri erga eam. ⸢Nos) ego & tu. ⸢In iſta turba) in numero iſtorum:qui licet venatione delectati ſint: tamen ab amore non abhorruerunt. ⸢Si tollas Venerem) i.amorem. ⸢Sylua).i. venatio tua. ⸢Eſt ruſtica)nihil habet pulchri,aut iucundi. ⸢Ipſa)ego. ⸢Late.)cauernoſa, vbi ſæpe latent feræ. ⸢Mouebunt)terrebunt. ⸢Obliquo dente) aut quod vere ſit incuruus dens apri,aut quod obliquum ferat ictum. ⸢Aequora)dicit Phædra ſe non derelicturã Hippoly.& futurum cum eo in Trœzene vrbe,quam ille libenter habitabat.dicitur autem Trœzena eſſe in Iſthmo Achaiæ: eſt autem Iſthmos terra anguſta inter duo maria: duo autẽ Iſthmi celebres memorantur, vnus Achaicus, in quo fuit Corinthus:& alter Thracius. in eo Iſthmo eſt Troezen vrbs in ſinu Argiæ, qui Saronicus dicitur: in ea regnauit Pittheus pater Aethræ auus maternus Theſei.Ouid.lib.xv.Met.eſt prope Pittheam tumulus Troezena &c. cuius loci habitatione delectatus eſt Hippoly. B dicit igitur Phædra ſe habitaturam cum eo Troezena: & eam habitationem, quia placet Hippoly. placere etiam ſibi plus prima ſua. ⸢Illa) Troezen. ⸢Charior)quia tu ea delectaris. ⸢Tempore abeſt) arguit a commoditate, quod Theſeus eius pater abſit. ⸢Tempore).i. opportune. ⸢Diu)per longum tempus. ⸢Neptunius heros)Theſeus Neptuni nepos: nam Aegeus filius fuit Neptuni. ⸢Ora) regio. ⸢Sui) amici, quem charum habet. ⸢Præpoſuit)adducit Theſeum in odiuȝ Hippoly.dicens,eum pluris facere Pirithoũ,qȝ eum,& qȝ ipſaȝ Phædram. ⸢Manifeſta)quæ apparent,& non indigent probatione. ⸢Sola)pergit amplificare odium Theſei. ⸢Hæc ſola iniuria).ſ.quod plus amet Pirithoum,qȝ nos. ⸢Vterqȝ) ego,& tu. ⸢In magnis læſi) i.in rebus maioris momenti. ⸢Oſſa)ecce cõmemorat prius iniurias in ſe a Theſeo illatas. ⸢Mei fra-

tris) Minotauri. ⸢Claua) telum fuit, quo Theſeus ad imitationem Hercu.eſt vſus. ⸢Sparſit)dilacerauit. ⸢Soror)Ariadne. ⸢Præda)rapina: vt in eius epiſtola ad Theſeuȝ videbimus. D ⸢Prima)nunc narrat iniurias illatas Hippoly.⁊ vt iniuria videatur maior,proponit laudem eius matris:in qȝ accepit iniuriam. ⸢Prima)maxima,excellentiſſima. ⸢Inter puellas ſecur.) inter Amazonas, quæ ſecuri pro telo vtebantur. ⸢Parens) Hippoly. mater tua. ⸢Digna fauore nati) digna talem filium peperiſſe. ⸢Vbi ſit)mater tua. ⸢Peregit).i.tranſegit,& tranſfixit. ⸢Nec fuit tuta tãto pignore).i.nec propter te pater tuus habuit reſpectum eam interficiendi. ⸢Tanto pignore) i tanto filio.plerunqȝ enim mariti cauent inferre iniuriam vxoribus,non propter ipſas,ſed propter filios: quem quidem reſpectum dicit non habitum fuiſſe a Theſeo. ⸢At nec nupta quidem)alia iniuria:quod non acceperit vxorem legitimam Hippoly. matrem Hippoly. idqȝ factum fuiſſe dicit a Theſeo in odium Hippoly. vt non legitime natus non poſſet ſuccedere paternæ hæreditati. ⸢Cur).ſ.non eſt accepta. ⸢Tæda iugali).i.legitimo matrimonio: nam in nuptiis tædas deferebant accenſas. ⸢Nothus)non legitimæ natus. & ſcribit per th, nã ſine aſpiratione vẽtũ ſignificat. ⸢Addidit fratres tibi ex me) .i.genuit etiam alios filios ex me,qui ſunt fratres tibi. nam ſi amaſſet te,non curaſſet ex alia muliere ſuſcipere: ne te offenderet.ex Phædra enim natus eſt Demophoõ:vt ſupra diximus: & Antilochus. ⸢Quos omnes) filios patris tui: & tibi frẽs. E ⸢Ego non fui cauſa tollendi) excuſat ſe,quia poſſet Hippoly. dicere. quare ergo aluiſti, ſi ſciebas hoc eſſe mihi nociturum? dicit ſe non fuiſſe,ſed Theſeum: qui aluerit. ⸢Tollendi)alendi:educandi. Terẽ. Quicquid peperiſſet,decreuerunt tollere. & Iuue.Tollere dulcem cogitat hæredem.

ASCEN. CREATVM Cinyra) Adonin dicit. ⸢Ipſa comes veniam ) purgatio eſt obiecti taciti. Nam dicere poſſet Hippoly. eſto amicam diligam,non tamen continuo nouercam, Ad quod illa ſe præferendam cæteris argumentatur, cum ſit parata obſequi,& poſſit, quia vir abeſt, cui fidem ſeruare non debeat,quam neqȝ ipſe ſeruauit,neqȝ vt ſibi ſeruetur, meruit, vt exemplis probat.

O utinam nocitura tibi pulcherrime rerum,
In medio nixu uiſcera rupta forent.
I nunc,& meriti lectum reuerere parentis,
Quem fugit,& factis abdicat ille ſuis.
Nec,quia priuigno uidear coitura nouerca:
Terruerint animos nomina uana tuos.
Iſta uetus pietas,æuo moritura futuro:
Ruſtica Saturno regna tenente,fuit.
Saturnus periit: perierunt & ſua iura: *
Sub Ioue nunc mundus: iuſſa ſequare Iouis. *
Iuppiter eſſe pium ſtatuit,quodcunqȝ iuuaret,
Et fas omne facit fratre marita ſoror.
Illa coit firma generis iunctura catena,
Impoſuit nodos cui Venus ipſa ſuos.

* Hęc duo carmina in multis codicibus nõ leguntur.

HVBER. O VTINAM) optat ſe fuiſſe mortuam in partu: ſi filii, quos ex Theſeo genuit, ſunt nocituri Hippoly. ⸢Viſcera mea for.ru.)fracta. ⸢Nixu)partu:nã niti parere ſignificat: i quo ſignificato frequẽtius vtimur compoſito eniti, ſunt, qui volunt intelligere: ⸢Viſcera).i.filii:ſed prior ſenſus videtur oſtẽdere maioreȝ amoris affectum. C ⸢I nunc)reſpõſio. ⸢Meriti)ironice.q.d. immo,non meriti. ⸢Reuerere).i.honora, & caue,ne violes.quia Hippolytus poſſet dicere,magnum eſſe nefas priuignum cuȝ nouerca coire:ideo magna autoritate refellit hãc obiectionem: cum dicit hoc a Ioue permitti. ⸢Nomina vana) priuigni,& nouercæ: qui licet nomine ipſo videantur habere affinitatem: tamen non habent: ideo dixit vana.i.nullius effectus. ⸢Nec terruerint).i.nec terreant. ⸢Coitura)commiſcenda. ⸢Priuigno)nam priuignus dicitur,quaſi prius genitus,hoc eſt antequaȝ nouerca adducta ſit: nouercam,autem quaſi nouam arcam,hoc eſt nouam vxorem dici,quidam volunt: ſunt autem nomina ad aliquid dicta,ſicut pater,⁊ filius: vitricus etiam priuigno opponitur: dicitur enim, cui mater alicuius nupſit poſt prioris mariti mortem. ⸢Iſta)hoc pronomen ad contemptum refertur. ⸢Vetus)& ideo iam digna deponi. ⸢Moritura)quæ deficiet. ⸢Pietas)religio,& reuerentia concubitus inter affines. ⸢Aeuo futuro ) ſæculo venturo.

⸢Fuit) i.ſeruata eſt. ⸢Saturno) qui regnauit in Italia primis temporibus cum Iano. ⸢Tenente regna ruſtica) .i.regna, quæ nullũ habebant cultum. vituperat autem illa tempora, vt etiam vituperet mores: qui in eis ſeruabantur: & cauendum,ne dicatur,fuit ruſtica. F ⸢Eſſe pium).i. licere,& recte fieri. ⸢Quodcunqȝ iuuaret).i.quicqd liberet. ⸢Statuit)iudicauit: vel legibus ſanciuit. ⸢Marita).i.nupta. ⸢Fratre)vel cum fratre. vt præpoſitio ſubaudiatur: vel fratre, pro fratri, vt ſit caſus,pro caſu: vt apud Iuue. Quæ molle calenum porrectura viro miſcet ſitiente rubetam. pro ſitienti: licet hoc poſſit ſtare ablatiuus abſolute poſitus. ⸢Illa) laudat vinculum neceſſitudinis amoris, & coitus: quod quidem dicit eſſe firmiſſimum. ⸢Cathena)vinculo. ⸢Iunctura)coniunctio generis,conſanguinitatis,vel affinitatis:& eſt ſenſus.Illa coniunctio affinitatis,vel conſanguinitatis:quæ Veneris nodis eſt ligata:eſt valde firma,& inſeparabilis. ⸢Cui)iuncturæ generis. ⸢Nodos) .i.nexus. ⸢Suos)quibus ipſa ſolet omnia aĩalia inter ſe ligare.

ASCEN. I NVNC & meriti) aperta ironia,quæ ſub forma præcipiendi vim negandi habet: quaſi dicat non eſſe verendum adire lectum talis patris, præcipue cum ipſe pater fugiat, & abdicet eum. At ſi Hippolytus dicat, ſolis ſe nominibus poſſe terreri: nam ſatis eſt, quia pater eſt, cui contumeliam faciat.

A & nouerca per quam. Ad quod callida mulier docet conſanguinitatis, & affinitatis nomina nihil feciſſe apud Priſcos. nam apud eos ſororem duxit frater, vt Iunonem Iuppiter, licet ſimplex ruſticitas tempore Saturni pium putauit abſtineri a lecto alieno: quod Iuue. expreſſe docet in principio. vi. Saty. dicens: Credo pudicitiam Saturno rege moratam In terris &c. Et paulo poſt. Viderunt primos argentea ſęcula mœchos. Authoritate igitur Iouis vtuntur ferè perditi mortales, cum is & primus, & ſummus adulter prædicetur: Sed authore Primo lib. ii. Dicere inter deos connubia, aut adulteria proxime ad dementiam accedit. ¶ Suos nodos) i nexus coniugales, nam ceſto ligat Venus legitime nubentes: verum vult maiorem eſſe amorum vim inter conſanguinitate, aut affinitate coniunctos.

HVBER. ¶ NEC LABOR eſt cælare) arguit nunc ab opportunitate cælandi: quam oſtendit eſſe facilé. ¶ Nec labor) ordo eſt: nec labor é ¶ Cælare) .i. occultare, ſcilicet cōcubitū noſtrum. ¶ Pete munus) ſcilicet cælandi. ¶ Ab illa) ſcilicet Venere. ¶ Licet) .i. eſt licitum tibi, vt petas: interponitur autem quaſi per parentheſim. ¶ Culpa) peccatum noſtrū. ¶ Tegi) occultari. ¶ Nomine cognato) .i. ſub nomine cognationis. ¶ Viderit) .i. ſi viderit. ¶ Laudabimur) quia dicet nos hæc facere ex B charitate, & pietate, quæ debet eſſe inter filium, & matrē: & non credet eſſe ex turpi affectu. ¶ Fida) bona, & non inſidioſa: quales, vt plurimū ſolent eſſe nouercæ. Virgil. Eſt mihi nanq; domi pater: eſt iniuſta nouerca. ¶ Non tibi) arguit a facilitate negocii: dicit, quod cum ambo ſint in eadem domo, nō erit multum laborandum: vt habeat aditum ad concubitum Phædræ: quemadmodum ſæpe laborant alii amantes. ¶ Reſeranda) aperienda. ¶ Per tenebras) .i. nocturno tempore: quod ſolet eſſe aptū amātibus. Tibullus: Hæc mihi te adducit tenebris &c. ¶ Duri) inexorabilis: vel crudelis: qui plus æquo ſæuit in adulteros deprehenſos. Iuuena. C Et pœnas metuet quaſcunq; mariti exigere irati: & paulo poſt. Exigit autem interdum dolor plus, q̄ lex vlla dolori conceſſit. ¶ Cuſtos) qui ſolet adhiberi ianuæ. Iuuena. Sed quis cuſtodiet ipſos cuſtodes? &c. ¶ Vt tenuit) .i. ſicut alias mecum fuiſti in eadem domo patris tui: ita nunc erimus: & nihil, quod faciemus, erit ſuſpectum. ¶ Vt) ſicut. ¶ Vna) .i. eadem. ¶ Aperta) in conſpectu omnium ex affectu charitatis. ¶ Dabis aperta) ex affectu amoris Venerei. ¶ Culpa merebere laudem) .i. peccando laudaberis. ¶ Licet) quamuis. ¶ Tantum) q. d. cum nihil ſit, quod obſtet. ¶ Properata) .i. ſine dilatione facta. ¶ Fœdera) ſcilicet noſtri coitus. ¶ Sic parcat tibi) ſcilicet vt mihi. i. ſæuiat, ſic tibi, vt mihi: vel ſic ponatur adiuratiue, & deprecatiue: ſicut diximus ſupra in eo loco. Sic omnes Peleus pater impleat annos &c. i. ſic amor non te lædat: ſed ſit tibi mitis. ¶ Ego) quæ ſum neptis Iouis, & Solis: habet autem Emphaſim hoc pronomen: vt apud Virg. Aſt ego, quæ diuum incedo regina. ¶ Heu vbi nunc faſtus) .i. ſuperbia, & elatio mei generis. q. d. amor omnia depreſſit. ¶ Et pugnare) ad excuſationem ſuam hæc ſubdit. ¶ Pugnare) reſiſtere. ¶ Certa fui) .i. deliberaui. ¶ Si quid certi) correctio. quia amor leuis eſt; & inconſtans. ¶ Victa) ſcilicet ab amore.

Nec labor eſt cælare (licet) pete munus ab illa,
Cognato poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis: laudabimur ambo:
Dicar priuigno fida nouerca meo.
Non tibi per tenebras duri reſeranda mariti
Ianua: nec cuſtos decipiendus erit.
Vt tenuit domus una duos, domus una tenebit:
Oſcula aperta dabas, oſcula aperta dabis.
Tutus eris mecum, laudemq; merebere culpa,
Tu licet in lecto conſpiciare meo.
Tolle moras tantum: properataq; fœdera iunge,
Qui mihi nunc ſæuit, ſic tibi parcat amor.
Non ego dedignor ſupplex, humiliſq; precari.
Heu, ubi nunc faſtus, altaq; uerba iacent?
Et pugnare diu, nec me ſummittere culpæ
Certa fui: certi ſiquid haberet amor.
Victa precor: genibuſq; tuis regalia tendo
Brachia: QVID deceat, non uidet nullus amans.
Depuduit: profuguſq; pudor ſua ſigna reliquit:
Da ueniam faſſæ: duraq; corda doma.
Quod * mihi ſit genitor, q poſſidet ęquora, Minos:
Quod ueniant proaui fulmina torta manu:
Quod ſit auus radiis frontem uallatus acutis:
Purpureo tepidum, qui mouet axe diem:
NOBILITAS ſub amore iacet: miſerere priorum:
Et, mihi ſi non uis parcere: parce meis.
Eſt mihi dotalis tellus Iouis inſula Crete.
Seruiat Hippolyto regia tota meo.
Flecte feros animos: potuit corrumpere taurum
Mater: eris tauro ſæuior ipſe truci?
Per Venerem parcas oro: quæ plurima mecum eſt:
Sic nunquam, quæ te ſpernere poſſit, ames.
Sic tibi ſecretis agilis Dea ſaltibus adſit:

D ¶ Genibus tuis) hæc enī erāt dicata miſericordię: vnde ſupplicantes, vt ſupra diximus, ad pedes eorum: quibus ſupplicabant, iacebant: & genua amplectebantur. ¶ Quid deceat) quid ſibi ſit honeſtum: quia multa facit contra dignitatem ſuam. ¶ Depuduit) .i. pudorem abieci: de enim hoc loco non augumentum ſignificat: ſed priuationem. ¶ Profugus) qui a me diſceſſit. ¶ Sua ſigna) tranſlatio ſumpta a militibus: qui fugiētes relinquūt ſigna: ſcilicet vexilla: & hic eſt verus ſenſus: nam quod reliquerit ſigna .i. ruborem &c. E aut quod ſit tranſlatio a literis ſigillatis, non conuenit. ¶ Faſſæ) .i. mihi, quæ confeſſa ſum tibi amorem meum. ¶ Doma) flecte. tranſlatio ſumpta ab equis. ¶ Quod mihi) legitur etiam, Quid mihi: & melior eſt lectio. q. d. qd prodeſt nūc mihi nobilitas? quid mei maiores? nam nobilitas ab amore vincitur, & ei cedit. ¶ Quid mihi) ſcilicet eſt, vel prodeſt: ¶ Qui poſſidet æquora) .i qui dominatur Cretæ, & multis inſulis, quæ in mari ſunt. ¶ Quod veniant) ordo. qd prodeſt mihi, quod fulmina veniant. ¶ Torta) .i. iacta. participiū eſt: nam torquere ſignificat iacere. ¶ Manu proaui) .i. Iouis: qui Iuppiter, licet ex parte Minois, cuius eſt pater, ſit auus Phædrę: tamen ex parte matris Paſiphaes eſt proauus: nam Phœbus filius eſt Iouis: Paſiphae vero mater Phædræ filia Phœbi: Iuppiter autem eſt: qui iacit fulmina: vt ipſe apud Ouidium: Ego ſum, qui fulmina mitto. ¶ Quòd ſit) ſubaudi, quid prodeſt: quod ſit auus, ſcilicet Phœbus, qui & ſol dicitur. ¶ Vallatus) circundatus. ¶ Tempora) caput. ¶ Radiis) quibus illuſtrat orbem terrarum. ipſe lib. ii. Meta. At genitor circum caput omne micantes depoſuit radios. ¶ Age) .i. curru. ¶ Purpureo) aut pulchro: aut rubicundo: quia ſol mane rubet. ¶ Iacet) proſtrata eſt. ¶ Piorum) .i. ſupplicantium tibi: & qui te amant. de ſe autem intelligit licet pluraliter loquatur. ¶ Eſt mihi) poſt reliqua, quibus conata eſt perſuadere Hippolyto amorem ſui: ſubdit etiam ſpem dotis. ¶ Crete) nominatiuus eſt caſus: eſt autem inſula, vbi Iuppiter dicitur eſſe nutritus. Virg. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto. de Ioue autem a Ser. talis refertur fabula. Saturnus ab oraculo Thetidis comperit ſe poſſe a filio regno depelli: quod timens, natos ex Rhea filios deuorabat: quæ nati Iouis pulchritudine delectata nymphis clam commendauit, in monte Cretæ Dictæo: vbi eum aluerunt apes: & adhibiti ſunt Curetes, & Corybantes: qui tinnitu æris pueri vagitum

F

* a. l. quid mihi &c. p interrogationem, & forte melior.

A audiri prohiberent: vnde ipſi ſunt matris Deum miniſtri. ¶Seruiat Hippolyto).i.ſit ſub poteſtate Hippolyti. ¶Feros) duros. ¶Potuit)argumentum a maiori ad minus. ¶Mater) ſcilicet mea Paſiphae. ¶Corrumpere)in coitum ſuum impellere. ¶Truci)fero. ¶Per Venerem) adiurat Hippolytum. ¶Quæ)Venus. ¶Eſt plurima mecum).i.tota eſt mecum, vel plurima,pro plurimum:nomen pro aduerbio. ¶Sic)adiuratiua particula. ¶Ames,quæ nunquam poſſit fallere te).i.ſic amor tuus ſit certus,& potiatur votis ſuis: vt ea mulier, quam amabis,nunquam fallat te. ¶Sic)adiurat per alia:& eſt ſenſus: ſic tibi faueat Diana Dea venationis: vt non deſint tibi feræ: quas poſſis interficere. ¶Dea) Diana. ¶Agilis) velox, qualem oportet eſſe venatricem. ¶Adſit) præſens ſit, & faueat. ¶Saltibus)nemoribus,& campis ¶Secretis)remotis,non frequentatis. Talia enim loca ſolent nutrire multas feras.

ASCEN. ❡NEC LABOR Eſt cælare)docuit religionem deorum non obſtare:docet nunc pudorem mundanum non poſſe officere, cum facile ſit cælatu, quandoquidem nemo ſit habiturus ſuſpicionem de affinitate coniunctis, & vna domo ſociatis. Itaq; omnino:quæ ille obiecere poſſet, hæc facere docet. ¶Dicar priuigno fida nouerca) quod rarum eſt. Nam in Bucco. dicitur: Eſt mihi nanq; domi pater:eſt iniuſta nouerca: & in Georg. Hippomanes, quod ſæpe malæ legere nouercæ. Eſt enim nouerca patris vxor,non mater tamen:Priuiginus vero coniugis filius,ſed non eius,cui priuignus eſt, quaſi ex priore genitus. ¶Laudemq; merebere culpa) quia, quod laſciue facies,pie feciſſe putaberis,ſed non vera eſt ea laus, q̃; Deus, & conſcientia damnat. ¶Non ego dedignor) docet ſe vero amore capi,quem ad humilitatem compellit, vnde Aenei.iiii. Improbe amor,quid non mortalia pectora cogis? Ire iterum in lachrymas, iterum tentare precando Cogitur, & ſupplex animos ſummittere amori. ¶Genibus tuis)quia,vt dicit Ser. ad illud Aenei.iii. Et genua amplexus: Phyſici genua miſericordiæ conſecrata volunt, vt aures memoriæ, frontem Genio,dexteram fidei. ¶Quid deceat:non videt vllus amans) diuerbiale eſt, inde cæcus amor dicitur. ¶Quod mihi ſit genitor &c.) docet non pauca amori ſubdita eſſe, cum omnem generoſitatem ſuam illi ſummittat, & ſimul laudat ſe a genere,& prius ab amore. ¶Eſt mihi dotalis) laudat ſe a dignitate, & fortunis. ¶Sic nunquam) particula ſic: vt diximus, apta eſt comprecationibus. Omnia facilia ſunt, quocirca paucis rem abſoluimus.

D

Syluaq; perdendas præbeat alta feras:
Sic faueant Satyri,montanaq; numina Panes:
Et cadat aduerſa cuſpide foſſus aper.
Sic tibi dent Nymphæ,quamuis odiſſe puellas
Diceris: arentem quæ leuet unda ſitim.
Addimus his p̄cibus lachrymas quoq;, uerba p̄cātis
Perleges: & lachrymas finge uidere meas.

HVBER. ❡PERDENDAS) interficiendas. ¶Sic) alia adiuratio. ¶Satyri & Panes) Dii B ſylueſtres: quod ipſe declarauit: cum dixit numina montana. ¶Foſſus)percuſſus.Teren. Noli me fodere. ¶Cuſpide) ideſt haſta, ſcilicet tua. ¶Aduerſa)oppoſita.nam venabula ſolent opponi apris in pectus: ſupra quæ ſe ſæpe immittunt. ¶Cadat)moriatur. ¶Sic tibi) hæ omnes adiurationes conueniunt:nam adiurat Hippolytum per ea, quæ ſcit optari a venatore. ¶Sic tibi) ordo. ¶Nymphæ) ſcilicet quæ præſunt vndis, & fontibus. ¶Dent) tibi vndam. ¶Quæ leuet).i. quæ minuat. ¶Sitim arentem).i. quæ ex ariditate, & ſiccitate concipitur. ¶Quamuis dic.&c.) hæc dicta ſunt per parentheſim. q. d. quamuis nymphę hoc minime deberēt facere:quia diceris habere odio puellas:cum ipſe ſint puellæ. ¶Lachrymas quoq;) etiam lachrymas, cum ipſæ ſolæ preces deberent ſufficere. ¶Finge)puta.i.exiſtima ita videre me flentem, ſicut legis verba mea. Hippolytus, prout poetæ fabulantur, virginitatis & C Dianæ cultor ſpreuit Phædræ turpem petitionem: qua ex re indignata falſo illum apud patrem Theſeum detulit: quod ei vim voluiſſet inferre. ille patrem Aegeum, vt ſe vlciſceretur, rogauit: qui agitanti curru; Hippolyto, Phocam immiſit: qua equi territi eum dilacerauerunt. Tunc Diana eius caſtitate cōmota,ab inferis eum ad vitam per Aeſculapium filium Apollinis,& Coronidis reuocauit:Hippolytumq; in Aricia nymphæ Egeriæ commendauit,& eum Virbium,quaſi bis virum iuſſit vocari: quod Virg. vii Aenei.oſtendit. Phædram vero audita morte Hippolyti, alii gladio, alii laqueo vitam finiſſe dicunt. Quo exemplo deterreantur mulieres omnes ab illicito deteſtabiliq; amore: ne vel idem, vel etiam miſerabilior finis eas ſequatur.

PARR. ❡QVAMVIS Odiſſe puellas) muliebre genus inuiſum fuit Hippolyto:quod apud Euripidem deteſtatur:eius rei meminit, & Plutarchus.

ſimeq; ordinatam ita eſſe,ſpero magis re,q̃; verbis iri perſuaſum. Lector intende, non habebis me falſum.De amore E plus nimio Phædra in ſe æſtuante, nec propterea facile tolerabili,quum dediſſet indicia,capta a iuuencis ſimilitudine & equis,& rudimenta cupidinis docuiſſet in omnibus eſſe grauia, ſed in iis grauiſſima, qui tardius in laqueos amoris inciderint ſibi ad oſtendendam ſuam impatientiā aditum factum exiſtimauit.quare opinione mea ſic non indecenter de hac re carmina ordinabuntur.

Adſit,& vt noſtras auido fouet igne medulas,
Figat ſic animos in mea vota tuos.
Scilicet vt teneros lædunt iuga prima iuuencos,
Frenaq; vix patitur de grege captus equus:
Sic male, vixq; ſubit primos rude pectus amores:
Sarcinaq; hæc animo non ſedet apta meo.
Ars ſit, vbi a teneris crimen condiſcitur annis.
Quæ venit exacto tempore,peius amat. Vrit lego non venit
Vrit amor grauius,quo ſerius vrimur,Intus
Vrimur,& cæcum pectora vulnus habent. F
Non ego nequitia ſocialia fœdera rumpam.
Fama(velim quæras)crimine noſtra vacat.
Tu noua ſeruatæ carpes libamina famæ,& reliqua.

Ecce q̃; appoſite cum eo, Fama (velim quæras) coniungitur, Tu noua ſeruatæ carpes libamina famæ: q̃; nunc cōfeſſio,quæ antea fuiſſet male opportuna:bene ſit parata,poſt cōparationem,& ſui amoris, propter altiorem ætatem,aggrauationem. de hac inuerſione non pluribus. Alia ſequitur duorum tantu; carminum, ſic comperta & de ſe clara, vt non parum mirer, non fuiſſe animaduerſam,quare carmina ſatis erit ſuo ordine ponere,quanquam dictio copulatiua quæ eſt,ꝙ debuit quencunq; admonere, præterea modorum non finitorum, quæ hic eſt ſeries.ergo ſic locabimus,

Iam mihi prima Dea eſt,arcu præſignis adunco
Delia,iudicium ſubſequor ipſa tuum.
Iam quoq;(vix credes)ignotas mittor in artes.
Eſt mihi per ſæuas impetus ire feras.
In nemus ire libet,& reliqua.

Addere iis Metatheſim tertiam nulla prohibet inuidia, æque probabilem,nec plus operoſam,& tamen diſſimulatam, veluti incognitam:quod factum certò ſcio ob eam,quæ eſt antiquis codicibus authoritas:alioqui in neotericis non pateremur & nunc exorientibus ingeniis, ſtatim ſcopas diſſolutas clamaremus,talia ſemper ne audiamus,legere par eſt,

## METATHESES EPISTOLÆ PHÆDRÆ PER AARONEM BATTALEVM.

NVSQVAM Prouerbiu;,Similes habēt labra lactucas, conuenire magis arbitror, q̃; quartæ epiſtolæ, a Phædra ad Hippolytum. Libido infauſti amoris nefaria,tragica, prodigioſa, epiſtolam eſt nacta horſum diſſultantem,atq; illorſum,prorſus confuſam,peſ-

Quenq;

A Quemq́; vocant aliæ vultum rigidumq; trucemq;:
Pro rigido, Phædra iudice fortis erit.
Te tuus iſte rigor, poſitiq; ſine arte capilli,
Et leuis egregio puluis in ore decet.
Sint procul a nobis Iuuenes: vt fœmina, compti:
Fine coli modico forma virilis amat.

AB IIS Periodus (ſi quid ego non male ſentio) vitiata deſiderio ſaltem duorum verſuum conſequitur: quanq́; grammatici, qui nihil curant, quàm ſtructuram tolerabilem, non bene commendabili ſilentio preteruehantur. Sed in poeta rhetoricæ artis obſeruantiſſimo attendere maiora conuenit, quàm lineas grammaticorum. ergo plura in periodo quoniam tractantur membra, ſeu dicas commata, in ſingulisq; indicatur, quid gratiæ in Hippolyto Phædra ſuſpiceret, quoq; modo afficeretur: in poſtremo commate id non eſſe factum, quis non trahat in vitium? ecce quod dicimus.

Siue ferocis equi luctantia colla recuruas,
Exiguo flexos miror in orbe pedes:
Seu lentum valido torques haſtile lacerto,
Ora ferox in ſe verſa lacertus habet:
Siue tenes lato venabula cornea ferro:

HIC quo pacto Phędra commoueretur, fuit dicendum, & non importune periodus: vt fit, ſic claudenda.

Deniq; noſtra iuuat lumina quicquid agis.

AVDIO Octauiane Terentianum dictum, hic facit ne, ideſt nimium intelligendo, vt nihil intelligat, & æqua mente fero, quoniam talia nunq́; quis diceret, niſi in expedito rationes haberet, quibus à me non eſſe ſtandum luculentiſſime de-
B monſtret, & ego nihil rectitudine pluris facio. amo mea reprehendi: ſi poteſt fieri citra contumeliam, id cupio: ſi ſecus, vtcunq; tamen feram: rectitudinis vis tantum apud me valet. quod periculum adire, vt illa ad lucem prodeat, certe nihil reformido. Quamobrem in receſſu epiſtolæ, vt mihi videtur, duos etiam elegos mutare domicilium iubebo, hos quidem: Nobilitas ſub amore iacet, hoc videlicet ordine.

Nobilitas ſub amore iacet, miſerere priorum,
Et mihi ſi non vis parcere, parce meis.
Quòd mihi ſit genitor, q poſſidet ęquora Minos, ⁊ reliq́.

ET Ne ſine appendicibus loquamur, addo in epiſt. Phyllidis mihi legendum videri: credidimus titulis, nominibuſq; tuis: vt per ephexegeſim/q;/copulá interpretemur: & hoc propterea quod poſt ait, Dijs quoq; credidimus.

In epiſtola Deianirę facio hanc Metatheſim.

Diceris infelix ſcuticæ tremefactus habenis
Ante pedes dominæ pertimuiſſe minas.
Mæonias inter calathum tenuiſſe puellas
Diceris, & dominæ pertimuiſſe minas.
Ah quoties, digitis dum torques ſtamina duris,
Præualidæ fuſos comminuere manus.
Craſſaq; robuſto deducis pollice fila,
C Aequaq; formoſæ penſa rependis Heræ.
Non pudet Alcide, & reliqua.

HAEC Octauiane qualiacũq; ad te dedimus, vltra quàq; tua deſiderauit ſobrietas: qui contentus videbare, ſi tantum acce-piſſes, quæ à me notata erant in primis duabus epiſtolis, ceu id ſolum velles, noſtri iudicij dare ijs, qui minus me nouerunt, aliquod ſpecimen, & potuiſſe me in alijs idem præſtare, ſi fuiſſet voluntas, indicare volueris. Pro qua mente habentur a me tibi gratiæ.

## IN QVINTAM EPISTOLAM ARGVMENTVM ANTONII VOLSCI. D

HECVBA Ciſſei filia: Priami vxor, grauida in ſomnis parere ſe ardentem facem viſa eſt. Ideo (vt eſt apud Actium in Hecuba) ex oraculo voce diuina edidit Apollo puerum: primus Priamo qui foret poſt illa natus tempora, & tolleretur? eum eſſe exitiũ Troiæ, ⁊ peſtem Pergamo. Priamus igitur cumprimum partus ederetur, iuſſit exponi: mater nati fortunam miſerata paſtori regio clam alendum mandauit. Is cum adoleſceret in ſyluis inter armenta: nympham Oenonen Pyrethæ fluminis ex Creuſa filiam amauit: quam vxorem duxiſſe authore Strabo. nonnulli tradiderunt, ex ea quoq; duos genuit liberos, Daphnin & Idæum. Cognitus deinde a parentibus ſuis mittitur Sparten ad Menelaum ad repetendam Heſionen Priami ſororem: Helenam Menelai vxorem rapuit. & licet Herodo, neget Troiam adductam, alij tamen, & in primis Ho. vnicam Helenam ſuo thalamo Paridem contem- E
ptis cæteris probaſſe tradunt. Oenone cum ſe deſtitutam videret ex Cebrina Troadis vrbe, vbi Paridis & Oenones ſepulchrum videri Demetrius refert: Ad Alexandrum hanc ſcribit epiſtolã, cuius tanto amore flagrauit, vt cum Philoctete ſagittis Herculeis confoſſus ad Oenonen ferretur: ipſa cadauer cõplexa fouens vulnera expirauerit: vt Septimus author é. Queritur primum Oenone, ꝙ deſerta ſit: deinde repoſcentibus gręcis Helenam reddi, & recipi ſuadet.

## IN QVINTAM EPISTOLAM ARGVMENTVM HVBERTINI.

QVI Plura de Paride velit videre: repetat argumentum primæ ediſtolæ. hic ſatis eſt dicere, quæ ad hunc locum pertinent. cum Paris in ſyluis Phrygijs apud paſtorem, ſiue armentarium (vt ſupra diximus) viueret: coniugio Oenones vſus eſt: quæ nympha erat illorum locorum, cui Paris coniugij fidem promiſerat. Sed poſteaquam iudicium de pulchritudine trium dearuq; tulit, & Venerem duabus præpoſuit: vt Helenam ſibi ob precium iudicij promiſſam peteret, Lacedæmona acceſſit. Cumq; iam fama eſſet: quòd eam ſecum adduxiſſet, & Oenone etiam F
hoc vidiſſet: dolens ſe priorem coniugem a Paride relictam eſſe, quæ ei ſemper fida fuiſſet: hanc epiſtolam ad Paridem ſcripſit: in qua fidem ſui amoris erga eum commemorat, & promiſſa Paridis ſibi facta, & conqueritur, quod ſe relicta adulteram accepit: nititurq; adducere eam Paridi in odium, & contemptum, commemorans eius impudicitiam, & fraudem factam Menelao eius priori marito, & contra dicit Oenone, quàm conſtans, & fidelis ſemper fuerit ipſi Paridi: cum tamen habuerit multos amatores, a quibus fuerat ſolicitata.

HVBER.

A PERLEGIS?)interrogatiue pronunciandũ eſt. ¶Noua coniux)Helena,quam nuper duxiſti. ¶Prohibet)vetat te legere epiſtolã meam. ¶Perlege)hortatiue ponitur, nõ imperatiue. ¶Facta)ſcripta. ¶Mycenęa)Menelai:qui fuit ex Mycenis:quaſi dicat, non eſt ſcripta manu alicuius tui hoſtis. naƺ Menelaus propter raptam coniugem ſuam debuerat ſcribere literas, quas Paris non libenter legeret. ¶Pegaſis: vt & dictionum, & locorum quorundam græcorum ratio omnino me non fugiat: effecit Ioannis Placẽtini,alias fratris Carmelitani nunc monachi ſingularis in me beniuolentia, & ſtudium: qui hoſpitio,domoqƺ mea ſupra annuƺ vſus, non minus moribus, & religione, quàm vtriuſqƺ linguæ doctrina mihi probandus viſus eſt: is per tẽpus, quo vna fuimus,quantum per occupationes meas licuit: mihi nonnulla græce interpretatus eſt: nõnulla etiam extra lectionem

B oſtendit.Inter quæ apud Apollonium,ideſt Argonauticon verſuƺ monſtrauit: quo eſt Pegas nomen eſſe fontis: dicit enim, ideſt ſtatim hic fontem peruenit: quem vocant πηγὰς: vult igitur ipſe ab eo Oenonen Pegaſida appellari. eſt etiam pega, vt ſcribit Plin. libro quarto oppiduƺ Bęotię: verum quoniam muſas Pegaſidas appellamus a Pegaſeo equo alato nato ex ſanguine Meduſę: vel a fonte ab eodem equo facto: quia græce fons πηγὴ pege dicitur, & ipſæ muſæ nymphæ dicuntur: nõ erit fortaſſe inconueniens Oenonen appellatam Pegaſida, quaſi nympham non tam a, pege proprio nomine fontis: quàm a pege appellatiuo, hoc eſt a fonte. nam & ipſa ſe nymphaƺ fuiſſe teſtatur: cum dicit, Edita de magno flumine nympha

C fui: ergo. ¶Pegaſis)ideſt nympha. ¶Celeberrima) notiſſima. ¶Lęſa)quę accepi iniuriaƺ a te. ¶Meo) qui es meus coniunx. ¶Si finis)ideſt ſi pateris me queri: ideſt ſi nõ remoues cauſam querelæ. ¶Quod crimen)quaſi dicat nullum. ¶Leniter) ſententia eſt, & eſt ſenſus: ferendum eſt ęquo animo, quicquid accidit homini merenti: at illud dolenter fertur, quod præter meritum euenit. ¶Patiare) pro patiať aliquis: ſecunda perſona pro tertia. ¶Ex merito)ideſt pro merito, & iuſte. ¶Ferendum)tolerandum,patienduƺ. ¶Leniter)ideſt molliter, æquo animo.

* Multi hęc duo carmina aſcriptitia dicũt.

D ¶Dolenda)ideſt cum dolore ferenda. ¶Nondum)narrat ſuaƺ in Parim beneuolentiam,& ſua in eum merita. ¶Tantus)tam magnus: quia tunc eras in numero paſtorum, non in numero procerum, ſicut nunc es. ¶Nympha)ſcilicet ego. ¶Edita)genita. ¶De magno flumine) alij dicunt fuiſſe filiam Xanthi: alij Cebreni fluuij: quia quidam poetæ græci eam Cebrenida appellant; ego,qui certũ affirment Cebrenũ fluuiũ eſſe Phrygię, nondũ memini me legere. Sed Cebreniam ſiue Cebriniam regionem eſſe Phrygię Stra. ſcri. lib. xiij. ibi que dicit Alexandri ſiue Paridis, & Oenones ſepulturam oſtendi: quam dicunt Alexandri vxoreƺ fuiſſe, priuſquam Helenam raperet.

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

## *Heroidum Epiſtola quinta.*



### IN QVINTAM EPIST. ARGVM.

CVM Hecuba Ciſſei filia, & Priami vxor grauida eſſet, ardentem facem totam Troiam comburentem ſe parere ſomniauit. Territus itaqƺ Priamus oraculum conſuluit, a quo cum accepiſſet, oriturum filium qui patriæ eſſet exitio, cum primum partus ederetur, iuſſit interfici: Hecuba vero cum puerum, qui poſtea Paris dictus eſt, peperiſſet, materna pietate mota, paſtoribus regijs clam alendum mandauit. Is autem cum iam adoleſceret, Oenonen nympham adamauit: atqƺ, vt aliquibus placet, in vxorem duxit. Sed cum Iuno, Pallas, & Venus de pulchritudine contenderent, propter aureum pomum, in quo ſcriptum erat, detur pulchriori, a Ioue ad Paridis arbitrium remiſſæ ſunt: cui cum Iuno regnum, Pallas ſapientiam, Venus voluptatem, & mulierum pulcherrimam promiſiſſet, pro Venere ſententiam tulit. Qui deinde a patre cognitus, & in gratiam ſuſceptus, Spartem nauigans Helenam Menelai vxorem rapuit, eamqꝫ Troiam abduxit. Quod cum Oenone reſciuiſſet, hac epiſtola de eius perfidia conquerendo, Helenam Græcis reddi, & ſe recipi ſuadet.

### OENONE PARIDI.

* Nympha ſuo Paridi, quamuis ſuus eſſe recuſat,
Mittit ab Idęis verba legenda iugis:

PERLEGIS? an coniux prohibet noua? perlege, non eſt
Iſta Mycenæa litera facta manu.
Pegaſis Oenone phrygiis celeberrima ſyluis
Læſa queror de te (ſi ſinis ipſe) meo.
Quis deus oppoſuit noſtris ſua numina uotis?
Ne tua permaneam, quod mihi crimen obeſt?
LENITER, ex merito quicquid patiare, ferendũ eſt.
Quæ uenit indigne pœna, dolenda uenit.
Nondum tantus eras: cum te contenta marito,
Edita de magno flumine nympha fui.

PARRHASIVS.

PEGASIS Nympha Nais, ideſt amnis Cebreni filia: atque eo pacto ſe diſtinguit ab eiuſdem nominis alijs: Oenone .n. fuit etiam Budionis filia: a qua Aegina inſula appellata Oenone prius eſt: vt autumat Pythonetus Aegmetarũ.j.. Oenonen præterea celebrat Euripides in Iphigenia

E Aeaco patre natam. ¶Meo) viro. Nam priuſquaƺ Paris Helenam raperet, Oenone Paridi nupſit: ex eoqƺ Corythum peperit: vt eſt apud Lycophronem. ¶Magno flumine) Cebreni. Interpres Lycophronis. οἰνώνη θυγατηρ ἦν κεβρῆνος, ἢ οἰνέος: ideſt Oenone filia fuit Cebreni, vel Oenei.

ASCENSIVS.

PERLEGIS, & cętera.) Nonnulli codices habent hos verſiculos in capite. Nympha ſuo Paridi, quamuis ſuus eſſe recuſat: Mittit ab Idæis verba legenda iugis. Quos quidem reor a grammaticis additos: maior enim multo vis eſt ex abrupto inchoaſſe: vt fideles codices. ¶Perlegis? an coniunx prohibet noua?

F ¶Mycenæa manu) Agamemnonis, aut potius Menelai, cuius coniugem rapuiſti. ¶Pegaſis) ideſt fontium dea: ſeu nympha. & quia muſæ fontibus præſunt, nymphæqƺ ſunt, etiam Pegaſides dici ſolent. ¶Leniter) ideſt leni, hoc eſt tranquillo, & modeſto animo. Et tranſit vterqƺ verſus in prouerbium. ¶De magno flumine) ſcilicet Xantho.

Qui nunc Priamides (abſit reuerentia uero)
Seruus eras: ſeruo nubere nympha tuli.
Sæpe greges inter requieuimus arbore tecti:
Miſtaq; cum foliis prębuit herba torum.
Sæpe ſuper ſtramen, fœnoq; iacentibus alto,
Depreſſa * eſt humili cana pruina caſa.
Quis tibi monſtrabat ſaltus uenatibus aptos?
Et tegeret catulos qua fera rupe ſuos?
Retia ſæpe comes maculis diſtincta tetendi:
Sæpe citos egi per iuga ſumma canes.
Inciſæ ſeruant à te mea nomina fagi:
Et legor Oenone falce notata tua.
Et quantum trunci, tantum mea nomina creſcunt.
Creſcite: & in titulos ſurgite rite meos.
Populus eſt (memini) fluuiali conſita ripa:
Eſt in qua noſtri litera ſcripta memor.
Popule uiue precor: quæ conſita margine ripæ,
Hoc in rugoſo cortice carmen habes:
Cum Paris Oenone poterit ſpirare relicta:
Ad fontem Xanthi uerſa recurret aqua.
XANTHE RETRO propera: uerſæq; recurrite lymphæ:
Suſtinet Oenonen deſeruiſſe Paris.
Illa dies fatum miſeræ mihi duxit: ab illa
Peſſima mutati cœpit amoris hyems:
Qua Venus, & Iuno, ſumptiſq; decentior armis
Venit in arbitrium nuda Minerua tuum.
Attoniti micuere ſinus: gelidusq; cucurrit,
Vt mihi narraſti, dura per oſſa tremor.
Conſului (neq; enim modice terrebar) anusq;,
Longæuosq; ſenes: conſtitit eſſe nefas.
Cæſa abies: ſectęq; trabes: & claſſe parata,
Cœrula ceratas accipit unda rates.
Fleſti diſcedens: hoc ſaltem parce negare:
Præterito magis eſt iſte pudendus amor.

HVBER. A ¶SERVVS Eras) eras famulus. ⸢Qui nũc Pria.) .i. q nũc diceris filius Priami. ⸢Abſit ⁊c.) ꝑ parẽtheſim hęc dicta ſunt. ⸢Reuerẽtia abſit ve.) .i. reſpectus nõ habeaẽ, veritati dicẽdæ. ⸢Tuli) paſſa ſum. ⸢Nubere) fieri vxor. nam ad mulieres ſoluꝫ ptinet: niſi in opprobriũ referaẽ: vt apud Iuue. nubit amicus. Martia. Barbatus rigido nupſit Calliſtratus Afro. Ideꝫ, Nolito frõti credere, nupſit heri. ⸢Sępe gre.) cõmemorat cõſuetudinem, quę ſibi fuit cum Paride. ⸢Arbore te.) .i. ſub vmbra arboris. ⸢Prębuit to.) .i. fuit nobis pro toro. ⸢Cana) alba. epitheton pruinę. ⸢Humili) non alta. ⸢Stramen) a ſternẽdo dicitur: qcqd põt ſubterſterni, vt paleæ, ⁊ ſimilia. ⸢Venatibus) .i. venationibus, vel venantibus. i. venatoribus. ⸢Tibi (qui eras imperitus locorũ. ⸢Catulos) filios. nã vt quorundã domeſticorũ animaliũ, ⁊ quarũdam volucruꝫ filios dicimus pullos: vt pullũ equi: pullũ aſini, pullũ aquilę, pullũ hirundinis ⁊c. ſic quarundã ferarũ B filios catulos dicimus, vt catulos leonũ: catulos luporũ: catulos vrſorum ⁊c. ⸢Tegeret) occultaret, & tutos haberet. ⸢Comes) .ſ. tua. i. quę tecũ veniebã. ¶Diſtincta ma.) .i. plena nodis. ⸢Egi) impuli, inſtigaui. ⸢Per iu.) per mõtes. ⸢Inciſę a te) .i. inſcriptę. ⸢Notata) ſcripta. ⸢Legor) in phagis, & alijs arboribus. ⸢Populus) arbor, quę aquis gaudet. Vir. populus in fluuijs, Abies in mõtibus altis. ⸢Cõſita) poſita: plantata. inde ager conſitus dr̃: qui arboribus abundat. ⸢Memor no.) quę mei memoriã ſeruat, pp ſcripturã tuã. ⸢Tm̃ m. no. cre.) qa q̃to maiores arbores fiũt: tãto magis apparẽt notę, ⁊ lr̃ę mei nois. ⸢Creſcite) apoſtrophat ad arbores ipſas. ⸢Et ſur.) erigimini. ⸢Recta) ꝓ recte, nomẽ ꝓ aduerbio: vt rauca ſonãs amnis. i. rauce. ⸢In ti. meos) .i. cõmemorationeꝫ mei nois. C ⸢Popule) apoſtrophã facit ad quãdã populũ arborẽ, in q̃ dicit adhuc remanere promiſſionẽ Paridis erga ipſam Oenonen. ⸢Cõſita) poſita. ⸢Margine) extremitate. ⸢Rugoſo) aſpero, ſiue cõtracto, ⁊ pleno rugis: quales ſolẽt eſſe cortices arborũ. ⸢Cũ Pa.) hoc eſt carmẽ, qđ in teſtificatione ſui ppetui amoris in Oenonẽ Paris ſcripſerat: cuius ſẽſus erat. Tũc aquã fluuij Xanthi reuerſurã ad fontẽ ſuũ: cũ Paris poſſet viuere Oenone a ſe derelicta. q. d. qđ ſicut impoſſibile eſt, qđ aqua Xanthi vnquã reuertaẽ ad fontẽ: ita erit impoſſibile, qđ ego Paris poſſiꝫ ſine Oenone viuere. ⸢Spirare) viuere. ⸢Verſa) a curſu ſuo mutata. ⸢Xanthe) vertit Oenone ſermonẽ ad Xanthũ dicẽs: vt redeat, quãdoquidẽ Paris potuit eã deſerere. ⸢Lymphę) aquæ. ⸢Suſtinet) patitur, ⁊ põt. ⸢Illa dies.) Narrat originẽ ſuorũ malorũ: quę incœpit, qñ tres deę ſuppoſuerũt ſe iudicio Paridis. ⸢Fatũ) infortuniũ. ⸢Hyems) tẽpeſtas: tractũ a mari. ⸢Cœpit) incœpit. ⸢Ab il.) .ſ. die, qua Venus, ⁊c. ⸢Decẽtior ar. ſum.) .i. quę eſſet honeſtior armis ſumptis, quã depoſitis veſtibus. ⸢In arbi.) in iudiciũ tuũ de pomo: de quo diximus in argumento primę epiſtolę. ⸢Attoniti) terrefacti. ⸢Micuere) tremuere; vt D in. j. epi. Vſqꝫ metu micuere ſinus. ⸢Gelidus tre.) qui facit gelidos. Vir. Extẽplo Aeneę ſoluunẽ frigore mẽbra. ⸢Vt) poſtq̃; ⸢Narraſti mihi) dixiſti mihi tres deas ad iudiciũ tuũ veniſſe. ⸢Cõſului) iterrogaui. ⸢Anus) quę plerũqꝫ interpretanẽ talia. ⸢Et ſe. lon.) .i. longę ętatis. ⸢Neqꝫ. n. ter. mo) .i. multũ terrebar: eſt. n. liptote, ⁊ per parentheſim legendũ eſt. ⸢Cõſtitit) per illos apparuit, ⁊ iudicatuꝫ eſt. ⸢Eſſe ne.) eẽ malũ. ⸢Cęſa a.) breuis narratio apparatus Paridis ad rapiẽdã Helenã. Abies arbor mõtana apta nauib⁹ ędificã. ⸢Cęſa) inciſa. ſ. eſt. ⸢Trabes) ligna. ⸢Cęrula) coloris cęrulei. eſt aũt cęruleus color inter viridẽ, ⁊ nigrũ: ⁊ eiuſmodi ſolet eſſe color maris. ⸢Ceratas) cera, vel pice illitas. ⸢Parce) abſtine, ⁊ noli negare hoc, te fleuiſſe, cũ a me diſcederes. ⸢Iſte a.) Helenæ. ⸢Eſt ma pu. præ.) .i. turpior tibi, quã meus .i. magis deberet te puderẽ amare Helenã, quã cõfiteri amaſſe me, qa amor me⁹ erat licitus, ⁊ honeſtus. ⸢Iſte amor) adulteræ, quę virum reliquit, & liberos, vt externum ſequeretur.

* Sunt &, qui legunt, defenſa.

PARRHA. E ¶ABSIT Reuerẽ. ve.) ſecedat inqt pſonę reſpectus, ⁊ ois pudor, vbi qd ex fide narratur. ⸢Seruus) paſtor: antiquo Ro. ex more, ſm quẽ loquiẽ Oui. oẽs paſtores fuiſſe ſeruos, ex Strabo. dũ de Brutis agit: Saluſtioqꝫ, ⁊ Liuio ꝯſtat. ⸢Depreſſa) corrige defenſa, ⁊ vitata ſub humili caſa. Sꝫ hęc in Claudianũ copioſi⁹. Itaqꝫ ne Iouis (vt aiũt) Corithus, inculcare ſupſedebo. ⸢Anus ⁊ lõ. ſe.) Sagos ĩtelligit, ⁊ ꝯiectores, ex q̃ generẽ fuiſſe Pittheũ Pelopis Aethrę patreꝫ diſcimus ex Plutarcho. ⸢Cõſtitit) vno ore pdixerũt.

ASCEN. ¶QVI nũc Pria.) ſupple es. ⸢Abſit re. ve.) .i. ne ꝯtẽnaẽ, qa veritas odiuꝫ parit. ⸢Tuli) .i. ſuſtinui, paſſa ſuꝫ, dignata ſuꝫ. ⸢Quis ti. m.) docet ſe quoqꝫ magiſtrã eius, qua pollet, artis F fuiſſe. ⸢Fagi in.) Sic in Buc. Immo hęc in viridi nup, quę cortice fagi Carmina deſcripſi, &c. ⸢Illa dies ⁊c.) Ordo eſt. Illa dies, q̃ Venus, ⁊ Iuno, ⁊ Minerua nuda, decẽtior. i. pulchrior ſup. futura ſumptis armis. i. ſi ſumpſiſſet arma. Venit in tuũ arbitriũ. ſ. q̃libet earũ. ⸢Duxit) .i. attulit mihi miſerę fatũ. i. fatale exitiũ, ⁊. ⸢Hyems) .i. tẽpeſtas ĩcerta amoris. ⸢Peſſima) .ſ. in me. ⸢Cœpit m. ab il.) .i poſt illã diẽ. Poſtq̃. ſ. Veneri pulcherrimã puellã pollicẽti data eſt a Paride ſentẽtia. Nota ẽ fabula, cũ. n. ad Thetidis cũ Peleo, nuptias oẽs Dij deę que pter Martẽ, ⁊ Bellonã inuitati eẽnt, id ęgre ferẽtes excluſi, Mercuriũ dimiſerũt cũ aureo malo, ſeu pomo, in quo ſcriptũ erat: deẽ pulcherrimę. qđ ꝓiectũ inter ſummas deas, Palladẽ, Iunonẽ, ⁊ Venerẽ, cũ ſingulę ſibi vendicare vellẽt: relatũ eſt ad Paridẽ, q ꝓ Venere iudicauit, mercede pulcherrimę puellę illectus: cũ Minerua ſapiẽtiã, ⁊ in bello victoriã, ⁊ Iuno regnũ, ⁊ gloriã polliceretẽ. Diſertę ⁊ graphice dicit ſumptiſqꝫ decẽtior armis, qa Veneri nuditas, Mineruę armatura ꝯpetit: ad qđ alludit Auſo. nr̃, vt fere legiẽ ſic. Armatã Venerẽ, vidit Tritonia Pallas: Nũc certem⁹ ait iudice vel Paride. Tũ Venus, armatã qd me male ſana laceſcis? Quę quo te vici tpe, nuda fui.

HVBER. A ℭ ET Flesti, & no.).q.d. vterq; fleuimus. ⸢Nostros oc. flen.) .i. oculos mei flétis: eſt.n. flentis gtús caſus: qa hʒ vltimá breué: nó aút eſt actús pluralis: vt quidá falſo exiſtimát. ná tales accuſatiui plurales in is deſinétes ſemper habent is finalé longam. ⸢Suas) ꝓprias: vt quiſq; ſuos patimur manes. ⸢Nó ſic) cóparatio amplexus Paridis. ⸢Vlmus) arbor vitibus apta, ꝓſertim in Italia. Virg. vlmiſq; adiungere vites. ⸢Vincit̃) ligat̃. ⸢Vitibus ap.).i. adhęrétibus, tanq̃ maritis ſuis. ⸢Vt) ſicut. ⸢Nexa) implicita. ⸢Ah quo.) dicit tantú fuiſſe ante Paridis erga ſe amoré: vt cú eſſet diſceſſurus: quereret̃ ventú eſſe aduerſum: cú tamé re vera eſſet ſecúdus: ſed pigebat eú diſcedere. ⸢Teneri) ípediri. ⸢Riſerunt) qa videbant non eſſe verú, qŏ querebaris: ſed te hoc facere, qa pigebat te a me diſcedere. ⸢Ille) vétus. ⸢Secúdus) fœlix. ⸢Quoties) .q. d. ſæpiſſime. ⸢Repetita) renouata: quia cú me dimiſiſſes, ſæpe reuertebaris, vt me oſculareris. ⸢Quá vix).i. quá difficile. ⸢Suſtin.) potuit. ⸢Aura) exponit ꝓceſſuʒ diſceſſus Paridis. ⸢Malo) arbore nauis: declinat̃ hic malus. B ⸢Suſcitat) mouet. ⸢Eruta) commota. ⸢Canet) ſpumeſcit. ⸢Proſequor ocu.).i. ꝓſpicio. ⸢Qua li.).i. quatenus licet. i. quantú poſſuʒ. ⸢Humet) madeſit. ⸢Vtq; ce.).i. precor, & facio vota pro celeri reditu tuo ⸢Nereidas) nymphas maris Nerei filias. ⸢Scilicet) certe, & eſt q̃ſi irriſio ſuiipſius: quæ in dánú ſuú reditú Paridis optauerit. ⸢Rediture) qui eras rediturus. ⸢Alij) ad vtilitatem alterius. ſ. Helenæ. ⸢Hei mi.) dolet, qŏ p̃cata ſit ad vtilitatem alterius. ⸢Bláda) ſupplex. ⸢Pro dira pel.).i. in vtilitaté pellicis, quæ mihi nocet. ⸢Pellice) ſ. mea. i. Helena: pellex aút dr̃ reſpectu mulieris, & nó viri: vt Calyſto fuit pellex Iunonis, & nó Iouis: eſt át pellex, vt Maſſurius iuriſcóſultus ſcripſit: quę cú vxor nó ſit, cú aliquo tñ viuit, vt vxor: quá núc vero noie amicá, & ꝯcubiná appelát. C. Fla. ſcri. ff. de ver. ſigni. eá pellicé núc vulgo vocari, q̃ cú eo, qui vxoré habeat, corpus miſcet: quoſdá eá vocare: quæ vxoris loco ſine nuptijs in domo ſit: quá Gręci Pallacé vocát. vnde nó bñ ſentiút, q a pellicédo dictá volút: ná & Nonius a gręco vocabulo ſignificátiá trahere teſtat̃. Feſtus dicit, nó ſolú mulieres alienis viris ſuccúbétes, ſed etiá mares, pellices dici: apŏ antiquos pellicé dictá, quę vxoré habéti nubebat. cui generi mulierú a Numa Póp. ét pœna ꝯſtituta erat hac lege. Pellex aram Iunonis ne tágito: ſi táget, Iunoni crinibus demiſſis agnam fœminá cœdito. ⸢Aſpicit) deſcribit locú, vnde primú vidit Paridé reuertété a Gręcia cú Helena. ⸢Moles) altitudo, magnitudo. ⸢Natiua) naturalis: non aút arte facta. ⸢Aſpicit) dat ſenſum rei inanimatæ: nó. n. ipſa aſpicit, ſed, q in ea ſit, aſpicere pót. ⸢Imméſum) q̃ſi qŏ ſit ſine méſura. ⸢Profundú) mare, alias ꝓ cœlo ponit̃. ⸢Mós fuit) ſ. illa moles. ⸢Reſiſtit) opponitur, & eas frágit. ⸢Hinc) ex illa mole. ⸢Prima) nó prima vela: ſed ego prima. i. ante alios: affectus. n. facit, vt plerúq; primi ſentiamus, qŏ alij etiá pñt cognoſcere. Oui. de Pyra. & Tyſbe.

* a.l. noſtros

* a.l. vincta

* a.l. Hinc ego vela tuę cognoui prima carinæ.

Et fleſti: & madidos * uidiſti flentis ocellos:
Miſcuimus lachrymas mœſtus uterq; ſuas.
Non ſic appoſitis uincitur uitibus ulmus:
Vt tua ſunt collo brachia nexa * meo.
Ah quoties, cum te uento querere teneri:
Riſerunt comites: ille ſecundus erat.
Oſcula dimiſſæ quoties repetita dediſti:
Quàm uix ſuſtinuit dicere lingua, uale.
Aura leuis rigido pendentia lintea malo
Suſcitat: & remis eruta canet aqua.
Proſequor infelix oculis abeuntia uela:
Quà licet: & lachrymis humet arena meis.
Vtq; celer uenias, uirides Nereidas oro,
Scilicet ut uenias in mea damna celer.
Votis ergo meis alii rediture rediſti:
Hei mihi pro dira pellice blanda fui.
Aſpicit immenſum moles natiua profundum:
Mons fuit: æquoreis illa reſiſtit aquis.
Hinc ego prima tuæ proſpexi * uela carinæ:
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.
Dum moror: in ſumma fulſit mihi purpura prora:
Pertimui: cultus non erat ille tuus.
Fit propior: terraſq; cita ratis attigit aura:
Fœmineas uidi corde tremente genas.
Non ſatis id fuerat (quid enim furioſa morabar?)
Hærebat gremio turpis amica tuo.
Tunc fleui, rupiq; ſinus: & pectora planxi:
Et ſecui madidas ungue rigente genas:
Impleuiq; ſacram querulis ululatibus Idam:
Illuc has lachrymas in mea ſaxa tuli.
Sic Helene doleat: deſertaq; coniuge ploret:
Quæq; prior nobis intulit, illa ferat.
Nunc tecum ueniunt, quæ te per aperta ſequuntur,
Aequora: legitimos deſtituuntq; uiros.

Quid nó ſentit amor? Primi vidiſtis amátes: Et vocis feciſtis iter. ⸢Fuit imp.) vehemens volútas. ⸢Ire p fiu.) vt tibi obuiá iré. ⸢Dú moror) dú expecto. ⸢In ſum pro.).i. in ſumma parte prorę. ⸢Purpura) veſtis purpurea: qui habitus erat muliebris. ⸢Tuus cul.) i. qué tu ſoleres geſtare: aut q tibi ꝯueniret. ⸢Propior) ꝓpinquior. ſ. nauis. ⸢Cita au.) i. volucri véto. ⸢Genas) .i. vultú: ꝑté. n. ꝓ toto poſuit. naʒ genas teſte Feſto, alij palpebras dici putát: alij eas partes, quę ſub oculis ſunt: alij eas partes, qbus barba primú oritur: ⸢Corde). ſ. meo. ⸢Id) ſcilicet vidiſſe faciem muliebrem. ⸢Nó ſa. fue.) ad doloré meú. ⸢Quid enim) paréthesis eſt. ⸢Hęrebat tuo gre.) ſedebat in ſinu tuo, & hoc erat mihi acerbius. ⸢Túc) cú vidi amicá eſſe in gremio tuo ⸢Rupi) dilaniaui. ⸢Sinus) veſtes. ⸢Pláxi) percuſſi. ⸢Secui) incidi, & lacerauí. ⸢Vngue rigéte).i. vnguibus duris. ⸢Impleui). i. exclamaui alta voce. ⸢Idá) monté, de quo Virg. Iamq; iugis ſummę ſurgebat Lucifer Idę. ⸢Sacrá). ſ. Cybele. ⸢Illuc) in Idaʒ. ⸢Has lachry.) quas fundo prę dolore. ⸢In mea ſaxa).i. in ſaxa mótis Idę, in qbus ſoleo habitare. ⸢Sic Hele.) imprecatur núc Oenone ſimilé íſœlicitaté Helenę: vt quéadmodú priuauit Oenoné marito, ſic ipſa remaneat priuata ſuo. ⸢Helene) ntús é gręcus ⸢Sic) ſicut ego. ⸢Quęq;) duę ſunt dictióes. ⸢Que).i et. ⸢Ipſa ſe.).i. patiatur ea. ⸢Quę in. no.) .i. ſimileʒ iniuriá, quá nobis intulit. ⸢Nunc te.) conatur inducere in odiú Helená Paridi cómemorás eius impudicitiá. ⸢Veniút) inuidioſe, & ad ꝯtumeliá vſa eſt plurali ꝓ ſingulari: ſic Ter. potiuſq̃ ꝑpeti meretricú ꝯtumelias. ⸢Legiti. v.).i. iuſto matrimonio ſibi iúctos: quos nó relinquút, niſi ípudiciſſimę mulieres. Iuue. Nupta ſenatori comitata eſt Hippia ludú &c.

D E F

PARR. ℭ MONS Fuit) hoc ex eorú ſententia, qui putant elementorú mutua viciſſitudine, ſ. dum aliud in aliud tranſit: rerum faciem mutari, mareq; nunc eſſe, quod antea fuit terra, & ecótrario. lege Meteora Ariſto. & Senecæ quęſtiones naturales. hoc expreſſum in epiſto. Ariadnæ. Mons fuit apparent frutices in vertice rari: Nunc ſcopulus raucis pendet adeſus aquis.

ASCEN. ℭ VINCITVR) a quarta coniugatione media lóga. i. circúligatur. ⸢Quererere) ſic leg. eſt, vt ſit, qui venit a quererer, cuius ſecúda eſt ꝑſona querereris, vel quererere penultima lóga, reliquis breuibus. ⸢Ille ſecúdus erat) hoc eſt vétus, de quo querebaris, erat ſecundus, & ita conueniens nauigationi: vnde comites ſcientes te irretitum amore riſerunt. ⸢Votis) ergo tu rediture, ideſt qui debebas redire meis votis. i. ad vota mea, rediſti alij, ſcilicet Helenæ. extra carmen diceret, alijs rediturus rediſti, &c. ⸢Terraſq; cita) coniunge, cita aura, non cita ratis, vt quantitas indicat. ⸢Sic Helene doleat) vtitur nunc imprecatiua particula ſic: quia oppoſitorum ſæpe effectuum vna ſunt arma. ⸢Deſertaq; coniuge) ideſt a marito, ſeu a te, ſeu alio. ⸢Nunc tecum veniunt) diſſimulanter imprecatur, docet enim iniquum, & inhoneſtum eſſe.

At cum pauper eras:armentaq; paſtor agebas:
Nulla,niſi Oenone,pauperis uxor erat.
Non ego miror opes:nec me tua regia tangit:
Nec de tot Priami dicar ut una nurus.
Non tamen ut Priamus nymphæ ſocer eſſe recuſet:
Aut Hecubæ fuerim diſſimulanda nurus.
Dignaq; ſum:& cupio fieri matrona potentis:
Sunt mihi,quas poſſunt ſceptra decere,manus.
Nec me,faginea quod tecum fronde iacebam,
Deſpice:purpureo ſum magis apta toro.
Deniq; tutus amor meus eſt:tibi nulla parantur
Bella:nec ultrices aduehit unda rates.
Tyndaris infeſtis fugitiua repoſcitur armis:
Hac uenit in thalamos dote ſuperba tuos.
Quæ ſi ſit Danais reddenda:uel Hectora fratrem,
Vel cum Deiphobo Pulydamanta * roga.
Quid grauis Antenor,Priamus quid ſuadeat ipſe,
Conſule:queis ætas longa magiſtra fuit.
Turpe rudimentum eſt, patriæ præponere raptam:
Cauſa pudenda tua eſt:iuſta uir arma mouet:
Nec tibi,ſi cupias, * fidam promitte Lacænam:
Quæ ſit in amplexus tam cito uerſa tuos.
Vt minor Atrides temerati fœdera lecti
Clamat,& externo læſus amore dolet:
Tu quoq; clamabis:NVLLA reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt:deperit illa ſemel.
Ardet amore tui:ſic & Menelaon amauit:
Nunc iacet in uiduo credulus ille toro.
Felix Andromache certo bene nupta marito:
Vxor ad exemplum fratris habenda fui.

HVBER. A ¶ AT Cum).q.d.non ſequuntur te, ſed fortunã tuã:ego aũt ſecuta ſum te:quę in pauptate tua tibi nupſi,ꝛ te amaui. ¶ Agebas) ducebas,& bene.nã proprie dicũtur agi pecora: Virg.en, ipſe capellas Protinus æger ago. & idem.& potum paſtas age Tityre,ꝛ inter agenduꝫ Occurſare capro,cornu ferit ille,caueto. ¶ Nõ ego mi.) occurrit obiectioni. ¶ Miror).i.ſuſpicio,& cupio.i nõ habeo reſpectũ tuarũ opũ,& tuę magnę potẽtię. ¶ Tangit) mouet. ¶ De tot).ſ. nuribus:erant.n.plurimę.Vir. .ij.Aene.vidi Hecubã,centũqꝫ nurus.Idẽ.Quinquaginta illi thalami ſpes tãta nepotũ Procubuere. ſiue.n.ſingulas vxores hẽbãt filij Priami: ſiue plures ſm morẽ barbarorũ,plurimas fuiſſe neceſſe ẽ:plurimi.n. fuiſſe dñr filij Priami. ¶ Nõ t.) .ſ.ẽ. ¶ Vt).i.qȯ recuſet,ſpernat ꝛ dedigneť. ¶ Nymphę).ſ.mei. ¶ Diſſimulanda)tacẽda,& occultanda.i. qȯ Hecubã debeat pudere, dicere me eẽ nurũ ſuã. ¶ Dignaqꝫ ſum) .i. & mereor. ¶ Matrona).i.vxor:nã,vt voluit Aul. Gel. Matrona ꝑprie diciť,quę cũ viro in matrimoB niũ cõuenit,licet aliter eã diffiniat Nonius. ¶ Potẽtis).ſ.tui. ¶ Decere).i.ſunt mihi aptę manus ad ferendũ ſceptrũ honeſte,licet in ſyluis habitauerim, & ideo dicit. ¶ Nec me & cæ. ¶ Faginea fron.) aut ſub arbore fagi,aut qa ex frõdibus arborũ fiebãt plerunqꝫ tori,& præcipue ab ijs,qui habitabãt ſyluas.Iuue.Sylueſtrẽ mõtana torũ cũ ſterneret vxor frõdib⁹,ꝛ culmo,&c. ¶ Purpureo to.).i. regio, ꝛ purpura ornato:q̃les ſunt tori potẽtũ uiroꝝ. ¶ Deniqꝫ)ſuaſit hacten⁹ a pte honeſti:nũc vero, ꝛ a tuto,ꝛ ab honeſto ſimul arguit ſe eẽ retinẽdã,ꝛ Helenã reijciẽdã. ¶ Tutus)ſine piculo. ¶ Vltrices) q̃les ꝑ Helena repetẽda parãť. ¶ Tyndaris)Helena filia putatiua Tyndari,nã re vera filia Iouis fuiſſe diciť. ¶ Infeſtis)inimiciſſimis. ¶ Repoſciť)a marito,ꝛ a tota gręcia. ¶ Hac do.) deriſiue: .q.d.pro dote affert tibi bellũ. ¶ Superba)qa videt bellũ pp ſe C moueri. ¶ Quę).ſ.Helena. ¶ Roga).i.interroga. ¶ Poly.mã.) Polydamas vir Troianus fuit ex primorib⁹:hꝫ aũt naturaliter primã breuẽ:ſed poetę aut addũt vnũ.l.aut p diphtongũ gręcã,dicũt Pulydamas.ſed nr̃i potius addũt.l. ¶ Grauis) venerabilis,prudẽs. ¶ Quid ſu.)qd ſẽtiat,an reddẽdã,an retinẽdã Helenã:nã Antenor vt ſcri.Ho.in ꝯcilio ſuaſit Helenã oĩno reddẽdã: ideo Hor. Antenor cenſet belli p̄cidere cãm. ¶ Cõſule) interroga,ſed ĩterrogamus etiã minores,ꝛ pares:ꝯſulimus aũt maiores,ꝛ prudẽtiores. ¶ Queis).i.qbus. ¶ Aetas lon.fu.ma.) lõga.n.ętas hoiem facit prudẽtiorẽ, qa multarũ rerũ vſuꝫ.i.experiẽtiã hꝫ.Neſtor apud Oui.li.xiij.Met.Nõ oĩa grãdior ętas, Quę fugiam⁹,hꝫ:ſeris venit vſus ab annis. ¶ Turpe ru.).i.turpis inſtitutio. ¶ Raptã)abductã:nõ aũt legitime tibi iunctam. ¶ Patrię) aut eſt adiectiuũ,& ſubaudiť:vxori.i.quę ſit de pr̃ia tua:aut certe pr̃ię.i.ciuitati tuę.i.malle eam retinere,q̃; ſeruare patriã tuã,quę pp ipſaꝫ eſt pitura. ¶ Vir)Menelaus. ¶ Iuſta)ꝑ recuperãda vxore. nã ſi ꝑ repetitione aliarũ rerũ bellũ dr̃ iuſtũ:quãto iuſtius ꝑ repetitione vxoris? ¶ Pudẽda)turpis,digna pudore. ¶ Arma).i.bella;metonymia eſt. ¶ Nec tibi)reddit eaꝫ ſuſpectam infidelitatis:quia priori marito nõ ſeruauerit fidem. D ¶ Si).i.quãuis. ¶ Cupias).i.optes. ¶ Lacænã) i.Helenam a Laconia regione:vnde fuit oriunda.maſculinũ eſt Lacon:fœmininũ eſt Lacæna:neutrum nõ dicimus Lacænum: ſed Laconicum. ¶ Quę).ſ.Helena. ¶ Sit verſa).i.mutata.ſ.ab amore Menelai. ¶ In tuos amp.)in tuũ amorem,& concubitũ. ¶ Vt minor) dicit Oenone ſucceſſurũ Paridi id, qȯ euenit,vt.ſ.ab ea deſerať. ¶ Vt) ſicut. ¶ Minor) iunior.ſ.Menelaus: nam Agamemnone minor natu fuit. ¶ Clamat)cõqueritur. ¶ Temerati) adulterio viciati,& læſi. ¶ Externo ) peregrino .ſ. tuo. ¶ Tu quoqꝫ) ſicut ipſe. ¶ Nulla repara.)diſtinguendũ eſt:vt hoc coniungatur cũ inferioribus ſic, vt ſit ſenſus, & ordo. pudicitia læſa, eſt reparabilis nulla arte:quia illa deperit ſemel.i.pudicitia amiſſa nunq̃; amplius reparari poteſt: ſicut pleraqꝫ alia: vt fides, beneuolẽtia,& ſimilia, quę amiſſa poſſunt etiã reparari,qȯ nõ idem pudicitiæ ꝯtingit:quia mulier E corrupta nõ poteſt eſſe omni tpe nõ corrupta. ¶ Illa).ſ.pudicitia. ¶ Deperit).i.amittiť. ¶ Semel) ſtatim,& vno tẽpore:nõ aũt ſępius. ¶ Ardet) obiectio. ¶ Sic & Menela.)reſponſio ad obiectionem.q.d.nõ eſt fidendum eius amori. ¶ Sic) .ſ.vt te amat,non vero amore. ¶ Ille) Menelaus. ¶ Credulus)qui nimium facile credidit ſe amari. ¶ Felix) ex cõmẽdatiõe Hectoris fratris ſui. ¶ Certo).i.fido, & ſtabili. ¶ Ad exem.fra.)quia ſicut ille diligit Andromachẽ: ita me diligere debueras.

PARRHA. ¶ HECTORA Fratrem) Nõ prohibet:vt quidã putãt: ſed omnino ſuadet, vt ad Hectorem referat.Hector.n.connubij fideꝫ ſanctiſſime coluit. Adiecit Deiphobũ nõ ex hiſtoria,quippe quẽ cõſtat authorem fuiſſe,ne Helena redderet:ſed opinionis errore,& puellari bonitate;q̃; nõ decebat eſſe ſuſpicioſaꝫ. ¶ Polydamãta)ſcribe Pulydamãta: vt apȯ Perſiũ: Nõ mihi Pulydamas:exẽplo Homeri F notiſſimo. ¶ Semel)irreparabiliter.Hor.Et ſemel emiſſuꝫ volat irreparabile verbũ.ſemel.n.fieri dr̃ id:qȯ infectũ reddi nõ põt.

ASCEN. ¶ FAGINEA Fron.)Eſt.n.arbor glãdifera latis frõdibus. Vnde. Tityre tu patule recubãs ſub tegmine fagi.Et põt ſcribi ꝑ ph,qa venit a gręco. φαγεῖν qȯ eſt comedere. ¶ Tyndaris).i. Tyndari filia ſaltẽ putatiua,cũ ſit Iouis,ꝛ Ledę Tyndari vxoris ꝓgenita Helena.Sic Vir.li.ij.Tyndarida aſpicio.Sic ꝛ Amphitryoniades ab eodẽ dr̃ Hercules,cũ ſit Iouis fili⁹ ex Alcmena Amphitryonis vxore. ¶ Polydamãta)Polydamas vn⁹erat exꝑcerib⁹ Troianis ẽt Hectori reuerẽdus,ad quẽ alludit Perſi. dicẽs ſatyra.j.Nec mihi Pulydamas, vel Troades Labeonẽ Prętulerint.Diciť ãt q̃ſi multoꝝ domitor: ꝛ declinať hic Polydamas huius Polydamãtis,vel tos:ſicut Calchas: vñ actũs eſt Polydamãta. ¶ Cõſule)ꝯſiliũ pete. vnde ꝯſultus,a quo petiť cõſiliũ. ¶ Queis).i.qbus,ętas &c. ¶ Patrię).i.incolumitati,& ſaluti pr̃ię tuę:q̃,niſi reddideris Helenã:ſalua pmanere neqt. Reddẽda ergo eſt. ¶ Nec ti.)aliud argamẽtũ, qa ꝛ ipſa ſtatiꝫ reddi volet. ¶ Nulla re.ar.Lę.pu.) pulchrũ,& nimis verũ diuerbiũ. ¶ Deperit il.ſe.).i.ex toto,itavt nihil reſtet,qȯ ſcȯo pire poſſit.

* a.l.Polydamãta.
* a.l.ſi ſapias.

Tu leuior foliis,tunc cum ſine pondere ſucci
Mobilibus uentis arida facta uolant: *
Et minus eſt in te,quàm in ſumma pondus ariſta:
Quæ leuis aſſiduis ſolibus uſta riget.
Hæc tua (nam recolo) quondam germana canebat,
Sic mihi diffuſis uaticinata comis.
Quid facis Oenone? QVID ARENÆ ſemina mandas?
Non profecturis littora bobus aras.
Graia iuuenca uenit:quæ te, patriamq;, domumq;,
Perdat:Iò prohibe,graia iuuenca uenit.
Dum licet, obſcœnam ponto demergite * puppim:
Heu quantum Phrygii ſanguinis illa uehit.
Dixerat:in curſu famulæ rapuere furentem:
At mihi flauentes diriguere comæ.
Ah nimium miſeræ uates mihi uera fuiſti:
Poſſidet en ſaltus illa iuuenca meos.
Sit facie quamuis inſignis:adultera certe eſt:
Deſeruit patrios * hoſpite capta Deos.
Illam de patria Theſeus(niſi nomine fallor)
Neſcio quis Theſeus abſtulit arte ſua.
A iuuene,& cupido,credatur reddita uirgo?
Vnde hæc compererim tam bene,quæris? amo.

* a.l.cadunt.

* a.l. Dij mergite puppim.

* a.l.ſocios.

HVBER. A ¶ TVo Pari. ⸢Leuiq́r)mutabilior. ⸢Tunc).q.d.non omnibus folijs,ſed aridis,quę ſolent eſſe leuiora. ⸢Volant)ſparguntur, & per aera feruntur. ⸢Et minus) alia comparatio leuitatis Paridis.comparat enim eum ſpicis ſiccis,& maturis. ⸢Ariſta)quæ ita dicta eſt ab ariditate:licet contra naturam ſui primitiui corripiat primam ſyllabam. ⸢Quæ).ſ.ariſta. ⸢Vſta) cocta vt Perſius. Inſana canicula meſſes Iandudūꝫ coquit. ⸢Aſſiduis ſoli.).i. continuis caloribus. ⸢Solibus)nam ſoles in plurali pro caloribus, vel diebus accipimus, vt Tris adeo incertos cæca caligine ſoles Erramꝰ,ideſt dies. ⸢Hęc tua ) dicit Oenone hæc ſibi fuiſſe prænūciata a Caſſandra, ſorore Paridis vaticinatrice, ponitqꝫ verba eius vaticinij. ⸢Tua germ.).i.ſoror.ſ.Caſſandra: Fuit aūt Caſſandra Priami filia, cuius amore captus Phœbus promiſit ei diuinandi artem:ſi ſibi obſecuta eſſet, quod cū illa ſe facturaꝫ dixiſſet:poſtea accepta arte,& poteſtate diuinandi negauit. B Quā rem Phœbus ægre ferens:cum ei auferri non liceret,quod ſemel dederat: abſtulit ei fidem diuinationis: effecit enim, vt ei nō crederetur.vnde Virgil. Aenei.ij.Tunc etiā fatis aperit Caſſandra futuris ora, dei iuſſu non vnquam credita Teucris.dicit igitur Oenone Caſſandram prędixiſſe ſibi aduentum Helenæ pernitioſum ſibi,& Troianis. ⸢Canebat)diuinabat. ⸢Hæc)quæ nunc euenerūt. ⸢Comis diffuſis).i.ſparſis per humeros:quemadmodū vaticinantes habere ſolent, vt Virgi. de Sibylla:nō cōptę manſere comę. ⸢Quid fa.)verba Caſſandræ.q.d.fruſtra amas Paridē. ⸢Quid hare.ſemi.mā.)Tranſlatio ab agricolis,ſicut.n.amittunt ſemina,qui ea in harena ſpargunt:ita dicūtur amittere laborem, qui in ea re laborant:quā aſſequi nequeunt. ⸢Non profe.).i.reddituris fructū.Iuue.Nos tamen hæc agimus:tenuiqꝫ in puluere ſulcos Ducimus. & ſterili littus verſamus aratro. ⸢Graia)ecce impedimentū ſui laboris. ⸢Iuuenca)per cōtumeliā. nam mulieres impudicæ iuuencæ,& vaccæ dicuntur, nec ob aliā cauſam Io, & Prœtides in vaccas conuerſæ dicuntur,niſi quia factę ſunt impudicę.Oui. lib.j.de arte.Nec fuge linigerę memphithica tēpla iuuēcę.Multas illa facit,q̄ fuit ipſa Ioui.i.multas mulieres facit vaccas,ſicut ipſa fuit. ⸢Perdat) euertat,& deſtruat. ⸢Io)clamantis eſt, C nō aūt nomen propriū.nam pro nomine proprio prima lōga eſt.Iuue.ſi candida iuſſerit Io, Cum vero habet primā breuem eſt aduerbiū exclamantis: vt hic.interdū lętantis,vt apud Oui. in.j.amo.Miles io magna voce triūphe canet.dicit ergo. ⸢Io prohi.).i.oh prohibe.ſ.ne veniat. ⸢Dum li.)dum nondū attigit littus. ⸢Obſcœnam pup.).i.quę vehit obſcœnā mulierem. ⸢Heu quan.).q.d.multū. ⸢In cur.).i.in proceſſu.ſ.ſui ſermonis. ⸢Furentem)diuinantē.nā furor etiā de diuinatione dicit̄. ⸢Diriguere).i.rigidæ factæ ſunt ex metu:declinatur aūt, non dirigo:ſed dirigeo ſecundæ coniugationis. ⸢Flauentes)albæ, vel pulchrę.de flauo colore dictū eſt ſupra. ⸢Nimiū ve.)quia venit illa iuuenca,& expulit me. ⸢Meos ſal.)tranſlatio eſt:naꝫ iuuencæ ſolent paſci in ſaltibus.i.nemoribus,vbi ſunt paſcua, dicit ergo illa iuuenca eſt in poſſeſſione meorū paſcuorum,i. poſſidet te,quē ego deberem poſſidere. ⸢Sit facie)adducit nūc Helenā in contemptū,oſtendens eius infidelitatē, & impudicitiam. ⸢Inſignis)egregia. ⸢Capta hoſp.).i.Helena capta amore tui hoſpitis ſui. ⸢Deſeruit)fugiens a patria. ⸢Deos ſo.)vel cōnubio pręſidētes,vel ſocios.i.patrios. D ⸢Neſcio quis) ſolemus ita loqui de ignotis. ⸢Abſtulit)exportauit. ⸢Sua arte)ſuis dolis.Virg.At Cytherea nouas artes,noua pectore verſat Conſilia. ⸢De patria).ſ.ſua.Vnde Paris in epi.ad Helenam .Ergo arſit merito,qui nouerat omnia Theſeus: Et viſa es tanto digna rapina viro. ⸢A iuue.)reddit eaꝫ ſuſpectā ſtupri,cū rapta fuerit. ⸢Credatur).i. debeat ne credi? quaſi dicat non. ⸢Reddita)reſtituta. ⸢Virgo)ideſt intacta, & inuiolata. ⸢A iuuene) argumentum ab ætate. nam iuuenes proniores ſunt in venerem.Scribit tamen Hellanicus Theſeuꝫ iam quinquagenariū fuiſſe, cum Helenam rapuit. ⸢Et cupido).i. amante. argumentuꝫ ab affectu animi. ⸢Vnde).i.a quo. ⸢Compererim) cognouerim, didicerim. ⸢Hæc) quæ dixi de Helena. ⸢Amo)& ideo amor cogit me iſta inueſtigare. Virgilius,quis fallere poſſit amantem?

PARRHA ¶ ANDROMACHE) Eetionis(vt eſt apud Homerum) filia. Xenon aūt tradit ex Andręmone natam Lyrneſio cui ſuffragat̄ Aeſchylus, qui Lyrneſiam vocat Andromacham E in Phrygibus. ⸢Certo mari.) qui pręter Andromacham iuſto matrimonio nullā,ſibi iūxit,etſi liberos ex pellicibus eū ſuſcepiſſe licet ex Euripide ſuſpicari. quod & Anaxicrates Argolicorum ſecundo videtur affirmare. ⸢Iuuenca) per ambages vaticinium. Nam q̄ iuuenca ſignificet adulteram,quęqꝫ ſui copiam facit:affamiæ ſunt,& meræ nugæ,quippe, cum dicit Ouidius in arte.Multas illa facit,quod fuit ipſa Ioui,intelligi voluit, In Iſeo, ideſt Iſidis æde puellas exemplo deæ ſuis amatoribus obſequi: ita que morem gerere,vt ipſa Io olim Ioui. ⸢In curſu) in medio vaticinandi calore: cum longe plura prædicenda ſibi reſtarent. ⸢Famulæ rapuere) nam Priamus imperauerat,vt quoties Caſſandra ſolueret os in oracula, toties eam famulæ coercerent marmorei thalami clauſtris,vt inſanam, meminit Lycophron: & eius interpres. ⸢Iuuene)Aut oratorie mentitur,vt Helenam adducat in ſuſpicionem ſtupri, aut certe iuuentam produxit ex ſententia Varronis ad annū.v. F &.xl.Nam cum Theſeus Helenam rapuit, agebat annum fere quinquageſimum.

ASCEN ¶ IN TORO Viduo).i.deſerto, ipſe viduus. ⸢Hæc tua) (nam recolo) docet a Caſſandra ſe quoque admonitam, ſed Teucrorum neminem illi fidem adhibuiſſe: vnde eſt illud Aeneidos ſecundo, Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris Ora,dei iuſſu non vnquam credita Teucris. Apollo enim petiit ab ea ſtuprum, quod illa ſe conceſſuram negauit, niſi prius donum prophetiæ, & vaticinij perpetuum daret, quod ille cum iuramento detulit, ſed vbi ſe a puella deceptum agnouit, (non enim conſenſit) abſtulit ab eius vaticiniis veri fidem, ſeu credulitatem. Hanc Bacchillides vaticinantem futura Troiani belli mala, dum claſſis in Græciam pararetur, inducit: quem imitatur Horatius, libro primo carminum, ſed Nerea vatem inducit dicens. Paſtor cum traheret per freta nauibus Idæis Helenam,& cætera. ⸢Diffuſis comis)vaticinantes enim furore raptæ capillos diſſoluebant. Vnde Aeneidos ſexto de Sibylla. Non comptæ manſere comæ, ſed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument. ⸢Graia iuuenca venit) alludit ad boues aratorios, perſtans in Metaphora. ⸢Capta hoſpite) ideſt pulchritudine eius, non vi.

Vim licet appelles:& culpam nomine ueles:
Quæ toties rapta eſt:præbuit ipſa rapi.
At manet Oenone fallenti caſta marito:
Et poteras falli legibus ipſe tuis.
Me ſatyri celeres (ſyluis ego tecta latebam)
Quæſierant rapido,turba proterua,pede:
Cornigerumq; caput pinu præcinctus acuta,
Faunus in immenſis,quà tumet Ida, iugis.
Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit:
Ille meæ ſpolium uirginitatis habet.
Id quoq; luctando:rupi tamen ante * capillos:
Oraq; ſunt digitis aſpera facta meis.
Nec pretium ſtupri gemmas,aurumq; popoſci:
TVRPITER ingenuum munera corpus emunt.
Ipſe ratus dignam,medicas mihi tradidit artes:
Admiſitq; meas ad ſua dona manus.
Quæcunq; herba potés ad opem, radixq; medendi
Vtilis in toto naſcitur orbe:mea eſt.
Me miſeram,ꝙ amor non eſt medicabilis herbis:
Deſtituor prudens artis ab arte mea.
Ipſe repertor opis uaccas pauiſſe Pheræas
Dicitur:& noſtro * ſaucius igne fuit.
Quod neq; graminibus tellus fœcunda creatis,
Nec Deus auxilium,tu mihi ferre potes.
Et potes & merui: dignæ miſerere puellæ.
Non ego cum Danais arma cruenta fero:
Sed tua ſum:tecumq; fui a puerilibus annis:
Et tua,quod ſupereſt temporis,eſſe precor.

A HVBER. ¶LICET) q̃uis. ¶Vim)violentiam illatam a Theſeo. ¶Veles).i.tegas. ¶Nomine) ſ.violentiæ,& nõ voluntarii delicti. ¶Quæ toties)ſenſus eſt.ipſa Helena,quæ toties eſt capta, voluit capi. eſt autem ſententia Herodoti lib.j.loquentis de ipſa Helena, prudentium eſſe pro nullo habere raptarū pulchritudinem:quippe quæ,niſi voluiſſent,haud dubie raptæ nõ fuiſſent. ¶Toties) inuidioſe dixit: cum bis tantum fuerit rapta, primū a Theſeo:deinde a Paride. ¶At)commemorata impudicitia Helenæ, nunc cõmemorat Oenone pudicitiã ſuã, & loquitur de ſe, tanq̃ de tertia perſona. ¶Falléti)tibi,qui me fallis. ¶Tuis legibus) qa, quo iure vtit̃ maritus in vxorem,eodem poteſt vti vxor in maritum. ¶Me ſatyri) cõmemorat copiam amantiū,a quibus dicit ſe ſolicitatã. ¶Satyri)Dii ſylueſtres. ¶Turba proterua ) ſunt enim libidinoſi multum.Ouid. Et in Venereꝫ Satyrorum prona iuuentus. B RHA ¶Rapido pede).i.celeri perſecutione. ¶Syluis &c.)parentheſis. ¶Faunus præcinctus caput pinu acuta) quia coronas ex frondibus pineis ferre dicitur. ¶Quà) ſubaudi ea, qua.ſ.parte. ¶Ida)mons Phrygię. ¶Tumet)altus eſt. ¶In iugis) .i. altitudine. ¶Me fide) dicit ſe etiam amatam a Phœbo,ab eoq; per vim raptã virginitaté ſuaꝫ. ¶Munitor)murator:vnde mœnia dicuntur, quaſi munia, mutata œ diphthongo in u. Conſtat autem ex fabulis Phœbum cum Neptuno promiſſa ſibi mercede a Laomedonte Troiæ muros feciſſe. ¶Cõſpicuus)inſignis. ¶Fide)cythara. ¶Ille).ſ.Phœbus. ¶Spolium) trãſlatio a victore. nam ſpoliū dicitur quicquid victo eripitur a victore. ¶Id quoq;).ſ.ſpolium virginitatis. ¶Luctando).ſ.habet.i pugnando:& non volũtate mea. C CEN ¶Rupi)laniaui. ¶Capillos)ipſius Phœbi. ¶Gẽmas pretiū ⁊c.) appoſitio eſt, vel declaratio. ¶Pretium)mercedeꝫ. ¶Turpiter) ſententia eſt,exornatio Rhetorica. ¶Ingenuum)liberū.i.turpe eſt liberæ mulieri corpus ſuum pro quæſtu proſtituere: inde & meretrices dicuntur a merendo. ¶Ipſe).ſ.Phœbus.q.d. ſponte ſua, me nihil petente. ¶Ratus)arbitratus. ¶Medicas artes).i.artes medendi. ¶Admiſit)accepit, vel adhibuit. ¶Herba & radix ) in his enim magna eſt vis ad curandos morbos. ¶Potens)efficax. ¶Mea eſt).i.mihi cognita,& meæ arti ſubiecta. ¶Me miſeram) conqueritur,quod hæc ars eius morbo.i. amori non poſſit mederi. ¶Prudens artis).i.perita medicinę. ¶Deficior)derelinquor. ¶Ipſe).ſ.Phœbus. ¶Repertor opis) .i.medicinæ: quam appellat opem: quia hominibus etiam de vita periclitantibus opitulatur. hanc autem artem a Phœbo inuentã,ipſe Metamorphoſeos lib.j. demonſtrat dicente Phœbo.Inuentum medicina meum eſt:opiferq; per orbem Dicor: & herbarum ſubiecta potentia nobis. ¶Pauiſſe) .i. ad paſcua duxiſſe:ab eo quod eſt paſco. ¶Pheræas) Theſſalicas.i.vaccas Admeti regis Theſſaliæ: Pheræ enim pluraliter declinatum vrbs fuit Theſſaliæ,neq; legendum eſt Pharæas.Fabula auteꝫ hoc habet.Cum ob Hippolytum diſcerptum ab equis, vt ſupra diximus:miſeratione Dianæ ab Aeſculapio ad vitã reuocatū indignatus eſſet Iuppiter,id cuiq̃; niſi ſibi licere,⁊ Aeſculapiū

fulmine interemiſſet: Apollo pater Aeſculapii id ægre ferens Cyclopas,qui fulmina Ioui fabricauerant, verberauit. Quare Iuppiter eum deitate priuauit, vt quidã volunt per annos nouem: quo tempore dicitur pauiſſe in Theſſalia armenta regis Admeti. ¶Saucius)percuſſus. Virg. At regina graui iandudūꝫ ſaucia cura. ¶Nec Deus).ſ.Phœbus. ¶Merui)quia te dilexi:& ſemper tibi fida fui. ¶Dignæ) merentis. ¶Non ego)reuocat etiam odium Helenæ:propter quã ſignificat bella a Græcis moueri. ¶Cum Danais) cum Græcis ſicut Helena. ¶Puerilibus ) pro puellaribus: quia puer teſte Priſciano apud antiquos cõmunis erat generis. ¶Temporis)ſubaudi id temporis. ¶Quod ſupeſt)quod reſtat. & ſic finis eſt epiſtolæ. Paris autem nõ flexus eſt verbis Oenones, ſed ea relicta, Helenam accepit.quę(vtſupra dictum eſt)cauſa fuit euerſionis Ilii,& totius Troiæ:dicitur tamen a Strabone in Cebrenia regione monſtrari ſepulchrum Paridis: & Oenones eius vxoris, ex quo videtur non eã penitus dereliquiſſe:ſed (vt diximus) magna eſt opinionum varietas.

D

* a. l. vngue

E

PARR. • TVRBA proterua ) alluſit ad originem vocabuli. Satyros enim dictos a σάθη, quæ priſca Græcorum lingua ſignificat mentulam: Macrobius author eſt, quia ſalaces, & libidinoſi ſunt.

*a.l.fertur, & à noſtro

ASCEN. ¶AT MANET Oenone)Plena laus ex alterius vituperatione,& ſui cõmendatione, nam ſe caſtam, & fidelem viro adultero probat permãſiſſe.Helenam vero incaſtam, & viro fideli infidelem fuiſſe criminatur. ¶Me fide conſp.)a nominatiuo fides,huius fidis, q̃uis Priſcianus velit dici hæc fidis,non fides in ea ſignificatione,qua chordã plectri,ſeu cytharæ ſignificat,nec eſt a noĩatiuo fides,fidei, vt ét q̃titas probat, qa corripit̃ ablatiuus tertiæ,⁊ producitur qntæ.Eſt ergo.Apollo munitor Troiæ,conſpicuus. ¶Fide).i.lyra,qa vt dicit Hor.in arte.Ne forte pudori ſit tibi muſa,lyræ ſolers,⁊ cantor Apollo eſt. Itẽ eſt munitor Troiæ.Vnde Aeneas ad eū lib.vi.Phœbe,graues Troię ſemp miſerate labores, Dardana q Paridis direxti tela manuſq;. Is aũt medicinæ repertor dicit̃.Vnde ipſe alibi apud hũc poetã. Inuẽtū medicina meū eſt. Et potiſſimū ex herbis,qđ iđ fingit̃, qa Apollo ſol eſt,q herbis,radicibuſq; vim medicã influit.Eſt idẽ oraculoꝝ,⁊ vaticinioꝝ Deus,qa certiſſima ſunt Solis iudicia.vñ,Solẽ qs dicere falſum audeat? verũtñ qa a ſummo deo oĩa dependẽt, ne ergo Apollo qdẽ futura noſcat,niſi ab Ioue diſceret.vñ Aen.iii.Quę Phœbo pr̃ oṗs,mihi Phœbus Apollo ꝑdixit,vobis furiaꝝ ego maxima pãdo. ¶Me mi.ꝙ am.)vt Valla docet,quoties o particula ſubticet̃,nõ tã vehemẽs eſt ex cãdeſcẽtia,nec πάθος.quocirca modeſti⁹ dicet me miſerã,quã o aut heu me miſerã: regit̃ tñ ab o ſubintellecto:aut me miſerã iudico,aut cẽſeo. ¶Quã).i.qa amor nõ ẽ medicabilis herbis. ¶Nõ ego cū Da.)ſic Dido.Nõ ego cū Danais,Troianã excindere gẽtẽ Aulide iuraui. ¶Et tua)ꝑcor eẽ tua.Sic alibi. Me tñ excepto,q ꝑcor eẽ tuus.vbi authore Valla dicere potuiſſet,ſed nõ tã elegãter,quẽ ꝑcor eẽ tuū.ordo aũt ẽ. ¶Et p̃.).i.ꝑcib⁹ cupio eẽ tua,ſup. ¶Illđ tẽ.).i.ꝑ illđ tp̃s. ¶qđ ſu.) i.reliquū ẽ nob̃.

F

# IN SEXTAM EPISTOLAM

## ARGVMENTVM HVBERTINI.

VT HVIVS Epiſtolæ Argumentum plenius & melius percipiatur: aurei velleris fabula primum eſt referenda: quæ ab Ouidio libro quarto Faſtorum circa finem ponitur. Athamas Aeoli filius, Nephelen vxorem primum habuit, ex qua Phryxum & Hellen genuit: qua amiſſa, & in nubem conuerſa, & facta Dea, duxit aliam vxorem Inonem, Cadmi filiam, quæ cum more nouercarum odiſſet priuignos: coxit ſemina: quæ agricolæ ſeminarent: quæ cum eo anno nullum fructum produxiſſent: & magna frugum penuria eſſet ſubſecuta: miſſus eſt ſacerdos: qui oraculum ſciſcitaretur de remedio huius mali. verum ſacerdos ab Inone corruptus nuntiauit oraculum petere: vt Phryxus & Helle mactarentur ad ſacrificium ad placandos deos: quod cum pater Athamas diu facere recuſaſſet: tandem & ciuium conſenſu, & neceſſitate compellente, cum Phryxuꝫ, ⁊ Hellen iam ante aras vittatos conſtituiſſet: vt eos mactaret: Nephele eorum mater nube ſua deuecta ad eos: vt fugerent pręcepit: tradiditqꝫ arietem lanam auream habentem, qui eos tranſueheret vltra mare. Sed Helle puella, cum timuiſſet, & male inhæreret arieti, cecidit: & mari, in quod ceciderat, nomen dedit: nam Helleſpontum ab ea appellauerunt. Phryxus vero in pontum profectus in Colchida delatus eſt, vbi arietem ſacrificauit: & pellem auream ipſius arietis in templo Martis ſuſpendit: quod Dionyſius ex oraculo monitum feciſſe dicit. Poſtea Aeeta in ponto regnante ex oraculo reſponſum datum eſt, illum tunc moriturum: cum ab externis nauigio delatis aureum illud vellus ſublatum fuiſſet. hac cauſa oſtentauit ſe innata crudelitate hoſpites ſacrificare: vt diuulgata tanti ſceleris fama, externi omne ab eius regionis acceſſu, & ab aurei velleris raptu abſtinerent: & vt Dionyſius. ii. Hiſto. voluit, templum muro circundedit: cuſtodeſqꝫ multos appoſuit ex Taurica accitos, de quibus a Græcis fabulæ mirandæ ſunt. Decantatum enim eſt tauros igne ſpirantes circa templum eſſe: & a Dracone peruigili cuſtodiri vellus: quod qui voluiſſet auferre ſopiendum draconem: domandos tauros ignem naribus vomentes: Serpentis dentes ſerendos: ex quibus orituros homines armatos, contra quos pugnandum eſſet: & deniqꝫ eos vincendos, & ſic aureum vellus auferendum. quæ omnia fabuloſa ſunt. nam allegorice aliter intelliguntur, vt poſtea dicemus. Forte per ea tēpora in Theſſalia regnabat Pelias Aeſonis patris Iaſonis frater: qui virilis ſexus liberos nullos habebat: Iaſon igitur cum eſſet robuſti corporis: animiqꝫ præter cæteros ſuæ ætatis magni: cupienſqꝫ dignum aliquid facere ex ſuperiorum exemplo: maximeqꝫ Perſei: aliorumqꝫ plurium, quos ex claris, externiſqꝫ expeditionibus immortalem gloriā aſſecutos audierat: communicauit conſilium cum Pelia rege patruo ſuo: qui eius deſiderio aſſenſus eſt: non, vt Iaſonis gloriam augeret: ſed ſperans illum in belli expeditione periturū: nam quia ſe filiis maſculis priuatum eſſe videbat: fratrem timebat: ne quando filii ope, ⁊ virtute adiutus ſibi, regnoqꝫ inſidiaretur: ſimul & territus oraculo, quod acceperat ſibi Neptuno annua ſacra reddenti pede nudo interueniente aliquo ſe cito moriturum. Acciderat autem, vt eo ſacrificante, Iaſon altero pęde nudo interueniret, quem diſcalciauerat: quia in aqua, ſiue limo Anauri fluuii madefecerat. Hanc igitur ſuſpicionem occultam tenens Pelias, pollicitus eſt ſe Iaſoni auxilia laturum: ſi expeditionem pararet in Colchos ad rapiendum vellus aureum: & cum propter barbararum efferarumqꝫ gentium, quæ pontum habitabant, crudelitatem videret Iaſon, quo difficilius ſibi certamen propoſitum eſſet, eo ſibi maiori gloriæ fore: neceſſaria ad id bellum parauit: & primum iuxta Pelium montem nauem ædificauit, magnitudine longe maiori, q̄ꝫ quæ ad eam diem fieri conſueuerant: erat enim ante paruarum nauicularum vſus: huius vero eximiam magnitudinem ſtupentibus omnibus diffuſa per Græciam eius rei fama multi egregii iuuenes vltrò ad certamen, & eius belli communionem allecti ſunt. Iaſon in aquam deducta naue, & neceſſariis rebus ſuis, optimos omnium, qui cum eo ire cupiebant, elegit numero quatuor & .l. Ex eis clariſſimi fuerunt Caſtor & Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus: & ipſe nauigii author Iaſon: nauis Argo dicta eſt ab Argo eius architecto: vt quidam ſcriptores aſſerunt: qui etiam inter nauigandum eius reſarciēdæ curam acceperat. alii volunt a velocitate dictam: nam ἀργὸς græce velocem ſignificat. gubernator Tiphis fuit: de quo Virg. alter erit tum Tiphis, & altera, quæ vehat Argo Delectos heroas: & Ouidius in primo de Arte: Tiphis in æmonia puppe magiſter erat: ipſi ſocii a naue Argonautę dicti ſunt. Ex Pagaſeo igitur Theſſaliæ ſinu ſoluentes in Lemnum delati ſunt: vbi Iaſon conſuetudinem habuit cum Hipſiphyle Thoantis regis filia: quæ tunc Lemni regina erat: nam viros omnes (vt infra dicetur) Lemni mulieres interfecerant, & fœmineo regebantur imperio: verum conſumptis duobus annis cum Hipſiphyle, & ea grauida facta Iaſon tandeꝫ diſcedere coactus eſt. Itaqꝫ ex Lemno data fide Hipſiphyle ſoluerunt: vt propoſitam expeditionem perficerent. Cum igitur in Colchos delati eſſent, edoctiqꝫ fuiſſent a Medea de crudelitate patris, qui hoſpites ſacrificabat: pollicitaqꝫ eſſet ſe adiutricem ad perficiendum certamen, & draconem ſopiendum, tauroſqꝫ vincendos: vt fabulæ tradunt, Iaſon iureiurando data fide, vxorem ſibi futuram, quoad vita ſuperſtes eſſet, ſpopondit. ope igitur ipſius Medeæ victoriaꝫ adeptus Iaſon eam ſecum adduxit: quod cum intellexiſſet Hipſiphyle, dolens ſe relictam ab Iaſone, & aliam ſibi prælatam, hac epiſtola primum gratulatur Iaſoni de reditu incolumi, & victoria parta de aureo vellere: deinde conqueritur, quod eam reliquerit propter Medeam: quā nititur adducere in odiū, in inuidiā, ⁊ in contēptū ipſi Iaſoni: oſtēdens eā eſſe crudelē, ſuperbā, ⁊ impudicā. Sed iam ad textū.

A HVBER.

Ittora).i.portum. ¶ Theſſaliæ)regionis tuæ. ¶ Reduci) incolumi: & ex magnis periculis liberata. Nam Seruio teſte proprie dicuntur reduces:qui pericula euadunt. Virgi. Aeneidos primo. Nanq; tibi reduces ſocios, claſſemq; relatam Nuntio: & idem, Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis.

D ASCEN.

Ittora Theſſa.)Quia argumẽtũ &c. Explanatione digna vtiliter explanata ſunt, paucis ordiné ꝓſequar, q talis eſt. ¶ O Iaſon tu di.).ſ.vulgo. ¶ Tetigiſſe lit. Theſ.) i.patriæ tuæ, vnde ad aureũ vellus in Colchon profectus eras. ¶ Carina).i.naui.ſ.Argo. ¶ Reduci).i.redacta,ac vos reuehẽte.ſed reduces,paſſiue fere dicimus .i. reductos. ¶ Exiſtẽs di. vel.o.au.).i.ariete aureo vellere tecto. ¶ Ego gratulor incolumi).ſ.tibi,hoc eſt lætor,& applaudo tibi de tua incolumitate:ſup.tñ. ¶ Quãtũ ſi.).i.pmittis me gratulari: qa gratulor tibi,eo q reueniſti incolumis, ſed nõ eo, q cũ pellice,neq; me cælare voluiſti aduentũ tuũ,tñ ego. ¶ Debuerã eẽ).i.fieri certior. ¶ Hoc ipſo).i.de eo ipſo, de quo tibi gratulor,hoc eſt deꝓſpero reditu tuo. ¶ Tuo ſcri.).i p ſcriptũ tuũ,ſeu literas tuas. ¶ Naq; ne pacta &c. )reiicit excuſationẽ,ſi.n.dicat Iaſon ſe voluiſſe ſcribere,ſed habuiſſe vẽtos cõtrarios, ita vt literæ pferri ne qrẽt,nã ſub aduerſo vẽto potuiſſet ſcribere modicam epiſtolam,videlicet ſalutatoriã: quæ aut non perferri, aut videri ſine periculo potuiſſet. Vnde dicit. ¶ Nam ne) .i. vt non. ¶ Vt redires præter mea regna).i.prætereundo mea regna. ¶ Pacta) ſcilicet tibi.i.in contractu matrimoniali tibi addicta. ¶ Non potes quidẽ, cum cuperes) .i.etiã ſi velles. ¶ Non habuiſſe ventos).i q̃uis cuperes,& velles. ¶ Habuiſſe ventos)qui obſtarẽt. ¶ Ne præter mea regna redires) nõ poteras habuiſſe ventos tam contrarios: vt eis non potuiſſes etiã inuitis ad nos redire. ¶ Qualibet epiſtola ) ideſt breuiſſima,& minimi momenti. ¶ Signetur)ideſt ſignari debeat,hoc eſt claudi. ¶ Vento) ſcilicet exiſtente aduerſo. ¶ Hipſiphyle) ideſt ego coniux tua, & Lemni regina. ¶ Fui ) ideſt fuerim digna ſalute. ¶ Miſſa ) ideſt quã mihi miſiſſes cum periculo, vento exiſtente contrario : & non fuiſſe tam aduerſum ventum, probat:quia iam accepit reditum eius,dicens. ¶ Cur fama venit mihi)ideſt ad me prior. ¶ Quã litera) ideſt epiſtola. ¶ Nuntia) .i. nuntians mihi. ¶ Boues) ſcilicet igniuomos. ¶ Sacros) quia Martis. ¶ Iſſe ſub iuga)ſcilicet aratri. ¶ Panda).i.incurua,hoc eſt te araſſe

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

## *Heroidum epiſtola ſexta.*



### IN SEXTAM EPIST. ARG.

MONITVS Oraculo Pelias Neptuni filius,tunc illi propinquam fore mortem, cum patri ſacrificanti aliquis pede nudo ſibi ſuperuenerit : cui annua ſacra peragenti, Iaſon Aeſonis filius eiuſq; nepos,dimiſſo in limo Anauri fluuii calciamento,ad ſacra properans,altero pede exuto occurrit.Pelias igitur oraculi memor, Iaſoni ſuaſit,vt Colchon iret,aureum vellus quæſiturus, ſperans illic eum periturum, cum audiſſet opus eſſe humanis viribus inſuperabile.Iaſon autem veluti magnanimus,expeditionem libenter aſſumens,ac multis Græciæ nobilibus conuocatis, Argo nauem ex Pagaſo Theſſaliæ ſinu ſoluens,in Lemnon inſulam delatus eſt:vbi cum mulieres viros omnes communi conſilio vna nocte interemiſſent , Hipſiphyle Thoantis filia,quem ſub falſa mortis ſimulatione ſaluauerat,tunc imperiũ occupabat: quæ Iaſonem & hoſpitio, & lecto liberaliſſime excepit. Verum iam duobus annis peractis,orantibus ſocijs, & exigente tempore vt prædictam expeditionem perficeret , Hipſiphylen prægnantem relinquens, Colchon nauigauit. Vbi arte Medeæ draconeſopito, tauriſq; ſuperatis aureum illud vellus adeptus , illam ſecum abduxit . Quare Hipſiphyle Medeam ſibi prælatam dolens, hac epiſtola Iaſoni de proſpero reditu congratulando in contemptum eius,crudelitatem atq; incantationes execrans,vertere nititur. Poſtremo in Iaſonem,& Medeam imprecatur.

### HIPSIPHYLE IASONI.

Ittora Theſſaliæ reduci tetigiſſe carina
 Diceris , auratæ uellere diues ouis.
Gratulor incolumi(quantum ſinis)hoc tamen,ipſo
 Debueram ſcripto certior eſſe tuo.
Nam, ne pacta tibi præter mea regna redires,
 Cum cuperes,uentos non habuiſſe potes.
Quamlibet * aduerſo ſignetur epiſtola uento,
 Hipſiphyle miſſa digna ſalute fui.
Cur mihi fama prior,quàm nuntia litera uenit?
 Iſſe ſacros Martis ſub iuga panda boues,

¶ Vellere)lana.dicitur aũt a vellẽdo: qa apud antiquos nõ tõdebatur:ſed vellebatur. ¶ Gratulor)gaudeo: gratulamur autẽ aliis:gaudemus nobis.Cicero tibi gratulor : mihi gaudeo : gaudere tñ ẽt dicim⁹ de aliis: cum de nobis nunq̃ dicamus gratulari ¶ Quantũ ſinis).i. q̃tũ pmittis.ſ. me gratulari. ¶ Hoc ipſo).i.de hoc ipſo.ſ.qđ rediuiſſes cum vellere aureo. ¶ Fieri c.).i.admoneri. ¶ Tuo ſcri.) .i.per aliquã tuã eplam. ¶ Nã ne)excuſat ipſũ Iaſona, qđ nõ redierit in Lemnon: cũ

B reuerteretur ex Cholchis,vt magis eũ accuſet:qđ poſteaq; rediit,nihil ad eã reſcripſerit: & eſt ſenſus:poſſibile eſt,qđ non habueris vẽtos proſperos : vt redires ad me, cum velles redire.ordo eſt. ¶ Potes).i.poſſibile eſt,te non habuiſſe ventos:ne redires.i.ne redire poſſes. ¶ Præter) i.iuxta. ¶ Littora mea) i.Lemni. ¶ Pacta) .i. promiſſa.ſ.a te. ¶ Cum cuperes).i.q̃uis cuperes. ¶ Quælibet aduerſo) ecce accuſatio: & eſt ſenſus, vento contrario, ne poſſes redire : potuiſti tñ aliquã ſcribere eplã: ordo ẽ. ¶ Quælibet).i.quis.q.d etiã breuiſſima. ¶ Signetur)nõ aſſignetur, vt aliq dicũt: ſed ſignetur .i.claudatur,& ſcribatur: vnde reſignare epiſtolas contrariũ eſt.i.aperire.ponitur autem ſignetur,pro ſignata fuiſſet: tẽpus pro tẽpore. ¶ Vento ad-

C uerſo) .i.contrario tibi, ne fieret te venire : vel ſignetur: ſcilicet nunc:ſcilicet,poſtq̃ es reuerſus, vel vt in aliis codicibus legitur:qualibet &c.quolibet .i. quantũuis aduerſo ſignetur.i.ſcribatur,& mittatur q.d. hoc facere potuiſti vento quantũuis aduerſo. ¶ Hipſiphyle) .ſ. ego. ¶ Miſſa ) a te. ¶ Cur mihi) conqueritur,qđ prius ex ſermone alioꝝ, q̃ ex ſcriptis Iaſonis itellexerit: ei⁹ victoriã habitã inColchis: vt infra. ¶ Fama)publicus ſermo oium. ¶ Quã lit.).i.quã epla tua. ¶ Nuntia)quæ nuntiaret mihi. ¶ Boues)tauros. ¶ Martis)erãt Marti cõſecrati pp ferocitatẽ.quæ ipſi Marti attribuitur. ¶ Pãda)curua. Virg.Lancibus & pãdis fumãtia ponimus exta: deriuatur aũt a pãdo. neq; pãdidus dr,ſ; pãdus: vt Priſ.voluit alternitatis vitãdæ cauſa. Et hoc, bobus Marti ſacris. Et, ſupple ¶ Segetes) i.copias virorum. ¶ Adoleſſe ) pro adoleuiſſe, ideſt ſtatim adultos natos.

Inuenitur & i qbuſdã codicib⁹.quolibet, q̃ locutioẽ Oui. videtur vti i mltis locis ſicut alibi. Quaſlibet admiſſaſde tinuere rates.

Seminibus iactis ſegetes adoleſſe uirorum:
Inq; necem dextra non eguiſſe tua:
Peruigilem ſpolium pecudis ſeruaſſe draconem:
Rapta tamen forti uellera fulua manu.
Hæc, ego, ſi poſſem timidè credentibus iſta,
Ipſe mihi ſcripſit, dicere: quanta forem?
Quid queror officium lenti ceſſaſſe mariti?
Obſequium, maneo ſi tua, grande tuli.
Barbara narratur ueniſſe uenefica tecum,
In mihi promiſſi parte futura * tori:
CREDVLA res amor eſt: utinam temeraria dicar
Criminibus falſis inſimulaſſe uirum.
Nuper ab hæmoniis hoſpes mihi Theſſalus oris
Venerat: & tactum uix bene limen erat:
Aeſonides, dixi, quid agit meus? ille pudore
Hæſit in oppoſita lumina fixus humo.
Protinus exilui: tunicisq; à pectore ruptis,
Viuit: an, exclamo, me quoꝫ fata trahunt?
Viuit, ait: timidumq; * mihi iurare coegi:
Vix mihi, teſte Deo, credita uita tua eſt.
Vtq; animus rediit: tua facta requirere cœpi:
Narrat, & æripedes Martis araſſe boues:
Vipereos dentes in humum pro ſemine iactos:
Et ſubito natos arma tuliſſe uiros:
Terrigenas populos ciuili marte peremptos,
Impleſſe ætatis fata diurna ſuæ.
Deuictum * ſerpentem: iterum, ſi uiuat Iaſon,
Quærimus; alternant ſpesq;, timorq; fidem.

A HVBER. ❡ SEMINIBVS) ſubaudiendum eſt: quam fama nuntia. ¶ Segetes virorum).i. viros ſeminatos. ¶ Iactis) ſparſis. ¶ Adoleſſe).i. creuiſſe. ¶ Tua dextra) quia ſeipſos interemerunt. Nam cum Iaſon quædam, quæ Medea dederat, in medios illos terrigenas proieciſſet: illi arma in ſe conuerterunt, & mutuis vulneribus ceciderunt. ¶ Peruigilem) nunquam dormientem. ¶ Seruare) cuſtodire. ¶ Spolium) pellem. ¶ Pecudis) arietis: licet & interdum dicatur ouis, ſicut ſupra. Vellere diues ouis. Sed quoniam promiſimus ſupra interpretaturos huius fabulæ allegoriam, dicit Diodorus cuſtodes, ideo tauros dictos fuiſſe: quod robuſti eſſent, & fortes: ignem vero naribus efflaſſe, ꝑpter crudelitatem cædis hoſpituꝫ: draconem vero nomen fuiſſe diligentis cuſtodis. ¶ Tamen) licet hæc omnia ſupradicta eſſent. ¶ Rapta) vi capta, ⁊ expugnata. ¶ Hæc ego) dicit, quod exiſtimaret ſe felicem: ſi poſſet dicere, hæc ſibi ab Iaſone ſcripta fuiſſe. ¶ Timide credentibus).i. vix credẽtibus. ¶ Ipſe) Iaſon ideſt propria manu. ¶ Quãta) ideſt q̃ꝫ magna, q̃ꝫ felix. q.d. feliciſſima. ¶ Lenti) ideſt tardi. ¶ Ceſſaſſe) defuiſſe mihi. ¶ Officium) ſcilicet ſcribendi. ¶ Tuli).i. accepi. ¶ Obſequium).i. rem gratam. i. ſatis mihi feciſti, ſi modo remaneo tua, & nõ oportet, quod querar, quod nihil ad me ſcripſeris. ¶ Venefica) incantatrix. ſ. Medea: nã venefici dicuntur: qui vel incantationibus: vel alio quouis modo hominuꝫ mentes peruertunt: nam omnia quæ hanc vim habent, venena dici poſſunt. Virg. in Buco. Has herbas: atqꝫ hæc ponto mihi lecta venena, Ipſe dedit Mœris. Inde inferius ipſa inquit. Hanc tamen o demens, Colchiſqꝫ ablate venenis, Diceris Hipſiphyles præpoſuiſſe toris ⁊ Hor. in primo Sermonum. Quantum carminibus, quæ verſant atqꝫ venenis Humanos animos. ¶ Credula) quę facile credit. ¶ Temeraria) audax, ⁊ ſine ratione fingens. ¶ Inſimulaſſe) accuſaſſe. ¶ Nuper) narrat quomodo id intellexerit. ¶ Oris) regionibus: vt Troiæ qui primus ab oris. ¶ Aemoniis) Theſſalicis: nam Aemonia Theſſalia dicitur. ¶ Limen).i. ingreſſus domus. ¶ Vix erat tactum ab eo).i. vix erat ingreſſus domũ. ¶ Aeſonides) Iaſon filius Aeſonis. ¶ Meus) ſcilicet maritus. ¶ Ille) hoſpes. ¶ Hæſit) tacuit. ¶ Fixus lumina) Synecdoche: ſicut, oculos ſuffuſa i. habens oculos fixos. ¶ Pudore) quia non audebat mihi dicere, quod feceras. ¶ Protinus) ſtatim. ¶ Exilui) egreſſa ſum ad eum propius. ¶ Ruptis) dilaceratis. ¶ An viuit) q.d. quia nihil mihi reſpondiſti: an viuit Iaſon meus: an mortuus eſt? ¶ Fata trahunt) ideſt mors etiaꝫ me vocat, ſi ipſe mortuus eſt. ¶ Timidum) non ipſum timidum: ſed id quod ait timidum pro timide. i. ꝙ non audacter dixit. ¶ Deo teſte).i. iurato ab ipſo, & adducto in teſtimonium: nam Deus iuratus dicitur teſtis eius: quod iuramus. Iuue. Tam facile, & pronum eſt, ſuperos contemnere teſtes. ¶ Vt).i. poſtquam. ¶ Animus rediit).i. poſtquam reſpiraui aliquantulum. ¶ Aeripedes).i. habentes pedes ære munitos. ita enim dicunt poetæ eos habuiſſe. ¶ Vipereos dentes) non intelligamus fuiſſe dentes illius ſerpentis peruigilis: qui ſeruabat vellus aureum: ſed alterius ſerpentis. ¶ Pro ſemine) loco ſeminis. ¶ Subito) ſtatim, non per longum ſpatium temporis, vt alia ſemina. ¶ Terrigenas) natos ex terra. ¶ Ciuili) ſuo proprio. ¶ Impleſſe) perfeciſſe. ¶ Fata diurna).i. vitam vnius diei: quia quo die nati ſunt: eodem ſunt mortui. ¶ Deuictum ſerpentem) ſcilicet narrat, vt ſerpens ille peruigil ſit a te deuictus. ¶ Iterum) ſecundo: quia ſemel interrogaueram. ¶ Alternant) variant, & incertam faciunt. ¶ Fidem).i. meuꝫ credere. ¶ Spes) quæ faciebat credere. ¶ Timor) qui prohibebat credere: ſic Virg. Spemqꝫ, metumqꝫ inter dubii.

B

C

D

ASCEN. ❡ SEMINIBVS) ſcilicet dentibus ſerpentinis. ¶ Iactis) ſcilicet in ſulcos illis bobus iactis. ¶ Que) pro ⁊ ¶ Segetes) ſupple viroruꝫ. i. ipſos viros e ſulcis denſis in morẽ ſegetum natos. ¶ Non eguiſſe tua dextra ad necem) quia ſeipſos mutuis vulneribus interemerũt, & nuntians ¶ Peruigilem).i. ſemper vigilẽ draconem. ¶ Seruare ſpolium pecudis).i. vellus aureum arietis. ¶ Et tamen vellera fulua) ideſt aurea, ſeu aurei coloris. ¶ Rapta) ſupple eſſe. ¶ Forti manu) ſcilicet tua. ¶ Quanta) ideſt quam magna putas. ¶ Forem).i. eſſem. ¶ Si ego poſſem dicere credentibus).i. iis, qui credunt. ¶ Iſta) ſcilicet facinora tua. ¶ Timide).i. cum timore de oppoſito, nã fama, vt dicit Virg. in. iiii. Aene. Ipſa eſt parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras. credũt ergo, timide, quia certum non habeo authorẽ, ſed ſi poſſeꝫ eis dicere. ¶ Ipſe) ſcilicet, qui iſta geſſit. ¶ Scripſit) mihi ſcilicet, ꝙ ea geſſerit. ¶ Quanta forem) q. d. maxima, hoc eſt glorioſiſſima. ¶ Quid).i. ad quid. ¶ Queror).i. conqueror. ¶ Officium).i. obſequium debitum, aut partes viri. ¶ Lenti).i. tardi. ¶ Ceſſaſſe).i. in mora fuiſſe? q.d. fruſtra, quia ego. ¶ Tuli).i. abſtuli, & impetraui. ¶ Grande obſequium.) ¶ Si maneo).i. adhuc ſum tua ſcilicet coniux. ¶ Sed venefica barbara).i. feris & immitibus moribus: ſcilicet Medea. ¶ Narratur veniſſe tecum. ¶ Futura).i. quæ futura eſt. ¶ In parte tori).i. in lecto coniugali. ¶ Promiſſa mihi) ſcilicet per pacta nuptiarum. Et ſi dicat Iaſon, ſi tu credis iſta de me, non es fidelis mihi: dicit, ꝙ amore cogitur ad hoc, quia ¶ Amor eſt res credula).i. facile perſuadens, & cogens credere: quæ timentur. Vnde Zelotypia ferè ex amore naſcitur. ¶ Vtinam dicar temeraria inſimulaſſe virum).i. maritum meum. ¶ Criminibus) ſcilicet adulterii, ⁊ violati tori. ¶ Falſis).i. non veris. ¶ Nuper ab Aemoniis) docet a quo iſta audierit, quia ab hoſpite Theſſalico, qui ab ¶ Aemoniis oris).i. a Theſſalia venerat. At, quia ordo perfacilis eſt, paucis percurram. ¶ Ille pudore hæſit) i. non audebat reſpondere, non quia Iaſon mortuus eſſet, quod amatrix ſuſpicabatur, ſed quia nihil boni de eo dicere poterat, eo ꝙ pellicẽ adduxiſſet veneficã. ¶ Boues æripedes).i. æreos pedes habentes. ¶ Dentes vipereos) quos Aeeta rex Colchoruꝫ ſpargi fecerat. ¶ Ciuili Marte).i. in bello inteſtino, quale inter conciues geri ſolet, qui ſe mutuis vulneribus interimunt. ¶ Alternant fidem).i. credulitatem, quia ſpes facit, vt credam adhuc viuere, timor autem, vt negem.

* a.l. recepta.

E

*Planudes agnoſcit, timidum qđ ait iurare coegi. ꝙ in pluribꝰ antiquis libris ita legitur. Volſcus vero legit timidum qđ amat, fretꝰ ſimilitudine, vtſupra, Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

* a.l. deuicto ſerpẽte, & deuictus ſerpens.

F

Singula dum narrat: curſu, ſtudioq́; loquendi
Detegit ingenio uulnera facta tuo.
Heu ubi pacta fides? ubi connubialia iura?
Faxq́; ſub arſuros dignior ire rogos?
Non ego ſum furtim tibi cognita: pronuba Iuno
Adfuit: & ſertis tempora uinctus Hymen.
At mihi nec Iuno, nec Hymen: ſed triſtis Erinnys
Prætulit infauſtas ſanguinolenta faces.
Quid mihi cum Myniis? quid cũ Tritonide pinu?
Quid tibi cum patria nauita Typhi mea?
Non erat hic aries uillo ſpectabilis aureo:
Non ſenis Aeetæ regia Lemnos erat.
Certa fui primo (ſed me mea fata trahebant)
Hoſpita fœminea pellere caſtra manu.
Lemniadesq́; uiros nimium quoq́; uincere norũt:
Milite tam forti uita tuenda fuit.
Vrbe uirum uidi: tectoq́; animoq́; recepi:
Hic tibi bisq́; æſtas, bisq́; cucurrit hyems.
Tertia meſſis erat: cum tu dare uela coactus
Impleſti lachrymis talia uerba tuis.
Abſtrahor Hipſiphyle: ſi dent modò fata recurſuȝ:
Vir tuus hinc abeo: uir tibi ſemper ero.
Quod tamen è nobis grauida cælatur in aluo:
Viuat: & eiuſdem ſimus uterq́; parens.
Hactenus: & lachrymis in falſa cadentibus ora,
Cætera te memini non potuiſſe loqui.

A HVBER. ¶SINGVLA) omnia ſingillatim, & per ordinem. ¶Studio) dilectione. ¶Curſu) proceſſu. ¶Detegit) aperit. ¶Vulnera) iniuriam. ¶Suo ingenio) non intelligamus facta ſuo ingenio: ſed ſuo ingenio detegit. ¶Heu) accuſat Iaſona periurii, & non ſeruatæ fidei. ¶Pacta) .i. promiſſa, ſcilicet a te mihi. ¶Fax) ſcilicet connubialis. ¶Sub rogos arſuros) .i. dignior, quæ interfuiſſet funeribus, & rogis mortuoruȝ: q̃; nuptiis: quia erat futura infelix. ¶Furtim) clam: & per adulterium, inde furta dicũtur adulteria: quia clam fiunt. vt, Veneris nec dulcia furta. ¶Vinctus tempora) .i. habens tempora .i. caput vinctum .i. ornatum, & cinctum. ¶Sertis) coronis. ¶At mihi) quaſi contradicit ſibi. ¶Triſtis) infelix. ¶Infauſtas) infelices: vt in fabula Terei lib. vi. Meta. Eumenides tenuere faces de funere raptas. ¶Quid mihi) ſcilicet erat. q. d. nihil. conqueritur autem, ꝙ Iaſon vnquam ad littus ſuum venerit. ¶Myniis) Mynieium Strabone teſte Orchomenon vocat Homerus a Myniarum natione, hinc vero colonos quoſdam deductos in Colchon Theſſaliæ ex Myniis ferunt, vnde Argonautas Mynias dictos eſſe conſtat. ¶Cũ Myniis) cum Argonautis. Ouid. lib. vii. Meta. Iamq; freтum Myniæ Pagaſea puppe ſecabant. ¶Pinu) .i. naue. ¶Tritonide) .i. Palladia, hoc eſt, quæ erat in tutela Palladis: nam Tritonia dicitur Pallas a Tritonide palude Aphricę: & ipſa nauis cura Palladis eſt fabricata: vnde & Palladiam ipſe appellauit in Ibin. Qualis, ⁊ ipſe fuit, quo præcipiente columba Eſt data Palladiæ duxq;, comeſq; rati. ¶Typhi) gubernator nauis Iaſonis: alloquitur autem ipſum abſentem: tanq̃; præſentem. ¶Quid tibi erat cum mea patria) .i. quid negocii tibi erat, quare deberes huc venire? ¶Non erat hic) dicit, ſi ibatis ad rapiendum aureum vellus, non erat hic, ſed in Colchis. ¶Spectabilis) pulcher. ¶Villo) pilo: aut lana. ¶Aureo) ſynæreſis fit in ſcanſione. ¶Aeetę) Aeetes dicitur, ⁊ Aeeta per latinam declinationem: pater fuit Medeæ Solis filius, ⁊ Perſæ frater: ſcribitur autem per æ diphthongon, & eſt triſyllabum: licet interdum abiiciatur vna ſyllaba: ſed raro. ¶Non ſenis) ordo eſt: Lemnos non erat regia Aeetæ. ¶Certa fui) .i. deliberaueram. ¶Caſtra hoſpita) .i. vos hoſpites: caſtra autem etiam de nauibus dicuntur. Virgil. iii. Aenei. Nos caſtra mouemus. ¶Fœminea manu) .i. muliebribus viribus, & exercitu. ¶Sed me) parentheſis eſt. ¶Lemniadeſq; viros) vt oſtendat id potuiſſe facile fieri: dicit mulieres Lemniacas fortes eſſe, & aſſuetas vincere viros: de quibus hæc narratur fabula. Cum Venus vxor Vulcani deprehenſa fuiſſet cum Marte in adulterio in Lemno inſula: Lemniacæ mulieres cum cæteris diis, deabuſq; ſacra facerent, Venerem ob adulterii infamiam ſpreuerunt, & inhonoratam prætermiſerũt: ob quam rem illa indignata hircinum fœtorem omnibus immiſit: quo ita grauiter olebant: vt a maritis ſpernerentur: qui cum expeditionem bellicam aduerſus Thracas ſuſcepiſſent: eoꝝ vxores cõſiliũ cœperunt: domum reuertẽtes oẽs interimere, ⁊ maſculos oẽs delere: qđ cũ oẽs effeciſſent: ſola Hipſiphyle Thoantis patris miſerta, ei pepercit: quem naui impoſitum Bacchus eius pater in Thoam

D inſulam perduxiſſe dicitur. Ipſa vero in regia ſuo rogo conſtructo alterius hominis funus celebrauit pro patre, quem occidiſſe aiebat: & hoc eſt, quod nunc dicit. ¶Lemniades) .i. mulieres Lemni. ¶Norunt nimium) .i. optime ſciunt. ¶Vincere viros) .i. maſculos, quia deleuerunt maritos ſuos, & omnem prolem maſculinam. ¶Vita mea fuit tuenda) fuit defendenda: & ſeruanda contra te, qui veneras in perniciem meam. ¶Tam forti milite) q̃; ſunt mulieres Lemni. ¶Vrbe virum) amplificat beneficium ſuum. q. d. non ſolum non nocui tibi, cum potuiſſem: verũ etiam recepi hoſpitio liberali. ¶Hic) in Lemno. ¶Bis cucurrit) quia duos annos mecum hic fuiſti. ¶Tertia meſſis) .i. tertius annus, naȝ a meſſibus, quæ ſingulis annis fiunt: anni denominantur. ¶Coactus) inſtante Hercule cum cęteris. ¶Impleſti) perfudiſti: quia nõ potuiſti ea dicere ſine fletu. ¶Abſtrahor) .i. violenter, & contra voluntatẽ meam hinc abducor. ¶Recurſus) egreſſus, & renauigationem. ¶Tamẽ) licet hinc diſcedã. ¶Qđ cælat̃) neutro genere vſus eſt: quia adhuc ignorabat, maſculus ne eſſet, an fœmina. ¶Viuat) ſeruetur a te diligẽter, vt viuat. ¶Hactenus) ſcilicet locutus es, hoc eſt, hæc ſola verba. ¶Falſa) ſimulata: nam cuȝ ſimulares mœrorem ex diſceſſu tuo: non tamen dolebas. ¶Cætera) .i. alia, ſcilicet præter ſupradicta.

E

ASCEN. ¶SINGVLA Dum narrat &c.) Callide, vt cætera ferè, addit hoc mulier. naȝ ſi Iaſon dicat: Credis ſtulta homini perfugæ, qui vt ea narret ad te ſubornatus venit? dicit, ꝙ non ex propoſito, ſed præter opinionem etiam Medeæ raptum: & eius auxilium. ¶Narrat curſu) .i. præcipitatione, & ¶Studio .i. auiditate loquendi, & ita ¶Detegit noſtra vulnera) .i. aperit cauſam noſtrorum vulnerum, cum ¶Tuo ingenio) .i. dum narrat ingenium tuum, qui auxilio veneficæ callidiſſimæ in re tam ancipiti vſus fuiſti. ¶Heu vbi) non vitioſus eſt verſus, quia (vt dixi) monoſyllaba non abſumuntur, vt o vtinam: O & præſidium, & dulce decus meum. ſed connubialia in ſecunda corripit, ſicut Virg. ſæpe connubium: vt Aene. j. Connubio iungam ſtabili &c. ¶Hymen) Deus nuptiarum apud Athenien. ſicut Thalaſſius apud Romanos, eo ꝙ vterq; eſſet defenſor virginitatis repertus. ¶Sed triſtis Erinnys) .i. furia infernalis, qua auſpice, ſeu pronuba nihil boni perficitur. ¶Quid mihi cum Myniis) Dolet ad ſe appulſos Argonautas, cum ab Iaſone decepta ſit. vnde dicit ¶Quid mihi) ſupple eſſe debuit cõmercii? ¶Cum Myniis) .i. nobiliſſimis illis Theſſaliæ. ¶Quid cum pinu) .i. naui ex pinu, q̃;uis ex alia arbore dicatur facta. ¶Tritonide) .i. ad Tritonem paludem nata. q. d. nihil. & ¶O Typhi) nomen proprium gubernatoris illius nauis longæ, quæ Argo dicitur. vnde Virg. in Buc. Alter erit tum Typhis, & altera quæ vehat Argo. ¶Nauita) .i. qui fuiſti director nauis. ¶Quid tibi) ſupple fuit iuſti cõmercii cum patria mea. q. d. nihil, & ita nõ debebas accedere, quia ¶Non erat hic) .i. in patria mea, videlicet Lemno. ¶Aries ſpectabilis villo) ¶Auro) pro aureo, ſed credo veram eſſe lectionem aureo, quia Virg. ferè imitatur, qui aureis, & ferreis quaſi biſyllabis vtitur, vt Aene. v. Salio villis

A onerosum, atq; vng. aureis. lege ergo aureo. ⸢Lemnos non erat regia) .ſ. domus, aut regnum, aut regio, ſed legendum eſt regia, quia primam producit, venit enim a Rex regis, & non regio, quod a rego regis deductum primam corripit. ⸢Ego fui primo) .ſ. aduētu, aut a principio. ⸢Certa) .i. decreui. ⸢Sed mea fata) ſ. pernicioſa ⸢Trahebant) .i. retrahebant me. ⸢Pellere manu fœminea) quia in Lemno non erant niſi fœminæ.

⸢Caſtra hoſpita) .i naues externas hoſtiliter in morem caſtrorum inſtructas. ⸢Lemniadeſq; &c.) docet ſe quoq; potuiſſe. ⸢Hactenus &c.) docet, quomodo in diſceſſu veri amoris ſigna dederat, qui ſi verus erat: etiam nunc quoq; eum allicere deberet: ſi fictus, iuſte illum perfidum damnaret. Moris autem eſt, vehementer amantibus non poſſe, quæ volunt, omnia eloqui. D

HVBER. ✱a.l. Argō

✱a.l. ora, ſinuſq; madent.

✱Perſoluenda, pentaſyllabum.

B

✱Aaron legit. carmine nouit.

✱a.l. curru & fortaſſis melior.

✱a.l. ſparſis.

✱a.l. ne a. g. ·ɛ mage, pro magis.

C

¶VLTIMVS) poſtremus, vt oſtēderes, quod te pigebat me relinquere. ⸢Sacram) quæ (vt diximus) erat ſub tutela Mineruæ: cuius cura fuerat fabricata. ⸢Argo) legenduʒ eſt, & non Argon. eſt autem accuſatiuus græcus per ſynæreſin factus. nam integer accuſatiuus erat Argoa. per ſynæreſin Argo. ⸢Illa volat) .i celeriter currit per mare. ⸢Tenet) implet. ⸢Concaua) .i tumefacta. ⸢Subducitur) ſubtrahitur. ⸢Propulſæ) agitatæ remis & ventis. ⸢Terra) ſcilicet aſpicitur. ⸢Tibi) pro a te. ⸢In latus) deſcribit locum: ex quo dicit ſe ſpectaſſe nauem Iaſonis diſcedentis. ⸢Patens in omne latus) .i. quę ab omni parte poteſt videri. ⸢Circunſpicit) dat quaſi ſenſum rei inanimatæ: non enim ipſa turris circunſpicit, ſed qui in ea eſt, poteſt circunſpicere. ⸢Huc) pro illuc .i. in illaʒ turrim. ⸢Os) facies. ⸢Sinus) .i. pectus. ⸢Per lachrymas) quæ effluebant ex oculis meis. ⸢Lumina) .i. oculi. ⸢Fauentia cupidæ menti) quia quod ego optabam, ipſi oculi volebant, vt aſpicerem: ex affectu enim alicuius rei & acutius, & longius videmus. ⸢Aſſueto) .i ſolito. ⸢Addo) .i. addidi. narratio enim prętetiti temporis: ſæpenumero per preſens eleganter fit. vt Dido inferius. Exul agor: cineſq; viri, patriamq; relinquo.

Vltimus è ſociis ſacram conſcendis in Argo: ✱
  Illa uolat: uentus concaua uela tenet.
Cœrula propulſæ ſubducitur unda carinæ:
  Terra tibi, nobis aſpiciuntur aquæ.
In latus omne patens turris circunſpicit undas:
  Hucferor, & lachrymis, osq;, ✱ ſinusq; madent.
Per lachrymas ſpecto: cupidæq; fauentia menti
  Longius aſſueto lumina noſtra uident.
Adde preces caſtas, immiſtaq; uota timori,
  Nunc quoq; te ſaluo perſoluenda ✱ mihi.
Vota ego perſoluam? uotis Medea fruetur?
  Cor dolet: atq; ira miſtus abundat amor.
Dona ferā tēplis, uiuum quòd Iaſona perdā?
  Hoſtia pro damnis concidet icta meis?
Non equidem ſecura fui: ſemperq; uerebar:
  Ne pater Argolica ſumeret urbe nurum.
Argolicas timui: nocuit mihi barbara pellex:
  Non expectato uulnus ab hoſte tuli:
Nec facie meritisq; placet: ſed carmine mouit: ✱
  Diraq; cantata pabula falce metit:
Illa reluctantem curſu ✱ deducere Lunam
  Nititur: & tenebris abdere ſolis equos.
Illa refrenat aquas: obliquaq; flumina ſiſtit.
  Illa loco ſyluas, uiuaq; ſaxa mouet.
Per tumulos errat paſſis ✱ diſcincta capillis:
  Certaq; de tepidis colligit oſſa rogis.
Deuouet abſentes: ſimulachraq; cerea fingit:
  Et miſerum tenues in iecur urget acus.
Et quæ neſcierim melius: male ✱ quæritur herbis,
  Moribus, & forma conciliandus amor.

nam iam reliquerat. Teren. in Andria. interea funus effertur, nos ſequimur. ⸢Immixta ti.) quia ex timore ſuſcipiuntur vota. ⸢Timori) quem habebam de periculo tuo. ⸢Nunc quoq;) etiam nunc. quia nondum ea ſolui. ⸢Perſoluenda) .i. reddenda tanq; debita. notandum eſt metri cauſa, perſoluenda diuiſis ſyllabis eſſe legendum. vt u poſt l ſit vocalis, & non conſonans. vt ipſe alibi: Debuerant fuſos euoluiſſe meos. nam ibi etiam u ſit vocalis, ſicut apud Hora. Nunc mare, nunc ſyluæ. nam ſyluæ teſte Priſc. triſyllabum eſt. ⸢Vota ego perſoluam) cum indignatione pronuntiandum eſt: ſicut cætera verba ſequentia. ⸢Fruetur votis) capiet fructum, & vtilitatem ex votis meis? ⸢Cor dolet) q. d. dirumpor dolore. ⸢Ira) intelligendum eſt: vt dicamus mixtus ira: abundat ira: vel amor mixtus ira abundat. i. maior ſit, ſecundum illud Terentii: quo minus mihi ſpei eſt, eo magis amo: & inferius Dido ad Aeneā. Non tamen Aeneam, q̄uis male cogitet, odi: Sed queror infidum: queſtaq; peius amo. ⸢Quod) .i. quia: q. d. cum beneficia ſoleant reddi vota, ⁊ dari dona deis: ego ne dabo propter damna mea? quia perdam maritum meum: ex quo magis doleo, quia ſi eſſet mortuus: non putarem amplius eſſe ſperandum. ⸢Hoſtia) victima, & ſacrificia. ⸢Icta) percuſſa cultro, & mactata. ⸢Equidem) ego quidē. ⸢Secura) ſine timore. ⸢Semperq;)

oſtendit: qui eſſet timor eius. ⸢Verebar) timebam. ⸢Pater) tuus, Aeſon. ⸢Ex vrbe argolica) Theſſalica. nā Argos vrbs fuit Theſſaliæ, licet & eiuſdeʒ nominis fuerit alia in Achaia. ⸢Argolicas) Theſſalicas: vt diximus. ⸢Barbara) pontica. ⸢Non expectato) non ſperato, ⁊ improuiſo. ⸢Vulnus) iniuriam: eſt autem tranſlatio. i. læſa ſum: a quo minime putabam. ⸢Nec facie) adducit eam in odium dicens eam eſſe incantatricem. ⸢Facie) pulchritudine. ⸢Meritis) virtutibus: vel certe officiis. ⸢Mouit) peruertit te ad amorē ſuum. ⸢Pabula di.) herbas noxias. ⸢Falce cantata) .i. incantata, vt maiorem vim nocendi haberent. falce autem dixit, quia ſecundum rationem magicam herbæ aliæ vellebantur: aliæ incidebantur: pro vt volebant earum eſſe vim. Inde Virgil. iiii. Aeneid. Falcibus & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis: Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni. ⸢Illa) .i. Medea. pergit narrare ea, quæ Medea facit per incātationes ſuas, quæ veneficæ, arte magica, ſolent facere, vt oſtēdit Lucanus, vbi Theſſalidum narrat magicas artes. & ipſe Ouid. in primo amoruʒ de Dipſade læna, quā eandem veneficam eſſe dicit: ſic inquit. Illa magas arteis, ææaq; carmina nouit: Inq; caput liquidas arte recuruat aquas. Scit bene quid gramen: quid torto concita rhombo. Litia: quid valeat virus amantis equæ. Cum voluit, toto glomerātur ſydera cœlo: Cū voluit, puro fulget in orbe dies &c. ⸢Deducere lunam) Virg. in Buc. Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. Tibul. Cantus & è curru lunam deducere tentat. ⸢Reluctantem) inuitam, reſiſtentem. ⸢Abdere) occultare. ⸢Tenebris) caligine. i. facere ſolem obſcurari. ⸢Illa refrenat) retinet. ⸢Obliqua) curua, epitheton fluminum. ⸢Siſtit) moratur. ⸢Loco) ex loco ſuo, vbi erant. ⸢Viua) naturalia: eo loco nata. ⸢Per tumulos) per ſepulchra mortuorum. ⸢Paſſis) ſparſis. ⸢Diſcincta) ſoluta, ſic enim exigebat ratio magica. ⸢Certa) quædam oſſa, non autem omnia. ⸢Tepidis) adhuc calentibus: vbi pauloante fuerunt combuſta cadauera. ⸢Deuouet) execratur: & incātationibus ſuis inficit. ⸢Fingit) facit. ⸢Simulachra cerea) i. effigies cereas, quæ reprę ſentent eos, quos vult deuouere. Virg. in Buc. Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit, Vno eodemq; igni: ſic noſtro Daphnis amore. Idem. Terq; hæc altaria circum effigiem duco. & Hora. in primo Sermonum. Lanea & effigies erat, altera cerea: maior Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem &c. ⸢Vrget) infigit. ⸢Tenues acus in iecur) .i. vlcerat imaginem ceream in iecore, quaſi in ſede amoris: vt ita percutiatur ille, cuius eſt illa imago. ⸢Et

E

F

quæ)

A quæ) ſcilicet alia facit, quæ. ⸢Neſcierim) idest neſciam, vel neſcirem dicere. ⸢Melius mage) diſtinguendum eſt, & cauendum,ne duæ dictiones comparatiuæ cum eodem verbo iungantur,& nec mage iungatur, cum neſcierim: ſed ſic dicendum. ⸢Amor melius conciliandus)ideſt qui iuſtius,& honeſtius conciliatur, & acquiritur ⸢Moribus) ideſt virtutibus, ⸢Et forma)quia hęc duo maxime alliciunt viros ad amorem alicuius mulieris, & econtra. ⸢Mage) pro magis. ⸢Quæritur) ſcilicet a Medea. ⸢Herbis) ideſt vi herbarum, & incantationibus. & hic eſt verus ſenſus, & verus ordo: amor melius conciliandus moribus, & forma, quæritur magis herbis,ſcilicet a Medea.

ASCENSIVS.

¶NVNC quoq; te ſaluo perſoluenda) aut diæreſim fecit, vt perſoluenda pentaſyllaba ſit dictio,aut vt languorem animi ſignificet, præter morem ſpondaicum quaſi verſum facit: ſed tutius eſt pentaſyllabum dicere, cum id alibi faciat poeta. ⸢Viuum quod Iaſona perdam) præter legem,ſcilicet matrimonialem. Norint autem pueri, quando i cum vocali ſequenti in prima ſyllaba ponitur, nolle cum ea ſyllabificari, D ſed in duas ſyllabas diuidi, vt in Iaſon, Iaſius, Ieſus, Iollas, Iulus, Iacobus, Iambus, Iepta, Ioſeph, & cætera. ⸢Ne pater) ſcilicet tuus Aeſon. ⸢Ab hoſte) maſculinum genus præpollet,quia generaliter loquimur.potuiſſet tamen dicere non expectata, ſed non tam venuſte. ⸢Sed carmine mouit) ideſt incantatione magica. ⸢Metit)ideſt ſecat. ⸢Falce cantata) ideſt arte magica, & incantatoria munita. ⸢Pabula dira) ideſt venefica. ⸢Illa reluctantem) ſic in Buco. Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. ſed locus ſumptus eſt ex quarto Aeneidos, vbi de ſacerdote maga dicitur. Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes, quas velit, aſt alijs duras immittere curas: Siſtere aquam fluuijs, & vertere ſydera retro ⁊c. ⸢Et quæ neſcierim melius,mage) legendum vult ſuperior neage.nam alterum comparatiuum abundet. ordo autem nunc eſt. ⸢Et) ſupple alia. ⸢Quæ ego neſcierim) ideſt neſcire deberem. ⸢Melius) ideſt conuenientius, & decentius,quàm ſupple ſcirem. ⸢Age) ideſt age dum dic mihi Iaſon. ⸢Quæritur ne) ideſt acquiritur ne apud te. ⸢Herbis) ſcilicet magicis. ⸢Amor conciliandus) ideſt acquirendus. ⸢Moribus)ſcilicet probis. ⸢Et forma)ſcilicet eleganti:quaſi dicat id quidem fit,ſed indecenter.de imaginibus laneis,& cereis ab incantatricibus fieri ſolitis,dicit Hora.lib.primo Sermonum in ſatyra,quæ incipit.Olim truncus eram,⁊c.

B

Hanc potes amplecti? thalamoq; relictus in uno
Impauidus ſomno nocte ſilente frui?
Scilicet ut tauros, ita te iuga ferre coegit:
Quaq́, feros angues, te quoq; mulcet ope.
Adde quod adſcribi factis procerumq́;, tuisq́;
Se facit: & titulo coniugis uxor obeſt.
Atq; aliquis Peliæ de partibus acta uenenis
Imputat: & populum, qui ſibi credat, habet.
Non hæc Aeſonides, ſed filia Phaſis Aetæ *
Aurea phrixeæ terga reuellit * ouis.

HVBERTINVS

¶HANC POTES) admiratiue pronunciandum, quaſi dicat: vnde eſt tibi tanta fiducia. ⸢In vno) vt ſis ſolus cum ſola venefica. ⸢Impauidus) intrepidus: deberes enim ſemper eſſe in maximo timore, quando dormis cum ea. ⸢Scilicet) certe, quaſi dicat, ita te incantauit, ſicut tauros: quos eius ope dicis te viciſſe. ⸢Coegit te ferre iuga)ſcilicet ſibi eſſe ſubditum. ⸢Ope) eadem vi,ideſt incantatione. ⸢Adde) adduxit eam in odium, nunc adducit in inuidiam dicens, quod ea, quæ Iaſon fecit: Medea ſibi omnia attribuit. ⸢Adde) ſupradictis vitijs. ⸢Aſcribi) annumerari. ⸢Procerum) Caſtoris, Pollucis: Herculis, & cæterorum heroum: qui tecum fuerunt in rapiendo vellus aureum: ſunt autem proceres teſte Seruio Capitella trabium, C vnde & eminentiores viri proceres dicuntur. ⸢Et tuis) ſcilicet factis. ⸢Obſtet) nocet. ⸢Titulo Coniugis) ideſt laudibus tuis: quia non tibi ſed ipſi vult aſcribi victoriam tuam. ⸢De partibus Peliæ) non intelligamus de Theſſalia: ſed de ijs, qui Peliæ fauent: nam partes dicuntur, qui diuerſis fauent: vnde Lucanus: Hæc facient partes,& cætera. partes Romanas appellauit, quorum alij Pompeio, alij Cæſari fauebant: vnde dicimus, Cicero fuit de partibus Pompeij: ideſt qui Pompeio fauit. hoc autem pluribus verbis dixi: quia multi male interpretantur, vt dicant de partibus Peliæ, ideſt de Theſſalia: quaſi Iaſon eſſet etiam ipſe Theſſalus: ſed partes dixit: quia alij Iaſoni: alij Peliæ fauebant. ⸢Imputat) aſſignat, & attribuit. ⸢Acta) ſcilicet a te, ideſt victorias tuas. ⸢Venenis) ideſt incantationibus, & herbis Medeæ: & dicit te viciſſe eius auxilio. ⸢Populum) maximam partem Theſſaliæ. ⸢Qui credat ſibi) ita eſſe: vt dicit, & ita minoris æſtimet virtutem tuam. ⸢Non hæc) ponit verba, quæ dicit ille fautor Peliæ. ⸢Aeſonides) Iaſon. Non reuellit) non abſtulit, & bene reuellit, quia fuerant affixa templo Martis a Phryxo, vt ſupra diximus. E ⸢Hæc) δεικτικῶς ideſt demonſtratiue: Iaſon enim portauerat in Theſſaliam. Reuello autem & reuulſi, & reuelli facit. Virgilius in Buco. Cynthius aurem vellit, ⁊ admonuit.& in ſecundo Aeneidos, poſteſq; a cardine vellit. ⸢Sed Phaſis) ideſt Medea: legitur autem & Phaſis, & Phaſias, ſi Phaſis,breuiatur propter vocalem ſequentem prima ſyllaba huius dictionis Aetæ, quæ erat longa diphthongo: quod placet magis: ſi vero legatur Phaſias, abijcietur vna ſyllaba in medio: quod minus placet, & rarius reperitur.

* a.l.Phaſias,& etiã Phaſis Oete.

* a.l.reuulſit.

ASCENSIVS.

¶HANC potes amplecti) Aggreditur principalem totius epiſtolæ intentionem,quæ eſt odium Medeæ inducere,quam, quia venefica eſt, exhorrendam omnibus, & præcipue ei,qui F cum ea in vno lecto coniungitur,ſignificat, dicens eum ſubactum ab ea, quomodo tauros illos feroces ſubegit. ⸢Adde q aſcribi ⁊c.) tangit,q Dares Phrygius aſſerit,derelictam videlicet Medeam,ne turpe ſit Iaſonem,non ſine fœminæ auxilio vincere potuiſſe. ⸢Atq; aliquis Peliæ de partibus) Pelias patruus Iaſonis in ſomnis viſum habuit ab eo excidium ſe paſſurum, quem poſtridie altero pede nudum offenderet,atq; cum is Iaſon eſſet, quem occidere honeſte nequibat, perſuaſit Colchos ad aureum vellus habendum adire,ea ſpe, vt nunquam rediret. Qui ergo Peliæ partes ſequerentur, dicerent non propria, ſed Medeæ virtute rediſſe. ⸢Aurea Phryxeæ terga reuulſit ouis) Alij legunt reuellit a reuello, ſed Seruius docet ab eo reuelli,⁊ non reuulſi deduci,licet reuulſus in paſſiuo dicatur participio. Eſt tamen perfectior, & manifeſtior conſtructio, vt ſit. ⸢Aeſonides) ideſt Iaſon Aeſonis filius. ⸢Reuulſit) ideſt a loco,vbi Marti conſecrata erant. ⸢Reuellit hæc aurea terga) ideſt vellera. ⸢Ouis Phryxeæ) ideſt arietis, quo Phryxus trans pontum vectus dicitur. ⸢Sed Phaſis) ideſt mulier apud Phaſim nata, vt Medea filia Aeetæ regis, ſcilicet Colchorum,Phaſis ergo patronymicum a loco eſt.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Non probat Alcimede mater tua: conſule matrem:
 Non pater: à gelido cui uenit axe nurus.
Illa ſibi à Tanais, Scythicæq; paludibus undæ
 Quærat, & à patria Phaſidis uſq; uirum.
Mobilis Aeſonide, uernaq; incertior aura,
 Cur tua polliciti pondere uerba carent?
Vir meus hinc ieras: cur non meus inde rediſti?
 Sim reducis * coniux: ſicut euntis eram.
Si te nobilitas, generoſaq; nomina tangunt:
 En ego Minoo nata Thoante feror.
Bacchus auus, Bacchi coniux redimita corona,
 Præradiat ſtellis ſigna minora ſuis.
Dos tibi Lemnos erit, terra ingenioſa colenti:
 Me quoq; iam tales inter habere potes.
Nunc etiam peperi, gratare ambobus Iaſon:
 Dulce mihi grauidæ fecerat author onus.
Felix in numero quoq; ſum: prolemq; gemellam
 Pignora Lucina bina fauente dedi.
Si quæras, cui ſint ſimiles: cognoſceris illis:
 Fallere non norunt: cætera patris habent.
Legatos quos penè dedi pro matre ferendos:
 Sed tenuit cœptas ſæua nouerca uias.
Medeam timui: plus eſt Medea nouerca:
 Medeæ faciunt ad ſcelus omne manus.
Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros
 Corpora: pignoribus parceret illa meis?
Hanc tamen ò demens, Colchisq; ablate uenenis?
 Diceris Hypſiphyles præpoſuiſſe toro.

* a.l. reduci.

HVBER. A ¶ NON probat) dicit hanc famam non placere ijs, qui amant ipſum Iaſona. ⸢Conſule) ideſt interroga, quid ſibi videatur. ⸢Non pater) ſcilicet probat. ⸢A gelido axe) ideſt a regione ſeptentrionali. nam Colchi in regione frigida ſunt. ⸢Illa) quaſi dicat, non eſt, quod ipſa Barbara debeat quærere maritum in veſtris regionibus: ſed in ſuis, quæ eius moribus conueniunt. ⸢Tanais) fluuius Scythiæ: qui Europam ab Aſia diuidit. ⸢Paludibus vndæ Scythicæ) puto intellexiſſe Meotidem paludem: in quam & aliæ aquæ multæ Scythiæ: & ipſe Tanais influit. ⸢A patria Phaſidis) ideſt a Cholchide: vbi eſt Phaſis fluuius: vnde Phaſiani delati ad nos nomen acceperunt. ⸢Mobilis) mutabilis a mouendo. ⸢Incertior) inconſtantior. ⸢Aura verna) ideſt vento veris. ⸢Bacchus auus) ſcilicet paternus. ⸢Bacchi coniux) ſcilicet Ariadne auia mea. B ⸢Redimita corona) qua Bacchus eam ornauit, cum in cœlum rapuit: & Sydus fecit, quod Coronam appellauit: de quo Virgilius primo Georgicorum. Gnoſiaque ardentis decedat ſtella Coronę: hanc autem coronam cum Venus a Vulcano marito in donum accepiſſet: poſtea donauit Ariadne, cum nuberet Baccho: quam (vt diximus) Bacchus etiam in cœlum tranſlatam habere voluit: vt ipſe in tertio Faſtorum dicit. Sintq; tuæ faciam tecum monumenta coronę, Vulcanus Veneri quam dedit: illa tibi. ⸢Præradiat) ſplendore vincit. ⸢Suis ſtellis) nam Bacchus nouem gemmas coronæ Ariadnes mutauit in nouem ſtellas: vt Faſtorum libro tertio. Dicta facit, gemmaſque nouem transformat in ignes. Aurea C per ſtellas nunc micat illa nouem. ⸢Dos) addit etiam dotem. ⸢Lemnos) inſula mea. ⸢Terra ingenioſa) ideſt fertilis, & natura bona. nam ingenium, & natura etiam de terra dicitur: pro vi, & poſſibilitate. vnde & Ouidius libro quarto Faſtorum. Frigida Carſeolis: nec oliuis apta ferendis Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager. ergo non legatur ingenuoſus: vt a quibuſdam male. ⸢Me quoque quod tales) melius legitur res tales. vt ſi ſenſus inter tales res: ideſt inter nobilitatem, & dotem, & ſimilia, non debes me ſpernere. ⸢Nunc etiam peperi) laudat ſe a fœcunditate, quæ ſolet eſſe grata maritis. ⸢Gratare) gratulare. ⸢Ambobus) mihi, & tibi. ⸢Author) ideſt is, per quem eram grauida, ſcilicet tu. ⸢Dulce) non moleſtum. quia ſi vxor amat maritum: licet graue ſit ferre partum in vtero, tamen fert libenter propter maritum: cui videt eſſe gratum. ⸢Quoque) etiam, ideſt præter hoc quod peperi. ⸢Sum etiam felix) quia nō vnum, ſed geminos peperi Thoantem ſcilicet, & Eunæum. ⸢Lucina) dea partus, quam eandem Iunonem eſſe volunt: vt Terentius, Iuno Lucina fer opem. Lucinam autem appellant vel a luco: qui erat ſub Eſquilino monte: vbi de fœcunditate mulieres reſponſa acceperunt: vt oſtendit Ouidius libro ſecundo Faſtorum, vel a luce, in quam pueros D naſcentes deducere dicitur: vt idem eſt author loco ſupradicto. Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus: Aut quia principium tu dea lucis habes: hæc græce dicitur Ilithyia. Ouidius libro nono Metamorpho. Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam. ⸢Fauente) dante mihi pariendi facultatem. ⸢Pignora) ideſt filios. ⸢Illis, ideſt per illos,) ideſt ſiquis videat illos, videtur te videre. ⸢Fallere) ſicut tu. ⸢Cætera) pter cognitionē fallendi. ⸢Patris) ſcilicet tui, qui es eorum pater. ⸢Legatos) quaſi nuncios. ⸢Pro matre) pro me. ⸢Tenuit) impediuit. ⸢Cœptas) inſtitutas, & propoſitas. ⸢Plus nouer.) ideſt crudelior crudeli: nam cum omnis nouerca ſit crudelis, ipſa eſt plus quàm nouerca. ⸢Faciunt) ideſt conueniunt. ⸢Spargere) argumentum a maiori ad minus. ſi inquit tam fuit crudelis, quod potuerit interficere fratrem ſuum, nunquid parceret filijs meis? quaſi dicat minime. nam E cum fugeret cum Iaſone, vt patrem inſequentem retardaret: fratris ſui Abſyrti membra dilacerauit, & varijs locis ſparſit: vt pater occupatus in eis colligendis deſiſteret ab inſecutione. Is locus poſtea Tomos, ideſt inciſio dictus eſt, vt Ouidius in Tri. ſcribit. Inde loco nomē Tomos eſt, quia dicitur illic Membra ſui fratris ſubſecuiſſe ſoror. ⸢Parceret) interrogatiue, quaſi dicat non. ⸢Ablate) capte. ⸢Præpoſuiſſe toro Hypſiphyles) ideſt maluiſſe eam vxorem, quàm me.

ASCEN. F ¶ NVNC ETIAM Peperi) Conatur allicere per gemellos, quos illi peperit: quæ ſumma conciliandi, atque conſeruandi inter coniuges amoris ratio eſt. Ordo eſt. ⸢Ego etiam) ideſt præter cæteras dotes, & amoris pignora. ⸢Peperi nunc) ſupple gemellos, quod facile intelligitur ſubdendo. ⸢O Iaſon gratare) ideſt gratulare. ⸢Ambobus) non enim ambobus gratulari poſſet, niſi duos peperiſſet, nec potuit ex Iaſone duos peperiſſe, niſi gemellos, cum ante profectionem eius nullum peperit. ⸢Author) ſcilicet Iaſon fecerat mihi grande onus, dulce. Poteſt tamen ſenſus eſſe, & ordo. ⸢O Iaſon ego peperi ambobus) ideſt & tibi, & mihi. hoc eſt communem nobis prolem. ⸢Gratare) ideſt gratulare nobis: quod libentius dixero, quàm priori modo, quia ſubditur, Felix in numero quoque ſum: quaſi prius numerum non expreſſiſſet. ⸢Cognoſceris illis) ideſt in illis, aut per illos: quia ſimillimi ſunt, & tui: ſed. ⸢Fallere non norunt, cætera patris habent) ideſt in omnibus patri ſimiles ſunt, præterquam, quòd non ſunt fallaces, vt tu. ⸢Pignoribus parceret illa meis?) quaſi dicat, minime. Notus eſt verſiculus. Pignora natorum dicuntur, pignora rerum: ſcilicet aliarum, quæ in pignus dantur. ⸢Ablate) ſcilicet a ſenſu, & ratione. ⸢Venenis Colchis) ideſt Colchicis, principale pro deriuatiuo. ⸢Emeruit) ideſt expreſſe meruit.

A ¶ TVRPITER) adducit eam in contemptum, eius impudicitiam commemorans. ¶ Virgo) ad ætatem retulit. ¶ Virum) ſcilicet te. ¶ Turpiter) quia id fecit clam patre ſuo. ¶ Teda) pro nuptijs ponitur. ¶ Prodidit) decepit: quia fauit tibi, qui eius res eras rapturus, & eo inſciente aufugit. ¶ Rapui) liberaui. ¶ Thoanta) patrem meum, vt ſupra diximus. ¶ Deſeruit) quia fugit. ¶ Habet) tenet me, quia remanſi in patria: ſicut honeſtas decet mulieres. ¶ Quid referam) male legitur, quid referam: cum legendum ſit, quid refert? nam poſteaq̃ commemorauit Hipſiphy. probitates ſuas, & Medeæ flagitia: dicit, quid tamen refert? quod ego ſim proba, & ipſa flagitioſa: ſi plus poſſunt ſcelera, quàm probitates? & hæc eſt vera lectio. talis eſt etiam ſenſus apud Ouidium libro ſecundo Metamorpho. Quid tamen hoc prodeſt: ſi diro facta volucris Crimine Nyctimene noſtro ſucceſſit honori? ergo. ¶ Quid refert?) ideſt quid prodeſt? B ¶ Si ſcelera.) Medea. ¶ Vincit piam) ſcilicet me. ¶ Et eſt dotata ipſo crimine) ideſt ſi a te exiſtimatur habere ſatis magnam dotem, quia eſt venefica. ¶ Emeruit) ſcilicet per crimina, & ſcelera ſua. ¶ Lemniadum) ne ipſa Hipſiphyle dicatur eſſe crudelis: quia crudele factum Lemniadum ſupra commemorauit: excuſat eas. ¶ Culpo) ideſt reprehendo. ¶ Non miror) quod interfecerint viros, a quibus ſpernebantur. ¶ Quęlibet arma) ſic Virgilius, Quodcunq; repertum, Rimanti telum ira facit. ¶ Dolor) qualis erat ipſarum, quę ſpernebantur. C ¶ Dic age) interrogat Iaſona: quo vultu vidiſſet & eam, & filios ſuos: ſi ventis delatus fuiſſet ad littus Lemni. ¶ Age) hortantis. Ordo eſt. Age dic, quo vultu videres natos, & me, ſi tu actus ventis iniquis intraſſes portus, & ego exiſſem obuia & cætera. ¶ Hiſcere) per parentheſim, & interpoſitionem legendus eſt hic verſus. ¶ Terra foret roganda hiſcere) ideſt vt hiſceret, & ſe aperiret tibi, vt te abſorberet, potiuſquam aſpectum meum, quam deceperas, videres cum adultera tua. ¶ Quo) ideſt quali. ¶ Quo pretio) ideſt qua pœna. Sic Terentius, Ergo pretium ob ſtultitiam fero. Iuuenalis, Ille crucis pretium ſceleris tulit, ideſt pœnam. ¶ Qua nece.) quaſi dicat, crudeliſſima. ¶ Ipſe) tu. ¶ Per me) ideſt quantum ad me pertinet, quia nihil nocuiſſem tibi. ¶ Non quia tu dignus) ſcilicet ſis, eſſe tutus. ¶ Sed quia ego mitis) ideſt clemens, quæ neſcio nocere. ¶ Pellicis) Medeæ. ¶ Sanguine) ſuo, quia dilaceraſſem eius vultus. ¶ Quoſque) ideſt & vultus, ſcilicet tuos. ¶ Quos abſtulit veneficijs ſuis) ideſt quos ſuis incantationibus cæpit: vt ſupra. Colchiſq; ablate venenis. ¶ Medeæ Medea) proprium nomen pro appellatiuo poſuit, ideſt Medeam pro crudeli. ¶ Quod

Turpiter illa uirum cognouit adultera uirgo:
Me tibi, teq; mihi teda pudica dedit.
Prodidit illa patrem: rapui de cæde Thoanta:
Deſeruit Colchos: me mea Lemnos habet.
Quid refert? * ſcelerata piam ſi uincit: & ipſo
Crimine dotata eſt: emeruitq; uirum?
Lemniadum facinus culpo, non miror Iaſon:
Quælibet iratis ipſe dat arma dolor.
Dic age, ſic uentis, ut oportuit, actus iniquis
Intraſſes portus tuq;, comesq; meos:
Obuiaq; exiſſem fœtu comitata gemello:
(Hiſcere * non ne tibi terra roganda foret?)
Quo uultu natos, quo me ſcelerate uideres?
Perfide quo pretio, qua nece dignus eras?
Ipſe quidem per me tutus, ſoſpesq; fuiſſes:
Non quia tu dignus: ſed quia mitis ego.
Pellicis ipſa meos impleſſem ſanguine uultus,
Quoſq; ueneficiis abſtulit illa ſuis.
Medeæ Medea forem. quòd ſiquis ab alto
Iuſtus adeſt uotis Iuppiter ipſe meis:
Quod gemit Hypſiphyle: lecti quoq; ſuccuba * nr̃i
Mœreat: & leges ſentiat ipſa ſuas.
Vtq; ego deſtituor coniux, materq; duorum:
A totidem natis orba ſit illa uiro: *
NEC MALE parta diu teneat: peiusq; relinquat:
Exulet, & toto quærat in orbe fugam.
Quàm fratri germana fuit, miſeroq; parenti
Filia: tam natis, tam ſit acerba uiro:
Cum mare, cum terras conſumpſerit: aera tentet:
Erret inops, expes, cæde cruenta ſua.
Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro:
Viuite deuoto nuptaq;, uirq; toro.

D ſiquis) imprecatur Medeæ eadem, quæ ipſa patitur: vt ita aliquando priuetur marito: ſicut ipſa priuata eſt ab ea. ¶ Si Iuppiter iuſtus) exaudit preces, & vota mea. ¶ Succuba) concubina, ſcilicet Medea. ¶ Mœreat) fleat. ¶ Quod Hypſiphyle gemit) ideſt id quod ego doleo, ſcilicet mihi ereptum maritum. ¶ Suas leges) quia, qui alii facit iniuriam: dat quodammodo leges ſibi quoque inferendi iniuriã. ¶ Vt ego) optat, vt Medea, iam facta mater de Iaſone, poſt filios ſuſceptos ita relinquatur ab Iaſone, vt ipſa relicta fuit. ¶ A totidem natis) ideſt poſt totidem natos, ideſt poſtquam duos filios ſuſceperit: quod quidẽ ita ei accidit, ſicut imprecata eſt. ¶ Male parta) male quæſita. ſecundum prouerbiũ, & dictum cuiuſdam poetę, Male parta male dilabuntur. ¶ Peius) quàm. ſ. acquiſiuerit. ¶ Exulet) expellatur ex patria. E ¶ Quã fratri) vt terreat Iaſona, imprecatur etiam, vt Medea ſit ei, & filijs eius crudelis. Ordo. ¶ Illa ſit tam acerba natis) ideſt tam crudelis mater. ¶ Et tam acerba viro) ideſt tam crudelis vxor tibi marito ſuo. ¶ Quam) ſcilicet acerba ¶ Germana) ideſt ſoror ¶ Fuit fratri. Abſyrto, quem ſupradiximus fuiſſe ab ea dilaceratum. Et. ¶ Quam acerba filia fuit miſero parenti) quem prodidit, cui interfecit filium. ¶ Aera tentet) ideſt volet per aera. quod quidem Ouidius ſcribit feciſſe libro ſeptimo Metamorpho. Quæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras: Non exempta foret pœnæ. ¶ Erret) vagetur, & eat huc illuc. ¶ Expes) ſine ſpe. ¶ Cruenta ſua cæde) .i. quę ſeipſaq; iterficiat. F ¶ Ego Thoantias) .i. Hipſiphyle filia Thoãtis. ¶ Nupta) o Medea. ¶ Vir) ideſt o Iaſon. ¶ Viuite) diu manete. ¶ Deuoto) ideſt execrationibus, & infelicitatibus pleno. Finis fuit quod Iaſon nunquam recepit ipſam Hipſiphylen: ſed cum cognitum fuiſſet a Lemniadibus, quod duos filios maſculos ex Iaſone ſuſcepto contra leges ſuas alis faceret, & ad ſupplicium poſceretur, illa accepta nauicula fugere parabat: ſed comprehenſa a piratis data eſt dono Lycurgo regi Nemeæ: quæ cum eius filium Opheltem nutriret, & redeuntibus a bello Thebano regibus, & in Nemea ſylua pene ſiti pereuntibus, cum ab eis rogata iuiſſet, vt Langiam fontem eis oſtenderet, & ab Adraſto Argiuorum rege interrogarerur, quænam eſſet, dum ad omnia reſpondet, diutius morante, puer, quem inter herbas, floreſq; ludentem reliquerat, a ſerpente interemptus eſt: verum a filijs Thoante, & Eunęo, qui cum Adraſto erant, cognita eſt, eſſe eorum mater. Quamobreq; cum Lycurgus audito caſu filij eam quęreret ad ſupplicium, a regibus, & filijs auxilio implorato liberata eſt. Quid poſtea de ea fuerit, non legi. Medea vero poſt duos filios ex Iaſone ſuſceptos, ab eo repudia-

* a.l. referam?

* a.l. nempe.

* a.l. ſubnuba

* a.l. atq; viro.

A ta eſt ſuperinducta vxore Creuſa filia Creontis Corinthiorum
regis. Medea vltra mariti iniuriam Athenas fugit, ibi que
Aegeo patri Theſei nupſit, & ex eo ſuſcepit Medum filium, a
quo poſtea Media regio dicta eſt. eiq; pene omnia euenerunt,
quæ imprecata eſt Hipſiphyle.
¶ C V L P O, non miror) ideſt nec approbo, & laudo, nec
imitor: vt, miratorem que Catonis, apud Lucanum. ¶ Quæ-
libet iratis) ſic Aeneidos primo, Furor arma miniſtrat.
¶ Dic age ſi ventis) Prudenter ponit caſum, vt caſus fiat, &
contingat: nam deſiderabile eſſet patri liberos gemellos,
quos nunquam viderat, obuiam habere. ¶ Medeæ Medea)
ideſt crudeliſſimę interfectricis interfectrix. ¶ Si quis Iuppi-
ter) ideſt iuuans pater deus, ſcilicet. ¶ Succuba dicitur, quæ
ASCEN. furtim cubat, vt in alieno toro: nam ſub, occultationem
denotat, vt ſublegere, ſubripere, ſuffurari, ſubducere, ſu-
ſtollere & cæte. Imprecationes autem, quas ponit, omnes Me-
deæ euenerunt, ſicut quas Dido ponit Aeneidos iiij. Aeneæ.
¶ Thoantias) ideſt Thoantis filia. patronymicum adiecta ſyl-
laba formatum. nam hæc Thoantis huius Thoantidos fieri de
B bet a genitiuo Thoantis, cuius nominatiuus eſt Thoas. ¶ De-
uoto toro) hinc notum eſt, quia deuotio in malum ſaltem
pene ſumitur. nam is dicitur deuotus alicui, qui pro eius ſalu-
te morti addicitur. Et ideo quia pro fide deuoti ſumus, tra-
ctum eſt, vt is Zelus, quem in Deum, & religionem habe-
mus, a Chriſtianis deuotio dicatur.

## IN SEPTIMAM EPISTO- LAM ARGVMEN- TVM HVBER- TINI.

C ILIO, Troiaq; omni a Græcis euerſa Aeneas
Veneris & Anchiſę filius patriaq; relinquens,
conſtructa claſſe apud Antandrum ciuita-
tem, ſe mari credidit cum patre, & Aſcanio
filio, & dijs penatibus, & multis Troianis,
qui ſe eius nauigationis comites, & ſocios
prębuerunt, & primum quidem in Thraciam
delatus eſt, vbi Aenum oppidum condidit: vt multi putant:
Mox, prodigijs territus, & voce Polydori crudeliſſime a Po-
lymneſtore Thracum rege interfecti admonitus, vt inde fu- D
geret: Delum tenuit, illic accepto ab Aqolline reſponſo, erro
re patris male interpretantis reſponſum, Cycladas inſulas præ
teruectus, ad Cretam venit: quam fatalem terram, & ab ora
culo prædictam Anchiſes crediderat: verum cum ibi peſti-
lentia laboraret, a dijs penatibus in ſomnijs monitus, vt di-
ſcederet, ad Strophadas delatus eſt inſulas: inde præteruectus
maritima Græciæ, apud Epirum ſuſceptus eſt Heleni hoſpi-
tio, qui Troianus, & Priami filius, illic Pyrrho ſucceſſerat
in regno. inde profectus Calabriam tenuit: ex qua ſtatim di-
ſceſſit territus aduentu Diomedis, nauigauitq; vſq; ad Scyl-
lam, & Charybdim: quæ ſunt in mari Siculo Aetnæ vicinæ:
inde vento agitatus circuita maxima parte Siciliæ Drepanum
venit: vbi (vt Virgilius voluit) patrem amiſit: quo in Sicilia
ſepulto, & honoribus præbitis: donatis ab Aceſte Troiano,
qui in Sicilia regnabat: vino & cæteris neceſſarijs: cum di-
ſceſſiſſet, vt in Italiam veniret: quam ſibi fatis dari, & a Creu-
ſa vxore, & ab oraculo reperto in Delo, & ab Heleno intel-
lexerat: tempeſtate maris, & vi ventorum agitatus, in Li-
byam delatus eſt, ex. xx. nauibus vna duntaxat ſubmerſa. Forte E
per ea tempora, vt Virgilius finxit, Dido, quæ ex Tyro fu-
gerat marito ſuo Sychæo a Pygmalione ipſius fratre interfe-
cto, metuens & ipſa fratris ſæuitiam, & auaritiam, in terra
Libyca vrbem nouam Carthaginem condebat: empto ab Hyar
ba rege ſolo: quantum poſſet taurino corio circundare, quo
ſecto in minutiſſimas corigias, in tantum id extendit: quod
occupauit ſtadia duo & .xx. quo ſpatio vrbem condidit. Ad
hanc igitur Didonem cum Aeneas veniſſet, cum ſocijs ab ea,
& vrbe, & hoſpitio exceptus eſt liberaliſſime: mox etiam ab
ea amatus, cum illa concubuit: cunq; ibi moraretur: admo-
nitus ab Anchiſe patre in ſomniis, & a Mercurio ab Ioue
miſſo: vt inde diſcederet, & fatalem terram peteret: non au-
ſus reginę dicere, cum clam abire pararet, regina Dido præ-
ſenties, poſtquam fruſtra precibus fatigauit Aeneam, fingi-
tur ab Ouidio hanc epiſtolam ad eum ſcripſiſſe: in qua niti-
tur reuocare eum a propoſito nauigandi, arguens ab hone- F
ſto, & tuto: ab honeſto quidem: quia non deceat eam deſere-
re: a qua hoſpitio ſit exceptus, & omnibus rebus adiutus, &
cui fidem dederit: a tuto, quia mare procelloſum, & tempe-
ſtuoſum ſit, a quo ſit tutum abſtinere, & habeat terram para
tam: quam relinquere propter incertam imprudentię ſit. Com
memorat autem ſua in Aeneam beneficia: & rogat, vt ſi de-
creuit omnino diſcedere: ſaltem differat, & expectet donec
mare tranquillum ſit. Quod ſi noluerit: dicit, quòd ſeipſam
interimet: & iubebit inſcribi epitaphium in ſepulchro, quo
Aeneas cognoſcatur fuiſſe cauſa eius mortis.

HVBER. A

SIC Vbi) dicit Dido ſe appropinquante fine ſuæ vitȩ, effundere flebiles voces ad Aeneam ſicut cygnus vicinus morti ſolet flebiliter cātare. Ferunt enim appropinquantibus cygnis extremo vitæ pennam in capite natam paulatim in cerebrum deſcendere: interea vero ipſos cygnos flebiliter cantare, donec moriantur. Oui. lib. ij. faſtorum. Flebilibus numeris veluti canentia dura Traiectus penna tempora cantat olor. Plin. lib. x. olorū morte narratur flebilis cantus falſis (vt arbitror) aliquot experimētis. Ordo eſt. ¶ Olor albus. ¶ Abiectus) poſitus. ¶ Ad vada) ideſt apud aquas, nam vada dicuntur aquæ, per quas pedibus vadere poſſumus. interdum ſimpliciter pro omnibus aquis ponuntur. ¶ Mȩandri) fluuij Lydiȩ, iuxta quem multi ſunt cygni. ¶ Cōcinit) cantat. ¶ Sic). ſ. flebiliter, ſicut ego nunc canto. ¶ Vbi) ideſt quando. ¶ Fata vocant) ideſt mors eum trahit. ¶ Moueri) ideſt flecti. ¶ Mouimus

B

iſta) ideſt tibi preces fecimus. ¶ Deo aduerſo) ideſt nobis irato, & non fauente. Iuuena. de Demoſthene. Diis ille aduerſis genitus. ¶ Sed) quaſi dicat, cum maiora perdiderim: poſſum etiam perdere leuiora. i. verba fruſtra fundere. ¶ Famam) laudem. ¶ Meriti) ideſt beneficij mei tibi collati. ¶ Corpus) a te violatum. ¶ Leue) ideſt facile. ¶ Certus es) ideſt deliberaſti. ¶ Ferent) auferent. ¶ Fidem) quam mihi dediſti: quia diſcedet tecū, neqꝫ eam mihi ſeruabis. ¶ Cum fœdere) ſcilicet connubiali. ¶ Soluere) proprie dixit. nam naues dicuntur ſolui: cum a littore mouentur. Statius in Achilleide. Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor Dardanus. dicit ergo deliberaſti ⁊ naues, & fœdus nuptiale: quod mecum

C

feceras: tecum abducere. ¶ Quȩqꝫ vbi ſint) quia ſoluꝫ audita, non autem viſa ſunt tibi. ¶ Noua) aut alluſit ad ſignificationeꝫ nominis, qa vt Ser. dicit, Carthago lingua Pœnorum noua ciuitas dicitur: aut re vera quia tunc noua fiebat. Vir. Aenei. j. ſurgentemqꝫ nouȩ Carthaginis arcem. ¶ Tradita) cōmiſſa. ¶ Tuo ſceptro) tuȩ poteſtati: nam ſceptrum regibus datur. ¶ Facta) diſſuadet ab vtil. ¶ Facta fugis) qđ eſt imprudētis. ¶ Quærenda) ordo eſt. ¶ Altera terra) ſcilicet Italica, eſt quȩrēda. ¶ Altera). ſ. hȩc, quam tibi dedi. ¶ Eſt quæ,) ideſt iam parta tibi.

ASCEN. D

SIC Vbi fata vocant) Hȩc epiſt. vij. quam Dido ad Aeneam ſcripſiſſe fingitur, priuſquam abiret: fere ex. iiij. Aenei. argumentum aſſumpſit, verū illic non ſcripſiſſe, ſed ſororem Annam miſiſſe dicitur. Principium videtur tacitæ obiectioni per antipophorā reſpōdere: ac ſi ipſa ſe, aut Aeneam induxerit per longam cogitationem obijcentem, ac dicentem. Si certum, aut decretuꝫ eſt omnino tibi mori, teqꝫ interficere, cur ſcribis Dido? quid canis moritura? Reſpondet. ¶ Sic vbi fata vocant ⁊c.) hoc eſt, ſicut ego moritura cano, hoc eſt carmine epi. ſcribo. ¶ Olor) .i. cygnus albus, ſed per excellentiā abiectus in herbis. ¶ Concinit) .ſ. funus ſuuꝫ. vnde Martialis, Cantator cygnus funeris ipſe ſui. ¶ Ad) .i. iuxta. ¶ Vada Mæandri) flumi nis illius flexuoſi. ¶ Vbi) ideſt quādo, aut poſtq̃: nam aduerbia loci ⁊ tēporis confunduntur, ita vt alterum pro altero paſſim ponatur. ¶ Fata vo.) .i. moriendi vis fatalis inſtanter

E

vrget: hoc eſt ideo ſcribo, vt id faciā, qđ cygnus. ¶ Nec al.) quia ſperem poſſe moueri noſtra prece. ¶ Nos moui.) .i. cuꝫ molimine auſpicatæ ſumus, & incepimus iſta. ¶ Deo aduer.) .i. irato, & abnuente. ¶ Sed cuꝫ perdi. ma.) .i. cum malo meo: hoc eſt indecenter. ¶ Famam me.) .ſ. prioris. ¶ Et corpus, & ani. pudi.) propter carmen legendū eſt corpuſqꝫ, animūqꝫ: nec minor eſt ornatus. ¶ Leue) .i. parui momēti eſt. ¶ Perdere ver.) .ſ. ſcripta in hac epiſtola. ¶ Certus es ire ta.) Anacoluthon eſt. naꝫ nō prȩceſſit: quanq̃ mori conſtitui, ſi abieris: tamē certus es ire, & relinquere. ¶ Miſeram Dido) .ſ. me. Ser. docet, ꝙ Grȩcorū in o vtimur tribus, aut q̃tuor caſibus, ntō, actō, ⁊ vctō in o, ⁊ gtō in us, aut in oos, vt hȩc Dido, huius Didus, vel Didoos, hāc Di

F

do, o Dido. ml'ti tñ hoc nomē latinȩ ɔclināt dicētes, hui⁹ Didonis, huic Didoni. hāc Didonē: qđ ēt ſeq̄r: licet nō ꝯtinuo dixero, huius Sapphois ⁊c. ſed Sapphus, ⁊ hāc Sappho. ¶ Iidē vē.) ſcribit ij duplici, qa pluralis eſt numeri. ſenſus eſt. ꝑmittes eiſdē, ſeu iiſdē vētis vela, ⁊ fidē. i. fidelitatē tuā, qa fœdifragus eris. ¶ Quæqꝫ vbi ſint) & certus es ſeq regna Italica, quȩ neſcis, vbi ſint. dixi ex. iiij. Aenei. fere ſūpta, vbi dr̄. Quid ſi nō arua aliena, domoſqꝫ Ignotas peteres? Sed qa Virg. oibus notus eſt, fruſtra eius carmina ad hāc epiſt. faciētia repetiero.

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

## *Heroidum Epiſtola ſeptima.*



### IN SEPTIMAM EPIST. ARGVM.

TROIA a Græcis euerſa, Aeneas Anchiſæ & Veneris filius, raptis ab incendio ſecum penatibus, viginti nauibus mare conſcendit. Qui tempeſtate vexatus, magna parte maris perrata, in Lybiam quidem delatus eſt: vbi tunc Dido, vt Virgilius finxit, Beli filia, & Sichæi Herculis ſacerdotis vxor, ex Tyro vrbe profecta, fratris Pygmalionis, qui incautum maritum ob eius diuitias interemerat, & ſæuitiam, & auaritiam fugiens, vrbem nouam Carthaginem condebat: a qua Aeneas cum ſocijs liberaliſſime ſuſceptus, & amatus cum ea concubuit. Verum cum Mercurij monitu in Italiam ſibi ab oraculo promiſſam nauigare cogeretur, Dido præſentiens, veluti quæ ardentiſſimo amoris flagrabat incendio, illum a nauigandi, aut ſaltem differendi propoſito reuocare tentans, poſt multas tandem fruſtra effuſas preces, ad eum moribunda ſcripſit, quem nouerat mortis cauſam præbuiſſe.

### DIDO AENEAE.

Accipe Dardanide moriturȩ carmen Eliſæ:
Quæ legis, a nobis vltima verba legis.

SIC, ubi fata uocant, udis abiectus in herbis
Ad uada Mæandri concinit albus olor:
Nec, quia te noſtra ſperem prece poſſe moueri,
Alloquor: aduerſo mouimus iſta deo.
Sed meriti famam, corpuſq́; animumq́; pudicum
Cum male perdiderim: perdere uerba leue eſt.
Certus es ire tamen: miſeramq́; relinquere Dido:
Atq; iidem uenti uela, fidemq́; ferent:
Certus es Aenea cum fœdere ſoluere naues:
Quæq́; ubi ſint neſcis, Itala regna ſequi.
Nec noua Carthago: nec te creſcentia tangunt
Mœnia: nec ſceptro tradita ſumma tuo.
Facta fugis: facienda * petis: quærenda per orbem
Altera: quæſita eſt altera terra tibi.

* a. l. fugienda.

HVBER. A ¶ V T)ideſt quamuis. ¶ Habendam)poſſidendam,& habitandam. ¶ Quis)quaſi dicat nullus. ¶ Tenenda)habenda: vt Tyrij tenuere coloni. ¶ Alter amor) quem fortaſſe nunquaꝫ inuenies. ¶ Iterũ)ſecundo,ſicut mihi dataꝫ ſemel fefelliſti. ¶ Quando erit)quaſi dicat nunquam:aut tardiſſime. ¶ Condas)ædifices. ¶ Inſtar)ad ſimilitudinem,eſt aũt,vt voluit Ser.nomen indeclinabile, & notandũ nunquã præpoſitionem apud idoneos ei pręponi: vt inſtar mõtis equum, & Oui.Deqꝫ genis lachrymę fluminis inſtar eũt. ¶ Et videas) ſubaudi quando erit? ¶ Tuos ) tibi ſubditos. ¶ Omnia)ſupradicta. ¶ Si)ideſt quamuis. ¶ Veniant).i.eueniant,& cõtingant tibi. ¶ Morentur)tardent, & impediant. ¶ Vnde erit) .q.d.ex nullo loco inuenies . ¶ Sic) ſicut ego amo te. ¶ Vror) per quaſdam ſimilitudines demõſtrat vim ſui amoris erga Aeneam . ¶ Vror) .i.ardeo.ſ.amore tui. ¶ Inducto)ſupimpoſito. ¶ Ceratę)illitę. ¶ Tedæ)ſpecies arborum , quæ ex ſe liquorem emittunt:ſunt autem, vt dicit Plin.flammis,luminibuſqꝫ ſacrorum gratæ. ¶ Refert)repręſentat. Virgil.illum abſens abſenteꝫ auditqꝫ videtqꝫ . ¶ Ille) Aeneas. loquitur auteꝫ de eo, tanq̃ de tertia perſona. ¶ Surdus) non reſpondens:tranſlatio ab eo , qui auditu caret. ¶ Et quo).i.eſt talis , quo ego debeam velle carere,& eſſe ſine eo. ¶ Si non) .i.niſi. ¶ Sim ſtul.) quia ſtultus eſt , qui eo non vult carere:cui intelligit ſua beneficia non eſſe grata: nec ſe ab eo amari : tamẽ,quia dixerat eum talem eſſe, vt deberet velle eo carere:remouet a ſe ſuſpicionem odij dicens. ¶ Non tamen &c. ¶ Infidum) .ſ.eſſe Aeneam. ¶ Queſta) .i. licet lamentata de eo. ¶ Amo peius)amo vehemẽtius. Terẽ. Quo minus ſpei eſt:eo magis amo,

* a.l.focis

* Hęc duo carmina in alijs nõ leguntur.

B

* Aaron legit,illa tuæ.

Vt terram inuenias: quis eam tibi tradet habendã?
Quis ſua non notis arua tenenda dabit?
Alter habendus amor tibi reſtat , & altera Dido:
Quamq; iterum fallas , altera danda fides .
Quando erit, ut condas inſtar Carthaginis urbem?
Et uideas populos altus ab arce tuos?
Omnia ſi ueniant: nec te tua uota morentur:
Vnde tibi , quæ te ſic amet,uxor erit?
Vror , ut inducto ceratæ ſulfure tedæ:
Vt pia fumoſis addita thura rogis. *
Aeneaſq; oculis ſemper uigilantibus hæret, *
Aeneamq; animo noxq; , dieſq; refert .
Ille quidem male gratus,& ad mea munera ſurdus:
Et quo , ſi non ſim ſtulta , carere uelim .
Non tamen Aeneam , quamuis male cogitet , odi:
Sed queror infidum,queſtaq; peius amo .
Parce Venus nurui , durumq; amplectere fratrem
Frater Amor: caſtris militet ille tuis .
Aut ego , quæ cœpi (neq; enim dedignor) amare:
Materiam curæ præbeat ille meæ .
Fallor,& ipſa mihi falsò iactatur imago:
Matris ab ingenio diſſidet ille * ſuæ .
Te lapis , & montes , innataq; rupibus altis
Robora , te ſæuæ progenuere feræ:
Aut mare, quale uides agitari nunc quoq; uentis:
Quo tamen aduerſis fluctibus ire paras .
Quo fugis? obſtat hyems: hyemis mihi gratia pſit:
Aſpice , ut euerſas concitet Eurus aquas .
Quod tibi malueram , ſine me debere procellis .
Iuſtior eſt animo uentus , & unda tuo .

D Virgiliana in.iiij. Aenei. vbi Dido ſic loquitur . Nec tibi diua parens:generis nec Dardanus author Perfide:ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus: hyrcanæqꝫ admorunt vbera Tigres. ¶ In nata).i.genita. ¶ Robora)arbores. ¶ Sæuæ fe.)vt Tigres,aut vrſæ:aut Leænæ. ¶ Aut mare) ſ.genuit te. ¶ Quale vi.)nõ tranquillũ,ſed procelloſum:quale nũc vides. ¶ Agi) moueri. ¶ Quo) .i.per quod mare ¶ Tamen paras ire).ſ.cũ ita agitetur ventis. ¶ Quo fugis) contumelioſe dixit,fugis: vnde ipſe apud Virgi.reſpondet,ne finge fugam. ¶ Obſtat) impedit te. ¶ Hyemis mihi gratia profit) .i. ſi tu tua ſpõte nõ vis mihi hoc munus pręſtare, vt aut maneas:aut differas fugam tuam : ſaltem facias hoc neceſſitate tempeſtatis. ¶ Aſpice) demonſtrat ei magnitudinem tempeſtatis. ¶ Concitet) commoueat. ¶ Sine)permitte. ¶ Me debere) me eſſe obligatã. ¶ Procellis) tempeſtatibus, & impetuoſis ventis.dicuntur autem quaſi percellæ a percellendo.i.percutiendo. ¶ Iuſtior tuo animo)quia vult reddere gratiam mihi bene merenti , cum vult te apud me retinere:tu autem , qui accepiſti beneficium,non vis reddere gratiam.

E

ASCEN. ¶ M A L E Gratus) ideſt nõ gratus,ſed ingratus,& immemor beneficii . ¶ Queſtaqꝫ peius) ideſt intenſius , & cum maiori malo meo , amo . ¶ Queſta ) ideſt poſt querelas.vnde amoris non queſtus, obliuio,ſiqua fieri poteſt,animi eſt remedium : vt autem obliuio fit, occupandus eſt alijs curis animus . ¶ Frater amor) frater Aeneæ, & etiam Didonis , quia ſe coniugem Aeneæ dictitat . ¶ Aut ego quem &cæ.)Ordo eſt. ¶ Aut ille , quem ego cœpi amare: prębeat materiam meæ curæ) ideſt ſe amabilem præbeat. ¶ Neqꝫ enim dedignor amare) ideſt libenter amarem , ſi ſe amari ſinat . Vnde dicit Aeneidos quarto. Quæ mihi reddat eum , vel eo me ſoluat amantem.

C ¶ Parce)conuertit ſermonem ſuum ad Vene. & Cupidinem : vt Aeneam in amoris caſtra compellant. ¶ Nurui).i.mihi,quę ſum nurus tua:nam ſum vxor Aeneæ filij tui. ¶ Amor)Cupido. ¶ Frater).ſ.Aeneę.nam ambo eſtis filij Veneris. ¶ Militet) verſetur , & proprie dixit. Nam, vtinquit Oui.in lib.j.amorum. Militat omnis amans,& habet ſua caſtra Cupido. ¶ Aut ego).ſ.militem in tuis caſtris: ſubaudiendum eſt enim verbum. ¶ Quæ cœpi amare)ex quo eum vidi,& audiui loquentem. Virgi. At regina graui iandudũ ſaucia cura Vulnus alit venis,⁊ cæco carpitur igni. ¶ Neqꝫ enim dedignor)parentheſis eſt. ¶ Ille) Aeneas. ¶ Materiam)fomentũ,nutrimentum.i.reſpondeat meo amori:nam cura amorem ſignificat: vt ex verſu Virgi.ſupraſcripto patet,dicitur autem,quod cor vrat. ¶ Fallor).i.fruſtra hoc cogito, & peto: vt meo amori reſpondeat. ¶ Iactatur) .i.laudatur: vel oſtentatur ab eo. ¶ Matris)probat,quod dixit:dicit enim eũ omnino eſſe contrariuꝫ Veneri matri ſuæ. ¶ Diſſidet)diſcordat. ¶ Ingenio) natura : quia Venus eſt mollis,& placabilis: Aeneas vero durus,& inexorabilis. ¶ Te lapis) hæc ſupradicta dixit,tanquam de tertia perſona:nunc conuertit ſermonem ad ipſum Aeneã, arguens ipſum nimiæ duritiæ . Eſt autem tota hæc æmulatio

F ¶ Fallor , & ipſa mihi falſo iactatur imago ) ideſt falſo præſefert pietatem , & Veneris filium nuncupat , cum ſit durior caute . Vnde Aeneidos quarto . Nec tibi diua parens , generis nec Dardanus author Perfide , ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus , hyrcanæqꝫ admorunt vbera Tigres. ¶ Aut mare ) hoc videtur ſumptum ex Homero , qui ( vt interpretatur Aulus Gellius libro duodecimo , capite primo) dicit ſic . Non eques ipſe pater fuerat tibi me Hercule Peleus, Non Thetis eſt genitrix:glaucum te protulit æquor, Aeriæ & rupes:mens ꝙ tibi dura,feroxqꝫ. ¶ Quale vides agita.) Aeneidos.iiij. Quin etiã hiberno moliris ſydere claſſem. ¶ Quod tibi malueram)ſenſus & ordo eſt. ¶ Sine)ideſt permitte. ¶ Me debere procellis,id ſupple : quod malueram debere tibi) ideſt permitte , vt beneficio ventorum te detineam , & ęque fruar: quæ cum beneuolentia tua te malim,ſed non poſſum frui.nõ poſſum quidem,quia non permittis,& ita ventus, & vnda eſt, ¶ Iuſtior)ideſt clementior:aut iuſtior,quia iuſtũ eſt, vt amans ametur,& amato fruatur tuo animo.

Non ego ſum tanti: quod non mediteris * inique:
  Vt pereas: dum me per freta longa fugis.
Exerces precioſa odia, & conſtantia magno:
  Si, dum me fugias, eſt tibi uile mori.
Iam uenti ponent: ſtrataq; æqualiter unda,
  Cœruleis Triton per mare curret equis.
Tu quoqꝫ cum uentis utinam mutabilis eſſes:
  Et, niſi duritia robora uincis, eris.
Quid, ſi neſcires inſana quid æquora poſſent?
  Expertæ * toties tam male credis aquæ?
Vt pelago ſuadente etiam retinacula ſoluas:
  Multa tamen latus triſtia pontus habet.
Nec uiolaſſe fidem tentantibus æquora prodeſt:
  Perfidię pœnas exigit ille locus,
Præcipue cum læſus amor: quia mater amorum
  Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.
Perdita ne perdam, timeo: noceamq; * nocenti:
  Neu bibat æquoreas naufragus hoſtis aquas.
Viue precor: ſic te melius, quàm funere, perdam:
  Tu potius læti cauſa ferare mei.
Finge age te rapidô (nullum ſit in omine pondus)
  Turbine deprendi: quid tibi mentis erit?
Protinus occurrent falſæ periuria linguæ:
  Et Phrygia Dido fraude coacta mori.
Coniugis ante oculos deceptæ ſtabit imago
  Triſtis, & effuſis ſanguinolenta comis.
Quicquid id eſt, totum merui, concedite dices:
  Quæq; cadent, in te fulmina miſſa putes.

A ❡NON ego ſum) dicit Aeneā non debere ſe obiicere periculo mortis propter ipſam, dum vult eam fugere: ordo eſt. ⸢O inique: non ſum tanti, vt pereas) .i. perire velis, dum fugis me per longa freta. ⸢Quod) .i. quam rem. ⸢Non meditaris) nō cogitas. ⸢Exerces) ſenſus eſt. ſi habes me odio, & propter hoc paruifacis obiicere te morti: hæc tua odia ſunt nimis magni pretii, & nimis chara, & conſtantia magno: quia conſtant tibi vita: quæ eſt res magna. ⸢Si eſt vile tibi) .i. ſi paruifacis: nam interdum odio alicuius ſolent homines paruifacere pericula, & mortem: vnde eſt illud amantis apud Virg. in Buc. Specula de montis in altum Deferar: extremum hoc munus moriētis habeto. ⸢Iā venti) dicit, cito ceſſaturam tēpeſtatē, indeqꝫ eum tutius nauigaturum. ⸢Ponent) .i. quieſcent. ⸢Iam) .i. cito. ⸢Strata) .i. multum quieta. ⸢Triton) Deus maris, Neptuni ex Salacia Dea maris filius, & eiuſdeꝫ
B tubicen. Ouid. j. Metam. Caua buccina ſumitur illi Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo. ⸢Curret) celeri curru ibit per mare. ⸢Equis cœruleis) .i. Delphinibus iunctis ad currum in vicem equorū: naꝫ deorum maris equi ſunt Delphines. volunt autem poetæ Deos maris, non ire ſuper vndas, niſi ferè quieto mari: vnde Virg. in primo Aenei. poſt placatū mare dixit de Neptuno. Cœloqꝫ inuectus aperto flectit equos: Curruqꝫ volans dat lora ſecundo. ⸢Cum ventis) quorum natura eſt: vt mutentur. Hora. ſecundo carminum. Non ſemper imbres nubibus hiſpidos manant in agros: aut mare Caſpium vexant inæquales procellæ. ⸢Eris) ſcilicet mutabilis. ⸢Niſi vincis) .i. niſi ſuperas .i. niſi es durior roboribus. Robur autem ſpecies arboris eſt: ex qua deterrimam
C eſſe gallam Plinius ſcribit: eſt autem eius lignum nimiæ duritiæ: ponitur autem pro omni re, quę dura ſit. ⸢Quid) ſcilicet faceres? q. d. ignoſcendum eſſet tibi, ſi intrares mare: cuius periculum ignorares. ⸢Expertæ) probatæ a te. eſt in ſignificatione paſſiua participium. ⸢Tam male) .i. tam cum periculo tuo. ⸢Credis) confidis: vt, O formoſe puer, nimium ne crede colori. ⸢Vt) .i. q̄;uis. ⸢Retinacula) funes nauium. ⸢Etiam pelago ſuadente) .i. etiam mari tranquillo: quia tunc videtur ſuadere nobis nauigationem. ⸢Nec prodeſt) liptote eſt .i. nocet. ⸢Tentantibus) ingredientibus. a tento deriuatur: vt Virg. tentanda fuga canit æquora Calchas. ⸢Exigit pœnas perfidiæ) .i. punit perfidos. ⸢Præcipue) hoc dicit, vt magis eū terreat. ⸢Quia) rationem ponit. ⸢Mater amorum) Venus. amorum autem dixit, quia duo dicuntur eſſe Cupidines. ⸢Edita) ſcilicet genita. ⸢Aquis Cytheriacis) hoc ſecundum fabulaꝫ dixit: quam Ser. in. v. Aenei. refert. Dicit enim Cœlium patrem fuiſſe Saturni, cum iratus filius falce virilia amputaſſet: lapſa in mare ſunt: de quorum cruore, & maris ſpuma nata dicitur Venus: vnde & Aphrodite dicitur: nam Aphros cum accentum in fine habet: ſpumā ſignificat: inde & Virg. libro ſupradicto. Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis, Vnde genus ducis. Huius autē fabulæ allegoriam qui vult ſcire, videat Seruium loco ſuprascripto. Cytherea autem dicitur a Cytheris inſula tantum pluraliter declinata: quæ vt Plin. lib. iiii. inquit in Laconico ſinu D
eſt, antea Porphyris appellata. Venus autem cum primum nata eſt mari: eo cōcha deuecta eſt: vnde & nomen accepit: inuenitur autem & pro vrbe, & pro inſula eodem nomine. interdum tamen Venus, Iouis, & Diones filia dicitur: vnde & ipſa nonnunq̄; dicitur Dione, & Dionæus a Venere nomen deducitur. vt apud Virgil. in Buc. Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum: ⁊ Aene. iii. Sacra Dionææ matri .i. Veneri ⸢Perdita) .i. timeo, ne te perdam naufragio: quem tamen amiſi: qa nō vis mecū manere. ⸢Neu) ideſt & ne. ⸢Hoſtis) Aeneas. ⸢Naufragus) ſūmerſus. ⸢Viue precor) conciliat ſibi Aeneam, optans ei vitam. ⸢Sic) ſcilicet viuendo. ⸢Quam funere) q̄; morte .i. melius eſt, quod caream te viuo, q̄; mortuo. ⸢Ferare) .i. dicare. ⸢Potius) ſcilicet q̄; ego dicar eſſe cauſa tuæ mortis. ⸢Finge) artificioſe ei cōmemorat recor- E
dationem conſcientiæ in magnis periculis ⸢Age) hortantis eſt. ⸢Finge) puta, animo tuo cogita. ⸢Te deprehendi) vſus eſt verbo nautico: nam nauigantes deprehendi dicuntur. Virg. lib. v. Aene. Hūc ego Getulis agerē ſi Syrtibus exul Argolicoue mari deprenſus, & vrbe Mycene &c. ⸢Quid mentis) .i. quæ mens: ⁊ cogitatio erit tibi? ⸢Nullum ſit) parentheſis eſt. ⸢Pondus) effectus. ⸢In omine) .i. in augurio meorum verborum .i. hoc tamen propter verba mea tibi non eueniat. ⸢Protinus) dicit, quæ mens ei futura ſit. ⸢Occurrent) venient in menteꝫ. ⸢Periuria) quibus me decepiſti. ⸢Et Phrygia Dido) Phrygia legendum eſt: non autem Tyria, vt ſit ordo: Dido coacta mori fraude Phrygia .i. fraude tua: nam Aeneas Phrygius eſt: nam ſi dicatur Dido Tyria verſus nō patitur: ſi vero fraude Tyria ſenſus repugnat. ⸢Ima- F
go) ſpecies. videbere enim videre me: quam decepiſti, quod maxime te anget. Iuue. Et quod præcipuis mentem ſudoribus vrget, Te videt in ſomnis: tua ſacra, & maior imago Humana turbat pauidum, cogitqꝫ fateri. ⸢Triſtis) .i. mœſta. ⸢Sanguinolenta) vtpote quæ tui cauſa ſe interfecerit. ⸢Merui totum) .i. iuſte patior. ⸢Putes) pro putabis, .i. credes non eſſe fortuita, ſed miſſa a diis, vt vindicent perfidiam tuam: hæc enim cogitatio ſolet male conſcientiæ euenire. Iuue. Hi ſunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent, Cum tonat exanimes primo quoqꝫ murmure cœli. Non quaſi fortuitus, nec ventoruꝫ rabie: ſed iratus cadat in terras, & vindicet ignis.

❡AVT Ego quę cœpi) neqꝫ enim dedignor amare, interruptionem pono ſtatim Aut: vt intelligas, aut ille præbeat materiam: vel eſt ſubſtractum meæ curæ, meo amoir: neqꝫ enim ego, quæ cœpi, dedignor amare. Hæc AARON. AARON

❡EGO Non ſum tanti) ſcilicet valoris, vt pereas, dum fugis me per longa freta. ⸢Quod) ſcilicet dictum. ⸢Non mediteris) ideſt interpreteris. ⸢Inique) .i. in malam partem: hoc eſt, qđ ꝑ ironiā addit. ⸢Exerces pretioſa) .i. res pretioſas. ⸢Cōſtantia magno) animo .i. videtur tibi magnum, & pretioſum, hoc egregium facinus. ⸢Si, dum me fugias, eſt tibi vile mori) .i. ſi paruipendis mortem, dūmodo me fugias, quaſi vero ma- ASCEN.

* a. l. meditaris

* Expertæ paſſiue.

* a. l. noceamue.

A iori odio me, q̄ mortem proſequaris, cum vt me fugias, illaʒ incurras. ¶ Expertæ aquæ) paſſiue dixit, nam experior cómune eſt. ¶ Nullum ſit in omine pondus) honeſta, & amica parentheſis, nam dum mala cómemoramus, ne malorum omen in amicos conuertatur, auerti petimus ab eis, & in inimicos conuerti. Vnde Sinon. ii. Aenei. Locutus de euerſione Troiæ addit: qd̄ Dii prius omen in ipſum conuertant. Sumebant autem veteres ſuperſtitioſi pro omine. i. futuræ rei iudicio quicquid primum audirent. vnde Aemilius deliberans an Perſen oppugnare deberet, audito a filia, Perſa mea periit, illud ꝓ omine perdendi a ſe regis illius ſumpſit, q̄uis filia de catella, ſeu canicula, cui Perſe nomen fuit, loqueretur. Et ideo patrifamilias quærenti. quis me petit, aut vocat? non reſpódebatur nullus, aut nemo, ſed bona fortuna pater. Nec, qui nihil haberet, audebat ſe nihil habere dicere, ſed recte: vnde in Eunucho. Tamen quod illi dem, recte eſt: nam nihil dicere, mihi religio eſt. i. mali ominis metus: vbi oſtendit pro eo, quod eſt nihil, dici ſolere, recte. quia ergo Dido dixerat, finge age te rapido: dictura, turbine deprendi, interponit. Nullum ſit in omine pondus. i. nolo id tamen eueniat, nec vt ratú ſit illud omen. ¶ Et Phrygia Dido) ordo eſt. & Dido coacta mori fraude Phrygia. i. Phrygum, qui fraudulenti ſunt. vnde ipſa Aenei. iiii. Nec dum Laomedonteę ſentis periuria gentis Nec legendum eſt Tyria, vt ſciolorum prauitate inuerſus eſt textus. Nam videntes: quia Tyria eſſet Dido, & neſcientes malum eſſe verſum, & meliorem ſententiam, vt ſit Phrygia fraude: pro Phrygia, Tyria ſcripſerunt. ¶ Coniugis ante oculos) Sic Maro. Omnibus vmbra locis adero. D

Da breue ſæuitiæ ſpatium pelagiq́; tuæq́;:
Grande moræ pretium, tuta futura uia eſt.
Nec mihi tu parcas: * puero parcatur Iulo:
Te ſatis eſt titulum mortis habere meæ.
Quid puer Aſcanius? quid Dii meruere penates?
Ignibus ereptos obruet unda deos.
Sed neq; fers tecum: nec, quæ mihi perfide iactas:
Preſſerunt humeros ſacra, paterq́; tuos.
Omnia mentiris: neq́; enim tua fallere lingua
Incipit à nobis: primaq́; plector ego.
Si quæras, ubi ſit formoſi mater Iuli:
Occidit, à duro ſola relicta uiro.
Hæc mihi narrabas. at me mouere merentem.
Illa minor culpa pœna futura mea eſt.
Nec mihi mẽs dubia eſt, qn̄ te tua numina dãnent:
Per mare, per terras ſeptima iactat hyems.
Fluctibus eiectum tuta ſtatione recepi:
Vixq́; bene audito nomine, regna dedi.
His tamen officiis utinam contenta fuiſſem:
Et mihi concubitus fama ſepulta foret.
Illa dies nocuit: qua nos decliue ſub antrum
Cœruleus ſubitis compulit imber aquis.
Audieram uoces, Nymphas ululaſſe putaui:
Eumenides fatis ſigna dedere meis.
Exige læſe pudor pœnas uiolate Sichæi, *
Ad quem (me miſeram) plena pudoris eo.
Eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sichæus,
Oppoſitæ frondes, uelleraq́; alba tegunt.
Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari,
Ipſe ſono tenui dixit, Eliſa ueni.

* a. l. cura.

* a. l. Sichæo.

HVBER. ¶ DA BREVE) præſcribit modum petitionis ſuæ: dicit enim ſe non petere, vt Aeneas perpetuo maneat: ſed tantum differat: donec ira ipſius Aeneæ, & pelagi aliquantulũ fuerit remiſſa. ¶ Da breue ſpatium). i. concede breue tẽpus. ¶ Grande moræ) ſenſus eſt. B hæc mora erit vtilis, quia poſtea habebis nauigationẽ tutam. ¶ Via) nauigatio. ¶ Erit grande pretium). i. magna vtilitas. ¶ Morę) tardatióis tuę. ¶ Nec parcatur mihi). i. ne habeas reſpectum mei in morando: ſed filii tui. ¶ Titulum) nomen, & famam. ¶ Meæ) non etiam filii tui. ¶ Quid mer.) ſcilicet vt ſubmerſionis periculo a te obiiciantur. ¶ Penates) dii, quos tecum, vt dicis, portas. ¶ Ereptos) liberatos. ¶ Ignibus) incẽdiis Troianis. ¶ Fers) portas. ¶ Preſſerunt tuos humeros). i. tuis humeris ſunt portata. nam vt ipſe narrat in. ii. Aene. apud Virg. Sacra, penateſqʒ ſibi ab Hectore: qui ei in ſomniis apparuerat, cómendatos humeris impoſuit, & patrem ſimul: vt Virgi. Ergo age care pater ceruici imponere noſtræ: Ipſe ſubibo humeris: nec me labor iſte grauabit. C ¶ Mentiris) falſo iactas. ¶ Neqʒ incipit a nobis) quia iam eſt aſſueta fallere alios. ¶ Plector). i. punior ¶ Si quæras) probat, ꝙ alias deceperit. ¶ Mater) Creuſa. ¶ Occidit) periit ¶ Sola) ſine te. ¶ Duro) inhumano. ¶ Hoc) ſcilicet Creuſam eſſe a te relictam: nam circa finem. ii. Aenei. Virg. narrat Aeneas Didoni Creuſam fuiſſe a ſe amiſſam, cum diſcederet a Troia: ſed eam conuerſam in miniſtram matris Deum. ¶ Ad me) videtur hic textus, vel obſcurus, vel ambiguus: alii, nouere: alii, mouere, legendum putant: ſed cum in aliis multis codicibus: tum in meo vetuſtiſſimo legitur, nouere: erit ergo ſenſus. narrabas mihi Creuſam a te relictam: ſed ego non ſolum fui tibi vxor, ſicut ipſa. ſed ego tibi præſtiti beneficia, vnde maiorem pœnam es daturus: quod me deceperis, & dereliqueris: q̄ quod illã reliqueris. ¶ Nouere) ſciunt, ſcilicet omnes. ¶ Merentem). i. præſtantem tibi beneficia: nam hoc ſignificat mereri. Virg. in. vi. Aene. Quiqʒ ſui memores alios fecere merendo. ¶ Illa pœna) quam tu dabis, & patieris propter Creuſam relictam. ¶ Eſt futura minor culpa mea). i. culpa, quam de me habes: nam in genitiuis nominum & pronominum: & item in nominibus poſſeſſiuis perſona poſſeſſoris dupliciter accipitur: ⁊ actiue, ⁊ paſſiue: actiue ſic, iniuria Paridis concitauit vniuerſam Græciã aduerſus Troianos: hic iniuria intelligitur: quam Paris aliis intulit: paſſiue vero, iniuria Menelai Græcos omnes ad auxi- E lium ſuum cómouit: hic accipitur iniuria, quæ Menelao illata eſt: & ſic culpa mea interdum intelligitur, quaʒ ego de alio habeo: interdum quam alius de me: vt hic. ¶ Nec mihi) probat culpam de ſe deceptã eſſe maiorẽ, quia non dubitat: quin propter ipſam ſit daturus pœnas. ¶ Quin). i. vt non. ¶ Damnent) dignum pœna iudicent: & puniant. ¶ Septima hyems) ſeptimus ann⁹. vt ipſa apud Virg. in fine primi Aene. Nam te iam ſeptima portat omnibus errantem terris, ⁊ fluctibus æſtas. ¶ Eiectũ) naufragũ: vt ipſa in. iiii. Aene. Eiectum littore, egentem Excepi, ⁊ regni demens in parte locaui. ¶ Vix bene audito nomine) nam vt in primo Aenei. ſcribit Virg. cum audiſſet Dido ab Ilioneo: Rex erat Aeneas nobis &c. Reſpódit ipſa. F Vultis, & his mecum pariter conſiſtere regnis? Vrbem quã ſtatuo, veſtra eſt. ¶ His officiis) ſcilicet, quod te hoſpitio excepi, & regna dedi. ¶ Fama) quæ iam ſparſa, & vulgata eſt, me tecum cócubuiſſe. Virg. iiii. Aenei. de hac fama. Hæc tum multiplici populos ſermone replebat, Gaudens, & pariter facta, atqʒ infecta canebat: Veniſſe Aeneam Troiano ſanguine cretum: Cui ſe pulchra viro dignetur iungere Dido. Nunc hyemem inter ſe luxu: q̄ longa, fouere, Regnorum immemores, turpiqʒ cupidine captos. Hæc paſſim Dea fœda virum diffundit in ora. ¶ Sepulta) incognita: a nullo cómemorata. ¶ Foret) ſubaudi vtinam. ¶ Illa dies) cómemorat tempus, quo primum ſe cum Aenea commiſcuit: exierat enim in venationẽ cum Aenea: vt ſcribit Virg. lib. iiii. Aenei. immiſſoqʒ ſubito imbri a Iunone Venere cóſentiente Aeneas, & Dido in eandem ſpeluncam imbrem fugientes deuenerunt: vbi primum concubuerũt. ¶ Nocuit) Virg. Ille dies primus leti: primuſqʒ malorũ cauſa fuit. ¶ Decliue) pendens. ¶ Sub antrum). i. in ſpeluncam. ¶ Compulit) coegit ire. ¶ Cœ-

A ruleus)obſcurus. Virg.inſequitur cōmixta grandine nymbus.
¶ Audieram voces).i.clamorem. ¶ Nymphas vlulaſſe putaui)
Virg.Summoq; vlularunt vertice nymphæ. ¶ Eumenides) q.
d.non fuerunt nymphæ,ſed furiæ,quæ ſigna dederunt. ¶ Fa-
tis meis).i.infelicitati. ¶ Exige) non ad Sichęum: vt quidam
male exiſtimant:ſed ad pudorem a ſe violatum ſermoné con-
uertit:neq; enim legendum eſt Sichęum: quia neq; ratio car-
minis patitur:nam Sichęus non eſt diſyllabum: vt Theſeus,ſed
triſyllabum: vt Anthęus. Virg Huic coniux Sichęus erat:ergo
Sichęi legendum eſt: vt ſit ordo. ¶ O pudor læſe violate) eſt
autem diſtinguendum,ne vitioſum ſit,duo adiectiua ſine co-
pula poni:ſicut apud Virg.Tectum auguſtum,ingens,centum
ſublime columnis. ¶ O pudor) o pudicitia. ¶ Violate) Virg.
Ante pudor,q̃; te violem:aut tua iura reſoluam. ¶ Exige pœ-
nas Sichęi).i ſume de me pœnas:quas Sichęus deberet exigere:
quia ei non ſeruaui fidem. Virg.Nec ſeruata cineri promiſſa Si
chęo. ¶ Plena pudoris).i. plena verecundiæ: quia pudet me.
¶ Eſt mihi) dicit Dido ſe vocatam fuiſſe noctu a ſimulachro
mariti: qđ in domo colebat ſumma veneratione. ¶ Sichęus)
imago Sichęi. ¶ In æde)in templo. Virg. Præterea fuit in te-
ctis de marmore templum Coniugis antiqui,miro quod ho-
nore colebat, Velleribus niueis,& feſta fronde reuinctū. ¶ Op
poſitæ)ad ornatū. ¶ Vellera)lanæ. ¶ Tegunt)ornant. ¶ Hinc)
B ex illa æde. ¶ Noto ore).i. notis verbis. Virg. Hinc exaudiri
voces,& verba vocantis viſa viri &c. ¶ Ipſe)Sichęus. ¶ Eliſa)
hoc.n.fuit prius nomen Didonis:nā poſtq̃; Carthaginé cōdi-
dit,Dido appellata eſt:qđ nomé lingua punica ſignificat vira-
giné:alii volūt,vt Ser.poſtq̃; ſeipſaq; interemit,hoc noíe appel
latā fuiſſe. ¶ Veni)impatiui ē modi.q.d.neceſſe ē. vt mecū ſis.

¶ DA BREVE Sæuitiæ ſpatium pelagiq; tuæq;).i.differ D
ſæuitiam tuam,& vita ſæuitiam maris, quia grande pretium ASCEN
eſt mori.nam via eſt futura tuta, ſi aliquantulum immoratus
fueris. ¶ Te ſatis eſt titulum mortis habere meæ) parcas ergo
Aſcanio, ne & eius mortis titulum habeas, dicariſq; interfe-
ctor filii tui. ¶ Omnia mentiris) quæ.ſ.de pietate tua in deos,
& patrem narraueras: vt.ii.&.iii. Aene.recitatur. ¶ Hæc).ſ.pie
tatis opera in coniugem etiam tuam,quam per Troiam quæ-
ſiſti. ¶ Ac)pro ⁊ hæc. ¶ Mouere).i mouerunt.i.affecerunt cō-
miſeratione me ¶ Merenté) ſ.ex pia credulitate,& tamen ¶ Il
la pœna)quā pro tam facili credulitate dabo. ¶ Eſt futura mi-
nor mea culpa)quia plus mali merui,quā mori,dum tam per-
fido fidem habui. ¶ Fluctibus eiectum) Virg. Nuſquam tuta fi
des,eiectum littore egentem Excepi, & regni demens in parte
locaui. ¶ Illa dies)ſic Maro. Ille dies primus leti,primuſq; ma
lorum cauſa fuit. ¶ Nymphas vlulaſſe) ſic Maro. Summoq;
vlularunt vertice nymphæ. ¶ Eumenides) dicuntur furiæ in-
fernales per antiphraſim .i. contrariam ſcriptionem: eu enim
bonum ſignificat, cum minime bonæ ſint. ¶ Exige &c.) ſi le-
gitur Sicheu, vt ſit vocatiuus græcus, cum tamen non ſit di-
phthongus: ordo eſt. ¶ O pudor læſe) .i. extincte,& violate.
¶ Exige pœnas).ſ.a me, & ¶ O Sicheu violate).i.inhonorate
per ſecundas nuptias,exige pœnas. Aut ſi legēdum eſt Sichęo:
ordo eſt. o pudor læſe,& violate. ¶ Sicheo)ideſt in damnum E
Sichęi,exige pœnas ¶ Ad quas)ſcilicet pœnas. ¶ Me miſeram)
ſubaudi o,vel heu. ſed reprimit, ne ſit vehemens excandeſcen-
tia:ad quas igitur, o me miſeram,ego eo. ¶ Plena pudoris).i.
verecundiæ, & ruboris. ¶ Eſt mihi) hoc quoq; ex Virgilio
ſumptum eſt, vt patet in.iiii. Vnde fruſtra &c.

HVBER. ¶ NVLLA Mora)dicit ſe
paratam mori, vt ſit cum Si-
chęo:quod etiam libentius,⁊
celerius faceret: niſi pudicitiā
amiſiſſet. ¶ Da veniam)ad Si-
chęum loquitur. ¶ Idoneus)
cui credenduq; quiſq; putaret.
¶ Inuidiam)odium. ¶ Noxæ)
.i.culpæ. Virg Vnius ob no-
xam. ¶ Detrahit)aufert. ¶ Di-
ua parens) enumerat ea, quæ
fecerunt fidem. ¶ Diua) non
mortalis. ¶ Pia ſarcina)pium
onus .i. pater, quem humeris
ſuis ſe geſtaſſe dicebat. ¶ Speq;)
nam ea videbatur eſſe officia
C hominis boni, & fidelis: neq;
videbatur, qui talia feciſſet:
poſſe quenq̃; decipere. vnde
dicit ſe propter ſupradicta ſpe
raſſe eum eſſe remāſurū apud
ſe: ſicut promiſerat. ¶ Si fuit
errandum) q.d.ſi ob vllā rem

Nulla mora eſt,uenio: * uenio tibi debita coniux:
Sum tamen admiſſi tarda pudore mei.
Da ueniam culpæ,decepit idoneus author,
Inuidiam noxæ detrahit ille meæ.
Diua parens,ſeniorq́; pater,pia ſarcina nati,
Spem mihi manſuri rite dedere uiri.
Si fuit errandum,cauſas habet error honeſtas:
Adde fidem:nulla parte pigendus erit.
Durat in extremum,uitæq́; nouiſſima noſtræ
Proſequitur fati,qui fuit antè,tenor.
Occidit internas * coniux mactatus ad aras,
Et ſceleris tanti præmia frater habet.
Exul agor,cineresq́; uiri,patriamq́; relinquo,
Et feror in duras hoſte ſequente uias.
Applicor ignotis,fratriq́; elapſa,fretoq́;,
Quod tibi donaui perfide,littus emo.

¶ Ad aras) i.apud aras Virg.
Impius ante aras,atq; auri cæ
cus amore,Clam ferro incau- *a.l.venio quondam.
tum ſuperat &c. ¶ Frater)ſci-
licet meus,quod magis eſt do
lendum. ¶ Præmia)nomen,⁊
titulum. ¶ Exul agor) narra-
tio eſt reliquarum infelicita-
tum: quæ licet ſit de præteri-
tis,tamen eleganter ſit per prę
ſens: vt res nūc geri videatur.
¶ Exul agor) expellor a pa-
tria:naq; crudelitas fratris co-
egit eam facere ſuadente Si-
chęi imagine:quæ Didoni no *a.l.iterea
ctu apparuit:& omne facinus
Pygmalionis enarrauit. ¶ Pa-
triam)quā deſerere quiſq; in-
feliciſſimum putat. ¶ Et feror) F
amplificatio infelicitatis: di-
cit enim ſe non habuiſſe locū
certum, quò iret: neq; etiam
tuto nauigaſſe ¶ Hoſte ſequē

debui non ſeruare, quod Sichęo promiſeram, nam in hoc er-
raui. ¶ Honeſtas)probabiles. ¶ Adde fidem)quam dedit mihi
.i.adde,quod mihi iurauit. ¶ Pigendus).ſ.Aeneas.i.non erit,
quare pigeat,& turpe mihi ſit ei credidiſſe. ¶ Durat) Enume-
ratis iis,quæ Aeneæ poterant facere fidem viri boni:ne culpā
in ipſam Didonem transferendam diceret: dicit ſe eſſe infeli-
cem vſq; ad vltimum vitæ ſpiritum: & enumerat ſeriem ſua-
rum infelicitatum. ¶ Nouiſſima)vltima.i.vſq; ad morté. ¶ Te
nor)perſeuerantia. ¶ Fati)infortunii fatalis. ¶ Occidit)incipit
enumerare infortunia: inter quæ primum ponit mortem ma-
riti ſui Sichęi: quem miro amore dilexit. Fuit autem Sichęus
Didonis auunculus: vt Iuſtin.ſcribit lib.xviii. ſacerdos Hercu-
lis:qui honos,ſecundus a rege erat:qui magnas,ſed diſſimula
tas opes habebat:aurumq; metu regis non tectis,ſed terræ cre
diderat:quam rem & ſi homines ignorabant: fama tamen lo-
quebatur. itaq; Pygmalion oblitus iuris humani auunculum
ſuum,eundemq; ſororis maritum ſine reſpectu pietatis occi-
dit. ¶ Occidit) periit. ¶ Mactatus) tanq̃; victima interfectus.

te)ideſt fratre Pygmalione,qui vitæ,& rebus meis inſidiaba-
tur, vt hoſtis: inde Virgilius: Germaniq; minas. ¶ Applicor)
adducor. ¶ Elapſa)clam,& cum difficultate erepta. ¶ Emo)ſic
legendum eſt in præſenti tempore: ſicut & ſupradicta verba,
quod etiam ratio carminis exigit:nam emi,quod primam na
turaliter producit: nullo pacto legi poteſt: quod autem qui-
dam exponunt emi: ideſt orna: vt ſit imperatiui modi, ſtul-
tiſſimum eſt.
¶ DVRAT IN Extremum) Docet fatale eſſe generi ſuo, ASCEN.
vt erumnis concutiatur, ne culpæ detur, quod neceſſitatis
eſt. de fuga autem Didonis ex Tyro habetur ad longum Ae-
neidos primo. ¶ Quod tibi donaui &c.) conſentio cum
ſuperiore commentario, legendum eſſe, emo: quia emi præ-
teritum biſyllabum primam producit, nec eſt ratio cur in
præterito ponatur: cum dicat in præſenti, Applicor ignotis
&c. nec obſtat, ꝙ donaui, dixit: nam quia de præterito ſæpe,
quaſi de pręſenti loquitur: bene dicit, applico, ⁊ emo littus ⁊c.
¶ Quod donaui).ſ.nō tunc. vnde nō dicit dono,ſed poſtea.

Vrbem conſtitui,lateq; patentia fixi
  Mœnia: finitimis inuidioſa locis.
Bella tument,bellis peregrina,& fœmina tentor,
  Vixq; rudes portas vrbis, & arma paro.
Mille procis placui,qui me coiere, * querentes
  Neſcio quem thalamis præpoſuiſſe ſuis. *
Quid dubitas uinctam Getulo tradere Iarbæ?
  Præbuerim ſceleri brachia noſtra tuo.
Eſt etiam frater:cuius manus impia poſcit
  Reſpergi noſtro,ſparſa cruore uiri.
Pone deos,& quæ tangendo ſacra profanas:
  Non bene cœleſtes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapſis igne futurus:
  Pœnitet elapſos ignibus eſſe deos.
Forſitan & grauidam Dido ſcelerate relinquis:
  Parsq; tui latitat corpore clauſa meo.
Accedet fatis matris miſerabilis infans:
  Et nondum nati funeris author eris:
Cumq; parente ſua frater morietur Iuli:
  Pœnaq; connexos auferet una duos.
Sed iubet ire Deus: uellem uetuiſſet adire:
  Punica nec Teucris preſſa fuiſſet humus.
Hoc duce nempe Deo uentis agitaris iniquis:
  Et teris in rapido tempora longa freto.
Pergama uix tanto tibi erant repetenda labore:
  Hectore ſi uiuo quanta fuere,forent.
Non patrium Simoenta petis,ſed Tybridis undas.
  Nempe,ut peruenias quò cupis:hoſpes eris.
Vtq; latet,refugitq; tuas abſtruſa carinas,
  Vix tibi continget terra petita ſeni.
Hos populos potius in dotem ambage remota *
  Accipe,& aduectas Pygmalionis opes.
Ilion in Tyriam tranſfer felicius urbem:
  Inq; loco regis,ſceptraq; ſacra tene. *
Si tibi mens auida eſt belli,ſi quærit Iulus
  Vnde ſuo partus Marte triumphus eat:
Quem ſuperet, nequid deſit, præbebimus hoſtem,
  Hic pacis leges,hic locus arma capit.
Tu modo per patrem, * fraternaq; tela ſagittas:
  Perq; fugæ comites,Dardana ſacra,deos.
Sic ſuperent,quoſcunq; tua de gente reportas:
  Mars ferus & damni ſit modus ille tui.

A HVBER. ¶INVIDIOSA) paſſiuæ eſt ſignificationis.i.quibus inuidetur.vnde Anna ad ipſam Didonem lib.iiii. Aenei. ſic inquit: Nec venit in mentem, quorum conſederis aruis? Hinc Getulæ vrbes genus inſuperabile bello:Et Numidę infreni cingunt:& inhoſpita Syrtis:Hinc deſerta ſiti regio:lateq; furentes Barcæi. ¶Bella tument. Virg. Quid bella Tyro ſurgentia dicam? ¶Peregrina:& fœmina) & a fortuna, & a ſexu mouet cõmiſerationez. ¶Rudes)nouas. ¶Mille).i.multis. numerus finitus,pro infinito. ¶Coiere)cõgregati ſunt. ¶Neſcio quem) quaſi ignotum. ¶Suis thalamis).i.connubio ipſorũ. ¶Quid dubitas)q.d.non eſt talis fortuna mea, vt debeam recuſare etiam captiuitatem. Virg. Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater Deſtruat: & captam ducat Getulus Iarbas? ¶Getulo)qui imperat Getuliæ:quæ eſt pars Aphricæ. ¶Præbuerim) pro præbebo. ¶Sceleri tuo) ecce hoc verbo magis ꝓhibet, qđ videtur concedere. B ¶Frater) Pygmalion. ¶Sparſa)fœdata. ¶Viri)mariti mei Sichęi:quẽ interfecit. ¶Pone) pro depone. Aphæreſis. ¶Profanas) polluis, ⁊ maculas tangendo: quia ab impiorum manibus Dei tangi indignantur: inde apud Virg. Donec me flumine viuo abluero:nam cruẽtis manibus tangere ſacra Aeneas nefas duxit. ¶Non bene cœleſtes) ſententia eſt rhetorica. ¶Si tu)ſenſus eſt. Dei nollent ſe eſſe liberatos ab incendio Troiano:ſi tu,qui es impius: eras culturus deos elapſos ab incendio.ordo eſt. Deos pœnitet eſſe elapſos ignibus &c. ¶Si tu).ſ.ſceleratus, ⁊ impius: habet enim hoc pronomẽ demonſtratiuũ emphaſin. ¶Eras futurus cultor ipſis ereptis).i. liberatis. C ¶Igne)quia mallent ſe eſſe combuſtos, q; habere talem cultorem. ¶Forſitan) addit.quod poſſit eum mouere ad cõmiſerationem. ¶Relinquas)pro relinques. & melius legitur, quam relinquis, vel relinques, quod ſequens verbum indicat. nam dixit. ¶Lateat)pro latebit: vel latere contingit. ¶Pars tui) aliquis filius, qui eſt pars patris. ¶Accedet) addetur. ¶Fatis).i. morti. ¶Miſerabilis)quia nulla culpa ſua morietur. ¶Nondum nati).i.filii nondũ editi in lucẽ. ¶Frater Iuli)qui erit ex te genitus,ſicut Iulus. ¶Cũ ſua parente).i.mecum,quæ ſum mater ſua. ¶Vna pœna).i.vna mors. ¶Connexos)coniunctos. ¶Sed iubet) obiectio,quam poſſet facere Aeneas ¶Deus)Mercurius:ſic enim ſe excuſabat Aeneas,vt apud Virg.lib.iiii.Aene.Nunc etiam Interpres diuum Ioue miſſus ab ipſo, Teſtor vtrunq; caput: celeres mandata per auras Detulit. ipſe Deũ manifeſto in lumine vidi &c.

* a.l. in me coiere.
* a.l. velim
* a.l. remiſſa
* a. l. ſceptra ſacrata tene.
* a.l. matrẽ

D Vel certe Apollinem verius intelligit,cuius iuſſu petebat Italiam: vt ipſe apud Virg.lib.iiii.Sed nunc Italiam magnaz Grynæus Apollo,Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes. ¶Preſſa)tacta,calcata. ſic ipſa apud Virg. Felix heu nimium felix,ſi littora tantum Nunquã Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ. ¶Hoc duce)hoc dicit Dido: vt Aeneas minus ſit cupidus parere reſponſis Apollinis: dicit enim eum eſſe cauſam malorum Aeneæ:quia dum eius reſponſa vult ſequi: quibus iubetur venire:agitatur iã multis ãnis ⁊ mari, ⁊ terra. ¶Hoc).ſ.deo Apolline. ¶Duce) authore. ¶Teris)conſumis: vnde ipſe in. vi. Aenei. Magnas obeuntia terras, Tot maria intraui duce te, penituſq; repoſtas Maſſylum gentes, prætentaq; Syrtibus arua. ¶Pergama)Troia. ¶Quanta)quam magna,quam florida. ¶Tanto labore) quanto petis arua aliena: vnde ipſa apud Virgi. Quid ſi non arua aliena: domoſq; Ignotas peteres: ⁊ Troia antiqua maneret? Troia ꝑ vndoſum peteretur claſſibus æquor? E ¶Patrium).i.Troianum. ¶Sed vndas Tybridis) qui ꝓcul eſt ab his locis. ¶Vt).i.q;uis. ¶Quo cupis).ſ. ad Italiam. ¶Hoſpes) nouus, & aduena. ¶Vſq;) i.ſemper. alii legunt: vtq;, & melius: vt ſit ſenſus. ¶Terra)quam tu petis. ¶Vt latet).i.ſicut eſt remota, & abſtruſa, ⁊ penitus occultata. Virg.j.Georg. Vt ſilicis venis abſtruſum excuderet ignẽ. Idem lib. vi. Aenei. Quærit pars ſemina flammæ Abſtruſa in venis ſilicis. ¶Vitat)quaſi ſponte fugit. vt Virg. Italiam petimus fugientem. ¶Vix cõtinget)eueniet. ¶Tibi ſeni).i. etiaz ſi vixeris multos annos. ¶Hos)meos. δεικτικῶς. F ¶Remiſſa)omiſſa. ¶Ambage)circuitu: vt, longæ ambages. ¶Opes Pygmalionis) quas Pygmalion habere cupiebat: & ſperabat: vnde illud Virg. Portãtur auari Pygmalionis opes pelago. ¶In Tyriam vrbem).i.in Carthaginem: quaz Tyriam a conditoribus appellauit. ¶Ilion).i.res Ilienſes .i.ſtatum Troianum,& regnũ tranſmuta in hanc vrbem: & eſto huius loci rex. ¶Felicius) q; Troia fuit. ¶Sacra)venerabilia: quia omnes reges erant ſacri. ¶Si tibi)ſatiſfacit obiectionibus:quas Aeneas facere poſſet:quod vellet venire in Italiam: vt exerceat ſe,& filium Aſcanium in bellis: dicit enim etiam in illis regionibus dari eis hanc opportunitatem. ¶Vnde)ex qua cauſa. ¶Ne quid deſit) .i. vt omnia habeas.ſ.& regnum: & etiam opportunitatem victoriarum,& triumphorum. ¶Hic pacis).i. ⁊ paci, ⁊ bello cõuenit. ¶Hic locus)noſter. ¶Tu modo)per multas adiurationes eum orat Dido; vt ſui miſereatur; ſumitur autem verbum

A perfecti ſenſus inferius: Parce precor domui. ¶ Tela fraterna) .i. arma Cupidinis fratris tui. ¶ Deos) penates. ¶ Sic) adiurantis eſt: vt ſæpius diximus. ¶ Superent) .i. vincát. nam ſuperare interdum vincere, vt hic: interdum ſupereſſe ſignificat: vt apud Virg. li iiii. Quid puer Aſcanius? ſuperat ne? & Iuue. Et quod ſuperauerat vnum, Velo prora ſuo. ¶ Ille Mars) illud bellum .ſ. Troianum. ¶ Sit modus) ſit finis. ¶ Tui damni) .i. vltra illud bellum, nullum vnquam patiaris damnum.

ASCEN. ¶ VRBEM Conſtitui) Virgil. Vrbem præclaram ſtatui, mea mœnia vidi. ¶ Getulo tradere) non dices me, quia Getulo tribus longis conſtat. ¶ Non bene cœleſtes) Memorabile dictum. ¶ Si tu cultor eras) ſenſus eſt. tanta eſt perfidia tua, q̄ ſi tu eras futurus cultor diis penatibus. ¶ Elapſis) .ſ. ignibus, & ruinis. ¶ Pœniteat elapſos) .i. q̄ maluerint igne conſumpti eſſe, q̄ abs te coli. ¶ Sed iubet ire) .i. abire. ¶ Deus) .ſ. Iuppiter p Mercurium. vnde Virgil. Nunc etiam Interpres diuum Ioue miſſus ab ipſo &c. ¶ Pergama vix tanto &c.) Docet ne Troiam quidem repetendam tanto labore, quanto Italiam fugientem quærit. ¶ Simoenta) a nominatiuo Simois: ſed vt Seruius docet græce ſcribitur per ei diphthongon Simois, licet ſit ſemp triſyllabū. ¶ Hos potius populos in do.) vnde Iuno ad Venerē Aene. iiii. Dotaleiſq; tuæ Tyrios permittere dextræ. D

HVBER. ¶ SVOS Annos) natura, vel fato ſibi debitos. Sic ſupra Briſeis ad Achillem. Nunc quoq; ſic omnes Peleus pater impleat annos. ¶ Molliter) talia enim mortuis precari ſolebant. Iuuena. Dii maiorum vmbris tenuem, & ſine pondere terram. ¶ Cubent) ideſt quieſcant. ¶ Domus) ſcilicet meæ. ¶ Habendam) poſſidendam. ¶ Tibi) a te. ſic apud Virg. Miſerere domus labentis. ¶ Quod) q. d. nullum. ¶ Non ego) dicit ſe non fuiſſe hoſtem Troiani nominis: nec natam ex locis hoſtilibus. ¶ Phthia) vrbe Theſſaliæ, vnde Achilles nonnunquam phthius dicitur: cuius cauſa omnes ex ea vrbe oriundi merito debent eſſe odio Troianis. ¶ Oriunda) .i. orta: nomē eſt: non autē participiū. ¶ Mycenis) vnde Agamemnon, & Menelaus fuerint. ¶ In te) contra te. ſic apud Virg. iiii. Aene. Non ego cū Danais Troianā excindere gentem Aulide iuraui, claſſemue ad Pergama miſi. ¶ Si pudet vxoris) ideſt ſi pudet te habere me nomine vxoris. ¶ Hoſpita) peregrina, & amica. ¶ Quælibet) ideſt ſub quauis conditione: ideſt & ſerua, & amica. ¶ Dum) pro dummodo. ¶ Nota mihi) arguit a natura maris Lybici nō eſſe nunc nauigandum: ſed differendum. ¶ Frangentia) percutientia. ¶ Certis) quibuſdam, non omnibus. ¶ Viam) ideſt opportunitatem eundi. ¶ Leuis) vilis. ¶ Eiectam) ad littus ſubductam. ¶ Alga) herba maris, quæ in tempeſtate tollitur ſuper vndas: & interdum moratur naues. ¶ Manda) committe, & da hanc curam. ¶ Serius) tardius, vt eas tutius. ¶ Nec ſinam) ideſt non patiar, & permittam. ¶ Te manere) ſcilicet hic. ¶ Si) ideſt quāuis. ¶ Cupias) ideſt velis: quia hortabor te: vt eas, cum venti poſcent. ¶ Et ſocii) alia ratio, quare debeat differre diſceſſum: vt & ſocii recreentur: & naues quaſſatæ reficiantur. ¶ Socii) tui feſſi, ac fatigati. Virg. lib. j. Aenei. Defeſſi Aeneadæ, quæ proxima littora, curſu Contendunt petere, & Lybiæ vertuntur ad oras. ¶ Laniata) ventis quaſſata. Virg. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. ¶ Semirefecta) non plene inſtaurata. ¶ Exiguas moras) exiguum ſpacium morandi. ¶ Pro meritis) pro beneficiis in te collatis: vt ipſa apud Maronem. Si bene quid de te merui. ¶ Siqua debebimus vltra) ideſt præſtare debebimus vltra hæc, quæ iam præſtitimus. ¶ Pro ſpe coniugii) Virg. Per connubia noſtra, per inceptos Hyme-

B

C

Aſcaniuſq; ſuos feliciter impleat annos:
Et ſenis Anchiſæ molliter oſſa cubent.
Parce precor domui: quæ ſe tibi tradit habendam:
Quod crimen dicis, præter amaſſe, meum?
Non ego ſum Phthia, magniſq; oriunda Mycenis:
Nec ſteterunt * in te uirq;, paterq; meus.
Si pudet uxoris: non nupta, ſed hoſpita dicar,
Dum tua ſit Dido, quidlibet eſſe feret.
Nota mihi freta ſunt Afrum frangentia * littus:
Temporibus certis dantq;, negantq; uiam.
Cum dabit aura uiam: præbebis carbaſa uentis:
Nunc leuis eiectam continet alga ratem.
Tempus ut obſeruem: manda mihi: ſerius * ibis:
Nec te, ſi cupias, ipſa manere ſinam.
Et ſocii requiem poſcunt: laniataq; claſſis
Poſtulat exiguas ſemirefecta moras.
Pro meritis, & ſiqua tibi debebimus, ultra:
Pro ſpe coniugii, tempora parua peto.
Dum freta miteſcunt: & amor dum tēperat uſum:
Fortiter ediſcam triſtia poſſe pati.
Sin minus: eſt animus nobis effundere uitam:
In me crudelis non potes eſſe diu.
Aſpicias utinam quæ ſit ſcribentis imago:
Scribimus: & gremio troicus enſis adeſt:
Perq; genas lachrymæ ſtrictum labuntur in enſem:
Qui iam pro lachrymis ſanguine tinctus erit.
Quàm bene conueniunt fato tua munera noſtro:
Inſtruis impenſa noſtra ſepulchra breui.
Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo:
Ille locus ſæui uulnus amoris habet.

* a. l. ſteterant

* a. l. tangentia

*Sunt qui certius, malunt.

neos. ¶ Tempora parua peto) ſic apud Virgilium. Tempus inane peto: requieſ, ſpaciumq; furori. ¶ Et amor dum temperat vſum) ideſt dum aſſuetudine amor ſit tolerabilis. ſic Virgil. Dum mea me victam doceat fortuna dolere: amoris enim & fortunæ iniuria, & aduerſitas vſu ſit tēperatior. ¶ Ediſco) conſueſco. ¶ Sin minus) ideſt ſi non. ſubaudi præſtiteris hoc paruum tempus. ¶ Eſt animus) eſt firma diſpoſitio. ¶ Effundere vitā) .i. mori. ¶ Diu) quia cito moriar: & tua crudelitas non poterit nocere mihi mortuæ. ¶ Imago) ſpecies, vel aſpectus. ¶ Quæ) ſcilicet qualis. ¶ Troicus) tuus, quem mihi reliquiſti. Virgil. Enſemq; relictum. ¶ Strictum) nudum. ¶ Pro lachrymis) loco lachrymarum. ¶ Tinctus) maculatus. ¶ Quam bene) irriſiue. ¶ Fato noſtro) ideſt morti noſtræ. ¶ Inſtruis) ornas. ¶ Nunc primum) quia etiam antea percuſſa ſum. ¶ Ille locus) .i. pectus meum. ¶ Vulnus amoris) Virgilius. At regina graui iandudum ſaucia cura, Vulnus alit venis. E

ASCEN. ¶ PARCE (precor) domui) Aeneidos quarto. Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicq; Dulce meum: miſerere domus labentis &c. ¶ Nō ego ſum Phthia) ſic primo Aeneidos. Cum domus Aſſaraci Phthiam, claraſq; Mycenas Seruitio premet. Non ergo legendum eſt Phthiam. ¶ Quodlibet eſſe, feret) ideſt patietur quolibet, ſcilicet modo. ¶ Nota Aphrum) More oratorio iuxta præceptum rhetoricum æque validiſſima parat argumenta, & nouiſſimo loco repetit: ſcilicet vt opportunam expectet nauigationem, ad quam ſe illi profuturaſ pollicetur. ¶ Et amor dum temperat vſum) Sic. iiii. Aenei. Tempus inane peto, requiem, ſpaciumq; furori: Dum mea me victam doceat fortuna dolere. ¶ Quam bene conueniunt fato tua munera noſtro) Aenei. iiii. ex perſona Poetæ contra dicitur. Non hos quæſitum munus in vſus. ¶ Feriuntur telo) ſignificat ſe percuſſam telo amoris, & percutiendam a ſe telo lætali. ¶ Ille locus) docte hoc excogitauit poeta. Nam ſolent ſontes puniri etiam in hac vita in his membris, quibus peccarunt: vt paraſiti in ventre. vnde, ingere in ventreſ calces: inquit Comicus. Vaniloqui, in ore: ſicut Ligur quidā apud Virg. Lubrici amatores, in oculis: vt in Eunucho patet. Meticuloſi, in præcordiis: vt apud Home. Therſites ſceptro contra præcordia per-

F

A cuſſus. Amatrix ergo, quæ corde peccauit, corde vulnus ſuſceptura eſt.

Anna ſoror, ſoror Anna meæ male conſcia culpæ,
Iam dabis in cineres ultima dona meos.
Nec conſumpta rogis inſcribar, Eliſa Sichæi:
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.
PRAEBVIT AENEAS & cauſaꝫ mortis, & enſem:
Ipſa ſua Dido concidit uſa manu.

HVBER. ¶ANNA Soror) commiſeratiue vertit ſermonem ad Annam: quam dicit cito executuram funus eius. ⁋Male) quia mihi prodeſſe nequiſti. ⁋Conſcia culpæ) nam vt eſt apud Virgil. ei amorem ſuum detexit. Anna (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichæi Coniugis &c. ⁋Culpæ) amoris ſecundi mariti, quem culpam appellauit: vt Ser. voluit, quia antiquo ritu bis nuptæ ſacerdotio repellebantur: ſed melius placet culpam dici propter fidem non ſeruatam priori marito: vt apud Virg. Nec ſeruata fides cineri promiſſa Sichæo. ⁋Iam) mox, cito. ⁋Vltima dona) exequias, quæ & iuſta dicuntur. ⁋Conſumpta rogis) ideſt combuſta ignibus rogalibus. ⁋Nec inſcribar Eliſa Sichæi) ſcilicet vxor. nam in mulierum epitaphiis ſcribebantur nomina maritorum ſuorum. Lucre. Liceat tumulo ſcripſiſſe Catonis Martia. Non vult ergo ſcribi vxor Sichæi, D quia non fuit ei fida vxor. ⁋Hoc tamen) legitur, etiam tantum, & melius, ſcilicet ſolummodo. ⁋Cauſam) quia decepit. ⁋Et enſem) quia reliquit enſem, quo ſe interfecit. ⁋Ipſa) per ſe. ⁋Concidit) mortua eſt. Secundum fabulas Dido propter diſceſſum Aeneæ ſe interfecit gladio: quem Aeneas reliquerat apud eam. licet Ser. dicat: quod ſecundum hiſtoriam, cum Iarbas Didonem vxorem petiuiſſet, ⁊ illa negaſſet: intulit bellũ Carthagini: cuius timore, cuꝫ cogeretur a ciuibus: petiit, vt ante placaret manes mariti: & exædificata pyra ſe in ignem prę cipitauit: ob quàm rem Dido, ideſt virago appellata eſt. nam proprie Eliſa dicebatur: alii tamen dicunt eam, Didonem, ideſt Viraginem dictaꝫ: quia dux fuit tot viris ſecum euntibus: & vrbem in alieno ſolo condidit: vnde Virgil. de ea quaſi per admirationem tanti animi: dixit. dux fœmina facti.

¶ANNA Soror) Idem ferè Aeneidos quarto reperies. ASCEN. vnde ſuperſedeo.

B

## IN OCTAVAM EPISTOLAM

E

### ARGVMENTVM HVBERTINI.

HERMIONE Menelai, & Helenæ filia fuit: hæc admodum puella a Tyndareo auo materno Oreſti Agamemnonis filio, & patrueli ſuo deſponſata eſt. Menelaus vero eius pater huius deſponſionis ignarus eam Pyrrho deſpondit: qui tandem a bello Troiano reuerſus Oreſti Hermionem rapuit: & eam per vim tenebat: cum illa mallet eſſe Oreſtis, q̃ꝫ Pyrrhi vxor. Quare Hermione ſcribit ad Oreſtem hanc epiſtolam: qua eum rogat: vt eam eripiat Pyrrho: & non patiatur eam̨ eſſe in vinculis apud Pyrrhum: & ita crudeliter tractari. adducit autem rationes plurimas: quare id facere debeat: & adducit ipſum Pyrrhum in odium, & inuidiam Oreſti: & poſtremo adiurat ſe, aut morituram: aut venturam in coniugium Oreſtis: quod quidem aſſecuta eſt. nam Oreſtes interfecto Pyrrho eam tandem recepit: &, vt quibuſdam placet, ſociam in omnes caſus eam habuit: ex qua & Oreſtem filium ſuſcepit.

## IN OCTAVAM EPISTOLAM

### ARGVMENTVM ANTONII VOLSCI.

C TANTALVS Plore nympha & Ioue genitus, ex Thaygete, ſeu, vt alii volũt, Penelopem Nioben, & Pelope ſuſcepit. Ex Pelope & Hippodamia Oenomai Lyſidice, Atreꝰ Thyeſtes, ⁊ Pliſthenes naſcunt̃. Ex Aeropæ Pliſthenes, Agamẽnonẽ, & Menelaũ genuit. Menelaus ex captiua Lydia Megapenthẽ: Ex Helena Tyndari Hermionen: q̃ꝫ q̃ꝫ Duris Samius in expoſitione Lycophronis ex Theſeo, & Helena Hermionen natam tradit. Agamemnon ex Clytęmneſtra filias habuit: quam & Iphianaſſam Lucretius appellat, Chryſothemin, Laodicen, & Electram. Filios vero Aleſon, & Oreſtem. Tyndarus, cui Menelaus ad bellum Troianũ: maturans, domum commendarat: Oreſti Hermionen deſpondet: eandem Menelaus in caſtris Pyrrho Achillis filio collo- F cat, inſcius pacti cum Oreſte coniugii. Spartam reuerſus Pyrrho illam tradidit: Phthiam in Theſſaliam: ſiue, vt alii volũt, in Epeirum ducitur: ſed cum Pyrrhi cõnubium atqꝫ ſecundas nuptias odiſſet: Oreſtem vero, & patruelem & coniugem adamaret: clam per nuntium monuit facile poſſe a Pyrrhi iniuria liberari: vnde Ouid. eſt commentus epiſt. nam poſt matris cædem Oreſtes purgatus furore Mycenis commorabatur: intelligit Pyrrhum Delphos petiſſe, Apollini vt gratularetur, quoniam patris cædem vindicaſſet: mittit exploratores: negant reuerſi Delphis eſſe. Oreſtes ipſe profectus ad indagandam rem poſtridie rediit negocio perfecto: nam paulopoſt cũ Pyrrhus trucidatus reperiretur, vulgatus eſt ſermo id factum eſſe Oreſtis inſidiis: quoniam Hermionen confeſtim ad ſe recepit: ex qua filios ſuſcepit Thiſamenem, Corinthum, & Oreſtem.

¶ACHILLEIDES)

# PVBLII OVIDII NASONIS

POETAE SVLMONENSIS *Heroidum Epiſtola octaua.*



IN OCTAVAM EPIST. ARGVM.

HERMIONE Menelai, & Helenæ filia, a Tyndaro auo materno, cui domum commendarat Menelaus, dum iret ad Troiam, Oreſti Agamemnonis, & Clytæmneſtræ filio deſponſata eſt. Quā etiā Menelaus huiuſce rei inſcius Pyrrho Achillis filio ante Troiam promiſit, qui tandem reuerſus Hermionē rapuit. Sed cū Pyrrhi connubium maximo odio haberet, & Oreſtem adamaret, clam per nuntium monuit facile ſe poſſe a Pyrrhi vinculis liberari. Quod quidem eſt aſſecuta. Nam Oreſtes poſt Aegiſthi matriſq; cædem furore purgatus. Pyrrho in templo Apollinis interfecto, eam recepit.

HERMIONE ORESTI.

Alloquor Hermione nuper fratremq; virumq;,
Nunc fratrem: nomen coniugis alter habet. *

PYRRHVS Achilleides animoſus imagine patris
Incluſam contra iusq;, piumq; tenet.
Quod potui, renui, ne nō inuita tenerer:
Cætera fœmineæ non ualuere manus.
Quid facis Aacide? non ſum ſine uindice, dixi:
Hæc tibi ſub domino Pyrrhe puella ſuo eſt.
Surdior ille freto clamantem nomen Oreſtis
Traxit inornatis in ſua tecta comis.
Quid grauius capta Lacedæmone ſerua tuliſſem:
Si raperet graias barbara turba nurus?
Parcius Andromachen uexauit Achaia * uictrix:
Cum Danaus Phrygias ureret ignis opes.
At tu, cura mei ſi te pia * tangit, Oreſte
Iniice non timidas in tua iura manus.
An, ſiquis rapiat ſtabulis armenta recluſis,
Arma feras? rapta coniuge lentus eris?
Sit ſocer exemplo nuptæ repetitor ademptæ:
Cui pia militiæ cauſa puella fuit.
Si ſocer ignauus uacua ſtertiſſet * in aula:
Nupta foret Paridi mater, ut antè fuit.
Non tu mille rates, ſinuoſaq; uela parabis,
Nec numerum Danai militis; ipſe ueni.

A

HVBERTINVS.

ACHILLEIDES) filius Achillis, ei autem, quam nos in i longam vertimus, nūc poeta diuiſit. a genitiuo enim Achillei Achilleides fecit, non Achillides, licet etiam Achillides legi poſſit, dicitur autem & Achilles, & Achilleus in nominatiuo. Natus eſt autem Pyrrhus ex Achille & Deidamia filia Lycomedis regis Scyri inſulæ, quo tempore Achilles apud eum ſub puellari habitu educabatur. ¶ Animoſus) audax, uel iracundus. ¶ Imagine patris) Virgilius. Inſtat vi patria Pyrrhus. ¶ Cōtra ius) contra humanas leges. ¶ Contra pium) ideſt contra religionem, & deorum inſtitutum. nam pietas debetur deis. ¶ Ne) pro vt. ¶ Quod potui) ideſt quantum potui. ¶ Renui) ideſt recuſaui. ¶ Inuita) contra voluntatem.

B

¶ Cætera) præter renuere. ¶ Fœmineæ) & ideo imbeciles. ¶ Vindice) vel vltore, vel defenſore, vt Lucanus de Pompeio, vindexq; ſenatus. ¶ Sub ſuo domino) non ſub te, quia alterius iam ſum dicata connubio. ¶ Surdior) quia ſicut mare non audit precantes, ita ille multo minus audiebat me ſupradicta dicentem. ¶ Clamantem) vocantem, quaſi mihi auxilio eſſe deberet. ¶ Inornatis) ſolutis, & laceratis. ¶ Quid grauius) quaſi dicat nihil, dicit ſe non eſſe in deteriori conditione, quam ſi capta Lacedæmone vrbe ſua facta fuiſſet captiua.

C

¶ Parcius) modeſtius, & mitius. ¶ Vexauit) agitauit. ¶ Victrix) quæ iure victoriæ poterat eſſe ſæuior. ¶ Cum Danaus) ideſt cum Troia igne græco conſumeretur. ¶ Phrygias opes) ſic Virgilius, Troianas vt opes: erat enim Troia ditiſſima regio. ¶ Cura) amor. ¶ Inijce manus) verbum eſt iuris, dicitur enim inijcere manus, qui nulla iudicis authoritate expectata rem ſibi debitam vendicat. Virgilius decimo Aenei. Inijcere manus parcæ, teliſq; ſacrarunt Euandri. ¶ In tua iura) ideſt me vendicandam, quę ſum tua. ¶ An, ſiquis) arguit a minori ad maius, ſi enim pugnatur pro armentis raptis, multo magis pugnandum eſt pro vxore. ¶ Lentus) piger eris? quaſi dicat, non. ¶ Si ſocer) arguit ab exemplis. ¶ Socer) Menelaus pater meus ſocer tuus. ¶ Nuptæ) Helenæ matris meę, vxoris ſuæ. ¶ Ademptæ) raptæ a Paride. ¶ Foret) ſcilicet ſi fuiſſet lentus, & non curaſſet repetere eam armis. ¶ Vt ante) ſcilicet fuit nupta. ¶ Non tu) arguit a facili, quòd Oreſtes ſine claſſe, & exercitu eam repetere poſſit. ¶ Mille) Virgilius. Non anni domuere decem, non mille carinæ. ¶ Ipſe) ideſt tu, & non alius pro te.

D

ASCENSIVS.

PYRRHVS Achilleides & cætera.) Nonnulli codices ſic auſpicantur, ſeu incipiunt. Alloquor Hermione nuper fratremque, virumq;: Nunc fratrem, nomen coniugis alter habet. In quibus quidem verſiculis videtur phraſis Ouidiana, nec ſunt a negocio abhorrentes. In principio autem narrationis cum purgatione ſui fatetur uiolentiam ſibi factam: ſed ab eo, cui facile reſtitiſſe non potuit, Pyrrho videlicet Achillis filio, & imitatore: addit tamen, ſe illi reſtitiſſe, quatenus potuit. ¶ Nomen Oreſtis) quaſi in eo pondus ſit terroris. ¶ Achaia victrix) ideſt ipſe græcus victor, qui eam Heleno permiſit habendam: vt patet Aeneidos tertio. ¶ A tu Oreſte) ſuauiter. deponitur /s/ in uocatiuo propriorum, vt Achille, Vlyſſe, Oreſte, Chreme. ¶ Ignauus) ideſt ſine induſtria, iners, & ad nullum opus vtilis. ¶ Stertiſſet) ſcilicet reſideret deſidioſus, nec legendum eſt, ſtetiſſet, quia verſus non ſtaret, nec ſententia tam congrua eſſet. ¶ In aula vacua) ideſt vacuata coniuge ſua Helena, quam Paris rapuerat. ¶ Non tu mille rates) Tot enim in expeditione Troiana fuiſſe perhibentur. Virgilius Aeneidos ſecundo, Non anni domuere decem, non mille carinæ.

E

F

* in alijs exemplaribus hæc duo carmina non inueniuntur.

* Regio pro perſona.

* a.l. ſi te nūc tangit Oreſte

* a.l. ſediſſet.

Sic quoqꝫ erã repetenda tamẽ:nec turpe marito eſt,
Aſpera pro charo bella tuliſſe toro.
Quid? quod auus nobis idem Pelopeius Atreus?
Et, ſi non eſſes uir mihi, frater eras.
Vir precor uxori, frater ſuccurre ſorori:
Inſtant officio nomina bina tuo.
Me tibi Tyndareus uita grauis author, & annis
Tradidit: arbitrium neptis habebat auus.
At pater Aeacidæ promiſerat inſcius acti:
Plus quoqꝫ, qui prior eſt ordine, poſſit auus:
Cum tibi nubebam: nulli mea teda nocebat:
Si iungar Pyrrho: tu mihi læſus eris.
Et pater ignoſcet noſtro Menelaus amori:
Succubuit telis præpetis ipſe Dei.
Quem ſibi permiſit, genero permittet * amorem:
Proderit exemplo mater amata ſuo.
Tu mihi, quod matri pater, es: quas geſſerat olim
Dardanius partes aduena, Pyrrhus agit.
Ille licet patriis ſine fine ſuperbiat actis:
Et tu, quæ referas, facta parentis habes.
Tantalides, omneis, ipſumq; regebat Achillem:
Hic pars militiæ, dux erat ille ducum.
Tu quoqꝫ habes proauũ Pelopem, Pelopiſq; parẽtẽ:
Si melius numeres, à Ioue quintus eris.
Nec uirtute cares: arma inuidioſa tuliſti:
Sed tu quid faceres? induit illa patrem. *
Materia uellem fortis meliore fuiſſes:
Non lecta eſt operi, ſed data cauſa tuo.

HVBER. A ¶ SIC) ſcilicet cum claſſibus, & numero militũ, ſi opus eſſet. ¶ Nec turpe) immo honeſtum. ¶ Pro charo toro) .i. pro chara cõiuge. ¶ Quid? quod) arguit nunc a cõſanguinitate: qđ ſi iure coniugij nollet Oreſtes eam repetere: dicit eũ tamen id facere debere iure conſanguinitatis: erant .i. Oreſtes, & Hermione patrueles .i. nati ex duobus fratribus, & ſic eundeꝫ habebant auũ. ¶ Atreus) pater dicitur fuiſſe Agamẽnonis patris Oreſtis, & Menelai p̃ris Hermiones, ergo auus erit vtriqꝫ. ¶ Pelopeius) filius Pelopis: poſſeſſiuum pro patronymico. Pelops autem filius Tantali genuit Atreum, & Tyeſteꝫ: Atreus Agamẽnona, & Menelaum: Thyeſtes vero ex Pelopea filia genuit Aegiſthũ: qui poſtea adulter fuit Clytęmneſtræ. ¶ Si) quãuis eras frater .i. patruelis, nam in hoc ſignificato ſępe ponitur & frater, & ſoror. ¶ Vir) .i. tu maritus. ¶ Inſtant offic. tuo) .i. vrgent te ita facere bina nomina .ſ. & mariti, & patruelis, ſiue fratris. ¶ Me tibi) probat, ꝙ ei ſit legitime nupta. ¶ Tyndareus) auus meus maternus: nam pater fuit Helenæ. ¶ Grauis) venerabilis, & dignus authoritate. ¶ Vita) honeſtate viuendi. ¶ Et an.) quia iam ſenex. laudat auteꝫ eum, ne fortaſſe obijciatur: quod temere hoc fecerit. ¶ Arbitrium) poteſtatem. ¶ Neptis) .i. mei, quæ nata ſum ex eius filia. ¶ Cum tibi) alia ratio honeſti matrimonij: quia primũ nupſit ipſi Oreſti: cum nulli faceret iniuriam: nunc autem dicit ſe facturam iniuriam Oreſti: ſi eo dimiſſo nupſerit Pyrrho. ¶ Læſus) iniuria affectus. Et pater) contra id, quod poſſet obijci .ſ. Menelaũ: qui eam Pyrrho promiſerat, non eſſe paſſurum, vt nubat Oreſti. ¶ Ignoſcet) dabit veniam. ¶ Succubuit) victus eſt. ¶ Præpetis) alitis, vel volucris. vt Virgil. & præpetis omina pennæ. ¶ Dei) Cupidinis. ¶ Genero) tibi. ¶ Mater mea) Helena. ¶ Suo exemplo) quia quod propter eam fecit pater, licebit tibi propter me facere. ¶ Tu mihi) ideſt ſicut pater meus eſt legitimus maritus matri meæ Helenæ, ita tu mihi. ¶ Quas geſſerat olim) ideſt ſicut Paris non legitimus coniux erat matri meæ, ſed raptor: ita & Pyrrhus agit eas partes, ſcilicet raptoris. ¶ Quas Dardanius) ideſt Paris olim, cum habebat apud ſe matrem meam. ¶ Partes) officia & nomina. ¶ Ille licet) conciliat ſibi amorem Oreſtis pręponendo eum Pyrrho. ¶ Sine fine) infinite. ¶ Patrijs) ideſt paternis. ¶ Et tu) ideſt etiam tu. ¶ Quæ referas) ideſt quæ poſſis memorare. ¶ Tantalides) ideſt Agamemnon: longe repetitum patronymicum, ſicut ex ſuperius commemorata genealogia patet. ¶ Ipſum) habet emphaſim hoc pronomen, quaſi dicat etiam ipſum Achillem, quo Pyrrhus tam ſuperbit. ¶ Hic) .ſ. Achilles. ¶ Erat pars militię) ideſt vnus ex militibus & ducibus, qui erant ſub Agamemnone. ¶ Ille) Agamemnon pater tuus. ¶ Erat dux ducum) quia omnes duces ei parebant. Virgilius, Ipſe Mycenæus magnorũ ductor Achiuum. ¶ Proauum) ſicut ſupra oſtendimus in ordine generis. ¶ Parentem Pelopis) ideſt Tantalum. Horatius in primo carminum, Occidit & genitor Pelopis conuiua deorum. ¶ A Ioue) quia Iuppiter genuit Tantalum, & ſic eris quintus ab eo. ¶ Nec virtutę) laudauit Hermione Oreſtem a nobilitate: nunc laudat a fortitudine. ¶ Virtute) ideſt fortitudine: nam in actis militaribus virtus pro fortitudine accipitur. ¶ Inuidioſa) odioſa: quia interfeciſti matrem. ¶ Sed tu) excuſatio matricidij Oreſtis. ¶ Quid faceres?) quaſi dicat, nihil aliud, quàm quod feciſti. ¶ Induit illa patrem) ideſt dedit ei veſtem ſuperiori parte non apertá, qua caput emittere non poſſet, qua implicatus, & vxoris, & adulteri manibus interfectus eſt: licet alij dicát in cõuiuio interfectum primo die, quo domũ redijt: vt Iuuena. quippe ille dies authoribus, vltor Patris erat cæſi media inter pocula, & idem ferro a Clytęmneſtra occiſum ſentit in fine Satyræ ſextæ his verbis: Hoc tantum refert, quod Tyndaris illa bipennem inſulſam, & fatuam dextra, læuaqꝫ tenebat. & Virgilius libro vndecimo. Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuum, Coniugis infandæ prima intra limina dextra opetijt. ¶ Meliore) honeſtiore, quam cæde matris. ¶ Non lecta eſt) excuſatio eſt: quaſi dicat, non ſponte: ſed coactus hoc feciſti. ¶ Lecta) ideſt electa a te. ¶ Sed data) ſcilicet & ſcelere matris, & reſponſo oraculi. ¶ Operi tuo) ideſt tuo facto, ſcilicet matricidio. ¶ Impleſti) perfeciſti.

* a.l. concedet

* Quidã Pater legunt, vt idẽ Oui. Induit arma tibi genitor patrięqꝫ, tuusqꝫ.

B

C

D

E

ASCEN. ¶ SIC quoque eram) ideſt etiam cum tanto numero nauium, quanto mater Helene .ſ. repetita eſt. ¶ Me ti. Tynda.) nititur probare, quia illi legitimus ſit coniux, quod deſponſata ſit per auum maternum, cui pater poteſtatem fecerat. Tyndarus enim pater fuit Helenes ſaltem putatiuus. Vnde Tyndaris dicta eſt, licet Iouis filia cenſeatur. Virgilius, Non tibi Tyndaridis facies. Sane a quibuſdam Græcis dicitur, hic Tyndareos, vt a Thucydide, quem nunc ſequitur poeta, idem tamen & Tyndarus dicitur. ¶ Arbitrium neptis) non tantum quia auus, nam auo materno non competit ius in nepotes, ſed quia poteſtatem, iuſqꝫ fecerar illi domus ſuæ abiens pater: aut certe artificioſus eſt error, vt ſignificet ingenioſus poeta mulierem amoris, quàm iuris peritiorem eſſe, aut vt calliditatem mulierum doceat: quæ, quod volunt, quouis colore perſuadere moliuntur. ¶ At pater) ſcilicet Menelaus promiſerat. ¶ Aeacidæ) .i. Achilli Aeaci nepoti: ſed inſcius acti. ¶ Et pater ignoſcet) vt expertus vim amoris, quia. ¶ Succubuit telis præpetis) .i. præpetibus pennis volantis dei, ſcilicet Amoris, ſeu Cupidinis. ¶ Ille licet) comparat genus Oreſtis cum genere Pyrrhi, illiqꝫ præfert. ¶ Sed tu quid faceres? induit illa patrem) purgat facinus Oreſtis, quantum ad ſcelus nefarium, & laudat, quantum ad audaciam. Nam iuſtum fuiſſe contendit: vt, quæ patrem induerit tunica textili, quam camiſiam vocant ſine orificio, ſeu exitu ea ſpe, vt nunquam eam exueret, ſed in ea ab adultero interficeretur: etiam a quocunque interfecta ſit. Subtiliter autem dicit. ¶ Illa) quaſi dicat, quæ meruit mori, ſubticens nomen matris. ¶ Non lecta) ideſt delecta, aut electa, ſed data, ideſt præter ſpem oblata.

F

Hanc tamen impleſti: iuguloq; Aegiſthus aperto
Tecta cruentauit, quæ pater ante tuus.
Increpat Aeacides: laudemq; in crimina uertit:
Et tamen aſpectus ſuſtinet ille meos.
Rumpor: & ora mihi pariter cum mente tumeſcũt:
Pectoraq; incluſis ignibus uſta dolent.
Hermione coram quiſquam'ne obiecit Oreſti?
Nec mihi ſunt uires: nec ferus enſis adeſt.
Flere licet: flendo certe diffundimus iram:
Perq; ſinus lachrymæ fluminis inſtar eunt.
Has ſemper ſolas habeo: ſemperq; profundo:
Hument incultæ fonte perenne genæ.
Hoc generis fatum: quod noſtros errat in annos:
Tantalides matres apta rapina ſumus.
Non ego fluminei referam mendacia Cycni:
Nec querar in plumis delituiſſe Iouem:
Qua duo porrectus longe freta diſtinet Iſthmos:
Vecta peregrinis Hippodameia rotis.
Caſtori Amyclæo, & Amyclæo Polluci *
Reddita Mopſopia Tyndaris urbe ſoror.
Tyndaris Idæo trans æquora ab hoſpite rapta,
Argolicas pro ſe uertit in arma manus.

VBER. A ¶HANC).ſ.cauſam tibi datam. ⌈Aegiſthus) adulter matris tuæ. ⌈Cruentauit)cruore ſuo fœdauit. ⌈Quæ pater tuus ante).ſ.cruentauerat.i.eiſdem tectis eum interfeciſti: quo ille patrem tuum interfecerat,& artificioſe tacet cædem matris,⁊ tantummodo cædem adulteri cõmemorat. ⌈Aeacides) Pyrrhus pronepos Aeaci:nã Aeacus eius proauus eſt. ⌈Increpat).ſ.hoc factum tuum ⌈Laudem)ideſt vltionem cædis paternæ, quæ tibi laudi eſt. ⌈Vertit in crimina).i.incuſat, & dicit homicidium eſſe. ⌈Et tamen) ideſt quamuis ita de te male dicat, ⌈Suſtinet meos aſpe.).i. patitur ſe a me videri,quam ſcit tibi eſſe vehementer affectam,& non poſſe male de te audire. ⌈Rũpor).ſ.dolore. ⌈Ora tumeſcunt cũ mente)quia ira tumidos homines facere videt̃. ⌈Vſta)ardentia. ⌈Ignibus incluſis)indignationibus,quę tã quã ignes latentes pectus meũ vrunt. Iuuena. Quid referam quãta ſiccum iecur ardeat ira? ⌈Quiſq; ne obie.)pro quiſq; ne obijciet.i.quiſq; ne maledicet de Oreſte in pſentia mea? B ⌈Nec mihi ſunt vi.).i.nec poſſum vlciſci hanc iniuriã. ⌈Flere licet).i.poſſum ſolum flere, & non aliter vindicare. ⌈Diffundimus)ſpargimus,& abijcimus irã flendo: quia vt volũt phyſici,plus lædit ira retẽta, ⁊ occultata: quã ſi fletu effundatur. ⌈Inſtar flu.).i.valde abundē. ⌈Has)lachrymas. ⌈Semp)quia nunq̃ ceſſo flere. ⌈Profundo)emitto. ⌈Humẽt)madefiunt. ⌈Fõte).i.copia lachrymarũ. ⌈Perẽne)iugi,ppetuo. ⌈Hoc ge.fa.eſt).i.hoc eſt infortuniũ gẽtis domus noſtrę:quod etiã ad meam ętatẽ peruenit: vt ex gente noſtra omnes mulieres rapiamur a viris: ſicut ego rapta ſum nunc a Pyrrho. cõmemorat autẽ multas de genere ſuo raptas. ⌈Matres)mulieres. ⌈Tãtalides).i.de genere Tãtali. ⌈Nõ ego) occupatio eſt rhetorica: dicit.n.ſe nolle referre: cũ tñ referat. ⌈Mẽdacia)fictionẽ,falſam figurã. ⌈Cycni flu.)habitãtis iuxta flumina. Nã Cycnus ꝯſanguineus Phaetontis, poſtq̃ Phaeton fulminis incẽdio a Ioue ꝯſumptus eſt:in volucrem ſui nois ob dolorem mutatus (vt inquit,Ouid.lib.ij.Meta.)nõ ſe cœloq;, Iouiq; credit: vt iniuſte miſſi memor ignis ab illo Stagna petit,patuloſq; lacus:ignemq; peroſus, Quæ colat: elegit contraria flumina flammis. C ⌈Delituiſſe).i.latuiſſe. ⌈In pulmis).i. in forma Cycni. Nã Iuppiter captus amore Ledæ vxoris Tyndari cõuerſus in Cycnũ,ad eã volauit:quæ (vt fabulę tradũt) cũ eum ſinu excepiſſet:illa dicit̃ oua in eius gremio peperiſſe: ex quibus nati ſunt Caſtor,& Pollux, Helena & Clytęmneſtra. Oua aũt duo tãtũ fuiſſe dicũtur:ex quorũ altero Caſtor,⁊ Pollux,ex altero Helena,⁊ Clytęmneſtra nati dicũtur. Hora.in arte poetica. Nec gemino bellũ Troianũ ordit̃ ab ouo.idẽ in epiſt. Caſtor gaudet equis: ouo prognatus eodẽ pugnis. Sunt qui velint non Cycnum,ſed Ledam ex compreſſu Iouis illa duo oua peperiſſe. ⌈Qua duo)refert rapinam alterius. Hippodamia filia fuit Oenomai regis Elidis,& Piſę:quã cũ ob egregiam pulchritudinem multi vxorem peterent: pater propoſuit procis hanc legem,& duriſſimam conditionem: vt qui eam vellent, curuli certamine cum ea contenderent: & qui victus fuiſſet, capite puniretur: qui viciſſet, eam vxorem haberet. Ad hoc certamen cum Pelops Tantali filius ex Phrygia veniſſet: corrupto Myrtilo Hippodamiæ auriga pollicitatione primi concubitus victor euaſit. Nam Myrtilus axes currus fractos cera dicitur texiſſe, qua poſtea calore liquefacta concidit currus: D & hac fraude potitus eſt Pelops Hippodamia. Cum vero Myrtilus peteret promiſſam mercedem, a Pelope in mare præcipitatus eſt: quod ab eius nomine Myrtoum denominatum fuit. Sed hæc fabuloſa.nam re vera, bello rapta eſt corrupto Myrtilo præfecto exercitus. ⌈Qua duo)deſcribit locum,vbi rapta ẽ Hippodamia: videlicet in Achaia,quę poſtea a Pelope, qui ibi regnauit, Peloponeſus,.i.Pelopis inſula dicta eſt. Nã, vt ſupra diximꝰ,Iſthmos eſt terra tenuis iter duo maria,⁊ ſunt duo Iſthmi celebres, vnus in Achaia, de quo nũc intelligit, & alter in Thracia. ⌈Diſtinet) .i.ſeparat. ⌈Rotis peregri.).i. curru peregrino. Nam(vt diximus) Pelops ex Phrygia venerat. inde Ouid.lib.ij.Triſtium. Quid,niſi Tantalides agitante Cupidine currus, Piſæam Phrygijs vexit eburnus equis? ⌈Caſtori Amycleo)dictũ eſt ſupra Helenã in certamine paleſtræ a Theſeo raptã fuiſſe,q̃ poſtea Caſtori,& Polluci fratribus eã bello repetẽtibus reddita eſt:immo(vt quibuſdã placet)vi recuperata, abducta etiã cum ea, Aethra matre Theſei, quæ poſtea ſemper comes fuit Helenæ, vt in eius epiſtola ad Paridem infra patebit. ⌈Amyclæo)ex Amyclis vrbe Laconiæ . Notandum eſt autem in quinta ſede eius verſus pro dactylo eſſe ſpondeum,& in prima ſyllaba tertij pedis vocalẽ nec elidi,nec breuiari ſequẽte vocali. ⌈Tyndaris)Helena. ⌈Soror).ſ.Caſtoris,⁊ Pollucis. ⌈Vrbe Mopſopia).i.Athenieñ. Nã tres fuiſſe Mopſos ſcri.Stra.lib.ix.vnũ vatem filiũ Tireſiæ: alter fuit Lapytha Argonautarũ nauigatiõis comes,a quo oppidũ Mopſiũ in cãpo Pelaſgico vocatũ eſt.Tertius, a quo Attica; appellauere Mopſopiã. Alibi tñ eodẽ libro dicit eũ Mopſopũ appellatũ:a quo Mopſopij Athenieñſes dicti ſunt: qđ videtur veriſimilius. ⌈Tyndaris)narrat ſecundã rapinã Helenę: quę a Paride rapta,⁊ Troiam abducta belli Troiani cauſa extitit. ⌈Idæo hoſpite) Paride Troiano, quem illa hoſpitio acceperat. ⌈Vertit)mouit. ⌈Pro ſe) pro recuperatione ſua.

* a.l.Tantalides oẽs E

*Verſus licentioſus.

ASCEN. ¶ET ta.aſpe.).i.licet dãnet facinus tuũ, tñ libẽter videt me cõiugẽ tuã. ⌈Rũpor,⁊ ora ⁊c.)Dicit ſe rũpi dolore, atq; ſecũ dicer̃. ⌈Obiecit quiſ.Ore.co.Her.).i.me.i.audet ne quiſq; corã me obijcere marito meo tale crimen? ⌈Fõte pe.)licẽter dixit. F Nã nos tantũ perẽni dicimus:nec dixit perẽne pro perenniter, qa pręmiſit ſemp. ⌈Hoc ge.fa.)reijcit in fatũ culpã, vt ⁊ Helena prius. ⌈Hippodamia)licet de genere Tãtali nõ fuit,fuit tñ eius affinis,qa nurus,⁊ in familiã eius venit: vnde,nõ eſt oino alienũ exeplũ. ⌈Caſtori Amy.)Amyclę ciuitas Oebalię, vnde rapta ẽ Helena.Sta.in Achillei.Soluerat Oebalio claſſẽ; de littore paſtor Dardanus incautas blãde pp̃atus Amyclas. Erat aũt Helena rapta prius a Theſeo,quã a Paride. Vñ dixerat in eius ꝯtẽptũ Oenone. Quę toties rapta ẽ, pbuit ipa rapi. Recitat ergo raptã a Theſeo,⁊ reſtitutã Caſtori,⁊ Polluci frĩbus eius. Eſt aũt vſus licẽtioſus,factus tñ ad imitationẽ illius in Buc. Amphiõ Dircęus in actęo Aracyntho,⁊ illius, Vale,inqt,Iola. Nã in dictiõe Caſtori nõ abſumit̃ vocalis ã vocali ſeqũti,ſed corripit̃,ſicut ibi: vale,inqt:⁊,ſub Ilio alto, li.v. Aen.in Amyclęo aũt neq; abſumit̃,neq; corripit̃. Nã,o ⁊ a,dactylus ẽ, ſicut ibi, actęo Aracyntho. Eſt ptera ſpõdiacus,qa ſpõdeũ h̃y in.v.q põdus,⁊ mœrorẽ indicat. ⌈In vr.Mo.).ſ.Aphidna,de q̃ in Oenone dictũ eſt. ⌈Soror).ſ.nõ Herm.qa eius mr̃ erat: ſ; Caſtoris,⁊ Pollucis,qbꝰ reddita ẽ. ⌈Tyndaris).q.d.eadẽ rapta ẽ a Paride.

HVBER. A ¶ VIX equidem)dicit ſe fuiſſe admodú paruam:cum mater ſua Helena rapta eſt,& enumerat quędam,quę dicit ſubdere ſibi memoriam eius rei. ⸢Plena luctus) i.plena mœroris. ⸢Sollicíti) ab effectu dicit.i.facientis homines ſolicitos.i.anxios: vt in prima epiſt. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. ⸢Auus) Tyndareus. ⸢Soror)Clytęmneſtra ſoror Helenæ matris meæ. ⸢Grata ſar.).i.gratū onus. ⸢Cultus mei) ſicut alię matres ſolent hēre curá cultus ſuarú filiarú. ⸢Pacta)deſponſata. ⸢Matre pa.)vt ē mos. ⸢Prodierā)exiera. ⸢Reduci)reuertēti a Troia. ⸢Parētis).i.matris meę. ⸢Senſi)cognoui:iudicaui. ⸢Quod) .i.quia. ⸢Pulcherrima)valde pulchra. ⸢Ipſa) i.tu. ⸢Quę fo. na.tua)quia etiá tu nó cognoſcebas me. ⸢Pars hęc)enumeratis multis infelicitatibus ſuis: D

Vix equidem memini:memini tamé:omnia luctus,
Omnia ſolliciti plena timoris erant.
Flebat auus, flebatq; ſoror, fratresq; gemelli:
Orabat ſuperos Læda, ſuumq; Iouem.
Ipſa ego non longos etiam nunc ſciſſa capillos
Clamabam: ſine me, me ſine mater abis?
Nam coniux aberat.ne non Pelopeia credar:
Ecce Neoptolemo præda parata fui.
Pelides utinam uitaſſet Apollinis arcus:
Damnaret nati facta proterua pater. *
Nec qu ndam placuit: nec nunc placuiſſet Achilli:
Abducta uiduum coniuge flere uirum.
Quæ mea cœleſteis iniuria fecit iniquos?
Quodúe mihi miſeræ ſydus obeſſe querar?
Parua mea ſine matre fui: pater arma ferebat:
Et, duo cum uiuant: orba duobus eram.
Non tibi blanditias primis mea mater in annis
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis:
Nec gremio ſedi ſarcina grata tuo.
Non cultus tibi cura mei: nec pacta marito
Intraui thalamos matre parante * nouos.
Obuia prodieram reduci tibi (uera fatebor)
Nec facies nobis nota parentis erat.
Et tamé eſſe Helenen, quod eras pulcherrima,ſenſi:
Ipſa requirebas, quæ tua nata foret.
Pars hæc una mihi coniux bene ceſſit Oreſtes:
Is quoq;, ni pro ſe pugnet, ademptus erit.
Pyrrhus habet captam reduce, & uictore parente:
Et minus à nobis diruta Troia fuit. *
Cum tamen altus equis Titan radiantibus inſtat:
Perfruor infelix liberiore malo.
Nox ubi me thalamis ululantem,& acerba gementé
Condidit: in mœſto procubuiq; toro:
Pro ſomno lachrymis oculi funguntur obortis:
Quaq; licet, fugio, ſicut ab hoſte, uiro.

⸢Fratres gemelli) i.Caſtor,& Pollux,fratres meæ matris. ⸢Lęda)mater Helenę. ⸢Suum Iouem)a quo fuerat amata, & oppreſſa. ⸢Nó lon.).i.breues, quátos habent infantulæ. ⸢Sine me,ſine me)conduplicatio, color Rhetoricus. ⸢Coniux) .ſ.matris meæ,ideſt Menelaus. ⸢Aberat) iuerat enim in Cretam. ⸢Ne nó) addit nunc ſe ſupradictis,quas dixit fuiſſet raptas. ⸢Ne non).i.vt ⸢Credar Pelopeia).i.de genere Pelopis. Nam dixit ſupra. Tantalides matres apta rapina ſumus.Phędra ad Hippoly. Ne forte parum Minoia credar. ⸢Neoptolemo).i.Pyrrho:qui ita dictus eſt, quaſi nouus pugnator, ná νέος græce nouum ſignificat, πόλεμος bellú:& Polemeo,poetice Ptolemeo.i.pugno. ⸢Pelides) i. Achilles pater Pyrrhi. ⸢Vtinam vitaſſet arcus).i.vtinam nunq̃; fuiſſet interfectus: quia ſi viueret,culparet factuꝫ filij: qui alienam vxorem vult rapere. Apollinis autem arcus dixit:nó quod re vera Apollo eú ſagittis interemit:ſed quod in eius téplo ſit interfectus.Ná cum Thetis Achillé infantulú in aquam Stygis infernæ tinxiſſet, toto corpore pręter partem pedis,qua cú tenebat eum immerſit in aquá, vt apud Statium legimus.Si te Stygis amne ſeuero Armaui,totúq; vtinam.fuit inuulnerabilis omni parte corporis: quæ aqua tincta fuerat.Sed cú captus amore Polyxenæ filiæ Priami conſtituiſſet, vt eam caperet in téplo Apollinis:Paris poſt ſimulachrú latens,in partem pedis, quę erat vulnerabilis: quia nó fuerat tincta aqua Stygis:directa ſagitta eú occidit inde fictú eſt quod tenente Apolline arcú Paris direxerit tela: vt apud Vir.li.vj.Phœbe graues Troię ſemper miſerate labores,Dardana qui Paridis direxti tela,manuſq; Corpus in Aeacidę. ⸢Dānaret)culparet. ⸢Nec núc pla.) legédú eſt núc:ne,ſi legatur nó,ex duabus negationibus ſit ſenſus cótrarius ⸢Quę)admiratiue.q.d.neſcio ⸢Iniquos)inimicos,ꝛ aduerſos ⸢Quod ſydus?) qa vitę códitioné qualitate ſyderú nobis afferri tradút.Iuu.diſtat.n.quę ſydera te excipiát modo primos incipienté Edere vagitus,& adhuc de matre rubété. ⸢Parua)ecce cúmemorat ſua infortunia. ⸢Parua)infantula:quo tpe debuerá maxime apud eá educari. ⸢Ferebat ar.) .i.gerebat bella. ⸢Cú vi.).ſ.quáuis ſunt viui. ⸢Orba)priuata.i. erá orphana. ⸢Nó ti.) dicit ſe caruiſſe ijs iocúditatibus,quas alię puellę hēre ſolent in infantia:quę & parétes delectant,ꝛ ab eis gremio tenent̄. ⸢Incerto ore)incertis verbis,quia infantes nondú ſciunt bene exprimere verba. ⸢Captaui) amplexa ſum.

*a.l.parēs. legit̄ etiaꝫ, fui.

B

*a.l.parente.

C

*a.l. Ah nó hoc nobis diruta Troia fuit. In alijs,minus & hoc nobis diruta Troia ō-dit qȯ etiá & Planudes interpretatur,& fortaſſe rectius.Sunt & q legút, Et minus hoc nobis diruta Troia fuit.

dicit Hermione ſe tantú fuiſſe felicé in hoc:qȯ Oreſté cóiugé ſortita ſit. ⸢Hęc vna).i.ſola.ſ. ⸢Oreſtes ꝯ.).i.datus mihi maritus. ⸢Bn̄ ceſ.)euenit:qa in reliquis fui infelix. ⸢Is)Oreſtes. ⸢Pro ſe).ſ.ne adimatur mihi. ⸢Pyrrhus ha.)ꝯq̃ſtio eſt ō audacia Pyrrhi. q poſt victoriá Menelai,ꝛ reditú in patriá teneat Hermionen captiuá. ⸢Et mi.a no.).i.Troia ah nó eſt ad vtilitaté noſtrá deſtructa.ali⁹ codex hébat: Man⁹ ꝛ hoc nob̄ diruta Troia fuit.i.hác vtilitaté hēo, qȯ Troia ſit diruta,ſiue aút fuit,ſiue dedit legat̄:idé eſt ſenſus. ⸢Cú tn̄)dicit,ꝙ licet oī tpe ſit in magno mœrore: tn̄ minus angit̄ die, q̃; nocte: naꝫ ꝑ totá nocté dicit ſe flere. ⸢Titá).i.ſol. ⸢Aſtat al.).i.eſt in ſummo cœli. ⸢Radiátib⁹) ſplédétibus. ⸢Malo).i.dolore. ⸢Liberiore) mitiore,ꝛ minus vrgéte me. ⸢Acerba)pro acerbe,nomé ꝓ aduerbio,ſicut rauca ſonans amnis. ⸢Fúgunt̄ la.pro ſom.).i.cú debét dormire, lachrymant̄. ⸢Qua li.).i.quá tú poſſum. ⸢A vi.)a Pyrrho. ¶ FRAtreſq; ge.) id recte dr̄, ſ; inepte dixeris gemellos frés: qa oés gemelli frés ſút.intelligit Caſtoré,ꝛ Pollucé,q ſ; plurimos Geminos ꝯſtituút i cœlo ſignum. ⸢Apollinis ar.)Sic Virgi. Aeneas, Phœbe graues Troię ſp miſate labores,Dardana q Paridis direxti tela manuſq;. ⸢Quę m.cœ.)de ſe ſpecialiter q̃relas ꝓfert:q ab ineúte ętate miſa fuerit, ꝛ parétib⁹ adhuc viuis orba.Ná mr̄ rapta fuit, ꝛ pr̄ pro ea repetéda apud Troiá.graphice aút enumerat matrú in filias officia ⸢Te tn̄ eſ He.ꝙ e.p.ſé.)Donatus dicit Helená tá pulchrá fuiſſe, vt oés pulchrę ab ea poſtmodú Helenę núcupatę ſint. ⸢Cú t a e.&c.) Nó dixero,liberiore i.validiore malo:qa lóge alius eſt ſenſus. Vult.n.dicer̄:qa ſole oriéte,cú iter ꝑplos verſet̄:minus angat̄, q̃; ſub nocté:qa,vt Maro dicit Aen.4.Sub nocté cura recurſat, qn ét phyſica róne cóprehédit̄,oés morbos igraueſcere occidéte ſole,ꝛ leuari eo oriéte.Dicá ergo ⸢Malo li.) i.min⁹ ꝑméte, ꝛ magis liberá ꝑmittéte.ſic ſit ordo. ⸢Tn̄) i.tametſi mľtis malis angar. ⸢Cú).i.qn̄, ⸢Titá).i.ſol,q vnus é de Titanib⁹. ⸢Inſtat e.ra.).i.vehit̄, ⸢Altus) i.ſublimis, ⸢Ego in.p.).i.ét ꝓ fructu fungor. ⸢Malo).ſ.doloris,ꝛ curarú. ⸢Liberiore).i.magis liberá ꝑmittéte,ꝛ min⁹ ſtringéte:ſed,vbi nox acerba(niſi ſit gementé acerba,ꝓ acerbe) ꝯdidit.i.abſcódidit. ⸢Me vlu.ꝛ.ge.)qa .ſ.ꝯiugé nó iueni ⸢Thalamis).ſ.meis.i.cubili meo,ꝛ ⸢Procubui in m.t.).i.ego mœſta in toro mœſtá faciéte:túc ſup. ⸢Oculi mei fun.la.ob.).i.ꝑter intétioné ortis. ⸢Pro ſó.).i.loco ſom-

E

ASCEN.

F

A ni,⁊ ¶Fugiā a vi.).(.Pyrrho ſicut ab hoſte. ¶Qua).i.q parte, aut qua rōne,aut q̄tenus licet.Nā quaqȝ,duę ſunt ptes.i.⁊ quę.
HVBER. ¶ STVPEO) careo ſenſu, & exanimor. ¶Oblita rerum & loci).i.quę non recordor, quid faciam:aut vbi ſim. ¶Ignara) nō aduertente.¶Scyria membra).i membra Pyrrhi,qui natus eſt in Scyro inſula, vbi regnauit Lycomedes, vt ſupra diximus. ¶Vt) poſtquaȝ. ¶Senſi nefas) ideſt ſenſi me tetigiſſe illum, quem nolebam. ¶Credor mihi)ideſt videor mihi. ¶Pollutas)ideſt fœdatas eius cōtactu. ¶Sępe Neoptolemi)dicit Hermione ſe tantum habere cordi Oreſtem,quod cum velit nominare Pyrrhū, ſępe pro Pyrrho nominat Oreſtem. ¶Errorem)qd̄ te pro eo vocem. ¶Vt) tanquam. ¶Omen)ideſt augurium felix, quia puto id mihi contingere : quia aliquando ſim futura tua. ¶Per genus) nunc adiurat Oreſtē, vt eam recuperet. ¶ Parentem generis) ideſt Iouem , patrem Tantali: vnde genus noſtrum eſt. ¶Et

Sæpe malis ſtupeo : rerumq́; oblita , lociq́; ,
Ignara tetigi Scyria membra manu .
Vtq́, nefas ſenſi : male corpora tacta relinquo :
Et mihi pollutas credor habere manus .
Sæpe Neoptolemi pro nomine , nomen Oreſtis
Exit : & errorem uocis , ut omen , amo .
Per genus infelix oro , * generisq́; parentem,
Qui freta , qui terras , & ſua regna quatit :
Per patris oſſa tui , patrui mihi,quæ tibi debent:
Quod ſe ſub tumulo fortiter ulta iacent :
Aut ego præmoriar , primoq́; extinguar in æuo,
Aut ego Tantalidæ Tantalis uxor ero .

B ſua regna) ideſt cœlum : nam Iuppiter omnia regit . ¶Patris tui) Agamemnonis . ¶Patrui mihi) quia fuit frater patris mei. ¶Debent tibi) ideſt ſunt obligata. ¶Vlta)vindicata ſcilicet a te interfectis Aegiſtho,& matre tua:a quibus ipſe interfectus fuit. ¶Præmoriar)ideſt moriar ante tempus. ¶Ego Tantalis ) quæ ſum de genere Tantali . ¶Tantalidæ) ideſt tui, qui & ipſe es de eodem genere.Oreſtes interfecto Pyrrho tandem recepit Hermionen , ex qua ſuſcepit filium nomine Oreſtem : a quo Oreſtæ populi dicti ſunt.

ASCEN. ¶ IGNARA manu) ideſt ipſa ignara, putans Oreſtē contingere , contingo ¶Membra Scyria) ideſt ipſius Pyrrhi in Scyro Lycomedis inſula ex Deidamia geniti. ¶Sæpe malis ſtupeo) male interpretatur ſuperior dicens , cum malas tango, quæ horridæ ſunt. Nam malę, vnde per diminutionem maxillæ,prima longa ab omnibus ponitur: vt Aeneidos tertio, Ambeſas ſubigat malis conſumere menſas.dic ergo. ¶Ego ſtupeo) ideſt hebetor,& quaſi ſtolida ſio,hoc eſt alienor, & abſtrahor a ratione , & memoria. ¶Sępæ malis ) ideſt propter mala, quæ perpetior . ¶Per genus ) claudit epiſtolam cum obſecratione pondus votorum continente.

In nonam Epiſtolam Argumentum Hubertini.

HERCVLES multis, & magnis laboribus, qui ſibi ab Euryſtheo Iunonis nomine impe-
C rati fuerant,functus:cum in Pheneo Arcadię oppido quinquennium fuiſſet:inde ſponte diſcedens in Aetoliam profectus, atqȝ cū nondum legitimaȝ prolem, nec vxorem haberet: Deianiram Oenei filiam iam defuncto Meleagro ſibi deſponſatā vxorem accepit:ſed triennio poſt Deianiræ nuptias, cum Eurynomum puerum miniſtrum paruo errore lapſum pugno percuſſum occidiſſet inuitus,dolore percuſſus Calydone receſſit cū Deianira vxore,& Hyllo puero ex ea ſuſcepto:cum in itinere ad Euenum flumen veniſſet, reperit Neſſum centaurū,viatores pretio flumen tranſuehenteȝ. Qui cū Deianiram tranſuexiſſet:eam violare conatus eſt,cum Hercules in alia ripa eſſet: qua viri opem implorante,Hercu. eum ſagitta tranſfixit.Ille ne moreretur inultus:pollicitus eſt Deianirę,ſe medicamentū traditurum,quo nullam aliā, præter ſe, mulierem Hercu.vnq̄ appeteret.Iuſſit itaqȝ:vt oleo cū ſanguine ex vulnere ſuo,& ſagitta defluente cōmiſto Herculis tunicā vngeret:ſic.n.fore,vt nullam aliā mulierȝ pręter ſe appeteret: cum Neſſus expiraſſet,illa clam Hercule, quod erat mandatū, effecit.Hercules aliquanto poſt Oechaliam venit, & cōtra Euryti regis Oechalię filios,quoniā Iolen ſororem ſuam ante ei promiſſam vxorem negauerāt,exercitū duxit: auxiliantibuſq;

D Arcadibus:qui eū ex Pheneo diſcedentē ſecuti erant, vrbe expugnata Eryti filios occidit:& cum Iole captiua ex Euboea in mōtem Ceneū profectus eſt,ibi ſacra facturus:Lychā aūt famulū domeſticū clam ad Deianirā in Trachynē, vbi eaȝ reliquerat,miſit:vt ei veſtē,qua in ſacris vti cōſueuerat,afferret.Deianira vero : amore Ioles percepto: cupiens ſe omnibus amore pręferri,tunicā iuxta Centauri conſiliū tinctā:Lycha rei inſcio: Herculi deferendā tradidit:qua Hercules indutus,medicaméti vi paulatim inualeſcente maximo dolore torqueri cœpit:itaqȝ Lychā veſtis latorē primū occidit:ac morbo magis quotidie inualeſcente Lycimniū, & Iolauȝ Delphos ad Apollineȝ miſit: vt morbi remedia ſciſcitarentur:oraculū iuſſit Herculē ferri cū apparatu bellico in Oetā mōtem, ibiqȝ prope eam ingentē ſtrui pyrā:de reliquis Ioui curā fore.q cū Iolao erāt,iuſſa Apollinis exequētes:qd̄ futuꝝ erat, ſuſpicabanť:Hercules deſpera- * al.iuro
E ta ſalute,in pyrā cōſcendit:ſolus Philoctetes in gratiā ſagittarū:quas ei Hercules reliquit:pyram ſuccendit: ſubitoq́; fulminibus circū cadētibus pyra exuſta eſt:accedente Iolao, vt oſſa colligeret:nullo penitus reperto , creditū eſt Herculē ad deos tranſlatū:eiqȝ,vt heroi, ſacra quędā inſtituta ſunt.Interea,anteq̄ moreretur:cū magna vi veneni vexaretur: Deianira calamitate Herculis ſtupefacta: cū cām tāti mali a ſe ꝑfectā ſciret, laqueo vitā finiſſe diciť.Sed poeta nūc fingit Deianirā,anteq̄ ſe interficeret:ſcripſiſſe ad Herculē,cōquerēs,& qd̄ turpi amori Ioles ſuccubuerit,⁊ a legitimo alienatus ſit:deinde interſcribēdū fingit eā accepiſſe nūciū ꝯ calamitate Herculis:quē grauiſſimo dolore torqueri audierat pp tunicā a ſe miſſaȝ:itaqȝ poſtquā excuſauit ſe pp amorē hoc feciſſe:affirmat ſe eē moriturā.

¶In nonam Epiſtolam Argumentum Antonij Volſci.

DIodorus tres tm̄ Hercules videť fuiſſe aſſerere:ſed qui diligētius hoc ſcrutati ſunt,ſex fuiſſe reperierūt: Antiquiſſimū ex Ioue antiquiſſimo,⁊ Lyſto natū.Nā Ioues etiā plures fuiſſe legimus:quorū alterū cōcertauiſſe cū Apolline de tripode accepimus.Alter tradiť Nilo natus Aegyptius:quē aiunt Phrygias līas ꝯſcripſiſſe.Tertius eſt ex Ideis Dactylis:cui iferias afferūt. Quartas Iouis filius eſt ex Aſterie Latonę ſorore:q Tyri colitur,filiáq́; habuit noie Carthaginē.Quintus in India,q & Be-
F lus dr̄.Sextus ex Alcmena, & Ioue.iij.genitus, cui geſta aliorū aſſignanť.Deianirā habuit vxorē.Nā dimiſſa Megara Creōtis Thebani filia,quā vxorē duxerat,Iolen Euryti petit in ꝯiugiū: cū denegareť in Aetoliā venit, vbi Deianirā Oenei ex Althęa duxit vxorē:deīde memor deſpecti ꝯiugij ꝯtra Euryti Toxeū Mylionē,⁊ Pythiū mouit exercitū.Oecaliā vrbē abſtulit:illos peremit,Iolē rapuit,cuius amore adeo flagrauit:vt ex'ea paretetur qcqd cū Omphale ꝑpeſſus eſt.Sacrificaturus igiť ob victoriaȝ in mōte Ceneo puerū Lychā ad Deianirā in Thrachynam vrbem miſit: vt veſtē,qua in ſacris vtebatur,afferret. Deianira infectam,oleo,⁊ ſanguine cētauri Neſſi dederat: id.n.ſuaſerat Neſſus faciēdū cū i traiectu Eueni fluminis ab Hercule ſagittis ꝯfoſſus eſt:ſi de illius amore dubitaſſet. Dubitabat.n.ne Ioles amore ipſaȝ ꝯteneret.Hercules cū veſtē tetigiſſet veneno afflatus lēta tabe ꝯſumebať. Actus in furorē Lychā in mare ꝓijcit. Lycimniū ⁊ Ioalaȝ Delphos de ſe ſciſcitatū ad oraculū miſit. Retulerūt, vt in Oeta mōte pyra cōſtrueret:de reliquis Ioui curā relinqret.Cōſtructā ipſe ꝯſcēdit,Philoctetes ignē admouit:cū reliquiarū nihil reperiſſet: cœlū aſcendiſſe exiſtimarūt, Iuno ꝑcante Ioue lectū ꝯſcēdit,Herculē veſtibus tectū , pinde ac pareret,emiſit, qd̄ in adoptionē barbari diu ſeruarunt.He-

A ben quoq; filiā vxorem dedit. Menœtius Actoris filius Opunte Bœotię oppido primus Hercu. ſacrificauit, Tauro, Capro, & Ariete. Deianira cū de viri fato cœpiſſet: cōmemoratis iniurijs, quas ab Hercule paſſa ſit, facinus purgare nititur epiſtola: vt nō vltro: ſed, vt ad amorē illū reuocaret, id feciſſe uideatur: q̄relas h; creberrimas: q̄les eā decēt, q̄ de ſuſpēdio ōliberarat.

leuantē Magnanimū Alcidē Lybicas̄ exciuit in oras, & Virg. D lib. viij. Nā maxim⁹ vltor Tergemini nece Geryonis, ſpolijſq; ſuperbus Alcides aderat. ¶ Qua la.).i. per totū orbē terrarū. ¶ Nereus).i. Oceanus, poſuit.n. deū pro mari. Oceanus aūt circuit ipſa; terram. Ouid. j. Meta. Tū freta diffudit, rapidiſq; tumeſcere vētis Iuſſit, ⁊ ambitæ circūdare littora terræ. ¶ Pax ter.) .i. terra pacata a te. ¶ Debet ſe ti.).i. tibi eſt obligata, & pax eſt pp te. cauendū eſt aūt, ne legať: pars terrę, qa ɔtrariū eſſet, qō dixit ſupius: qua lata; Nereus ⁊c. ¶ Vtranq; do. ſo.) .i. orientē, ⁊ occidētē. ¶ Meritis) bñficijs tuis. ¶ Tuliſti) humeris ſuſtinuiſti. ¶ Quod eſt la. te) qa tuis virtutibus es aſcēſurus cœlū. ¶ Hercule) ferūt.n. fabulę Herculē pro Atlāte cœlum ſuſtinuiſſe: quod ideo fictū eſt, qa ei ſucceſſit in Aſtrologia. ¶ Fulſit) ſuſtentauit.

HVBER. GRATVLOR) lętor. ¶ Oechaliā) vrbē Euboeę, in qua regnauit Eurytus, licet. Stra. dicat eſſe in Theſſalia: in Euboea, ⁊ in Arcadia. hāc expugnauit Hercules pp Iolen ſibi negatā, vt ſupra diximus, ⁊ ei⁹ fratres interfecit: atq;, vt alij volūt, etiā patrē. ¶ Accedere) adiungi. ¶ Noſtris ti.) noſtris victorijs, & laudibus. noſtris autẽ dixit: quia laudes mariti etiā ſuas exiſtimat. ¶ Victorē) .ſ. te. ¶ Succubuiſſe) victū fuiſſe. ¶ Victę).ſ. Iole. ¶ Pelaſgiacas) gręcas. ¶ Decolor) turpis. ¶ Inficiāda).i. neganda. nā inficiari negare ſignificat, vnde inficię tantū pluralis numeri, B quo noie vtimur cū, eo, vt eo inficias.i. nego, & tu is inficias ⁊c. ¶ Iuno) quę ſemper conata eſt te opprimere. ¶ Series) ordo ⁊ numerus. nā plurimos labores paſſus eſt. ¶ Huic).ſ. tibi. ¶ Impoſuiſſe iu.) .i. domuiſſe te. tractū a bobus. eſt āt ordo. fama decolor, ⁊c. venit Iolen impoſuiſſe iugū huic, quē Iuno, ⁊ immēſa ſeries lab. nunq̄; fregerit. ¶ Hoc ve.). q. d. facis, qō placet inimicis tuis, qa cū cupiāt tuū dedecus, gaudent, qō a muliere ſis ſubiugatus. ¶ Euryſtheus) rex, q tibi labores imperat. ¶ Germana to.) Iuno ſoror Iouis, q tonās diciť, quia ⁊ tonitrua ciet, ⁊ fulmina mittit. ¶ Sit) i. erit. ¶ Nouerca) ipſa Iuno, quę eſt nouerca tua. nā Hercules filius fuit Iouis ex Alcmena. ¶ Labe) macu C la, turpitudine, alias ponitur pro ruina a labendo, vt apud Vir. li. ij. Aenei. Hinc mihi prima mali labes. ¶ At nō) increpat ipſum, qō nō rñdeat ſpei, q̄ de eo fuit hñda, qa nō vna nocte gñari potuit: ſ; ɔiūct(s trib⁹ noctib⁹ ſiľ, vt fabulę tradūt, ex quo ōbuit eē vitę magis admirādę. ¶ Nō ve.) nō exhibes te, ñ appes. ¶ Ille) talis. ¶ Cui) q̄li. ¶ Vna) ſola, qa geminata ē nox. ¶ Nō f. t.) ñ ſuffecit. ¶ Vt cō.). i. vt gñareris. ¶ Tātus) tā magnus, tā fortis. ¶ Illa).ſ. Iuno. ¶ Suſtulit) exaltauit. ¶ Premēdo) dū pmit. ¶ Hęc).ſ. Venus. ¶ Reſpice) cōſidera. ¶ Pacatū) pacificatū. ¶ Vindicibus) defenſatricibus, vel vltricibus: nam Hercules ad tollēda mōſtra, quę in qualibet parte orbis terrarū nocebāt hoibus, pperabat. Inde Luca. terras mōſtris, ęquorq;

* Alij hęc duo carmina non legunt.

* a. l. pars In Metam. Tibi ſe ſemper debebit Iaſon.



I'N NONAM EPIST. ARGVM:

HErculē Iuppiter ex Alcumena ſub forma Amphitryonis mariti oppreſſa, tribus noctibus in vnā iunctis, genuit quē Euryſtheus rex Mycenarū Iunonis aſtutia, vt ſic ille periret, ad arduos labores incitauit. Sed, cū robore corporeo atq; ingenio valeret, ſemper victor euaſit. Inter quos Acheloum, Aetoliæ fluuiū, in varias ſeſe vertentē figuras, ob Deianiræ coniugiū, in taurū tādē, debellauit. Et pfecto, q̄uis reliqua mōſtra viriliter ſuperauerit, amori muliebri ſuccubuit. Nā cū Eurytus rex Oechaliæ Iolen filiā ſibi pmiſſam denegaſſet, vrbe capta, & Euryto occiſo, Iolen obtinuit: cuius amore ita cæcatus eſt, vt ea iubēte leonis ſpoliū & clauam depoſuerit: & quod turpius eſt, inter Ioles pediſſequas cultu fœmineo indutus, nere nō erubuit. Et deniq; q͛qd prius ſub Omphale Lydiæ regina, ex qua genuerat Lamū, tolerauerat, ea ſub Iole perpeſſus eſt. Cū igitur Deianira Oenei regis Calydonis filia, eius vxor, illū tā illecebri amore captū reſciſſet, ex volūtate aduerſariorū factū vituperās ad eū ſcripſit. Ponit aūt illi ante oculos egregia illa ſua priora facinora, vt cōparatione infamiā apertiore; faciat. Sed cū inter ſcribendū accepiſſet nuntiū de Herculis calamitate, ob veſtē Neſſi Centauri ſanguine intoxicatā a ſe miſſa;, in q̄ vi; reuocādi ab alienis amorib⁹ ineſſe credebat (id.n. Neſſus illi in traiectu Eueni fluuij ſuaſerat, cū ab Hercule ſagitta Lerneo veneno infecta cōfoſſus eſſet) grauiſſimo dolore cōpreſſa, facinus ſuū purgādo, vt nō vltro, ſed vt illum in ſui amore retineret, feciſſe videatur, de ſuſpendio deliberat.

DEIANEIRA HERCVLI.

* Mittor ad Alciden a coniuge conſcia mentis
Litera, ſi coniux Dianeira ſua eſt.

GRatulor Oechaliā titulis accedere nr̄is:
Victorem uictæ ſuccubuiſſe queror.
Fama Pelaſgiadas ſubito puenit ī urbes.
Decolor, & factis inficianda tuis.
Quem nunquam Iuno, ſerieſq; immenſa laborum
Fregerit. huic Iolen impoſuiſſe iugum.
Hoc uelit Euryſtheus: uelit hoc germana Tonantis:
Lætaq; ſit uitæ labe nouerca tuæ.
At non ille uenis: cui nox (ſi creditur) una
Non tanti, ut tantus conciperere: fuit.
Plus tibi, quàm Iuno, nocuit Venus: illa premendo
Suſtulit, hæc humili ſub pede colla tenet.
Reſpice uindicibus pacatum uiribus orbem:
Qua latam Nereus cœrulus ambit humum.
Se tibi pax * terræ, tibi ſe tota æquora debent:
Impleſti meritis ſolis utranq; domum.
Quod te laturum eſt, cœlum prius ipſe tuliſti:
Hercule ſuppoſito ſydera fulſit Atlas.

ASCEN. GRATVLOR. Oechalia;) Huic quoq; epiſtolæ in nōnullis codi E bus pręmittitur hoc diſtichū. Mittor ad Alcidē a ɔiuge cōſcia mētis Lr̄a, ſi ɔiux Deianira ſua ē. Cuius ordo ē. ¶ Ego li.) i. ep̄la. ¶ Cōſcia mē.). i. ppoſiti, ⁊ intētionis aī. ¶ Mittor ad Alc.) .i. ad Herculē. ¶ A cō.). i. vxore eius: ſi Deianira eſt ɔiux ſua. verū credo Ouidianū nō eſſe, qa mala eſt reciprocatio, ſi ɔiux Deianira ſua eſt. dicēdū eſt. n. eius, ſed id verſus nō patiť. ¶ Titulis no.) qa glorię mariti particeps eſt ɔiux. ¶ Fama Pelaſ.) melius ſit quā Pelaſgiadas, qa nulla neceſſitas cogit p poſſeſſiuo patronymico abuti. ¶ Iolē) non Iolē, vt v̄ſus indicat: qa ab e fit en, nō em in actō. ¶ Hoc velit Eury.) Imitatio eſt illius Aen. ij. Hoc Itachus velit, ⁊ magno mercenť Atridę. ¶ At nō il.) Ordo eſt ¶ At). i. ſed. ¶ Tu nō F venis il.). i. talis, ⁊ tātus, ſicut Aene. ij. Hei mihi q̄lis erat quātū mutatus ab illo Hectoř ⁊c. ¶ Cui, ſi crediť) ſic Virg. ſi credere dignū eſt. ¶ Vna nox nō fuit tāti). i. nō viſa eſt tāti eſſe momenti, vt ſufficeret, vt tu. ¶ Cōciperere, tan.). i qui eſſes tā magnus. ¶ Suſtulit). i. ſurſu; tulit, ⁊ erexit. Nā niſi Iuno nouerca Herculē exercuiſſet, nunquā tātus fuiſſet habitus. ¶ Reſpice vin.) ſignificat turpe eſſe, vt, q cętera vicerit mūdi monſtra, a muliere victus ſuccumbat: vires aūt vindices vocat, qbus, mūdū a ſeruitute monſtrorum in libertatem vindicauerat, quaſi vindicta. i. virga prętoria. vnde patet, quia vindex, iudex, & ſimilia cōmunis ſunt generis. ¶ Vtranq; domum ſolis) & orientalem, & occidentalem. nam ſol vtrobiq; habitare videtur vulgo.

Quid, niſi notitia eſt miſero quæſita pudori:
Si cumulas ſtupri facta priora nota?
Te ne ferunt geminos preſſiſſe tenaciter angues?
Cum tener in cunis iam Ioue dignus eras.
Cœpiſti melius, quàm deſinis: ultima primis
Cedunt: diſſimiles, hic uir, & ille puer.
Quem non mille feræ, quē non Stheneleius hoſtis,
Non potuit Iuno uincere: uincit Amor.
At bene nupta feror: quia nominor Herculis uxor:
Sitq; ſocer, rapidis qui tonat altus equis.
Quàm male inæquales ueniunt ad aratra iuuenci:
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentes:
SI QVA VOLES apte nubere: nube pari.
Vir mihi ſemper abeſt, & coniuge notior hoſpes:
Monſtraq;, terribiles perſequiturq; feras.
Ipſa domo uidua uotis operata pudicis
Torqueor, infeſto ne uir ab hoſte cadat.
Inter ſerpentes, aproſq;, auidoſq; leones
Iactor, & hæſuros cerno per oſſa canes.
Me pecudum fibræ, ſimulachraq; inania ſomni,
Omniaq; arcana nocte petita mouent.
Aucupor infelix incertæ murmura famæ,
Speq; timor dubia, ſpeſq; timore cadit.
Mater abeſt, queriturq; Deo placuiſſe potenti,
Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adeſt.
Arbiter Euryſtheus iræ Iunonis iniquæ,
Sentitur nobis, iraq; longa deæ eſt.
Hęc mihi * ferre parū eſt, peregrinos addis amores,
Et mater de te quælibet eſſe poteſt.

* a.l. me.

A ¶ QVID Niſi) ſenſus eſt, quid tibi cōparaſti per hæc tua clara facta: niſi vt nunc magis cognoſcatur dedecus tuum? ¶ Quid) ſcilicet eſt quæſitum? ¶ Niſi eſt quæſita notitia) .i. cognitio. ¶ Pudori) dedecori tuo, nam quo aliquis clarior eſt: ſiquid turpe facit: eo magis cognoſcitur eius turpitudo. Iuue. Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet: quanto maior, qui peccat, habetur. ¶ Si cumulas) auges. ¶ Nota) macula: vitio. ¶ Stupri) adulterii, & libidinis. i. ſi factis tuis prioribus claris, & magnis addis nunc turpitudinē libidinis. ¶ Te ne ferūt) te habet emphaſim. q. d. qui nunc es ita turpis, & infamis. ¶ Tenaciter) fortiter: nam, vt fabulis traditur, Alcme. Herculem, & Iphiclum peperit: ſed Herculem ex Ioue, Iphiclum ex Amphitryone marito genitum. Sed cum Iuno duo ſerpentes imiſiſſet Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapſus, ſuo vagitu excitauit parentes: B qui cum ſurrexiſſent, viderūt Herculem ambabus manibus angentem angues nouercalibus odiis immiſſos. Inde Virgil. vt prima nouercæ Monſtra manu geminoſq; premēs eliſerit angues. ¶ Dignus Ioue) qui poſſes videri genitus a Ioue, non autem a mortali. ¶ Quàm deſinis) .i. quàm finis. ¶ Cedunt) ſunt minora. ¶ Hic vir) hæc tua ætas virilis. ¶ Et ille puer) ideſt tu ille puer, qui hæc feciſti. i. illa tua ætas puerilis. ¶ Diſſimiles) ſcilicet ſunt. ¶ Stheneleiꝰ hoſtis) .i. Euryſtheus Stheneli filius. ¶ Hoſtis) tuus. ¶ Amor vincit) quod eſt tibi turpiſſimū. ¶ At bene) obiectio. ¶ Herculis) quaſi magni viri, & filii Iouis. ¶ Quàm male) reſpōdet obiectioni dicens, non eſſe cō- C ueniens matrimoniū: vbi vir ſit maior vxore: eſt autem ſententia ad perſonam loquentem accommodata: nam Mart. contra ſentit, oportere vxorem inferiorē eſſe viro. Inferior matrona ſuo ſit Priſce marito. Non aliter fiunt fœmina virq; pares. ¶ Quàm male) per ſimilitudinem probat inconuenientiam amoris ſui. ¶ Inæquales) aut ætate, aut magnitudine, & robore corporis. ¶ Veniunt) conueniunt. ¶ Nupta) vxor. ¶ Minor) inferior conditione generis, & fortunæ. ¶ Non honor eſt) ſententia eſt, color rhetoricus. ¶ Species) dignitas. ¶ Ferentem) habentem ipſam ſpeciem. ¶ Sed onus) ſicut mihi eſt onus, quod ſim vxor tanti viri: cū tū te non fruar. ¶ Non honor eſt: ſed onus) annominatio eſt, color Rhetoricus. ¶ Siqua voles) ſententia generalis. ¶ Pari) æquali tibi, & ætate, & conditione fortunæ. ¶ Hoſpes) peregrinus. ¶ Eſt notior coniuge) quia video ſæpius hoſpites, q̄ maritum meum. ¶ Monſtra) vt Lernæam Hydram, & Cerberum: & Cacum: de quo Virgil. Huic monſtro Vulcanus erat pater: monſtrum enim dicitur quicquid eſt præter naturam. ¶ Feras terribiles) vt aprum Erymantheū, & Leonē Nemeæum. ¶ Operata) intenta: ſacrificans: nam operari proprie eſt ſacrificia perficere. Virg. lib. iii. Aene. Aruiſq; nouis operata iuuentus. Idē primo Georg. In primis venerare deos, atq; annua magnæ Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis. Horat. Prodeat iuſtis

D operata ſacris. Iuue. Et matutinis operatur feſta lucernis, i. operando, hoc eſt ſacrificando colit: indocti ponunt pro agere quiduis generaliter, in quo ſignificato nunq; inueni exemplū idoneum. ¶ Torqueor) crucior. ¶ Cadat) interficiatur. ¶ Ab hoſte) aut homine, aut fera. ¶ Iactor) verſor ſcilicet cogitatione: quia cogito hæc pericula, in quibus ille verſatur, & videor eſſe in eiſdem periculis: quod accidit amantibus. Virgil. de Gallo ad Lycorida, quæ erat in Caſtris. Nūc inſanus amor duri me Martis in armis, Tela inter media, atq; aduerſos detinet hoſtes. ¶ Hæſuros per oſſa) .i. agreſſuros te: nam hæſurus hic ab hæreo venit, nō ab edo. ¶ Me pecudum) dicit ſe multis modis terreri propter pericula Herculis. ¶ Fibrę pecudū) .i. exta, quæ inſpicio: vt intelligam, quod ſit de te futurum: hæc enim ars haruſpicina dicebatur: inſpiciebant autem prẹcipue fibras iecinorum, ſiue iecorum, & pulmo- E num. Iuuen. Calido pulmone colūbæ Tractato Armenius: vel Commagenus haruſpex: Pectora pullorum rimantur & exta Catelli: Interdū & pueri. Luca. lib. j. Cernit tabe iecur madidum, venaſq; minaces Hoſtili de parte videt pulmonis haneli, Fibra latet. Virgil. lib. iiii. Aenei. Pecudumq; recluſis Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta. ¶ Simulachra inania) figuræ ſine corpore. ¶ Omnia) auguria. ¶ Petita) capta. ¶ Monent) terrent me. ¶ Aucupor) inquiro percunctando multos. ¶ Murmura) .i. voces. ¶ Famæ incertæ) ſcilicet de te. ¶ Speq; timor) .i. interdum ſpes vincit timorē: quem habeo de te, interdum timor vincit ſpem. ¶ Mater abeſt) dicit, quod in abſentia F Herculis non habet aliquem: qui eam conſoletur. ¶ Mater) ſcilicet tua Alcmena. ¶ Abeſt) .ſ. hinc. erat enim Deianira in Trachyne vbi regnauit Ceix: quādo ſcripſit hanc epiſtolam. ¶ Deo potenti) .i. Ioui. ¶ Pater) ſcilicet tuus. ¶ Puer) .i. filius noſter. ¶ Arbiter Euryſtheus) .i. cū omnes alii deſint, ſolus Euryſtheus ſentitur a me: qa quotidie nouos tibi imponit labores: quibus me torqueri neceſſe eſt. Arbiter dicitur, qui totius alicuius iudicii habet potentiam: inde arbiter dicitur, quę habet authoritatem alicuius rei: ergo arbiter. i. executor: voluntate enim Iuno. labores Herculi imperabat, vt ſupra diximus. Virg. Et rerum mille labores Rege ſub Euryſtheo. ¶ Sentitur) quaſi ꝑnicioſus: nam ſentimus proprie, quæ nos lædunt. ¶ Lenta) .i. longa & diu durans. ¶ Parum eſt) non ſufficit. ¶ Ferre hæc) .i. pati hos dolores, & timores de periculis vitæ tuæ. ¶ Peregrinos) .i. peregrinarum mulierum. ¶ Quælibet) .i. quæuis mulier, nam iam nulla eſt, q̄ non tentes. ¶ De te) .i. ex compreſſu, & coitu tuo.

¶ QVID Niſi notitia eſt) vnde Iuue. Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur. ¶ Quàm male inæquales) comparatiue, & ſine figura, & ſit licite in tribus gradibus: vt, q̄ bonus, tam prudens .i. quantum bonus, tantum prudens: Quam magis illa tremens, tanto magis effera flammis; q̄ maxime potes, tam ma-

A xime debes Deo cõplacere.i.vt maxime,ita &c. ¶Siqua voles apte nubere.nube pari)inſigne conſilium.¶Operata)operari, & facere cum per ſe ponuntur, per excellentiam rebus ſacris attribuuntur, & ſignificant,ſacrificare: vt, Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito: &, operata iuuentus in Georgicis. ¶Nec puer) ideſt filius. ¶Hyllus) ſcilicet nomine. erat enim filius Herculis ex Deianira. Hiſtoriæ ſatis apertæ ſunt ſupra.

Non ego Partheniis temeratam uallibus Augen,
Nec referam partus Ormeni nympha tuos.
Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba ſorores,
Quarum de populo nulla relicta tibi eſt.
Vna recens crimen defertur adultera nobis,
Vnde ego ſum Lydo facta nouerca Lamo.
Mæander,toties qui terris errat in iiſdem,
Qui lapſas in ſe ſæpe retorquet aquas:
Vidit in Herculeo ſuſpenſa monilia collo
Illo,cui cœlum ſarcina parua fuit.
Non puduit fortes auro cohibere lacertos?
Et ſolidis gemmas appoſuiſſe toris?
Nempe ſub his animam peſtis Nemeæa lacertis
Edidit,unde humerus tegmina læuus habet.
Auſus es hirſutos mitra redimire capillos:
Aptior Herculeæ populus alba comæ.
Nec te Mæonia laſciuæ more puellæ
Incingi zona dedecuiſſe pudet.

HVBER. ¶NON Ego) cõmemorat quaſdã puellas: quas dicit fuiſſe cõpreſſas, & violatas ab Hercule: eſt autem occupatio: dicit enim ſe nõ eſſe dicturam: cum maxime dicat. ¶Augen) ſic legendum eſt, nõ Augem. fuit autẽ Auge Alei regis Arcadiæ filia ab Hercule cõpreſſa: ex quo grauida facta peperit filiũ: qui poſtea Telephus dictus eſt. ante vero, q̃ pareret, Aleus eius pater cognito tumore ventris filiæ non credens eam grauidam ex Hercule tradidit eam cuidam nautæ mergendam: illa naui impoſita doloribus partus vrgẽtibus impetrauit: vt in terram exponeretur,tanq̃ ad rem neceſſariam: & filium apud Parthenium montem in quadam ſylua peperit: deinde miſericordia nautæ ſalutem præter ſpem patris conſecuta data eſt dono quibuſdam ex Caria in Aſiam proficiſcẽtibus: qui eam Teuthranti Myſiæ regi dono dederunt. infans a paſtoribus Corythi regis apud Parthenium repertus eſt: cui cerua vbera præbebat: quem poſtea Corythus pro filio educauit: & Telephi nomen ei impoſuit: quia cerua nutritus eſſet: nam ἔλαφος græce ceruum, & ceruam ſignificat: hic poſtea quærens matrẽ accepto reſponſo in Myſiam venit, vbi inuenta matre apud Teuthrantem cognitus cuius eſſet filius, in magno honore habitus eſt. Teuthras filiis maſculis carens ei Argiopen filiam deſponſauit, & regni ſucceſſorem reliquit: qui poſtea tempore belli Troiani volens reſiſtere Græcis, ne tranſirent per Myſiam: ab Achille grauiter vulneratus eſt: quo vulnere cum nõ poſſet ſanari, accepto reſponſo ab Apolline ab eodem Achille iterum vulneratus ſanatus eſt. inde Ouid. in primo de reme. Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti, Vulneris auxilium Pelias haſta tulit. Strabo lib. xiii. variat opinionem huius fabulæ. ¶Temeratam) vitiatam. ¶Partheniis) Arcadicis. ¶Ormeni nympha) Aſtydamiam dicit filiam Ormeni regis: quam cum Hercules dari ſibi coniugem petiuiſſet: pater renuit ſciẽs eum habere Deianiram: Hercules indignatus regi bellum intulit: captaq; vrbe, ac rege interfecto Aſtydamiam captam vitiauit, genuitq; ex ea Cteſippum filium. Diony. ſcribit. ¶Nec tibi crimen erunt).i nec etiam crimini a me tibi dabitur: ꝙ tot ſorores compreſſeris. ¶Teuthrantia turba) miror, cur quidã Theſtitia turba, legendum putent: niſi librariorum (quod magis credo) culpa ſit: nam non Theſtius, vel Theſtitius, ſed Theſpis Athenienſis: vt Dionyſius ſcribit: a quo Theſpienſis regio denominata eſt. l. filias ex pluribus fœminis genuit: quas omnes Hercules adhuc puer, ſed robore præſtans compreſſit: & ex eis .l. genuit filios, omnes mareis, qui Theſpiadæ dicti ſunt: quos per Iolaum in Colonias tranſmiſit: ſed cur dixerit Teuthrantia turba, non ſatis compertum habeo: cum Teuthras regnauerit in Myſia, niſi Hercules etiã in Myſia, ſiue Teuthrantia regione fortaſſe alias ſorores cõpreſſerit: licet nihil apud quẽq; legatur, quod meminerim: ſed omnia, aut non ſunt mãdata literis: aut non extant. quãobrem non auſim textum corrumpere. ¶Vna recens) non de Iole intelligit: ſed de Omphale Lydorum regina: cui Hercules ita ſeruiſſe dicitur: vt omnia faceret, quæ imperaſſet: vnde Teren. in Eunucho. Qui minus huic, q̃ Hercules ſeruiuit Omphale. Ex hac genuit Hercules Lamum filium: vnde nunc dicit Deianira. ¶Vnde) ex qua Omphale. ¶Sum facta nouerca Lamo) quia cum ſim vxor tua, ille eſt factus priuignus meus. ¶Lydo) ex Lydia: vt diximus. Lydi autem populi Aſiæ, qui aliquando Mæonii dicti ſunt: neq; vllo pacto intelligendũ eſt de Iole, quia ex ea non ſuſcepit Lamum: neq; ex Lydia, aut Mæonia fuit, ſicut hanc fuiſſe oſtendit: cui Herculem ſeruiſſe dicit. ¶Mæander) fluuius Lydiæ: aut (vt Ser. dicit) Cariæ, quæ eſt vicina Lydiæ. ¶Qui errat).i. labitur, & vagatur. ¶Toties) ſæpius. quia ita flexuoſus eſt: vt in ſe videatur recurrere. ¶Retorquet) reflectit. ¶Monilia) ornamenta muliebria: quæ teſte Seru. etiam ſegmenta dicuntur: quę tantũmodo mulieribus conueniebant: inde Iuuen. Virum obiurgat, quod ſegmenta induat. Segmenta, & longos habitus: & flammea ſumit, &c. ¶Illo) ſcilicet collo. ¶Parua ſarcina) paruum onus: quia ſuſtinuiſſet etiam maius. ¶Non puduit) pluribus verbis vituperat Herculem de hac mollitie. ¶Cohibere) aſtringere. ¶Solidis) fortibus. ¶Toris).i. toroſis .i pulpoſis, & neruoſis membris. Perſius: Multumq; toroſa iuuentus. ¶Nempe) oſtendit turpiſſimum eſſe exornare molli, & laſciuo habitu brachia: quæ res magnas, & dignas laude geſſerint: quales ſunt: quas cõmemorat. ¶Peſtis Nemeæa).i. Leo Nemeæus, quem interfeciſti: in cuius facti memoriam geſtas pellem ipſius Leonis. ¶Læuus humerus).i. ſiniſter. Nam humerum dextrum ferebat Hercules exertum, & detectum: vt eſſet expeditior. ¶Nemeæa) vt ſcribit Stra. Sylua eſt inter Cleonas: & per Phliuntem, in qua Argiui ſacra faciebant: vbi Hercules Nemeæum leonem occidit: quem interdum Poetæ appellant Cleonæum: a Cleone oppido Nemeææ ſyluæ propinquo. Luca. Ille Cleonæi proiecit terga leonis. ¶Mitra) teſte Ser. nomẽ barbarum, eſt pileus incuruus, de quo pendebat baccarũ tegmen: quo vtebantur Lydi, & Phrygii. Iuue. Ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra conueniebant autem mulieribus pręcipue: aut viris mollioribus, & effœminatis. Virg. Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu Mæonia mentũ mitra crinẽq; madentem Subnixus &c. ¶Redimire).i. ornare.i. addere redimicula: quæ ex mitra pendebãt. vnde Virg. lib x. Et tunicæ manicas: & habent redimicula mitræ. ¶Populus).i. corona populea. ¶Mæonia zona).i. zona ipſius Omphales. ¶Dedecuiſſe) turpe tibi fuiſſe. Hercules enim ita Omphale deditus fuit: vt omnia, quę illa iuberet, faceret: & eum ſuo cultu inſtruxiſſe refert Ouid. ii Faſto. Dumq; parant epulas: potandaq; vina miniſtri: Cultibus Alciden inſtruit illa ſuis: Dat tenues tunicas getulo murice tinctas: Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit. Ventre minor zona eſt: tunicarum vincla relaxat: Vt poſſet magnas exeruiſſe manus. Fregerat armillas nõ illa ad brachia factas: Scindebant magni vincula parua pedes.

ASCEN ¶NON Ego Partheniis &c.) cõmemorat Hercules adulteria. Parthenius mons eſt Arcadiæ, in quo virgines venare ſolent: vnde ab eis nomẽ ſumpſit, nam παρθενική virgo dicitur. ¶Augen) autem vocat filiã Alei, ꝙ partum ſuum dereliquit, vnde ¶Temeratam).i. violatam dixit genere fœminino. ¶Ormeni nympha) vocatiuus eſt nominis patronymici. Nam declinatur hæc Ormenis, huius Ormenidos &c. o Ormeni, & fit a nomine Ormenus Ormeni addendo literã. eſt autem Aſty-

B C D E F HV

A damia Ormeni filia. Vna recens crimen refertur adultera nobis)refertur.i.recenſebitur nobis.i.a nobis,nec ſtat verſus, ſi legatur refertur:lege ergo referetur: vt ſit ſenſus.omiſſis aliis dicam de vna adultera, quæ crimen recens commiſit: ſed ἐμφατικῶς dicit eam crimen,nó criminoſam,ſicut Comicus, ſceleſtum ſcelus:& ſenem ſenium vocat.

Prodigium)monſtrum. Triplex)tricorpor. Hiberi)Hiſpani. Geryones)primæ eſt declinationis:declinatur enim ſicut Anchiſes. Vnus erat in tribus)quia vnus erat:licet tria corpora haberet ſecundum fabulas. Cerberus)monſtrum eſt tria capita habens: dicitur autem veſtibulum Tartari ſeruare: hunc Cerberum triplici cathena vinctum Hercules ad ſuperos iuſſu Euryſthei traxiſſe dicit: cum prius Athenis myſteriis Eleuſinæ Cereris initiatus fuiſſet. In totidem canes).i. in tres: vt Geryones .i. totidem capita canina. Ab vno trunco).i.ab vno corpore Digeſtus)diuiſus. Quęq; redundabat)Serpenté dicit Lernæá, ex cuius corpore: vt Diodorus ſcribit,centum prodibant ſerpentum capita,& ceruices: quarum ſingulis cæſis duę renaſcebãtut:ob eamq; rem minime vinci poſſe videbatur: cum pars amputata validior efficererur:hanc difficultatem Hercules arte ſuperans,Iolauz monuit: vt inciſam ceruicem ſubito face lignea inureret: ne ſanguis efflueret:hoc pacto ſuperata bellua ſagittas ſuas eo ſanguine tinxit: quo illarum vulnus mortiferum redderetur. Redundabat) abundabat, & validior efficiebatur. Diues a ſuis damnis) quia quanto magis amputabatur: tanto plura capita habebat: vt ſupradictum eſt. Quodq; inter) Anthæum intelligit filium terræ, corporis robore, ac palæſtra præclarum in Libya: qui multos externos ſecú certamine congreſſos occiderat:hunc Hercules & viribus, & arte ſuperatum interfecit:nã cum vires a terra matre aſſumeret ſimulans ſe cadere,Hercules eum ita ſuſtulit: vt terraz tangere non ſineret: ex quo ille matris auxilio priuatus,inter lacertos Herculis eliſus expirauit. Compreſſa)aſtricta. Et male confiſum)Centauri ex Ixione,& Nube geniti Theſſaliam incolentes,odore & vetuſtate vini, quod Pholus Cétaurus a Diony. ſibi datum reſeruauerat in honorem Herculis,cum eum hoſpitio ſuſcepiſſet: ebrii facti domum Pholi magno impetu ingreſſi diripere conati ſunt,quos licet fortiſſimos, & matris Nubis imbrem effundentis auxilio vſos, Hercules tamen partim occidit:partim fugauit. Male confiſum pedibus ) quia velocitate ſua freti , effugere non potuerunt. Formaq; bimembri).i.humana,& equina,in qua maius inerat robur. Sidonio).i.purpureo: qui mulieribus conuenit. Non ſilet)non debet ſilere,prę pudore? Cultu)q nó decet.

HVBER. NON Tibi)commemorat eius ante acta fortia : quæ deberent ipſum deterrere a talibus laſciuiis. Succurrit)venit in mentem. Crudi)violenti,& inhumani. Efferus) valde ferus. Pauit ) aluit. Humana dape)hic Thrax tyrannus ſæuiſſimus humanis hoſpitú carnibus equos,equaſq; ſuas alebat: & capita ſuis tectis affigebat, quem Hercules interfecit: & eodem ſupplicio affecit:quo ille hoſpites. Si te vidiſſet Buſiris) rex Aegypti ad prouocandú Nili inundationem hoſpites ſolebat immolare: hoc genus ſacrificii

B primum expertus eſt in Thraſium, a quo ſibi monſtratum fuerat.Ouid de Arte amandi. Dicitur Aegyptus caruiſſe iuuantibus arua Imbribus,atq; annos ſicca fuiſſe nouem.Cuz Thraſius Buſirin adit:monſtratq; piari Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem. Illi Buſiris, fies Iouis hoſtia primus, Inquit: & Aegypto tu dabis hoſpes aquam.cum autem vellet immolare etiam Herculez: Hercules euz interfecit. Iſto cultu)iſto ornatu muliebri, & laſciuo. Pudendus eras).i. fuiſſet ei pudor a te vinci. Detrahat)pro detraheret.i. auferret. Ioniacas puellas).i. Męonias:nã Ionia regio Aſię eſt finitima Mæandro. Dominæ) Omphales. Non fugis) non caues. Raſilibus)

C politis: quaſi raſis. Virgil. Et torno raſile buxum. Craſſa) .i. magna : non autem legenduz eſt,groſſa. Deducis)nes. Rependis) ad penſum reddis tu quoq; , ſicut ancillæ. Cóminuere)fregere. Habenis)loris. Præconia)laudes. Triumphi)victoriæ tuæ. alii codices habent eximiis pompis immania ſemina laudú. Diſſimulanda) cælanda,tacenda. Scilicet) dicit ea, quæ narrat Hercules. Eliſos)ſtrangulatos:præfocatos. Inuoluiſſe)diuiſis ſyllabis legendum eſt:ſicut alibi,Debuerant fuſos euoluiſſe meos. Immaneis hydros) maximos angues : ſupra diximus hanc fabulam. Tegeæus)Arcadicus. Erymantho) monte Arcadiæ : illic enim interfecit Aprum vaſtantem regionem. Incubat)iacet. Penatibus)tectis. Threiciis).i.Diomedis. Ora)capita. Equæ pingues)ſupra viſa eſt fabula. Prodigium triplex)Geryones: vt fabulæ tradunt,rex regnauit in Gadibus Hiſpaniæ, quem locum Erythram appellant: quem tricorporem fuiſſe fabulantur,ditiſſimumq; pecoris: quod Hercules eo ſuperato,in Italiam aduexiſſe dicitur.Diodorus dicit Chryſauri filios tribus magnis exercitibus fidétes ab Hercule ſuperatos,& greges boum deuicta Hiberia ſecum abductos.

Non tibi ſuccurit crudi Diomedis imago,
Efferus humana qui dape pauit equos?
Si te uidiſſet cultu Buſiris in iſto,
Huic uictor uicto nempe pudendus eras.
Detrahat Antæus duro redimicula collo,
Ne pigeat molli ſuccubuiſſe uiro.
Inter Ionias * calathum tenuiſſe puellas
Diceris: & dominæ pertimiſſe minas.
Non fugis * Alcide uictricem mille laborum,
Raſilibus calathis impoſuiſſe manum?
Craſſaq; robuſto deducis pollice fila,
Aequaq; formoſæ penſa rependis heræ.
Ah quoties, digitis dum torques ſtamina duris,
Præualidæ fuſos comminuere manus.
Crederis infelix ſcuticæ tremefactus habenis
Ante pedes dominæ pertimuiſſe minas.
Eximiis pompis præconia ſumma triumphi,
Factaq; narrabas diſſimulanda tibi:
Scilicet immanes eliſos * faucibus hydros:
Infantem & caudis inuoluiſſe manum. *
Vt Tegeæus Aper cupreſſifero Erymantho
Incubat: & uaſto pondere lædit humum.
Non tibi Threiciis affixa penatibus ora,
Non hominum pingues cæde tacentur equæ:
Prodigiumq; triplex armenti diues Iberi
Geriones: quamuis in tribus unus erat.
Inq; canes totidem trunco digeſtus ab uno
Cerberus, implicitis angue minante comis.
Quæq; redundabat fœcundo uulnere ſerpens
Fertilis, & damnis ditior ipſa ſuis.
Quiq; inter læuumq; latus, læuumq; lacertum, *
Prægraue compreſſa fauce pependit onus.
Et, male confiſum pedibus, formaq; bimembri,
Pulſum Theſſalicis agmen equeſtre iugis.
Hæc tu ſidonio potes inſignitus amictu
Dicere? non cultu lingua retenta ſilet?

ASCENSIVS.

CRASSAq;) robuſtiora.Iuue.Saty.ii.Vos lanam trahitis,colloq; peracta refertis Vellera,vos tenui prægnantem ſtamine fuſum:Penelope melius,leuius torquetis Arachne. Diceris infelix &c.)enumerat Herculis egregia facinora,cum deteſtatione præſentis dedecoris,quod patitur in ſeruiendo adulteræ. Infantem caudis inuoluiſſe manum)Diæreſis eſt in di-

D

*Ioniacas
* Sic, Nec latium norat,quá pbet Ionia diues,breui prima ſyllaba.
a.l. vero Mæonias inter.
* a.l.Non pudet.

E

*a.l.eliſis.
* Aliqui aút legút, Infanté nuda dilaceraſſe manu

F

* His verſibus Antęi & Herculis lucta ita ab Oui. deſcribit,vt ſublatuz læuo brachio Anteú Herculis ſuſtineat, ne mr vires ſbmiſtret,dextra autem manu fauces compri mens eú necet. alr id compreſſa fauce,nullá ad ré accómodari poterit. ſút ñ q de Nemeço leóe hic agi credút, & legunt. Quodq; iter lęuúq; latus, dextrumq; lacertum.

BIBLIOTECA UNIVERSITAR DE GRANADA

A ctione, inuoluiſſe nam pentaſyllabā fecit. ¶ Vt Tegeęus aper) ſic legendum eſt: nam Tegea primam, & ſecundam corripit, vt v. Aene. Tegeæ de ſanguine gentis, vbi alii legunt Tegeæ ſanguine gentis: ſed vtroq; modo duas priores corripit: nec legendum eſt, in cupreſſifero. verum licentioſus eſt verſiculus: quia vocalis ante vocalem, neq; abſumitur, neq; corripitur, ſicut nec ibi, in Actæo Aracyntho. ¶ Non tibi Threiciis) non Thraciis: nam Virg. Threiciis vtitur non Thraciis. ¶ Geryones) legitur Geryones in nominatiuo etiam interdum primæ declinationis, potius q̄ Geryon. ¶ Quæq; redundabat) Serpens cōis eſt generis. ¶ Lęuūq; latus) ſic legēdū eſt, nā ſi dempſeris/q;/ verſu; deprauaueris. ¶ Nō cul. lin. ⁊c.) figurata interrogatio, vim increpationis habēs. q. d. debeat maxime refrenari, ⁊ refrenari a cultu, cui talia facinora nō congruunt. D

Se quoq; nympha tuis onerauit Iardanis armis:
Et tulit è capto nota trophæa uiro.
I nunc: tolle animos: & fortia facta recenſe,
Quod tu non eſſes iure: uir illa fuit.
Qua tanto minor es: quanto te maxime rerum,
Quàm quos uiciſti, uincere maius erat.
Illi procedit rerum menſura tuarum:
Cede bonis: hæres laudis amica tuæ eſt.
O' pudor, hirſuti coſtis exuta Leonis
Aſpera texerunt uellera molle latus.
Falleris: & neſcis: non ſunt ſpolia iſta Leonis,
Sed tua: tuq; feræ uictor es: illa tui
Fœmina tela tulit Lernæis atra uenenis,
Ferre grauem lana uix ſatis apta colum:
Inſtruxitq; manum claua domitrice ferarum:
Vidit & in ſpeculo coniugis arma ſui.
Hæc tamen * audieram: licuit non credere famæ:
En uenit ad ſenſus mollis ab aure dolor.
Antè meos oculos adducitur aduena pellex:
Nec mihi, quæ patior, diſſimulare licet.
Non ſinis auerti: mediam captiua per urbem
Inuitis oculis aſpicienda uenit.
Nec uenit incultis captarum more capillis
Fortunam uultus faſſa tegendo ſuos.
Ingreditur late multo ſpectabilis auro:
Qualiter in Phrygia tu quoq; cultus eras.
Dat uultum populo ſublimis, ut Hercule uicto:
Oechaliam uiuo ſtare parente putes.
Forſitan expulſa Aetolide Deianeira
Nomine depoſito pellicis, uxor erit:
Eurytidos Ioles, atq; inſani Alcidæ
Turpia famoſus corpora iunget Hymen.
Mens fugit admonitu: friguſq; perambulat artus:
Et iacet in gremio languida facta manus.
Me quoq; cum multis, ſed me ſine crimine amaſti:
Ne pigeat, pugnæ bis tibi cauſa fui.

HVBER. ¶ NYMPHA Iardanis) ideſt Omphale. ¶ Iardanis) .i. Phrygia, nam Mæones, & Lydi a dextra ſunt Phrygiæ maioris. vt ſcribit Stra. nec de Iole poſſumus intelligere. ¶ Ornauit) iſtruxit: armauit. ¶ Nota) clara. ¶ E capto viro) ex te, quem cepit, & triumphauit. ¶ I nunc) increpatio eſt per irriſionem. ¶ Recenſe) narra. ¶ Quod) ſcilicet eē vir. ¶ Tu non eſſes) ideſt eſſe deberes, quia melius eſſes fœmina, q̄ vir. ¶ Qua tāto) dicit quod quanto difficilius fuit Herculi vincere ſeipſum, quam eos, B quos vicit: tanto eſt Omphale eo maior: quia vicit eum. ¶ Procedit) ideſt euenit. ¶ Hæres tuæ laudis) quia tu ex ea decidis: & ipſa tibi ſuccedit. ¶ O pudor) amplificat hoc dedecus Herculis, quod paſſus ſit, amicam tegmine ſuo, & armis inſtrui. ¶ Vellera) pellis. ¶ Exuta coſtis) diximus ſupra ex pelle Leonis Nemeęi Herculem feciſſe ſibi tegmen corporis. ¶ Texerunt molle latus) ideſt fœmineum. ¶ Spolia) dicuntur: quæ hoſti eripiuntur in victoria: dicit, illa pellis, qua illa induta eſt: non ſignificat, quod tu viceris Leonem: ſed quod illa te vicerit: & ex te ſpolia abſtulerit. ¶ Illa tui) ſcilicet victrix. ¶ Atra) tincta. ¶ Lernæis venenis) diximus ſupra in fabula Hydræ Lernææ. C ¶ Grauem) plenam. ¶ Claua) Hercules enim claua ad domandas feras vſus dicitur, quam Vulcanus ſimul cum Thorace ob meritum virtutis ei dediſſe dicitur. ¶ In ſpeculo) quo mulieres præcipue vtuntur. hæc autem ſumpſiſſe Omphalen, ſcribit Ouidius libro ſecundo Faſtorum. Illa capit clauamq; grauem, ſpoliumq; Leonis, Conditaq; in pharetra tela minora ſua. ¶ Tantum) ſolummodo. ¶ Audieram) non autem videram. ¶ Licuit) potui. ¶ Famæ) quæ de rebus ſupradictis ferebat. ¶ En) demonſtrantis eſt. ¶ Ad ſenſus) ad viſum. ¶ Ab aure) ideſt ab auditu. ¶ Aduena) peregrina: & nunc Iolen intelligit: nam (vt ſupra vidimus) enumerauit mulieres, quas Hercules amauit, vſq; ad Iolen, quæ fuit vltima. ¶ Diſſimulare) occultare, & tacere. ¶ Auerti) amoueri a me ¶ Captiua) vt ſupra diximus in argum. epiſt. ¶ Oculis) meis. ¶ Faſſa) ideſt confeſſa, & teſtificata ¶ Fortunam ſuam) ideſt aduerſam. ¶ Tegente vultu) ſicut illæ, quæ ſunt in tam miſera fortuna facere ſolent. ¶ Dat) oſtendit. ¶ Sublimis) pro ſublimiter: ideſt alte. nomen pro aduerbio. ¶ Victo) a ſe: quem in amore ſubegit. ¶ Putes) pro putet aliquis: ſecunda perſona pro tertia: ſicut apud Virgilium: Migrantes cernas. ¶ Oechaliam) patriam ſuam. ¶ Stare) eē in ſtatu ſuo. ¶ Forſitan) addit, & aliud, quod ſit futurum turpius ipſi Herculi, quia fortaſſe expulſa ipſa Deianira accipiet Iolen vxorem: ordo eſt. ¶ Iole forſitan erit vxor depoſito nomine pellicis) ideſt Iole: quæ erat pellex, erit vxor tua: depoſito nomine pellicis. ¶ Expulſa Deianira) ſcilicet me. ¶ Aetolide) ideſt de Aetolia, nam Deianira ex Aetolia. E ¶ Eurytidos Ioles) ordo eſt. Hymen famoſus iunget turpia corpora Ioles Eurytidos, atq; Alcidæ inſani. ¶ Hymen famoſus) ideſt matrimonium infame, quod erit, ſi me legitima vxore expulſa, concubinam duxeris: nam famoſus ſemp in malam partem accipitur. cauendum, ne legatur formoſus: ſed famoſus. Hymen autem cum ſit Deus nuptiarum: ſæpe pro ipſis nuptiis ponitur. ¶ Iunget corpora turpia) ideſt turpiter iunget. ¶ Inſani) ideſt magni. Habet autem hic verſus ſpondeu; in quinto loco: neq; vocalis ſequente vocali abiicitur. F ¶ Mens fugit) magis ex conſuetudine loquendi hoc dicit: q̄ quod mens poſſit fugere: videtur enim ex aliquo timore animus, ⁊ mēs nobis fugere. ergo, ¶ Fugit) ideſt horret. ¶ Admonitu) ideſt recordatione huius facti: ne me relicta aliam accipias. ¶ Friguſq; perambulat) Virgilius: Geliduſq; per ima cucurrit Oſſa tremor. ¶ Languida) pigra ad ſcribendum. ¶ Me quoq;) nunc Iolen. ¶ Sine crimine) quia amaſti me, vt coniugem, non adulteram, aut concubinam. ¶ Cauſa pugnę) quia bis pro me pugnaſti: Semel aduerſus Acheloum: ⁊ iterum aduerſus Neſſum. Achelous fluuius ex Pindo Theſſaliæ monte ortus Aetoliam ab Acarnania diuidit. Vnde interdum Aetoliæ, ſiue Calydonis, interdum Acarnanum fluuius a poetis dicitur: vt eſt videre apud Ouidiu; libro octauo & nono Metamorphoſeos, vbi narrat: quod nūc hic dicetur: quod mutatus in varias formas pugnauit cum Hercule propter Deianiram. Primum enim in propria forma luctando ſuperatus, vertit ſe in ſerpentem: & poſtremo in Taurum: cui Hercules cornu auulſit: quod Naiades nymphæ diuerſis floribus, & pomis refertū copiæ dicauerūt: ille præ pudore omnibus modis victus, ⁊ cornu mutilatus intra ſuū flumen ſe occultauit.

* a.l. Hæc tantum.

A ASCEN. ❡I NVNC) figura, conceſſio vim prohibendi continens. ¶Qua tanto &c.) ſenſus & ordo eſt. ¶Qua) ſcilicet Omphale tu es tanto minor, quanto maius erat vincere te, o maxime rerum, q̄; eos, quos viciſti. Notanda eſt latinitas, quia cum genitiuus tranſcendens, aut collectiuum eſt, non ſeruatur neceſſario incongruitas generis. Horat. ſermo.j. Quid agis dulciſſime rerum? Sic optimus plebis &c. & o Danaum fortiſſime gentis &c. ¶Illi procedit) ideſt ad eam deriuatur, vnde ipſa ſuccedit, & res præcedit. ¶Cede bonis) non quia ſoluendo non ſis, ſed quia illa ſibi ea bona iure vendicat, & ita tua non ſunt. ¶O pudor) ordo eſt. o pudor. ¶Aſpera vellera) ideſt villoſa tegmina. ¶Exuta) ideſt detracta. ¶Coſtis Leonis hirſuti) ideſt villoſi, & iubati. ¶Texerunt molle latus) ſcilicet lubricæ puellæ. ¶Falleris) arguta argumentatio ad conſimilia decenter applicabilis. ¶En venit ad ſenſus mollis ab aure dolor) ordo eſt. ¶Dolor mollis) ideſt leuis, & tolerabilis. ¶Venit ad ſenſus) ideſt ad præcordia. ¶Ab aure) ideſt per auditum, quia Cicerone, immo experientia teſte, minus afficiunt audita, q̄; viſa, minuſq; certa ſunt. Vnde Plautus, plus, inquit, valet oculatus teſtis vnus, q̄; auriti decem. ¶Dat vultum ſublimis) ideſt in ſublime: ideſt aduerbialiter ponitur. ¶Forſitan) ordo eſt. ¶Forſitan ipſa Iole erit vxor) ſcilicet tua. ¶Depoſito nomine pellicis) ideſt nec dicetur amplius pellex, & hoc me ſupple, ¶Deianira Aetolide) ideſt de nobili Aetolum genere, aut Aetoli regis filia, ¶Expulſa) ſcilicet e legitimo toro. declinatur Aetolis, huius Aetolidis, vel dos: vnde ablatiuus Aetolide: neq; eſt hæc ſynalœpha, expulſa Aetolide, neq; correctio vocalis antecedentis, quam penthemimeris forſan excuſet. ¶Eurytidoſq;) ideſt Euryti filia: a nominatiuo hæc Eurytis: patronymicum enim eſt a patre, ſicut Aetolis a patria. Quia vero os corripitur in genitiuo, legendu eſt, Eurytidoſq; Ioles. Nam Iole triſyllabum eſt, & a vocali inchoat. ¶Turpia) ordo eſt. ¶Hymen) ideſt Deus nuptiarum aut torus, aut paranymphus. ¶Formoſus) ideſt decens, & eſt ironia. ¶Iunget corpora turpia) ideſt ad turpe facinus, quia ad illicitos concubitus: ſicut, atq; mala vites incidere falce nouellas. ¶Corpora (inquã) Ioles Eurytidos). i. filiæ Euryti deuicti. ¶Et Alcidę). i. Herculis inſani. grauis eſt verſus, quia ſpondaicus, & vocalibus nõ abſumptis impeditus, qui ironiã ſignificat, aut pondus iniuriæ & dedecoris. cętera ſatis explicetur. D

Cornua flens legit rapidis Achelous in undis:
  Truncaq; limoſa tempora merſit aqua.
Semiuir occubuit ui, lerniferoq; * ueneno
  Neſſus: & infecit ſanguis equinus aquas.
Sed quid ego refero? ſcribenti nuntia uenit
  Fama, uirum tunicæ labe perire meæ.
Hei mihi quid feci? quò me furor egit amantem?
  Impia quid dubitas Deianeira mori?
An tuus in media coniux lacerabitur Oeta?
  Tu ſceleris tanti cauſa ſuperſtes eris?
Et quid adhuc habeo facti, cur Herculis uxor
  Credar? coniugii mors mea pignus erit.
Tu quoq; cognoſces in me Meleagre ſororem:
  Impia quid dubitas Deianeira mori?
Heu deuota domus: ſolio ſedet Agrius * alto:
  Oenea deſertum nuda * ſenecta premit.
Exulat ignotis Tydeus germanus in oris:
  Alter fatali uiuus in igne fuit:

HVBER. ❡LEGIT) collegit quaſi fracta. ¶Tempora) caput: nam tempus partem capitis ſignificat. B ¶Trunca) mutilata. ¶Limoſa) plena limo. ¶Semiuir) Centaurus: qui ex poſteriore parte erat equus, ex priore erat vir. ¶Lerniferoq; veneno) nam (vt ſupra diximus) interfecta Hydra Lernæa eius ſanguine ſagittas ſuas tinxit: vt mortiferum haberent ictum. ¶Infecit) tinxit. ¶Sed quid ego) fingit poeta inter ſcribendum nuntium allatum fuiſſe Deianiræ de calamitate Herculis. ¶Quid) ideſt ad quid? q.d. fruſtra: quia non poteris iam eſſe meus: quia audio te iam moriturum. ¶Tabe) veneno. ¶Hei mihi) conqueritur: quod fuit cauſa huius tanti mali Herculi: de quo tamen ſe excuſat: quod amore compulſa ſit. ¶Quo). i. ad quid? C ¶Impia) inſtigat ſeipſam ad mortem. ¶In media Oeta) nam, vt ſupra diximus, in Oeta monte Theſſaliæ conſtructa fuit pyra, in qua Hercules combuſtus eſt. Vnde Oeteus Hercules dicitur a Seneca. ¶Cauſa tanti ſceleris) ideſt mortis mariti ſui. ¶Eris ſuperſtes) ideſt viues poſt eum? q.d. abſit. ¶Et quid adhuc) alia cauſa, quare debeat mori. dicit enim, quod cum nullum habeat certum ſignum, quare ſit vxor Herculis: ſi propter eum mortua fuerit, credetur eſſe eius vxor. ¶Et quid habeo) q.d. nihil. ¶Adhuc) hucuſq;. ¶Pignus) probatio: confirmatio. ¶Tu quoq;) dicit ſe etiam debere hoc facere: vt videatur eſſe ſoror Meleagri: quia ſicut ille propter amorem Atalantæ mortuus eſt: ita ipſa propter amorem Herculis vult mori. ¶In me) ideſt in morte mea. ¶Sororem) quia cognoſces, quod te imitata ſum. ¶Impia) verſus intercalaris dicitur: quia ſępius interponitur: ſicut apud Virg. Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus: & idem, Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin. ¶Heu deuota domus) moritura Deianira deflet infelicitatem ſuę domus: vt oſtendat ſe non debere dubitare, quin moriatur. ¶Deuota) execrationibus infelix: nam, vt ſupra diximus, ſuper illum locum: Deuouit nati ſpemq; caputq; parens: Althæa vitam, & fortunas Meleagri filii execrata eſt. ¶Acrior) ideſt acerbior, & infelicior. ¶Alto ſolio) ideſt quanto maior fuit: tanto eſt infelicior. ¶Deſertum) a filis derelictum. ¶Nuda) orbata. ¶Tydeus germanus) frater meus. ¶Oris) regionibus. ¶Exulat) abeſt a patria: nam cum Menalippum fratrem inaduertenter occidiſſet, a patria ſponte abiit: & venit Argos ad Adraſtum regem: qui ei filiam ſuam Argiam vxorem tradidit: & Deiphilen Polynici, cum ambo caſu quodam in eius regiam veniſſent: & vidiſſet eos eſſe: quos oraculi reſponſum ſignificauerat: acceperat enim ex oraculo, vt eas daret Leoni, & Apro: Tydeus autem aprum ferebat inſigne: Polynices vero leonem: itaq; ſecundum reſponſum oraculi eos ſibi generos delegit: narrat igitur nunc Deianira Tydei exilium. ¶Alter) ſcilicet Meleager. ¶In igne fatali) propter lignum ſiue torrem: quem parcæ in natiuitate Meleagri Althææ matri ſeruandum dederant: in quo vita Meleagri cõſiſtebat: dicta eſt hæc fabula ſupra in epiſtola Briſeidis in eo loco: fratribus orba, Deuouit nati ſpemq;, caputq; parens.

E *Quibuſdam letifero placet.

al's acrior.

*a.l. longa

F

ASCENSIVS.

❡SED QVID Ego hæc refero? ſcribenti nuntia venit Fama) Bene ſcribenti, nam ſi antequam ſcripſiſſet, decreuiſſet propter id facinus ſeipſam interimere: fruſtra de pellice conquereretur. ¶Tunicæ) ſcilicet interioris, quam camiſiam vocant. ¶Hei mihi) ſic Corydon. Heheu quid volui miſero mihi. perditus auſtrum Floribus, & liquidis immiſi fontibus Apros. ¶Impia quid dubitas) ſic Dido. quin morere, vt merita es. & eſt verſus intercalaris: ſicut, Ducite ab vrbe domum. ¶Heu deuota domus) vt ſuperiores. vere oſtendit fatale, & familiæ debitum, quod patitur malum. Nam, vt dixi, deuotum dicimus, quaſi voto addictum morti. ¶Oenea) accuſatiuus eſt a nominatiuo hic Oeneus, ſicut ab Orpheus Orphea: & in ſolo accuſatiuo corripitur penultima nominum in eus diphthongon exeuntium. ¶In oris ignotis) quia ad Adraſtum fugit. ¶Alter) ſcilicet Meleager, vel Meleagrus. Nam quæ græce exeunt in ros, apud nos exeunt in er, & in rus, vt Menander, Teucer, Alexander, Tymber, Euander, Meleager, vel rus. vnde hic, Meleagre dictum eſt in vocatiuo, non per metatheſim, ſicut Alexander vult, ſed a nominatiuo Meleagrus.

Exegit ferrum ſua per præcordia mater:
  Impia quid dubitas Deianeira mori?
Deprecor hoc unum per iura ſacerrima lecti,
  Ne uidear thalamis inſidiata tuis.
Neſſus, ut eſt auidum percuſſus arundine pectus:
  Hic, dixit, uires ſanguis amoris habet.
Illita Neſſeo miſi tibi texta uenenò:
  Impia quid dubitas Deianeira mori?
Iamq; uale ſeniorq; pater, germanaq; Gorge,
  Et patria, & patriæ frater adempte meæ.
Et tu * lux oculis hodierna nouiſſima noſtris,
  Virq; (ſed ò poſſis) & puer Hylle uale.

* a. l. Tu quoq;

A HVBER. ¶EXEGIT) tranſmiſit. Ferrum) enſem: quia ſe interfecit gladio. Diodorus tamen ſcribit eam laqueo vitam finiuiſſe. Deprecor) adiurat Herculem, ne credat eam hoc doloſe, aut inſidioſe feciſſe. Sacerrima) valde ſacra. Tuis thalamis) quia haberes aliam mulierem. Neſſus) narrat quomodo fuerit decepta. Vt) .i. poſtq;. Auidum) amans. Hic ſanguis) ſcilicet meus. Texta) ideſt indumenta a texendo dicta: ſubſtantiuum eſt. Illita) infecta: tincta. Veneno Neſſeo) ideſt ſanguine Neſſi: qui erat miſtus veneno Lernæo: vt ſupra dictum eſt. Vale) deſerentis eſt. Gorge) erat ſoror Deianiræ. Et patria) ſcilicet Calydon. Frater) Tydeu. Adempte) ablate. Meæ patriæ) qui es exul: nam de Meleagro iam mortuo ſtultum eſt intelligere. Puer) ideſt fili. Hylle) Hyllus enim filius fuit Herculis, & Deianiræ. Nouiſſima) vltima, quia nunquam ſum viſura aliam lucem. Sed vt poſſis) ideſt vtinam poſſis, ſcilicet valere. Puer Hylle) ideſt filii Hylle: nam puer, & ſeruum ſignificat: & eum, qui eſt in ætate puerili: & filium: vt hic. Exitus rei fuit, quod prius quam Hercules mortuus eſſet, Deianira: vt in argumento dixi, audita calamitate Herculis, de qua dictum eſt, laqueo vitam finiuit: vt ſcribit Diodorus. Hyllus vero Iolen iuſſu patris Herculis poſt eius mortem vxorem duxit: & ex ea prolem ſuſcepit. Scribitur hæc fabula plene ab Ouidio libro nono Metamorpho. & etiam deificatio Herculis: & multa, quæ ad hunc locum pertinent: quæ breuitatis gratia non viſa ſunt narranda.

ASCEN. ¶DEPRECOR) ideſt precor, ne fit. Nam precamur vt fiat, quod volumus: deprecamur, ne fiat, quod timemus.

B

E

# IN DECIMAM EPISTOLAM

## ARGVMENTVM HVBERTIN

NE ET CHARTAS Fruſtra impleam, & auditori ſim faſtidio: non enarrabo iterum fabulam Minotauri, vnde pendet argumentum huius epiſtolæ: quoniam ſatis dictum eſt in ſecunda epiſtola Phyllidis ad Demophoonta, ſuper eum locum: & Tauri, miſtaq; forma viri: & item in argumento epiſtolæ Phædræ ad Hippolytum. Itaq; qui velit plene videre: illuc recurrat. Quod autem ad hunc locum attinet: hoc eſt in ſumma. Cum ob leges a Minoe deuictis Athenienſibus impoſitas, Theſeus in Cretam nauigaſſet, Ariadne Minois filia eius ſpecie, ac decore capta conſilium operamq; dedit Minotauri occidendi: & Labyrinthi egreſſum edocuit: Deinde cum Ariadne noctu clam recedens in inſulam appulit aliquando Diam, nunc vero Naxon vocitatam: vbi dicitur reliquiſſe Ariadnen, & ſine ea in patriam nauigaſſe. Quare fingit Poeta eam derelictam ſcribere hanc epiſtolam ad Theſeum: & eum increpare de duritia, & immanitate animi, & ingratitudine beneficiorum, quæ ei commemorat: & poſt commemoratas etiam infelicitates ſuas rogat eum: vt nauem flectat: & redeat ad eam recipiendam.

¶MITIVS)

C

F

# PVBLII OVIDII NASONIS
POETAE SVLMONENSIS.
Heroidum Epiſtola decima.



## IN DECIMAM EPIST. ARGVM.

MINOS Iouis & Europæ filius Cretenſis rex, ob Androgeũ filium ab Athenienſibus doloſe occiſum, illos tandem poſt acria bella coegit, vt ſibi pœnas penderent, quotannis pueros ſeptem, & totidem virgines mittere, vt Minotauro, quẽ arte Dædali Paſiphae ex tauro genuerat, dum eius maritus Minos cum Athenienſibus bellũ gereret, deuorandi traderentur. Cũ vero fors Theſeo contigiſſet, ab Ariadne edoctus eſt, quonam pacto interfecto Minotauro, ex labyrintheis ambagibus egrederetur. Errabunda regens tenui veſtigia filo, vt ait Catullus. Theſeus autem Creta cum Ariadne & Phædra diſcedens, in Naxon inſulam delatus eſt, vbi a Baccho monitus, vt Ariadnẽ relinqueret: qui dei timore perculſus, dum altiſſimo ſomno preſſam animaduerteret, puellam dimiſit. Cumprimum igitur expergefacta eſt, hanc epiſtolam ſcripſit, in qua de crudelitate, & duritia Theſei, ac beneficiorum ingratitudine conqueritur, eum poſt multas lamentationes, & querelas rogando, vt nauem ad eam flectat.

## ARIADNE THESEO.

* Illa relicta feris etiam nunc improbe Theſeu
Viuit, & hæc æqua mente tuliſſe velis.

MITIVS inueni, q̃ te genus omne ferarũ:
Credita non ulli, quàm tibi, peius erã.
Quæ legis: ex illo theſeu tibi littorẽ mitto:
Vnde tuã ſine me uela tulere ratem:
In quo me ſomnusq́; meus male prodidit, & tu,
Prò facinus, ſomnis inſidiate meis.
Tempus erat: uitrea quo primum terra pruina
Spargitur: & tectæ fronde queruntur aues.
Incertum uigilans à ſomno * languida, moui
Theſea prenſuras ſemiſopita * manus.
Nullus erat: referoq́; manus: iterumq́; retento:
Perq́; torum moueo brachia: nullus erat.
Excuſſere metus ſomnum: conterrita ſurgo:
Membraq́; ſunt uiduo præcipitata toro.
Protinus adductis ſonuerunt pectora palmis:
Vtq́; erat è ſomno turbida, rapta coma eſt.
Luna fuit: ſpecto, ſiquid, niſi littora, cernam:
Quod uideant, oculi nil, niſi littus, habent.
Nunc huc, nunc illuc, & utroq;, ſine ordine curro:
Alta puellares tardat arena pedes.
Interea toto clamanti littore Theſeu,
Reddebant nomen concaua ſaxa tuum.
Et quoties ego te, toties locus ipſe uocabat:
Ille locus miſeræ ferre uolebat opem.
Mons fuit: apparent frutices in uertice rari,
Nunc ſcopulus raucis pendet adeſus aquis.
Aſcendo: uires animus dabat, atq; ita late
Aequora proſpectu metior alta meo.

HVBER.

A MITIVS). i. minus crudele: naq; nulla fera mitis eſt. Credita). i. cõmiſſa, tradita. Vlli) alicui, ſiue homini, ſiue feræ. Vnde). i. ex quo, ſcilicet littore. Tulere) pro abſtulere. Sõnus). i. ſopor. Et tu). ſ. prodidiſti. Tẽpus erat) dicit fuiſſe autũnale tẽpus. Vitrea) ſplẽdida, vt vitrũ. Spargitur) implet. Pruinis) Iuue. Iam letifero cedente pruinis Autumno. Incertũ) ſubaudi eſt: vel pro incerte poſuit. Languida) cadẽs, & ĩbilis. Preſſuras) tractaturas. Semiſopita). i. ſemidormiens. puto tamen eſſe legẽdũ ſemiſepulta: vt verſus ſtet: quod idem erit in ſenſu, quod ſemiſopita: vt Virgi. in. vj. Aenei. tandẽ cuſtode ſepulto: vbi Seruius exponit. i. dormiente: cũ aũt ſopor corripiat primã, vt apud Vir. Ali-

B tuuq; pecudumq; genus ſopor altus habebat: Sopire, & ſopitus primaq; producit. Oui. lib. vij. Metam. Soluerat alta quies nullo cũ murmure ſerpens: Sopitis ſimilis nullo cũ murmure ſerpit. idem libro ſupraſcripto. Peruigilẽ ſupereſt herbis ſopire draconem. Aduertendum eſt igitur ſemiſopita male legi cũ ſemiſepulta: vt diximus, legendũ ſit: quod ideq; ſignificat, q̃ ſemiſopita, vt ex textu Virgiliano patet. Nũllus) pro non ponitur: quia de Theſeo ſolo intelligit, vel nullus: nec Theſeus, nec alius. Refero) iterum fero. Retento). i. ſæpius tento. Excuſſere) expulere, & violenter remouere. Præcipitata). i. celeriter demiſſa. Viduo) derelicto a te marito meo. Sonue-

C runt) propter percuſſionẽ. Adductis) retractis. Vt). i. ſicut. Erat turbida). i. turbata, & incõpta. A ſomno). i. propter ſomnum: quia dormiẽdo turbantur capilli ab ordine, & cultu ſuo. Rupta eſt). i. dilacerata. Luna). i. ſplendor Lunæ. Niſi). i. præter. Vtroq;) in vtrãq; partẽ. ſ. huc & illuc. Sine ordine). i. ſine ratiõe. Tardat) impedit Puellares) ideſt meos: quę ſuę puellæ: quia difficilis eſt curſus per arenam. Reddebant nomen). ſ. per Echo. i. per reſonationem. nam ἠχέω græce reſono ſignificat. vnde Echo dicitur vox: quæ ex concauis, & deſertis locis ex clamore redditur: quæ aliquãdo ſecundũ fabulas, nym-

D pha fuit in ſolã voceq; reſpondentem a Iunone mutata, vt ſcribit Ouid libro. ij Metam. Clamanti). ſ. mihi. i. vocanti alta voce. Toties, locus ipſe vo.) quia Echo reddit eadem verba. Oui. in fabula Narciſſi & Echoos: & totidem, quot dixit verba, recepit. Ferre opẽ) quia quod tu nolebas facere, ipſe faciebat, vt mihi reſponderet. Mons fuit) deſcribit locum, ex quo dicit ſe proſpexiſſe nauem Theſei, & eam vidiſſe. Frutices) arbuſculæ. Adeſus) corroſus, & cauatus. Vires animus dabat) quia occurrebat poſſe obijci: quomodo poteras aſcendere? dicit, animus dabat vires: quia nemo eſt tam imbecillis, & timidus: quẽ animus, & mira cupiditas aliquid faciendi, non faciat & fortem, & audacem. Metior) cõtemplor. Meo proſpectu) meis oculis: proſpicere autẽ eſt procul, ideſt longe aſpicere.

E MITIVS inue.) In quibuſdã exẽplaribus principium eſt ab his verſiculis Illa relicta feris etiam nunc improbe Theſeu Viuit, & hæc ęqua mente tuliſſe velis? Sed non opinor eſſe Ouidianũ, potuiſſetq; quiſquis eſt, dicere, illa relicta feris, quaſi dicat, quam feris dereliquiſti improbe Theſeu illa viuit, & hæc velis, potius dicere cum admiratione potes, ſed ad authorem accedamus. Peius) ideſt cum maiori malo. Eram) ideſt eſſeq;, Apud poetas fere eram pro eſſem, aut fuiſſem reperitur. Virgilius Georgico. ſecundo, Et ſi non alium late iactaret odorem, laurus erat. Hora. ſerm. j. Huic parco decies centena dediſſes: Nil erat in loculis, ideſt nil fuiſſet. Theſea preſſu.) ordo eſt. Ego ſemiſopita moui manus preſſuras) ideſt vt premerent, & cõtingerent. Theſea) ideſt Theſeum: ſed omnia facilia ſunt. Mons) erat) docet, quam diligentiam fecerit in illo perquirendo, vt ſe inique deſertaq; probet. Pendet adeſus aquis) Non legatur adhęſus, quia venit ab edẽdo, ideſt conſumor. Vires animus dabat) Memorabile verbum. Verbis) quia percuſſi pectus. Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent) ideſt oculi mei quid potius deberent facere, quàm flere infortunia mea?

* Multi hæc duo carmina non habent.

* a. l. an ſomno

* Sic & primo Amorum elegia xiiij Purpureo iacuit ſemiſopita toro.

F

HVBER. A ¶ INDE)ex eo mõte. ¶ Nã ventis, &c.)parẽthesis. ¶ Quoq;) etiam, ſicut te. fuerunt enim crudeles: quia te cito auferebant. ¶ Præcipiti) feſtino, aut certe cum putarem me vidiſſe: quia ſæpe ex affectu animi putamus nos videre ea quæ nõ videmus. ¶ Frigidior glacie) hyperbole eſt.i.ſuperlatio.i.oratio ſupra verũ. ¶ Semianimis)ideſt ſemimortua. ¶ Languere).i.ita eſſe ſtupidam. ¶ Illo)ſcilicet dolore. ¶ Excitor) conduplicatio eſt. ¶ Summa)maxima. ¶ Reuertere) redi, imperatiui eſt modi. ¶ Numerum ſuum) ideſt omnes: qui in ea eſſe dñt. ¶ Hæc ego) .ſ.dicebam. ¶ Plangore) percuſſione. ¶ Verbera cũ verbis)quia & clamabam, & feriebam pectus meũ. ¶ Si non audires) dicit etiam feciſſe ſigna motu manuũ: vt ſaltem videretur a Theſeo. ¶ Iactatæ)motę. Iuue. A facie iactare manus. ¶ Velamina candida) lineum pannũ. ¶ Longæ virgæ).i.perticæ. ¶ Scilicet) certe.q.d.hac ſola cauſa. ¶ Admonitura)redditura in memoriam. ¶ Obli- B tos)te, & ſocios. ¶ Ereptus oculis).i.non amplius videbaris a me. ¶ Tunc deniq; fleui) quia antea clamaueram, & me percuſſeram tantũ: nec potueram prę dolore lachrymare. ¶ Torpuerant) factæ erant ſtupidæ. ¶ Genæ)oculi. ¶ Dolore)propter dolorem. ¶ Quid face?) q.d.nihil. ¶ Niſi flerent me).i. miſeriã meam: aliqui legunt te .i.diſceſſum tuum: ſed melius me. ¶ Deſierant) ceſſauerant. ¶ Aut ego) dicit, quid egerit poſteaq̃; nõ amplius vidit naues Theſei. ¶ Erraui) huc illuc iui. ¶ Diffuſis)ſparſis. ¶ Qualis) facit comparationem: dicit.n.ſe ſic præcipitem cucurriſſe, ſicut currunt ſacerdotes Bacchi, cũ dei ſui numine ſtimulantur. ¶ Baccha) mulier Baccho ſacrificans. ¶ Concita) commota. ¶ A deo Ogygio) C ideſt Baccho Thebano. Ogygus rex fuit Thebanorum. Bacchus autẽ ex Semele filia Cadmi, qui Thebas condidit: natus. vt ſcribit Ouidius in Metamorpho. Bacchæ autem ſolent prętipites huc, illuc currere. Phędra ſupra. Nunc feror, vt Bacchi furijs Eleleides actę. ¶ In ſaxo)in mõte ſaxeo. ¶ Tã lapis fui)ideſt ita fui frigida, & ſtupida: vt eſt lapis: ſicut lapis fuit ſedes mea. ¶ Repeto torum)reuertor ad lectũ. ¶ Exhibitur.)redditurus. ¶ Pro te)loco tui. ¶ Strata)culcitram lecti, a ſternendo dictam: Ouidius in primo de amoribus. Eſſe quid hoc dicam: quòd ta; mihi dura videntur Strata? ¶ Intepuere) incaluere, quia illic cubuiſti. ¶ Incũbo) .ſ.ſtratis.i.impono os meum ſuper lectum. ¶ Profuſis) largiter effuſis. ¶ Manante) fluente, & madido. ¶ Duo) ego, & Theſeus. ¶ Maior pars noſtri) Theſeus, quia maritus maior eſt vxore. ¶ Lectule) contu- D meliæ, & indignationis cauſa diminutiuo vſa eſt. ¶ Quo ferar)ideſt quo ire debeo? ¶ Vacat)caret. ¶ Cultu)vel cultura terræ: vel certe habitatione. ¶ Facta hominum)vt ſunt ædificia. ¶ Facta boũ) vtpote terras cultas. ¶ Cingit)circundat. ¶ Omne latus)ideſt omnem partem. ¶ Nauita)ideſt nauta: eſt autem Epectesis: ideſt extenſio dictionis. ¶ Ambiguas)dubias: quales ſunt viæ maris. ¶ Finge)ideſt pone, ideſt ponatur: quod ego inuenirem comites, & naues: quo tamen ire deberem? ¶ Quid) ideſt quem locum. ¶ Acceſſus)ideſt aditus. ¶ Vt) ideſt quamuis. ¶ Labar) ideſt nauigem, & celeriter eam. Virgilius in tertio Aeneidos, Et tamen hanc pelago præter labare neceſſe eſt. ¶ Temperet vẽtos)ideſt licet det mihi ventos ſecundos. ¶ Exul ero) ideſt non habebo tamen, quo eam. ¶ Non ego)dicit non licere ſibi adire Cretam, in qua E regnabat pater ſuus: quia eum prodiderat, &, vt ſupra diximus: clam eo diſceſſerat. ¶ Digeſta)diuiſa. ¶ Per centum vrbes) habebat enim olim Creta centum vrbes. ¶ Cognita Ioui puero) quia Iuppiter illic nutritus eſt: diximus ſupra in epiſtola Phædræ. Eſt mihi dotalis tellus Iouis inſula Crete. ¶ Regnata)participium ſine verbi origine. ¶ Nomina chara) ſcilicet pater, & patria. ¶ Prodita) decepta, offenſa.

Inde ego (nam uentis quoq; ſum crudelibus uſa)
Vidi præcipiti carbaſa tenſa noto.
Aut uidi, aut certe cum * me uidiſſe putarem,
Frigidior glacie, ſemianimiſq; fui.
Nec languere diu patitur dolor, excitor illo:
Excitor, & ſumma Theſea uoce uoco.
Quò fugis? exclamo: ſcelerate reuertere Theſeu,
Flecte ratem, numerum non habet illa ſuum.
Hoc ego, quod uoci deerat, plangore replebam:
Verbera cum uerbis mixta fuere meis.
Si non audires, ut ſaltem cernere poſſes,
Iactatæ late ſigna dedere manus:
Candidaq; impoſui longæ uelamina uirgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iamq; oculis ereptus eras, tuuc deniq; fleui:
Torpuerant molles ante dolore genæ.
Quid potius facerent, quàm me mea lumina flerẽt,
Poſtquam deſierant uela uidere tua?
Aut ego diffuſis erraui ſola capillis,
Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.
Aut mare proſpiciens, in ſaxo frigida ſedi,
Quamq; lapis ſedes, tam lapis ipſa fui.
Sæpe torum repeto, qui nos acceperat ambos,
Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua, quæ poſſum, pro te ueſtigia tango,
Strataq;, quæ membris intepuere tuis.
Incumbo, lachrymiſq; toro manante profuſis,
Preſſimus, exclamo, te duo: redde duos.
Venimus huc ambo: cur non diſcedimus ambo?
Perfide pars noſtri lectule maior ubi eſt?
Quid faciam? quò ſola ferar? uacat inſula cultu,
Non hominum uideo, non ego facta boum.
Omne latus terræ cingit mare. nauita nuſquam eſt,
Nulla per ambiguas puppis itura uias.
Finge dari comiteſq; mihi, uentoſq;, ratemq;:
Quid ſequar? acceſſus terra paterna negat.
Vt rate felici pacata per æquora labar,
Temperet ut uentos * Aeolus: exul ero.
Non ego te Crete centum digeſta per urbes
Aſpiciam, puero cognita terra Ioui.
Nam pater, & tellus iuſto regnata parente,
Prodita ſunt facto nomina chara meo.

* a.l.quia me vidiſſe putaui

* a.l.& ventos

## ASCENSIVS.

¶ QVAMQVE Lapis) ordo eſt. ¶ Ipſa) ideſt ego. ¶ Fui tam)ideſt tantum. ¶ Lapis) ideſt dolore indurata, & amens, ac ſine ſenſu effecta. ¶ Quàm) ideſt quantum, ſedes fuit lapis. ¶ Vacat inſula F cultu) Non eſt reſpiciendum ad hiſtoriam, nam licet inſula non vacabat, viſa eſt tamen vacare amanti, vel quia ſine amato erat: ſolent enim amantes ſe ſolos dicere, cum ſine amatis ſunt, vel quia prima luce nullos viderat cultores. ¶ Non hominum video, non ego facta bouum) quia in littore erat. ¶ Omne latus) docet ſe in iniquo loco deſertam, quia in inſula, vnde ſine nauibus exire non detur, nec tamen vllæ occurrunt naues. ¶ Finge dari.) Sic Dido. Quis me autem (fac velle) ſinet? & cætera. ¶ Te Crete) græce. nam latine Creta dicitur. ¶ Centum vrbibus digeſta) Aeneidos tertio, Centum vrbes habitant magnas vberrima regna. ¶ Cognita terra Ioui) ibidem. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto. ¶ Nomina chara) ſcilicet pater, & patria.

Cum tibi, ne uictor * tecto morerere recuruo,
Quæ regerent paſſus, pro duce fila dedi.
Cum mihi * dicebas, per ego ipſa pericula iuro,
Te fore, dum noſtrum uiuet uterq;, meam.
Viuimus, & non ſum Theſeu tua: ſi modo uiuit
Fœmina periuri fraude ſepulta uiri.
Me quoq;, qua fratrem, mactaſſes improbe claua:
Eſſet, quam dederas, morte ſoluta fides.
Nunc ego non tantum, quæ ſum paſſura, recordor:
Sed quæcunq; poteſt ulla relicta pati.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ:
Morsq; minus pœnæ, quàm mora mortis, habet.
Iam iam uenturos aut hac, aut ſuſpicor illac,
Qui lanient auidos uiſcera dente, lupos.
Forſitan & fuluos tellus alit iſta leones:
Quis ſcit, an hæc ſæuas inſula Tigres habet?
Et freta dicuntur magnas expellere Phocas:
Quis uetat & gladios per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiua cathena:
Neúe traham ſerua grandia penſa manu:
Cui pater eſt Minos: cui mater filia Phœbi:
Quodq; magis memini, quæ tibi pacta fui.
Si mare, ſi terras porrectaq; littora uidi:
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ.
Cœlum reſtabat: timeo ſimulachra deorum.
Deſtituor rapidis præda, cibusq; feris.
Siue colunt, habitantq; uiri, diffidimus illis:
Externos didici læſa timere uiros.
Viueret Androgeos utinam: nec fata luiſſes *
Impia funeribus Cecropi terra tuis:
Nec tua mactaſſet nodoſo ſtipite Theſeu
Ardua parte uirum dextera, parte bouem.
Nec tibi, quæ reditus monſtrarent, fila dediſſem,
Fila per adductas ſæpe recepta manus.
Non equidem miror, ſi ſtat uictoria tecum:
Strataq; Cretæam bellua ſtrauit humum.
Non poterant figi præcordia ferrea cornu.
Vt te non tegeres: pectore tutus eras.

* a.l.ne victus
* a.l.Tu mihi
* a.l.facta tuliſſes

HVBER. A ¶ CVM ti.)dicit ſe ꝑdidiſſe patrē, & patriā, vt ꝑdeſſet Theſeo. Cū)ſubaudi tūc.ſ.ſunt ꝑdita. Cū de.fi.) quæ regerent paſſus. Pro duce).i.loco alicuius:q te duceret. Ne tu vi.).ſ. a Minotauro. Morerer)pires. Tecto re.)piphraſis Labyrinthi.ſic ſupra Phędra. Curua meę fugit tecta ſororis ope. Iuro) verba, qbus vtebaſ Theſeus ad Ariadnē. Fore).i.futurā. Dū).i.donec. Si mo.v.)ad ſeipſam ꝯuertit ſmonē Ariadne, corrigens qd dixerat, viuimus: vult.n hoc dicer, viuim' ambo, ſi mō o miſera fœmina Ariadne potes tu dici viuer, q̄ es ſepulta fraude Theſei. Sepulta).i.q̄ſi mortua:nō qd eēt ſepulta Mactaſſes)deeſt vtinā. Qua fr.).ſ.mactaſti:hoc eſt Minotaurū. Soluta)liberata:qa fides, & obligatio ꝯiugij ſoluiſ ipſa morte. Quæ ſū paſ.).i.q̄ ſūt mihi accaſura. Vlla re.)ſicut ego. Occurrūt)offerūt ſe. Mille fi.)mille formę. Morſq; mi.).i.minus graue, & pœnoſū eſt mori: q̄; expectaſ, & tardaſ ipſaʒ mortē. Mora).i.dilatio. Iā iā) mox:ſubito. Aut hac, aut il.).i.ex omni pte iſulę Viſcera) mea. Aui.)Famelico. Iſta) ꝑ hęc. Fuluos)a coloſ:nā vt Aul.Gell.ſcri fuluus ex viridi, & rufo ꝯſtat.daſ āt hoc epitheton fuluus, & auro, & leonibus. Quis ſcit).i.qs pōt ſcire:cū nemo hic hītet. Sæuas Ti.).i.feras, & nimiū crudeles:abūdāt āt apd Hyrcanos, & Indos nimis tremēdę velocitatis: de cui' nā ſcri.Pli.li.8. Expelle.).i.eijcere in ſiccū. Phocas),i. vitulos marinos. ita.n.dñr a nobis, q̄ licet iter aq̄tilia nominenſ:tñ & pilo veſtiunſ, & aīal pariūt, & in terra noctu dormiūt. Virg.4.Geor. Sternūt ſe ſōno diuerſo in littoř Phocę. nullū aūt aīal teſte Pli. grauiore ſōno p̄miſ. inde Iuue.dixit. C Eripiunt ſōnū Druſo, vituliſq; marinis. Quis ve.).q.d.nullus.pōt.n.venire aliquis, q me gladio trāsfodiat. Tātū).q.d. ſupradicta nō multū curo. Tātū)ſolūmō.ſ.timeo. Ne re.).i.abducar ligata, tāq̄ captiua Ne tra.) ex colo deducā. Penſa)lanas ad penſum datas. Manu ſe.).i.ſeruili. Cui).i. ego, cui. Minos)hʒ emphaſim.q.d.filius Iouis & Europę, rex Cretę. Mater)Paſiphae filia Phœbi.dictū eſt ſupra in Epiſto. Phędrę. Quodq; ma.).i.qd plus eſt. Quæ fu.pa.ti.)quæ fui ſpōſa tua.pluris.n.hoc facio, q̄; patris, & matris genus. Si ma.)dicit ſe vndiq; videre ſibi parata pericula. Porre.)extenta, lōga. Multa).ſ.mala, pericula. Cœlū re.)vnde nō eſſent mihi pericula. Simulachra)figuras: in qua dei dicunſ ſe mutare. Pręda)rapina. Cibuſq;)eſca.i.deſtituor rapiēda, aut deuorāda a feris. Siue co.) ſi etiā habitant. Diffidimus).i.nō fidimus. Exter.).i.hoſpites. Lęſa ti.vi.)qa nūc timeo, ne oēs noceāt mihi, ſicut tu nocuiſti. Viueret An.) muliebre eſt, vt ſępius dixim', lōge repetere cās ſuoꝝ malorū.ſic in.j.Epi.Penelope.O vtinā tūc, cū Lacedęmona claſſe petebat, &c.dicit igiſ, D qd poſſet optare, qd Andr.frater ſuus nunq̄; fuiſſet interfectus inuidia Athenieñū:qa Athen. nō coacti fuiſſēt victi a Minoe mittere.7.corpa filioꝝ, &.7.filiaꝝ q̄tānis ad Minotaurū, vt ſupradictū, & ſic Theſeus nūq̄; veniſſet in Cretā, & p ꝯſequēs ipſa nūq̄; fuiſſet ab eo decepta Andro)ntūs ē attic', cui' vlt.lō.ē:qa ē ω.fuit aūt filius Minois, & Paſiphaes:q cū eēt fortiſſim' Athleta, ab Athenieñb' p inuidiā iterēpt' ē:ob quā cām Minos ꝯtra eos bella mouit, & victis eas leges ipoſuit, q̄s ſupra diximus. O ter Ce.).i. Athenieñs.eſt aūt vtūs a forma patronymica Cecropis Cecropidos:fuit āt Cecrops rex Athenieñū:q prim' apd eos maris, & fœminę legitimā ꝯiūctionē inuenit:ex quo finxerūt eū fuiſſe geminę naturę:ab eo Athenienſes Cecropidę dñr Luiſſes) ſoluiſſes, purgaſſes. Impia fa ).i.crudeleʒ mortē Androgei. Funeri.tu.).i.mortibus tuorū Stipite) trunco. E Ardua)ex q̄;titate ſyllabarū diſtinguēdi ſūt caſus: vt nō dicam' ardua pte: ſʒ dextera tua ardua.i.in altū ſublata ad inferēdū maiorē ictuʒ. Nec ma. vi.par.).ſ.vna. Et bo.par.).ſ. altera: & ita eſt periphraſis Minotauri. Mōſtraret re.).i.regreſſus ad locū, p quē introieras in labyrinthū. Sæpe re.) ſępe reuoluta. Adductas)flexas, & retractas. Nō eq.)obijcit ei nimiā duritiā. Stat).i. eſt. Strata)interfecta. Bellua) Minotaurus. Strauit).i. texit, vel pcuſſit:aliqui legunt tinxit. Nō po.)ecce cā:quare habuit victoriā Pręcordia) dñr, qua ſunt circa cor ponūtur tñ pro omnibus inteſtinis. Ferrea)dura. Cornu).ſ.Minotauri. Aliqui volūt intelligere de tauro Cretęo, quē Theſeus vicit:ſʒ nō in Creta:ſʒ apd Marathonē eū interfecit. F Figi) vulnerari. Vt).i.quāuis. Tege.)defēderes: vt Vir. nec Apol.ifula texit. Pect.).i.duritia pectoris. Tut')munit'.

ASCEN. ¶ ME quo.mact.).i.mactare debuiſſes, aut vtinā mactaſſes. Quoq;) i.ēt me. Cla.)ſup. ea. Qua)ſup.mactaſti. Fratrē) i.Minotaurū:qa tūc. Fides, quā d.)ſctā ꝑmiſſio. Eſſet ſo.m.)ſ.mea. Forſitā & f.)bñ dubitat, vt fœmina loci iperita, & nō eſt error poetę, ſi leones, ac tigres nō hʒ inſula illa. Cui m.fi.Ph.)Paſiphae Solis filia Siue c.)Sic.j.Aen.Qui teneāt. (Nā inculta videt)hoīes ne, ferę ne. Viueret An.vti.)Is eſt, ꝫ q̄.vi.Aen.In forib' letū Androgeo. & credo hic legēdū eē Androgeos. Nec f.t.).i exitiū tuoꝝ. Cecropi t.)patronymicū ꝑ p̄rio, hęc Cecropis, huius Cecropidis:in vctō o Cecropi, vt hic. Ardua p.)ſi ardua, & dextera ablti ſint caſus, nō ſtaret metrū, qa apud oēs abltūs prię in ꝑductā definit.dicamus ergo. Virū p.)ꝑ pte. Ardua ſ.).i.ſm ardua, & Bouē p.).i.ꝑ pte.ſ. Dextera).i.ſm dextera.ſ.mēbra: vt ſit figurate actūs neutri gñis pluralis nūeri. Strata).i.poſtrata. Stra.).i.ſeipſa coopēruit.flores ſternūtur p pauimēta. Cornu)qa ſemitaurus erat,

HVBER. A ¶ILLVC)n pectore tuo. ¶Silices)lapides duriſſimos. ¶Adamáta)alibi diximus lapidé nimię duritię. ¶Habes The.q vin.) .i.hés feritaté tibi ingenitá,quę é durior ſilicibus. ¶Crudeles) ꝯqueriť de ſomno, a quo ſi tardata diſcedéte Theſeo:apoſtrophat ad ſomnos. ¶Inerté)ſopitá,nó ſentiété. ¶At ſe.)dicit,qđ ille ſomnus debuiſſet eſſe ęternus: ita qđ nunq̄ eſſet excitata, Caucaſus:hyrcanęq; admorũt vbera Tigres. ¶Dij fa.) nititur mouere eũ ad ꝯmiſerationé ſui. ¶Videres),p vidiſſes. ¶Mœſta fi.).i.aſpectus meus triſtis, & lachrymoſus. ¶Mouiſſet) ad miſericordiá,⁊ lachrymas deduxiſſet. ¶Nõ ocu.)qa ex remotione locorũ nó potes oculis corporis me videre. ¶Sed mé.)Sed cogitatione. ¶Hęrété).i.finge videre me ſtáté in ſcopulo ab aq̃ D

Illuc tu ſilíces, illuc adamanta tuliſti:
Illic qui ſilices Theſea uincat habes.
Crudeles ſomni, qui me tenuiſtis inertem. *
At ſemel æterna nocte premenda fui.
Vos quoq; crudeles uenti, nimiumq; parati,
Flaminaq; in lachrymas officioſa meas.
Dextera crudelis, quæ me, fratremq; necauit:
Et data poſcenti nomen inane fides.
In me iurarunt ſomnus, uentusq;, fidesq;:
Prodita ſum cauſis una puella tribus.
Ergo ego nec matris lachrymas moritura uidebo:
Nec, mea qui digitis lumina condat, erit.
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:
Nec poſitos artus unget amica manus.
Oſſa ſuperſtabunt uolucres inhumata marinæ.
Hæc ſunt officiis digna ſepulchra meis.
Ibis Cecropios portus: patriaq; receptus,
Cum ſteteris turbæ celſus honore tuæ:
Et bene narraris letum tauri, uiriq;:
Sectaq; per dubias ſaxea tecta uias:
Me quoq; narrato ſolam tellure relictam.
Non ego ſum titulis ſurripienda tuis.
Nec pater eſt Aegeus: nec tu Pittheidos Aethræ
Filius: authores ſaxa, fretumq; tui.
Dii facerent, ut me ſumma de puppe uideres:
Mouiſſet uultus mœſta figura tuos.
Nunc quoq;,non oculis,ſed,qua potes, aſpice mente
Hærentem ſcopulo: quem uaga pulſat aqua.
Aſpice demiſſos lugentis more capillos:
Et tunicas lachrymis (ſicut ab imbre) graues.
Corpus, ut impulſæ ſegetes Aquilonibus, horret:
Literaq; articulo preſſa tremente labat.
Non te per meritum, quoniam male ceſſit, adoro:
Debita ſit facto gratia nulla meo.
Sed nec pœna quidem. ſi non ego cauſa ſalutis,
Non tamen eſt, cur tu ſis mihi cauſa necis.
Has tibi plangendo lugubria pectora laſſas,
Infelix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi, qui ſuperant, oſtendo mœſta capillos,
Per lachrymas oro, quas tua facta * mouent.
Flecte ratem Theſeu, uerſoq; relabere uento,
Si prius occidero: tu tamen oſſa feres.

qa núc nó eſſet in tátis doloribus. ¶Semel)vno tpe. ¶Aeterna no.).i.morte. Vir.in ęterná claudunť lumina nocté. ¶Nimiú pa.) q tá cito Theſeú abſtuliſtis. ¶Flamina)aurę:flat⁹. ¶Officioſa)própta. ¶In meas la.).i.ad faciédú me flere. ¶Dextera).ſ.Theſei. ¶Frém)Minotaurú. ¶Et me)qa fuit etiá cauſa meæ mortis. ¶Fides).ſ.fuit crudelis. ¶Nomen ina.).i.ſine effectu: Sic in.j.de arte. Nomé amicitię:nomé inane fides. Ná cú dicať a fio, vt voluit Cice. nó tñ fit, qđ ꝓmiſiſti,& ita eſt nomé iane. ¶Data).ſ.a te. ¶Poſcéti)mihi poſtuláti. ¶Vna).i.ſola. ¶Tribus cau.).ſ.ſóno, vẽtis,⁊ fide. ¶Ergo) pticula é nó illatiua hoc loco:ſ; indignatiua: B ingemiſcit.n.qđ ſit moritura in illa inſula, vbi nullú ſentiat officiú ſuorú. ¶Nec vi.la.ma.).i nó videbo matré meá, q̄ me moriété defleat. ¶Qui có.).i.q claudat.ná mortuis ſolebát ꝓpinqores claudere oculos:vt ſupra in.j.epi. Ille meos oculos comprimat, ille tuos. ¶Spũs).i.aia. ¶Peregri.)ignotas. ¶Poſitos ar.)i.mébra mortua. Virg. Sic o,ſic poſitú affati diſcedite corp⁹. ¶Iúget)meli⁹ legiť, vnget:ná cadauera prius lauabanť, deide vngebanť. Ennius,Tarqni corp⁹ bona fœmina lauit, & vnxit. ¶Volucres ma.)q̄ ſunt vicinę huic inſulę. ¶Oſſa inh.).i.ſtabũt ſup oſſa mea carétia humatióe,& ſepultura. ¶Hęc ſũt ſe.di.m.offi.).i.hęc ſunt officia talia,q̃lia mereńť mea erga te bñficia: ironice dixit. ¶Ibis) vt eum magis moueat, dicit: vt Theſeus me- C minerit, cú redierit Athenas, ⁊ narrabit res ſuas geſtas,inter eas cómemorare, quéadmodú decepit Ariadné,a qua táta acceperat bñficia. ¶Cecropios) Atheniẽ.dictú eſt ſupra. ¶Port⁹)ꝺeſt in pria vrbe Athenarú. ¶Celſus) altus. ¶Turbę)ppl'i. ¶Et be.nar.)deeſt cú,⁊ legédú eſt narraris:non aũt narrabis.

* a.l.quid me tenuiſtis inertem?

* a.l.fata

pulſato. ¶Demiſſos) p humeros ſparſos. ¶More lu.).i.more eius, q̄ morté alicuius mœret. ¶Tu.).ſ.meas. ¶Graues l.).i.madefactas. ¶Sicut ab im.).i.ſicut ab aq̃. ¶Corpus) dicit ſe p̃ dolore,⁊ timore tremere. ¶Sicut ſe.) tremũt per vẽtos. ¶Horret) tremit. ¶Impulſæ) motę. ¶Aqlonib⁹).i.vẽtis,poſuit aũt Aqlones ꝓ oibus vẽtis:⁊ hęc cóparatio é ẽt in.j.lĩ.đ ar.amã.đ ipſa Ariadne. Horruit, vt ſteriles,agitat q̄s vẽtus, ariſtę: vt leuis in madida cãna palude tremit. ¶Lr̃a p̃ſſa.).i.ſignata,⁊ ſcripta. ¶Articulo).i. E digito. ¶Labat) vacillat.i.nó hʒ rectũ ordiné. ¶Nó ado.).i.nó oro,nec adiuro. ¶Per me.).i per bñficiũ, qđ tibi pręſtiti. ¶Qm̃ m.c.).i.male ſucceſſit mihi: quia male locaui ipſum. ¶Nulla g.).i.nulla retributio. ¶Sit f.m.).i.bñficio,qđ tibi feci. ¶Sʒ n.p.).ſ.ſit meo facto.i.ſi ñ vis redder̃ gr̃aʒ fc̃tő meo, nó dés ẽt reddere pœná,⁊ malũ. ¶Si ñ.).i.ſi nó fui tibi cá ſalutis: ſic fortaſſe tu exiſtimas. ¶Nó tñ é, cur tu ſis m.c.n.).i.cur tu déas eẽ cá meę mortis. ¶Has) δεικτικῶς.i.demóſtratiue. ¶Plágédo) i ꝑcutiédo,tm̃.n.ꝑcuſſi pectora mea,qđ ipſæ man⁹ ſũt laſſę. ¶Tédo)porrigo. ¶Qui ſu.).i.q ſupſũt,⁊ reſtát: Ná reliquos p̃ dolore laceraui ⁊ auulſi. ¶Tua f.).ſ.crudelia:qa me đſuiſti ſolá. ¶Flecte)ordo pẽdet ab eo ſolo: Nó te p meritũ: hucuſq;. ¶Flecte ra.) v̂te naué ad me recipiédá. ¶Relabe.)retronauiga. ¶Verſo)mutato. ¶Si o.p.).i.ſi mortua fuero anteq̄ redeas ad me abducédá ex his locis. ¶Tu f.oſ.).i.efferes,⁊ ſepelies. Cócluſit aũt epiſt.p ꝯmiſatioñé. Exitus rei fuit: qđ Theſe⁹ nũq̄ reuerſus eſt ad eá:ſed illa inuẽta a Baccho i ea iſula facta é vxor ei⁹,⁊ tráſlata i cœlũ cũ Coróa ſua,⁊ fc̃tã é ſignũ,qđ hodie q̄q; dr̃ Corona: vt ſupra alio loco dixim⁹. ei⁹ aũt tráſmutatione deſcri. optie ipe'Oui.li.i.de ar.am.⁊ li.3.Fa.⁊ li.8.Metamor.

¶Letũ)morté, ¶Tauriq; vi.).i.Minotauri. ¶Saxea te.).i.labyrinthũ. ¶Tellure)hac inſula. ¶Nó ego)deridet ipſuʒ,& ironice loquiť. ¶Surripiéda)remouéda ¶Tuis titu.) tuis laudibus. ¶Nec'pa.)ex nimia ira dicit eũ nó eẽ humano ſáguine genitũ: ſed ſaxis. ¶Pater).ſ.tibi. ¶Aethrę Pi.).i.filię Pitthei, vť ſupra diximus. ¶Authores t.).i.parẽtes,⁊ ex qbus es genitus. ſic Dido ad Aeneá apud Vir.li.4.Aenei. Nó tibi diua parés:generis nec Dardanus author,Perfide:ſed duris genuit te cautibus horrés

ASCEN. ¶ERGO ego ⁊c.)Dolet ſibi defutuꝝ offm̃ funebre,⁊ exeqale, qđ morituri ſer̃ ſibi defor̃ q̄runť. ¶Ibis Ce.)iuidioſe dicit Theſeũ,quaſi triũphãté parta victoria in pr̃iá reditur ũ: cũ ipſa,per quá victoria pta é,in iſula deſta mori cogať. ¶Flecte ra.The.) ſumma votoꝝ epi. fini apta. ¶Verſo re.).i.velo ꝯuerſo vẽto retro ad me laber̃. ¶Si p.) q̄ tu venies. ¶Occidero)mortua ero. ¶Tu tñ oſſa hinc tecũ fere)Mouet a deſpatione, vt plerũq; fit.

In vndecimam Epiſtolam argumentum Hubertini.

A

EX qua vxore Aeolus rex ventorum ſuſceperit Canacen, & Machareum mihi incertum eſt: ſed tamen ꝛ Seruio teſte, & Ouidio in hac epiſtola ſcribente patet eos Aeoli filios, fuiſſe: qui cum turpiter ſe amarẽt, & conſanguinitatis prætextu tegentes culpam concubuiſſent: Canace ex eo concubitu concepit, & peperit filium, quem cum clam è regia per nutricem emitteret: vt aleretur: infelix infans ſe ſuo vagitu prodidit auo, qui tanto offenſus ſcelere, iuſſit infantem innocuum exponi canibus, gladium vero per ſatellitem miſit: quo illa pro meritis vteretur: quo ſe interfeciſſe creditur. Machareus pœnæ, & iræ patris metu territus, ex patria aufugit, crediturq; factus ſacerdos Delphici Apollinis: q poſtea verbis oraculi Oreſteʒ in cædem Pyrrhi ob raptam Hermionen hortatus dicitur. Interea deprehenſo ſcelere Canaces: priuſquam moreretur: fingit poeta eam ſcripſiſſe hãc epiſtolam ad Machareum: qua ei narrat caſum ſuum, & iram patris, & poſtremo rogat: vt colligat oſſa ſua, & infantis, & vna vrna ea recondat.

B

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

## *Heroidum Epiſtola undecima.*



### IN VNDECIMAM EPIST. ARGVM.

MACHAREVS & Canace Aeoli regis ventorum filij, cum turpiter ſe amarent, & conſanguinitatis prætextu culpam tegentes concumberent, Canace filium peperit, quem dum clam e regia per nutricem emitteret, vt aleretur: infelix infans ſuo vagitu ſe auo prodidit, qui filiorum incenſus ſcelere innocuum infantem iuſſit canibus exponi, & per ſatellitem Canace gladium miſit, quo illa pro meritis vteretur: quo ſe interfeciſſe creditur. Sed priuſquam moreretur Machareo, qui iam in templum Apollinis Delphici aufugerat, hac epiſtola caſum ſuum narrauit, illum precando, vt expoſiti infantis oſſa legat, & vna cum ſuis vrna componat.

### CANACE MACHAREO.

✱ Aeolis Aeolidæ, quam non habet ipſa, ſalutem
Mittit, & armata verba notata manu.

SI QVA tamen cæcis errabunt ſcripta lituris:
Oblitus à dominæ cæde libellus erit.
Dextra tenet calamum: ſtrictum tenet altera ferrum:
Et iacet in gremío charta notata meo.
Hæc eſt Aeolidos fratri ſcribentis imago:
Sic uideor duro poſſe placere patri.
Ipſe necis cuperem noſtræ ſpectator adeſſet:
Authoriſq; oculis exigeretur opus.
Vt ferus eſt, multoq; ſuis truculentior Euris:
Spectaret ſiccis uulnera noſtra genis.

✱ Alij hęc duo carmina non legunt.

### HVBERTINVS.

SI qua tamen) ſunt qui exiſtimãt hic aliquid deeſſe: qa /tamen/ nõ videatur cõuenire principio, ꝛ in quibuſdam codicibus inueni hos duos verſus. Aeolis Aeolidæ, quam non habet, ipſa ſalutem Mittit, ꝛ armata verba notata manu. In duobus tamen codicibus meis vetuſtiſſimis hi verſus non leguntur: quod autem ante /tamen/ videatur aliquid eſſe prę ponendum: plerunq; magis fit in ſenſu, quàm in verbis: nam intelligitur, mitto tibi hanc epiſtolam, tamen ¶ Si qua ſcripta) ideſt ſi aliquę partes meæ epiſtolæ. ¶ Errabunt) ideſt vacillabunt, & non habebunt rectum ordinem. ¶ Lituris) ſignis literarum, a linendo: vel maculis. ¶ Cæcis) obſcuris, quæ non bene poſſint legi. ¶ Libellus) epiſtola, vel charta. ¶ Oblitus) fœdatus. ¶ A cæde) propter cædem. ¶ Dominæ) ideſt mei Canaces. ¶ Dextra) deſcribit caſum ſuum. ¶ Ferrum) enſem. Metonymia. ¶ Strictum) nudum. ¶ Iacet) ſedet, poſita eſt. ¶ Soluta) aperta. ¶ Hæc eſt imago) hæc eſt forma; in qua tu potes conſiderare me eſſe. ¶ Aeolidos) mei Canaces, quæ ſum filia Aeoli. ¶ Sic) hac forma, ſ. enſe parato ad necem meam. ¶ Duro) crudeli, adducit eum in odium commemorans eius ſęuitiam. ¶ Ipſe) ſcilicet pater. ¶ Spectator) qui videret. ¶ Opus) ideſt cædem meam. ¶ Exigere.) perficeretur. ¶ Oculis) ideſt in conſpectu. ¶ Authoris) ſcilicet patris, qui eſt author & cauſa: vt me interficiam. ¶ Truculẽtior) ſæuior. ¶ Suis) qui ſunt ſub imperio ſuo. ¶ Spectaret ſiccis) ideſt videret cędem meam ſine vlla effuſione lachrymarum.

C

D

### ASCENSIVS.

SI qua tamen) Eſt & huic epiſtolæ pannoſuʒ neſcio cuius aſſumptum principium tale. Aeolis Aeolidæ, quam non habet ipſa, ſalutem Mittit, & armata verba notata manu. Quod pannoſum dixi, quia non cohæret ſequentibus, detrahitq; artificio poetæ, qui cunctabundam inducit mulierem ex abrupto epiſtolam inchoaſſe correſpondentem ad ea, quæ animo præmeditata fuerat, Videlicet iam iam me ipſam interfectura ſum, ſed ne penitus inhumata & mea, & nati feris expoſiti maneant oſſa, ſcribam in hoc ſtatu ad fratrem, & ſignificabo illi mentem meam. ¶ Si qua tamen ꝛ cætera.) ¶ Oblitus) media, ſiue penultima breui. ab oblinor. Vnde Doctrinale, datq; lino lini, vel leui, deinde litum dat. ab obliuiſcor autem oblitus mediam producit. ¶ Lituris cæcis) ideſt obſcuris, illegibilibus. ¶ Libellus) ideſt epiſtola. ¶ Cæde) ideſt ſanguine per cædem effuſo. ¶ Calamus eſt genus arundinis, quo Itali ſcribunt, vti Galli pennis anſerinis. ¶ Charta) eſt, quam Galli abuſiue papyrum vocant, eo quòd in papyro, ideſt pellicula papyri, quæ arundinis genus eſt: in in Aegypto frequẽs olim ſcriptitatum eſt. ¶ Aeolidos) Aeoli filię: hæc Aeolis huius Aeolidos. ¶ Opus exigeretur) ideſt cædes expreſſe ageretur, & exhiberetur. ¶ Oculis) ideſt coràm oculis. ¶ Authoris) ſcilicet patris. ¶ Euri) venti ſunt orientales: Zephyri occidentales: Noti meridionales, & Aquilones ſeptentrionales. quia vero Aquilo, ſeu Boreas a Thracia flat, vocat eum Scythoniũ, ſicut Virgilius grues, dicens: Scythoniaſq; grues.

E

F

Scilicet eſt aliquid cum ſæuis uiuere uentis:
Ingenio populi conuenit ille ſui.
Ille Noto, Zephyroq́; , & Scythonio Aquiloni
Imperat, & pennis Eure proterue tuis.
Imperat heu uentis: tumidæ non imperat iræ:
Poſſidet & uitiis regna minora ſuis.
Quid iuuat admotam per auorum nomina cœlo,
Inter cognatos poſſe referre Iouem?
Num minus infeſtum, funebria munera, ferrum
Fœminea teneo non mea tela manu?
O utinam Machareu, quę nos commiſit * in unum,
Veniſſet leto ſerior hora meo.
Cur unquam plus me frater, quàm frater, amaſti?
Et tibi, non debet quod ſoror eſſe, fui?
Ipſa quoq; incalui, qualemq́; audire ſolebam,
Neſcio quem ſenſi corde tepente deum.
Fugerat ore color: macies adduxerat * artus:
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec ſomni faciles: & nox erat annua nobis:
Et gemitum nullo læſa dolore dabam.
Nec, cur hoc facerem, poterã mihi reddere cauſam:
Nec noram, quid amans eſſet: at illud eram.
Prima malum nutrix animo præſenſit anili:
Prima mihi nutrix, Aeoli, dixit, amas.
Erubui, gremioq́; pudor deiecit ocellos:
Hæc ſatis in tacita ſigna fatentis * erant.

** a.l. coniunxit*
** a.l. obduxerat*
** a.l. furentis*

HVBER. A ¶SCILICET) arguit a conſuetudine.i.conuerſatione: dicit quod, quia verſatur, & viuit cum ventis: qui ſunt ſæui: ipſe quoq; eſt ſæuus, & conuenit naturæ ventorum. ¶Conuenit) facit. ¶Ingenio) naturæ. ¶Sui populi).i.vẽtorum. ¶Ille noto) enumerat quatuor ventos. ¶Noto) notus ſine aſpiratione ventus meridionalis humidus, & pluuius: qui a noſtris Auſter dicit. Zephyrus autem occidentalis eſt: qui latine Fauonius dicitur. ¶Aquiloni) ideſt Boreæ, qui ab aquis diſcutiendis dicitur Aquilo latine. ¶Scythonio) Threicio: flat enim ex Thracia. Scython autem, vt in ſecunda epiſtola diximus, mõs eſt Thracię. Eurus eſt ventus Oriẽtalis. de his omnibus ventis Cardinalibus Oui. lib. primo Metamor. Eurus ad auroram Nabathęaq; regna receſſit, Perſidaq; & radijs iuga ſubdita matutinis: Veſper, & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt, Proxima ſunt Zephyro: Scythiam, ſeptemq; triones Horrifer inuaſit Boreas: contraria tellus, B Nubibus aſſiduis, pluuioq; madeſcit ab Auſtro. ¶Pennis) quia venti dicuntur habere alas: vnde ipſe lib. vj. Metamor. de Borea abducente Orithyiam: dicit pauidam caligine tectus Orithyiam amans fuluis complectitur alis. ¶Tumidæ) quę tumidũ facit. ¶Minora ſuis vitijs) quia poteſt reprimere ventos: qui ſunt ſub regno ſuo, vitia autem ſua, ideſt iram, nõ poteſt cohercere. ¶Quid iuuat admotam) ſic legendum eſt, non autem ad mortem: eſt autem, ordo, & ſenſus. ¶Quid iuuat).i.quid prodeſt? ¶Me admotam nomina proauorũ) figurate, ideſt habentem nomina proauorum admota: ſicut Virg. oculos ſuffuſa nitentes. ¶Admota) ideſt appropinquata. ¶Poſſe referre).i. enumerare. ¶Iouem inter cognatos) ideſt poſſe dicere, quòd Iuppiter ſit de gente mea. Aeolus autem non Hippotæ filius fuit, vt quidam male exiſtimant: ſed nepos. Natus eſt enim ex Segeſta filia Hippotæ Troiani, & Ioue. Hæc eadem Segeſta a Criniſo fluuio Siciliæ compreſſa genuit Aceſtem: qui poſtea in Sicilia regnauit. ¶Nõ minus).i.nihilo minus.ſ.licet ſim de C gente Iouis. ¶Munera funebria).i. apta funeri.i.morti: eſt autem appoſitio figura propter duo ſubſtantiua appoſita ſine copula: videlicet ferrum, ꝛ munera. ¶Fœminea).i.imbelli. ¶Non mea tela).i.non mihi apta: aut cõuenientia. ¶O vtinam) optat ſe fuiſſe mortuam, antequã coniuncta fuiſſet fratri: ordo ¶O Machareu hora, quæ commiſit).i.coniunxit. ¶In vnum).i.ſimul. ¶Veniſſet ſerior).i.tardior. ¶Meo leto).i.mea morte.i. vtinam prius eſſem mortua: quàm me vnquam cognouiſſes: nam non ueniſſem ad tantã calamitatem, vt coacta eſſem mihi, vt paterna mandata adimplerem: mortem conſciſcere: ni tu prius, ſi potes, opẽ feras. Et ex hoc Canace auget miſeriã ſuam, conaturq; Machareum ad miſericordiam mouere imprecando ſibi mortem: quæ ſæpiſſime cũ a teneris annis contingat: mortales quibuſcũq; calamitatibus futuris eripere ſolet. Mors enim: vt teſtatur Seneca, nullum habet incommodum: neq; vitam interimere videtur, etſi ipſam quoquo modo eripiat: De qua plura legito apud Herodotũ, & Ciceronem. ¶Cur vnq̃) dolet de hoc amore illicito. ¶Quã frater) quia amor fratris erga ſororem debet eſſe moderatus, nec debet eſſe ad concubitum. ¶Et cur fui, quod ſoror non debet eſſe) cur obſecuta ſũ tibi in coitu: quod ſoror facere non debet. ¶Ipſa quoq;) dicit ſe etiam fuiſſe amore compulſam, ſicut, & fratrem. ¶Incalui) incenſa ſum amore. ¶Deum) Cupidinem. ¶Tepente) calente. ¶Neſcio quem deum) quaſi dicat, antea mihi incognitum. ¶Fugerat) deſcribit ſigna amantis. ¶Color) rubor. ¶Fugerat ore) ideſt ex facie: nam amans efficitur pallidus. Ouidius in primo de arte, Palleat omnis amans: color hic eſt aptus amanti. ¶Macies) macilentia. ¶Adduxerat) attenuauerat. Ouidius in loco ſupradicto. Arguat & macies vultum. ¶Coacta) compulſa: quia non habebant appetitum: qui ex ægritudine amoris ſolet diſcedere. ¶Somni) dormitiones. ¶Nec faciles) ideſt difficiles. Ouidius loco ſupradicto. Attenuant iuuenũ vigilatæ corpora noctes, Curaq;: &, immenſo qui fit amore, dolor. ¶Annua) longiſſima, ideſt vna nox videbatur mihi vnus annus. ¶Læſa nullo dolore) quæ non ſentiebam dolorem aliquem. ¶Dabam gemitum) emittebam ſuſpiria. E ¶Reddere cauſam, cur facerem) quia neſciebam amorem eſſe, qui me faceret ſuſpirare. ¶Quid) quæ res. ¶At eram illud) ideſt illa res, ſcilicet amans. ¶Prima) ante alios. ¶Animo anili) quaſi cauto, & perito talium rerum. ¶Malum) amorem meum. ¶Aeoli) vocatiuus eſt patronymici fœminini. ¶Amas) es correpta amore. ¶Erubui) verecundiam vultus rubore oſtendi. ¶Deiecit) demiſit: nam verecundia facit oculos deiectos. Ouidius de Caliſtone: Vix oculos attollit humo. ¶Hæc ſatis) ſcilicet licet tacerem: hæc erant ſatis ¶Signa fatentis).i. confitentis me amare. ¶In tacita) ideſt me nihil ei reſpõdente.

ASCEN. ¶SCILICET eſt aliquid) Amara irriſio, nimirum, inquit, magnum eſt habere rationem cum ventis, qui illorum naturam induit pennis, quia finguntur venti pennis vti, dum præcipites feruntur. ¶Poſſidet & vitijs ꝛc.) bonum verbum. F regno inquit ſuo dominatur, non vitijs. Maiora ergo ſunt vitia regno, quia dominamur inferioribus, ꝛ minoribus duntaxat. ¶Quid iuuat &c.) Sic Iuue. Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri? &c. ¶Non mea).i.non decentia me. ¶O vtinam) dixi monoſyllaba in vocalem definentia a vocali ſequente non abſumi. ¶Veniſſet ſerior).i.tardior. ¶Leto).i.morte, hoc eſt vtinam nõ fuiſſemus iuncti, niſi poſt mortem. ¶Cur vnquam plus me frater, q̃; frater).i.quàm fratrem decet. ¶Et) cur ſupple fui tibi, quod non debet eſſe ſoror) ſcilicet amica, & concubina. ¶Ipſa quoq; incalui) Non tua ſolius culpa eſt, ſed & mea: nam ¶Ipſa) ideſt ego. ¶Quoque) ideſt etiam. ¶Incalui) ideſt intrinſecus calui, et ¶Senſi neſcio quem deum) Cupidinem videlicet, quẽ tunc non norat: ſupple talem. ¶Qualem ſolebam audire) ſupple alijs fuiſſe ¶Fugerat ore) ideſt ab ore color ꝛ cæte. ſigna ſunt amoris. ¶Nullo læſa dolore) neſciens cauſam, qui amor erat. ¶At illud eram) ſcilicet quod non eram. ¶Quid eſſet) videlicet amans neſciui quid eſſet amans, & eram amans. ¶Animo anili) ideſt ſagaci, & callido ex longa experientia, qualis eſt in anu: dixit. ¶Aeoli) ideſt Canace Aeoli filia, tu amas.

Iamq; tumeſcebant uitiati pondera uentris:
Aegraq; furtiuum membra grauabat onus.
Quas mihi nõ herbas, quæ non medicamina nutrix
Attulit? audaci ſuppoſuitq; manu?
Vt penitus noſtris (hoc te cælauimus unum)
Víſceribus creſcens excuteretur onus.
At nimium * uiuax admotis reſtitit infans
Artibus: & tectus tutus ab hoſte fuit.
Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi:
Denaq; luciferos luna premebat equos: *
Neſcia quæ faceret ſubitos mihi cauſa dolores,
Et rudis ad partus, & noua miles eram.
Nec tenui uocem: quid ait, tua crimina prodis?
Oraq; clamantis conſcia preſſit anus.
Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit:
Sed timor, & nutrix, & pudor ipſe uetant.
Continuo gemitus, elapſaq; uerba reprendo:
Et cogor lachrymas combibere ipſa meas.
Mors erat ante oculos: & opem Lucina negabat:
Et graue, ſi morerer, mors quoq; crimen erat:
Cum ſuper incumbens, ſciſſa tunicaq;, comaq;,
Preſſa refouiſti pectora noſtra tuis:
Et mihi, uiue ſoror, ſoror ò chariſſima, dixti:
Viue: nec unius corpore pede duos.
Spes bona det uires: fratri nam nupta futura es:
Illius, de quo mater es, * uxor eris.
Mortua (crede mihi) tamen ad tua uerba reuixi:
Et poſitum eſt uteri crimen, onusq; mei.
Quid tibi grataris? media ſedet Aeolus aula:
Crimina ſunt oculis ſurripienda patris.
Frondibus infantem, ramisq; albentis oliuæ,
Et leuibus uittis ſedula cælat anus:

*a.l. Ah nimium

*a.l. vehe bat equos;

*a.l. & vxor

A SVBER. ¶TVMESCEBANT) creſcebant. ¶Vitiati) grauidi. ¶Onus furtiuum).i.puer, quem ferebã in vtero. ¶Furtiuum) occultum, vel furto .i. ſtupro conceptum. ¶Membra) ſ.mea. ¶Quas herbas non attulit) q.d. omnes: eſt enim legẽdum interrogatiue. ¶Suppoſuit) per inferiores etiam partes immiſit. ¶Vt onus excuteretur noſtris viſceribus).i. eiiceretur è ventre, & vt facerem abortiuum: ſunt enim quædam herbæ, & quædam medicamina, quę habent vim faciendi abortiuũ. ¶Hoc te cælauimus) parẽtheſis eſt.i. hoc ſolum tibi occultauimus: quod voluerim ante emittere partum: dicimus autem cœlo te hanc rem: & de hac re. ¶Nimium viuax).i. nimium genitus ad viuendum. ¶Reſtitit artibus admotis).i. vicit appoſitas artes. ¶Tectus) in ventre meo. ¶Tutus ab hoſte).i. ab illa anu, quæ illis medicaminibus quærebat eum interficere. ¶Soror Phœbi).i. luna. ¶Erat orta nouies).i. iam erat nonus mẽſis. ¶Dena).i. decima. ¶Luciferos) ferentes lucem: eſt autem hoc loco adiectiuum.i. iam aderat decimus menſis: quo vt plurimum dicuntur mulieres parere. Virgil. Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. ¶Neſcia) ignara. ¶Quæ cauſa faceret dolores) quia neſciebam eos fieri ex fœtu, qui iam erat maturus in ventre. ¶Rudis) inexperta. ¶Miles) tranſlatiue dixit. ¶Noua) quia nunq̃ ante pepereram. Solent vtiq; nouæ parturientes intolerabili dolore affici: & prę nimio dolore exclamare: vt paulo infra oſtendit: dum inquit. Nec tenui vocem: Et ex hoc oſtendit tanq̃ rudis ad furta, minime potuiſſe partũ cælare: ni eius nutrix ſibi auxiliata fuiſſet: ipſiuſq; os adeo compreſſiſſet: vt etiam magno pudore, & timore prohibita: ſilere adacta fuiſſet. Arguitq; hoc loco quantum doloris inter parturiendũ paſſa fuerit, cõnectendo alias complures erumnas ſuas: quas ſeriatim exequitur: Cum ait, Mors erat ante oculos &c. Ordo eſt. ¶Ego neſcia quæ).i. qualis cauſa. ¶Faceret) hoc eſt cauſaret. ¶Mihi tam ſubitos).i. repentinos dolores. ¶Et) ideſt quoniam eram rudis, & noua miles ad partus. ¶Nec) pro non. ¶Tenui vocem) hoc eſt me potui continere, quin clamarem. ¶Nec tenui vocem).i. non potui comprimere vocem, quin clamarem. ¶Quid ait) ordo. Anus ait, ¶Quid prodis?) quid indicas? ¶Tua crimina) tuum ſcelus. ¶Et ipſa conſcia).i. quæ ſciebat crimen meum, ¶Preſſit) clauſit. ¶Clamantis) ſcilicet mei. ¶Quid faciam?) pro facerem? ¶Edere) emittere. ¶Gemitus) clamores.i. ex vna parte dolor partus cogebat me clamare, ex altera prohibebat timor patris, & nutrix, quæ increpabat me. ¶Et puddor) ex tanto ſcelere. ¶Elapſa) iam ore emiſſa. ¶Reprendo).i. iterum prehendo. ¶Combibere) exiccare, & intra me tenere. Legendum eſt, combibere: non autem cohibere: quia ratio metri nõ patitur. ¶Ante oculos) q.d. certa, & parata. ¶Lucina) dea partus: de qua diximus in epiſt. Hipſiphyles ad Iaſonem. ¶Opem) quia ſolet auxiliari pariẽtibus. ¶Mors erat/graue/crimen) qa

D non potuiſſem mori ſine infamia, in tali caſu: quo fuiſſet cognitum ſcelus meum. ¶Super incumbens) ſcilicet tu. ¶Sciſſa tunica).i. veſte. ¶Et coma).i. capillis propter dolorem, quem de me capiebas. ¶Refouiſti) recalefeciſti. ¶Noſtra pectora preſſa tuis).i. impoſuiſti pectus tuum ſuper meum. ¶Tuis) ſcilicet pectoribus. ¶Et mihi) dicit verba: quibus Machareus vſus eſt ad Canacen. ¶Dixti) pro dixiſti: ſyncopa eſt. ¶Duos).ſ. te, & filium. ¶Corpore vnius).i. corpore tuo. ¶Det vires) faciat te nõ deficere. ¶Fratri nã) ecce, quæ ſpes ſit. ¶Fratri).ſ. mihi. põt ẽt legi, fratris: vt dicamus. ¶Es futura nu.).i. vxor: & ita nupta, erit nomen: ſi vero legitur fratri, eſt participiũ. ¶Illius) dupliciter poteſt hic textus ordinari, ſcilicet cum præcedenti ſic: es futura nupta fratris illius, de quo &c. Vel melius, vt legatur fratri, & poſtea ordinetur ſic. ¶Tu eris &).i. etiam, ¶Vxor illius) ſcilicet mei. ¶De quo).i. propter quem. ¶Tu es mater).i. filium peperiſti. His verbis dictis intelligimus euũ ſtatim diſceſſiſſe. ¶Mortua) ſcilicet vt videbar mihi. ¶Reuixi) reſpiraui. ¶Ad tua verba).i. propter verba: quæ mihi dixiſti. ¶Crimen, onuſq;).i. criminoſum onus. ¶Poſitum) pro depoſitum, ideſt peperi. ¶Quid tibi) dicit ſe fruſtra peperiſſe: quia & ſibi, & filio nuper nato ſit moriendum. ¶Grataris) gratularis, & gaudes: quia dixi me peperiſſe. ¶Aeolus) pater meus. ¶Surripienda) remouenda. ¶Oculis patris) ne ab eo videatur.i. auferendus eſt puer ita natus: ne pater eum videat. ¶Frondibus) dicit quomodo nutrix eum occultauit: ſimulans ſe facturam rem diuinã. ¶Frondibus) foliis, ramis. ¶Albentis oliuæ) Hęc eniũ arbor erat in tutela Palladis: & dicata Paci, apta ſacrificiis: quæ anus volebat ſimulare. ¶Velat) tegit. ¶Vittis) faſciis, tanq̃ rem ſacram. ¶Sedula) ſtudioſa.

ASCEN. ¶VITIATI).i. violati ventris. ¶Onus furtiuum).i. furtim conceptum, neſciente patre. ¶Quas mihi non herbas &c.) hoc eſt nullas non attulit, & omnes attulit: ſed plus eſt in figurata interrogatione, q̃ in expreſſa etiam vniuerſa affirmatione. ſignificat enim, qui ſic quærit: velle inuenire exceptionem, & non poſſe: vt, Hæc eadem vt ſciret, quid nõ faciebat Amyntas? Et, Quem non incuſaui amens hominumq;, deorumq;. ¶Hoc te cælauimus vnum) honeſta purgatio, ne Machareus tam nefandi conatus conſcius innuatur. ¶Ah infans nimium viuax).i. vitalis. ¶Reſtitit artibus).i. medicaminibus admotis. ¶Et tectus) ſcilicet in ventre meo. ¶Fuit tutus ab hoſte).ſ. nutrice, aut arte noſtra. ¶Iam nouies) ſignificat quomodo aduentante maturo partu peperit. ¶Soror Phœbi).i. luna. ¶Noua miles) ſcilicet Lucinæ, quæ dea partus eſt. ¶Quid ait) ſcilicet nutrix anus. ¶Gemitus) accuſatiuus eſt pluralis. nam ordo eſt, dolor cogit edere gemitus. ¶Reprendo) per ſyncopam, vt verſus indicat, pro reprehẽdo, dictum. ¶Cõbibere) metaphora ab arena, & cinere. ¶Lucina) dea partus, quæ præeſt venien-

B

C

E

F

Fictaq; ſacra facit:dicitq; precantia uerba:
  Dat populus ſacris,dat pater ipſe uiam.
Iam prope limen erat:patrias uagitus ad aures
  Venit: & indicio proditur ille ſuo.
Eripit infantem, mentitaq; ſacra reuelat
  Aeolus:inſana regia uoce ſonat.
Vt mare fit tremulum,tenui cum ſtringitur aura:
  Vt quatitur tepido fraxina uirga Noto,
Sic mea uibrari pallentia membra uideres:
  Quaſſus ab impoſito corpore lectus erat.
Irruit, & noſtrum uulgat clamore pudorem,
  Et uix à miſero continet ore manus.
Ipſa nihil,præter lachrymas,pudibunda profudi:
  Torpueraut gelido lingua retenta metu.
Iamq; dari paruum canibusq;,auibusq; nepotem
  Iuſſerat,in ſolis deſtituiq; locis.
Vagitus dedit ille miſer,ſenſiſſe putares,
  Quaq; ſuum poterat uoce rogabat auum.
Quid mihi tunc animi credis germane fuiſſe?
  (Nam potes * ex animo colligere ipſe tuo.)
Cum mea me coràm ſyluas inimicus in altas
  Viſcera montanis ferret edenda lupis.
Exierat thalamo,tunc demum pectora planxi,
  Contigit inq; meas unguibus ire genas.
Interea patrius uultu mœrente ſatelles
  Venit:& indignos edidit ore ſonos.
Aeolus hunc enſem mittit tibi:tradidit enſem:
  Et iubet ex merito ſcire quid iſte uelit.
Scimus: & utemur uiolento fortiter enſe:
  Pectoribus condam dona paterna meis.
His mea muneribus genitor connubia donas?
  Hac tua dote pater filia diues erit?
Tolle procul decepte faces Hymenææ maritas,
  Et fuge turbato tecta nefanda pede.

A tibus in lucē:Diana.ſ.aut Iuno.¶Pectora no.tu.).ſ.pectorib⁹. ¶Dixti)per ſyncopā,pro dixiſti:nam nō in ſolis præteritis in vi fit.Dixit.n.Virg.in.j.Aen. Acceſtis ſcopulos:pro acceſſiſtis: & in.vi.Direxti tela manuſq;,pro direxiſti. ¶Perde duos)te,& fœtū. ¶Mortua)ſup.erā. ¶Poſitū eſt).i.expoſitū,añ pedes poſitū poſt partū.Cui dicto videt̄ p phantaſiā gratulari Machareus.vnde addit. ¶Quid tibi grataris? media ſedet Aeolus aula)q.d.ſęuus excubator. ¶Leuibus vittis).i.ſertis,quæ tpa in modū vittarū cingāt.

HVBER. ¶REVELAT)Detegit remotis frondibus. ¶Mentita) ficta. ¶Regia).i.aula. ¶Sonat)reſonat. ¶Inſana)magna. ¶Vt mare)facit comparationem de ſuo tremore,cum audiret patrem ita clamantem. ¶Stringitur)leuiter pcutitur. ¶Tenui)leui. ¶Fraxina)pro fraxinea. ¶Noto)ideſt vento. ¶Tepido) quia venit a meridie:ideo eſt tepidus. ¶Sic)adaptatio ſimilitudinis. ¶Videres)pro videret aliqs. ¶Vibrari)moueri,tremere. ¶Quaſſus ab)ſenſus eſt, lectus, ſuper quo eram quatiebatur a meo corpore tremēte. ¶Quaſſus) concuſſus. ¶Irruit).i.cum impetu intrat cubiculum meu;. Virg. Irruimus, denſis & circūfundimur armis. ¶Vulgat) manifeſtat. ¶Pudorem).i.dedecus, & infamiam: ita enim ſignificat hoc loco. ¶Vix continet ſe)quin vnguibus dilaceret mihi vultum,& eruat oculos. ¶Ipſa).i.ego. ¶Profudi) emiſi. ¶Præter lachry.) quia non potui aliquid dicere: ſed ſolūmodo fleui. ¶Pudibunda).i. plena pudoris, & verecūdię. ¶Torpuerat)ita quod non poterat loqui. ¶Gelido) frigido ab effectu. ¶Iamq; iuſſerat) poſtq̄; Canace expoſuit dolore;: quem ex difficultate, & periculo pariendi accepit: deinde ex infante cognito, & deprehēſo a patre: nunc dicit multo maiorem dolore;:quo perculſa; ſe dicit,cum audiuit patrem ſuum iuſſiſſe illum infantulum innocentem exponi dilacerandum canibus,& feris. ¶Paruum nepotem)ſcilicet ſuu;: nam natus ex filio, vel filia dicitur nepos aui ſui. ¶Canibuſq;, auibuſq;)vtraq; copula que,apponenda eſt:vt verſus ſtet:quādo etiam ſenſus exigit. ¶Deſtitui)derelinqui ſine aliquo cuſtode. ¶Solis)deſertis,inhabitatis. ¶Dedit)cum auus iuſſit. ¶Putes ſenſiſſe)videbatur ſenſiſſe illud crudele iuſſum:ita in tempore vagiuit. ¶Voce,qua poterat).i.illo vagitu,quia voce expreſſa:& verbis formatis loq nōdū poterat p ætatē. ¶Quid animi).i.quem,vel qualem animum. ¶Nam potes).i.potes ſcire,quem animum habuerim: ſi feceris coniecturam de tuo ad meu;. ¶Colligere)coniicere,cognoſcere. ¶Inimicus)ſatelles, vel famulus patris nociturus mihi. ¶Viſcera) filium meum: ſunt enim filii viſcera parentū. ¶Montanis)qui incolūt montes. ¶Coràm me).i.me vidente. ¶Exierat) ſcilicet pater meus: nam ſuperius dixit.Irruit,& noſtrum vulgat clamore pudorē. ¶Tum demum)tunc tandem,ſcilicet eo egreſſo. ¶Planxi)per

B

* a. l. Tu potes

C

D cuſſi, ¶Nam contigit ire in meas genas vnguibus).i.tunc demum licuit mihi immittere vngues in genas meas dilacerandas. ¶Satelles) miles,miniſter. ¶Patrius) paternus. ¶Vultu mœrente).i.triſti: ex quo poteram cognoſcere eum afferre triſtia mandata. ¶Indignos) crudeles. ¶Sonos) voces, verba. ¶Aeolus)verba ſatellitis ad Canacen. ¶Tradidit)interpoſitio eſt: ſunt.n.verba Canaces: dicit enim dictis illis verbis, tradidit enſem. ¶Et iubet)adhuc ſunt verba ſatellitis poſt traditū enſem. ¶Quid velit) quare mittatur tibi. ¶Ex merito) ſcilicet tuo.i.ex eo, quod feciſti: vult intelligas,ad quid eum tibi miſerit. ¶Scimus) verba Canaces: dicit enim, ſcio,quid velit hic enſis,& eo vtar pro merito meo. ¶Fortiter)intrepide:quia non dubitabo me interficere. ¶Condam) immittam, & abdam. ¶Dona paterna) enſem:quem pater mihi miſit. ¶His mea) apoſtropham facit ad patrem. ¶Donas mea connubia his muneribus?)ideſt hæc munera facis meis connubiis? dicimus enim dono tibi hāc rem: vt Dido ad Aeneam, Quod tibi donaui perfide littus emi: & dono te hac re, vt hic, & Virg.in.v.Aeneid. Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat. Multa ſunt alia exempla. ¶Erit diues hac dote) quia nulla re vnquam egebit: quia hoc enſe ſe interficiet. ¶Tolle procul)dicit ad connubia ſua non adhibendum eſſe Hymenęum:quia ſunt infelicia. ¶Faces maritas).i.tedas cōnubiales. maritas adiectiuum eſt. ¶Pede turbato).i celeri,conſequens pro antecedenti, nam ex turbatione, & metu fit aliquis celer. Virg.de Caco turbato. pedibus timor addidit alas. ¶Tecta nefanda) in quibus nefandū facinus admiſſu; eſt inter fratrem, & ſororem.

E

F

ASCEN. ¶VAGITVS) ideſt ploratus infantis. ¶Indicio proditur ille ſuo)ſicut ſorex ſecūdum Comicum,qui ſuo ſtrepitu ſe feli prodit: felem autem catum dicit vulgus. ¶Ipſa).i. ego ſolum, inquit, lachrymare potui non pro loqui. ¶Nepotem) is enim proprie dicitur reſpectu aui. Erat autem auus eius & paternus, & maternus Aeolus. ¶Senſiſſe putares) ideſt quilibet putare poſſet: qui geſtum eius videret. ¶Quid mihi) ſic Virg. Quis tibi tunc ſenſus cernenti talia Dido? ¶Viſcera)ideſt partum, quem viſcera mea portauerunt,& ediderunt. ¶Edenda) ideſt deuoranda. ¶Lupis montanis) in montibus verſari ſolitis. ¶Satelles patrius) ideſt a patre miſſus: apparitor, vulgo ſeruiens dicitur, olim latro, quaſi latero, quia lateri adhæreret. ignari clientem vocant,cum cliens a colendo dictus ad aduocatum referatur:eſt enim,qui alterius in iudicio vtitur præſidio,& ob id ei addictus eſt,nec publicus eſt miniſter: is vero, qui ad publica negocia mittitur,& miniſter,& viator dicitur. ¶Aeolus hunc enſem mittit tibi) verba ſatellitis. ¶Tradidit enſem)verbum Canaces:hoc eſt cum dicere,&mittit tibi,ſimul

A tradidit enſem addens. ¶Et iubet ex merito ſcire, qd iſte velit. quia meruiſti occidi. monet ergo, vt tute id facias. ¶His mea muneribus)planum πάθος cum apoſtrophe: ſic Aene.ii. Hocc' erat alma parens, q me per tela, per hoſtes, Eripis? &c. ¶Hymenæus) nuptiarum Deus creditur.

HVBER. ❡FERTE Faces)dicit non Hymenæum adhibendum ſuo connubio: ſed Erinnyn ferentem faces infelices, vt ſupra Hipſiphyle Iaſoni. At mihi nec Iuno, nec Hymen: ſed triſtis Erinnys Prętulit infauſtas ſanguinolenta faces: dicit ergo, ¶O Erinnyes) .i.o furiæ, ſic autem legendum eſt: nam declinatur Erinnys, Erinnyos. ¶Atræ)infernę ¶Faces, quas fertis) .i. funebres: & non nuptiales: ratio autem metri nullo pacto patitur: vt legatꝰ Eumenides: ſed Erinnyes recte legitur. ¶Vt meus rogus)ſciiicet in quo ſum cremanda: cuȝ ero mortua. ¶Luceat) incendatur. ¶Ex iſto igne) ſcilicet quem vos furiæ affertis: eſt autem rogus proprie lignorum congeries, & pyra ad comburenda cadauera, cum ardere cœperit. Virg. Ter circum accenſos ſubiectis ignibus atris Decurrere rogos. ¶Nubite) intelligimus eã habuiſſe alias ſorores: licet de eis apud poetas non fiat mentio. ¶Meliore parca) .i. meliore ſorte: & fortuna, quàm ego. ¶Admiſſi).i. delicti mei. ¶Admiſit).i. peccauit. ¶Editus) in lucem datus, & emiſſus. ¶Vix bene natus) .i. qui vix vidit lucem. ¶Quo facto læſit auum) .i. quid fecit: propter quod læſerit Aeolum auum ſuum: vt eum nunc iubeat mori? ¶Si potuit) quia non potuit. ¶Ah) dolentis. ¶Plectitur) punitur. ¶Meo admiſſo).i propter peccatum meum. ¶Nate)vertit ſermonem ad filium: cuius miſerrimam ſortem dolet: quod eodem die natus, & mortuus ſit. ¶Præda) rapina, cibus. ¶Tuo natali)die, quo natus: dicitur autem & hic natalis ſubſtantiue: & hoc natale in neutro genere: & tunc facit ablatiuum natali, vt hic: dicitur autem adiectiue hic & hæc natalis, & hoc natale, & additur dies: vel lux: vel tempus: dicitur etiam locus natalis, in quo aliquis natus eſt: vt Ouid. in Tri. Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Detinet. ¶Pignus)confirmatio. nam filii dicuntur pignora coniugii. ¶Parum fauſti) i. parum felicis, & fortunati. ¶Hæc)qua pater meus iuſſit te exponi feris. ¶Summa)vltima. ¶Nec mihi)conqueritur, quod non potuerit præſtare officium: quod ſolet in funere filii. ¶Iuſtis)debitis propter affectum naturę: vnde ipſe Ouid. alibi. Quis matrem, niſi mentis inops, in funere nati Flere vetet? ¶Perfundere) irrigare. ¶Nec tonſas).i. longas. ¶Non ſuper incubui) nam parentes ex affectu naturali ſolent incumbere cadaueribus filiorum, & ſic eos mortuos oſculari. Virg. lib. xi. de Euandro. pheretro Pallante repoſto Procubuit ſuper, atq; hæret lachrymanſq;, gemenſq;. ¶Diripiunt) auferunt: dilacerant. ¶Ipſa quoq;)dicit ſe ſecuturam filium ſuum: quia gladio a padio a patre miſſo ſe interficiet: vt ſupra dixit. ¶Vmbras inf.).i. animaȝ filii mei. ¶Cum vulnere)quod mihi faciaȝ. ¶Nec fuero dicta diu mater) quia priuabor filio: ſine quo non poſſum dici mater. ¶Nec dicar orba diu) quæ licet careaȝ filio, & propter hoc ſim orba: tamen cito moriar: & ſic non dicar orba ¶Tu tamen)nunc rogat fratrem Macareum, vt colligat oſſa matris: & filii, & reponat in eadem vrna. ¶Fruſtra ſperate)quia cum ſperareȝ te futurum maritum meum, non potui id conſequi. ¶Sorori)pro a ſorore. ¶Sparſa)diſperſa: & dilacerata. ¶Refer) reporta. ¶Ad matreȝ)ad me, ex qua paulo ante exierant, ¶Socioq;)coniuncto, & communi. ¶Quamlibet arcta) i. quamuis ſtricta, & melius: q; quælibet vrna .i. vas, in quo reponebantur cineres cadauerum. Iuue. Et in vrna perpetuũ ver. ¶Funde lachrymaſq; in funere).i. proſequere mortem meam lachrymis. ¶Reformida) verere, time. ¶Perfer)effice. ¶Mãdata)hæc ſcilicet, quę tibi commiſi. ¶Proiectæ)infelicis, & abiectæ. ¶Ipſa) ego. ¶Perfruar mãdatis patris).i. faciam, quod pater mihi mandauit: quia ſupra dixit. Aeolus hunc enſem mittit tibi (tradidit enſem:)Et iubet ex merito ſcire, quid iſte velit.

Ferte faces in me, quas fertis, Erinnyes atræ:
Vt meus ex iſto luceat igne rogus.
Nubite felices parca meliore ſorores:
Admiſſi memores ſed tamen eſte mei.
Quid puer admiſit tam paucis editus horis?
Quo læſit facto uix bene natus auum?
Si potuit meruiſſe necem, meruiſſe putetur:
Ah miſer admiſſo plectitur ille meo.
Nate dolor matris, rapidarum præda ferarum,
Hei mihi natali dilacerate tuo,
Nate parum fauſti miſerabile pignus amoris,
Hæc tibi prima dies, hæc tibi ſumma fuit.
Non mihi te licuit lachrymis perfundere iuſtis:
In tua nec tonſas ferre ſepulchra comas.
Non ſuper incubui: non oſcula frigida carpſi:
Diripiunt auidæ uiſcera noſtra feræ.
Ipſa quoq; infantis cũ uulnere perſequar umbras:
Nec mater fuero dicta, nec orba diu.
Tu tamen ô fruſtra miſeræ ſperate ſorori,
Sparſa precor nati collige membra tui.
Et refer ad matrem: ſocioq; impone ſepulchro:
Vrnaq; nos habeat quamlibet arcta duos.
Viue memor noſtri: lachrymaſq; in funere funde:
Ne'ue reformida corpus amantis amans.
Tu (rogo) proiectæ nimium mandata ſororis
Perfer: mandatis perfruar ipſa patris. *

❡PARCA Meliore).i. meliore fato. ¶Quid puer &c.) quia facinus ſuũ omnino purgare non poteſt, adducit cauſam infantis, quem inſontem dicit inique, & impie trucidatum. ¶Si potuit me)q.d. certum eſt, q non. ¶Hei mihi natali) πάθος a tempore, quia die natali ſolebant priſci indulgere genio. i. dare operam voluptati, Vnde Perſius: Hunc Macrine diem numera meliore lapillo: Qui tibi labentes apponit candidus annos. Et in Buc. Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis Iola. Hinc Herodes dicitur die natali conuiuium celebraſſe, quo petitum eſt caput Baptiſtæ. ¶Hæc tibi prima dies) Idem πάθος. ſic de roſis Maro. Quàm longa vna dies, ætas tam lõga roſarũ eſt. ¶Non ſuper incu.)id enim moris. Vnde Anna de Didone, & extremus ſiquis ſuper halitus errat. Ore legam. id autem faciebant applicando os ori, & ſuper incumbendo. ¶Nec mater fuero dicta)ſcilicet viua, quia ſeſe occiſura eſt. ¶Sparſa precor nati) Hæc epiſtolæ principalis eſt intentio. ¶Ne'ue reformida) quia amor, quod & horror facere ſolet.

* a.l. quaȝ & Planudes obſeruauit, Mandatuȝ proſequar ipſa patris.

ASCEN.

B

C

D

E

F

IN DVODECIMAM EPISTOLAM ARGVMENTVM HVBERTINI.

AVREI Velleris fabulam pleniſſime diximus in epiſtola Hipſiphyles: quæ incipit. Littora Theſſaliæ: itaq; illuc recurratur. Quantũ autem pertinet ad hunc locuȝ, recitetur ex Diod. Iaſona Corinthii tradunt, cum annis decẽ cum Medea vixiſſet: genuiſſe ex ea filios duos: quo tempore aiunt Medeam magno in honore non ſolum propter ſpeciem: qua eminebat, ſed etiam propter prudentiã, cæteraſq; virtutes: quibus ornata erat, a viro habitam fuiſſe: paulatim deinde ætate decorem formæ auferente, Iaſon Glauces, quam Poeta appellat Creuſam. Creontis filiæ amore captus, virginem vxorem a patre petiuit: annuente Creonte, certumq; nuptiarum ſtatuente diem: Iaſon Medeæ ſpontaneum diuortium perſuadere conatus eſt. Ait enim ſe cupere illam vxorem ducere, non in eius contemptum: ſed vt filios ſuos in domum regiam ea cognatione introduceret. Medea hæc uerba ægre ferente: deoſq; iu-

A riſiurandi præſtiti teſtes appellante, Iaſon beneficii accepti immemor, & ingratus Creontis filia vxore accepta, Medeam abs ſe expulit: quid poſtea fecerit, dicemus in fine epiſtolæ. Irata igitur Medea hanc epiſtolam ad Iaſona ſcripſit: in qua primum commemorat Iaſoni ſua erga eum beneficia, & promiſſa: & iuſiurandum Iaſonis: deinde adiurat ipſum Iaſona: vt, ſi minus ſui cauſa, ſaltem cauſa filiorum communium velit eam recipere: & loco ſolito coniugii eam habere: quod ſi non fecerit, minatur ei ſe ſumpturam vindictam de tanta iniuria. D

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

## *Heroidum Epiſtola duodecima.*



### IN DVODECIMAM EPISTOLAM ARG.

CVM Florida iuuentute & formoſitate valeret Iaſon, cũ primum Colchon attigit, a Medea Aeetæ Colchorum regis, & Hecates filia receptus eſt, & amatus, habitaq; coniugij ſponſione illum edocuit quonam pacto in optatam deueniret prædam. Aureo igitur vellere rapto, clam cum Medea fugã arripuit. Quos cũ inſequeretur Aeeta, illa Abſyrthi fratris, quem ſecum ducebat, membra diſperſit, vt ita patrem oſſa filij legentem, remoraretur: & ſic incolumes in Theſſaliam tandem deuenerunt: Vbi Aeſonem Iaſonis patrem annis iam decrepitum, in robuſtiorem ætatẽ reduxit. Medea præterea in Peliæ mortem ſuas filias armauit: fingens enim ei iuuentutem reſtituere velle, quemadmodũ Aeſoni fecerat, filiabus perſuaſit, vt omnem ſanguinem frigidum, atq; veterem cultris exhaurirent, vt nouum atq; floridum poſſet infundere. Quod cum feciſſent puellæ, ſtatim expirauit Pelias. Iaſon vero, ſeu criminis enormitate, ſeu ex alia cauſa, Medeam repudiauit, & Creuſam Creontis regis Corinthiorum filiam in vxorem aſſumpſit. Furibunda igitur Medea ad Iaſonem ſcripſit, ingratitudinem in eo expoſtulando, præſentemq; vltionem, niſi recipiatur, minitando.

### MEDEA IASONI.

Exul, inops, contempta nouo Medea marito
Dicit, & an regni tempore nulla vacant?

VT tibi * Colchorum memini Regina uacaui,
Ars mea, cum peteres, ut tibi ferret opem.
Tunc, quæ diſpenſant mortalia fata, ſorores
Debuerant fuſos euoluiſſe meos.
Tunc potui Medea mori bene: quicquid ab illo
Produxi uitæ tempore: pœna fuit.
Hei mihi cur unquam iuuenilibus acta lacertis
Phrixeam petiit Pelias arbor ouem?
Cur unquàm Colchi Magnetida uidimus Argo?
Turbaq; phaſiacam graia bibiſtis aquam?

HVBER. VT).i.ſicut. ¶ Regina).i.ego filia regis Aeetæ: vt Virg. Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorẽ Dedalus ⁊c. illic reginam intelligit Ariadnen filiã regis Minois. ¶ Colchorum) Colchi populi ſunt in Ponto: quibus imperauit Aeeta, regio Colchis appellatur. ¶ Vacaui) præſtiti operã, inſeruiui tibi. ¶ Ars mea) ſcilicet magica, & incantatoria: Nam Stra. lib. j. dicit, Medeam Veneficã fuiſſe, memoriæ proditum eſſe. ¶ Sorores).i. tres parcę. ¶ Diſpenſant) diſponũt: ſed quia dicuntur nere fata hominum: ideo dixit diſpenſant: vnde, & penſa dicta ſunt a pendendo. ¶ Fila) alluſit ad officium earum. Iuue. de parcis: & ſtaminis albi lanificæ. B ¶ Euoluiſſe) diuiſis ſyllabis: vt ſupra diximus, legendum eſt .i. euacuaſſe. ¶ Fuſos ſuos) i. debuerant finiuiſſe vitam meã. ¶ Bene).i. honeſte. ¶ Quicquid) ſenſus eſt: omnis vita: quę fuit mihi poſt illud tẽpus: fuit pœna: quia ſemp vixi in magnis curis, & doloribus. ¶ Hei mihi) longe repetit cauſam ſuorum malorum: quod quidem eſt muliebre: vt in prima epiſtola plene diximus ſuper eum locum. O vtinã tunc cum Lacedæmona claſſe petebat: & aliis multis epiſtolis. conqueritur ergo, quod Iaſon cũ Argonautis vnq; venerit in Colchos: & quod eius amore capta fuerit. C ¶ Acta) impulſa. ¶ Iuuenilibus) fortibus. nam iuuenes robuſtiores. ¶ Pelias) Theſſalica a Pelio mõte Theſſaliæ, vbi inciſæ arbores: ex qbus Argonauis fabricata eſt. ¶ Ouem Phrixeam) quã Phrixus Marti cõſecrauit: vt ſupra dictũ eſt in epiſtola Hipſiphyles. ¶ Arbor) nauis. ¶ Magnetida) Theſſalicã. Magneſia .n. regio eſt annexa Theſſaliæ: vt Plin. ſcribit: Magnetes eius populi dicuntur equitandi periti: de quibus Lucan. lib. vi. & Magnetes equis, Minyæ gens cognita frenis. ¶ Colchi) ſcilicet nos. ¶ Argo) nomẽ eſt nauis Iaſonis: vt alibi diximus. ¶ Turba graia) ideſt vos Argonautæ qui eſtis graii. ¶ Aquam phaſiacam) nam Phaſis fluuius eſt Colchorum.

Aliqui hęc duo carmina adulterina dicunt. * a. l. At tibi

ASCEN. VT TIBI Colchorũ) Ex abrupto, ⁊ ad præcogitata reſpiciẽte icipit exordio, quocirca non dicam verſiculos eos, qui ex quibuſdam codicibus præponũtur, eſſe Ouidianos. hi autẽ ſunt. Exul, inops, contempta nouo Medea marito Dicit: an a regni tempore nulla vacant? At tibi ⁊c. Ordo priorũ eſt. Medea exul, inops, & contempta dicit nouo marito, ſcilicet Iaſoni. non dicit quid, ⁊ id artificio ſe ſubticet, quia non congruit ſalutem dicere repudianti: nec male diceret, cuius ſibi gratiã reconciliare molitur. E Artificioſam quoq; apoſiopeſin facit, quaſi ea obruente obiectione: quid dicis Medea iam contẽpta viro in regnum ſuſcepto? cui illa ¶ An a regni tẽpore) .i. poſtq; in regno fui, qđ propter eum deſerui. ¶ Nulla vacant) ſcilicet tempora, vt mihi aures prębeat? aut quid ſimile. Sed quia, vt dixi hoc principium Ouidianum non eſt, dicamus Medeam præcogitaſſe ſic. Fateor quidẽ Iaſon, noua nupta regno dotata eſt, quod ipſa afferre non poſſum, & ita minus vtilis nunc fuero. ¶ At memini) .i. memoria repeto. ¶ Quia ego regina) .i. cũ eſſem regina, hoc eſt filia regis Colchorum. ¶ Ego vacaui).i. vacua oĩ alio negocio operã nauaui. ¶ Tibi) .ſ. vni, tunc .ſ. ¶ Cum).i. quãdo ¶ Peteres: vt ars mea ferret tibi opem).i auxilium. F ¶ Tunc ſorores).i. deę fatales, quæ parcæ dicuntur. ¶ Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos) euoluiſſe pentaſyllabum eſt. dicuntur autem filo, ſeu ſtamine cuiuſlibet fata, ac dies cõmẽſurare, vnde ſunt verſiculi. Clotho colũ portat, Lacheſis trahit, Atropos occat. ¶ Tunc potui Medea mori bene) qđ Cherea Terentianus dicit ſic. Nunc eſt tempus profecto interfici, cum perpeti me poſſũ, ne hoc gaudium contaminet vitã ægritudine aliqua. ¶ Arbor Pelias) .i. in Pelio monte theſſalię natali, hoc ẽ ex ea fcã Argo nauis. Eſt ergo patronymicum a loco natiuo, hoc eſt a patria, nec abuſiue: quia, vt Porphyrius aſſerit, locus, ⁊ patria etiam genus, hoc eſt principium generationis dicuntur, & a ſe

Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli?
Et decor,& linguæ gratia ficta tuæ?
At(ſemel * in noſtras quoniam noua puppis arenas
Venerat: audaces attuleratq; uiros)
Iſſet anhelatos non præmedicatus * in ignes
Immemor Aeſonides,oraq; adunca boum.
Semina iecíſſet:totidem ſumpſiſſet & hoſtes:
Vt caderet cultu cultor ab ipſe ſuo.
Quantum perfidiæ tecum ſcelerate periſſet:
Dempta forent capiti quàm mala multa meo.
Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare uoluptas:
Hac fruar:hæc de te gaudia ſola feram.
Iuſſus inexpertam Colchos aduertere puppim,
Intraſti patriæ regna beata meæ.
Hoc illic Medea fui,noua nupta quod hic eſt:
Quàm pater eſt illi,tam mihi diues erat.
Hic Ephyren bimarem,Scythia tenus ille niuoſa *
Omne tenet:Ponti qua plaga læua iacet.
Excipit hoſpitio iuuenes Aeeta pelaſgos: *
Et premitis pictos corpora graia toròs.
Tunc ego te uidi:tunc cœpi ſcire,quis eſſes:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Vt uidi:ut perii:nec notis ignibus arſi,
Ardet ut ad magnos pinea teda deos.
At formoſus eras:& me mea fata trahebant:
Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.
Perfide ſenſiſti: QVIS enim bene cælat amorem?
Eminet indicio prodita flamma ſuo.
Dixerat interea tibi rex:ut dura ferorum
Inſolito premeres uomere colla boum.
Martis erant tauri plus,quàm per cornua,ſæui:
Quorum terribilis ſpiritus ignis erat.

A denominantur.declinatur ergo hęc Pelias,huius Peliados ⁊c. Similiter Magnetis,huius Magnetidos, vnde profert accuſatiuum Magnetida,quocirca vtrunq; patronymicum locale eſt. dic ergo, ¶ Argo Magnetida).i.in Magneſia fabricata. diximus autem in o græca habere etiam o in accuſatiuo, vnde leges Argo,non Argon,quia non deſcendit a nominatiuo Argos,ſed Argo:vt,⁊ altera,quę vehat Argo. ¶ Turba graia).i.vos græci. ¶ Aquã phaſia.) Phaſidis fluminis Colchorũ.

HVBER. ¶ PLVS Aequo).i.plus iuſto:vt propter pulchritudinẽ tuam proderem patrem. ¶ Decor)pulchritudo tua. ¶ Gratia ficta).i.facundia ſimulata, ¶ At ſemel) vt magis augeat beneficium ſuum erga Iaſonẽ: dicit, quod debuiſſet pati eũ ire in magna, & aperta pericula. ¶ Noua puppis) nam quidam volunt eam fuiſſe primã nauẽ. ¶ Audaces)temerarios: qui non conſiderauerant magnitudinem periculi. ¶ Iſſet) B .i.ire debuiſſet. ¶ Aeſonides) Iaſon. ¶ Non præmeditatus) inconſiderans. ¶ Anhelatos) efflatos:⁊ expiratos è naribus taurorum:& in, ¶ Ora) in facies. ¶ Adunca)curua. ¶ Iecíſſet)iacere debuiſſet:& ſpargere. ¶ Semina) dentes ſerpẽtis. ¶ Totidem) quot erant ſemina,hoc eſt dentes. ¶ Caderet) periret. ¶ A ſuo cultu).i.a ſemine: quod ipſe ſeminaſſet,& coluiſſet tanquam agricola. ¶ Quantũ) q.d.multũ:quia nõ decepiſſes poſtea me. ¶ Dẽpta ) amota. ¶ Capiti) vitæ meæ: quæ non eſſet in diſcrimine,ſicut nunc eſt. ¶ Eſt aliqua)ſententia eſt,color rhetoricus. ¶ Exprobrare)obiicere, quaſi cum probro.i.contumelia opponere,⁊ referre. ¶ Hac) ſcilicet voluptate exprobrandi beneficiũ. ¶ Iuſſus)repetit C longe beneficia ſua, a primo aduentu Iaſonis in Colchos. ¶ Iuſſus)a Pelia patruo tuo. ¶ Inexpertam)inſuetam nauigationem. ¶ Aduertere) .i.appellere. ¶ Beata)ditia,& latenter tangit hiſtoriam. Nam vt Stra.ſcribit regionis eius opes ex auri,& argenti,& ferri metallis iuſtã quandam in ea loca expeditionis occaſionem ſuballegant. ¶ Illic)in Colchis. ¶ Noua nu.)Creuſa:quam nunc accepiſti. ¶ Pater)ſcilicet eius Creon. ¶ Tam diues erat mihi) ſcilicet Aeeta pater meus. ¶ Hic Ephyren)Ephyre olim dicebatur:quę poſtea Corinthus a Corintho filio Oreſtis inſtaurata nomẽ accepit, ære clara:inde Virg.Ephyreiaq; æra.Cauendum autem ne legatur Zephiren. ¶ Bimarem)dicit,quia eſt inter duo maria,inde Hora.Bimariſq; Corinthi mœnia. ¶ Hic)ſcilicet Creon pater vxoris. ¶ Ille).ſ.pater meus. ¶ Tenus Scythiam).i.vſq; ad Scythiam. ¶ Omne Ponti).i.omnem partem Ponti. ¶ Qua) ſcilicet parte. ¶ Plaga)regio. ¶ Lęua)ſiniſtra. ¶ Iacet)poſita eſt. ¶ Pelaſgos).i.vos Argonautas græcos. ¶ Premitis pictos toros).i. diſcumbitis in toris ornatis pictis tapetibus. ¶ Prima ruina)primũ nocumentũ. Virg.lib.iiii.Aene.Ille dies primus leti &c. ¶ Vt vidi:vt perii).i.vno,eodemq; tempore te vidi:⁊ amore tui capta ſum. ¶ Ignibus).i.amoribus. ¶ Nec notis).i. maximis,non vſitatis. ¶ Ardet)cõparatio.i.ſicut teda accenſa

D ad ſacrificia deorum crematur. ¶ Et formoſus)enumerat in Iaſone multa,quæ eam trahebant ad amorem: & in primis formoſitatẽ. ¶ Et me mea fata)hoc dicit ex parte ſua,quod & mala fata ſua trahebant eam. ¶ Abſtulerant).i.furati fuerant:multum enim valent nutus oculorum ad prouocandum amorẽ. ¶ Senſiſti)aduertiſti:cognouiſti.i qđ ego eram capta. ¶ Quis enim)q.d nullus. ¶ Eminet).i. apparet. ¶ Suo indicio)vt alibi. Quoq; magis tegitur:tanto magis æſtuat ignis.nam flãma indicio ſe detegit:& ita amor,qui flammę comparatur. ¶ Dixerat) oſtẽſura Medea,q; magna multaq; fuerint ſua erga Iaſonem beneficia,commemorat ſingula pericula: quæ Iaſon fuerat ſubiturus: a quibus cum eũ liberauerit:arguit eum ingratiſſimum eſſe,ſi eã deſeruerit. ¶ Rex Aeeta pater meus. ¶ Inſolito)inſueto.erãt enim indomiti tauri. ¶ Martis)Marti conſecrati,vt in epiſto.Hipſiph.Iſſe ſacros Martis E ſub iuga panda boues. ¶ Plus,q; p cornua) .i.qui etiã igne, quem naribus euomebãt:erãt ſæui, non ſolum per cornua, ſicut alii tauri. ¶ Spiritus) .i. flatus. ¶ Erat ignis ter.)nã pro flatu emittebãt ignẽ terribilẽ. ¶ ISSET) pro iuiſſet.& bene in tertia perſona loquitur, quaſi de alio,& redit ad eum in ſecunda dicens. ¶ Quantũ perfidiæ) o quantum.q.d.vtinam periſſes, quia tunc multa mala fuiſſent dempta meo capiti.Nam ordo eſt. ¶ Quantum).i.o quantũ multa.q.d. plurima mala fuiſſent dempta &c. ¶ Eſt aliqua ingrato)Licet nullum,inquit,ſim abs te expectatura ſolatium, nec querelæ meæ pretium,tamen non deſinam exprobrare meritũ in te meum: cum ipſa exprobratio voluptatẽ pariat animo meo, F quod & Charinus Terẽtianus ſic dicit in Andria.Sed quid ago, adeo ne ad eum, vt cum eo hanc iniuriam expoſtulem?ingeram mala multa.Atq; aliquis dicat.nihil promoueris.Multum moleſtus certe ei fuero,atq; animo morem geſſero. ¶ Hoc illic Medea fui) ideſt filia regis. ¶ Quàm diues).i.quantum diues pater. ¶ Eſt illi)ſcilicet Creuſæ nouæ nuptæ. ¶ Hic).ſ.Creon pater Creuſæ. ¶ Tenet Ephyren) .i.Corinthũ. ¶ Bimarem).i.ſitã inter duo maria Aegeũ, & Ionium. ¶ Ille).ſ.pater meus. ¶ Tenet omne).ſ.omnem regionem. ¶ Qua plaga Ponti iacet,læua).i.ſiniſtra: Tenus Scythia niuoſa.Scitote iuuenes,ꝙ Aeeta triſyllabum eſt.nec legatur Aeta pro Oeta. ¶ Vt vidi, vt perii)Virgilianũ Hemiſtichiõ in Buc.cuius ſenſus eſt. ¶ Vt vidi).i.ſtatiɜ,poſtq; te vidi. ¶ Vt) .i.qualiter,cum admiratione.q.d.dii boni,qualiter perii. ¶ Ad deos).i.ante deos,in ſacrificiis deorum. ¶ Et formoſus eras,& me mea fata trahebant)Bene vtrunq; cõmemorat.Nam alterũ nõ videtur ſatis fuiſſe,vt ſic periret.Non omnia enim formoſa continuo amamus.Quia tamen formoſus erat,erat amabilis:& quia fata trahebant eam (Nam fatale putat,ꝙ per amorẽ in tanta mala inciderit)amabat miſere. ¶ Quis enim bene cælat amorem?) q.d.nemo:& eſt prouerbiale. ¶ Dixerat interea tibi rex) q.d.pater meus, qui præſcripſit tibi,quo pacto vellus

* a.l. Aut ſemel,⁊ fortaſſe fetior

* a.l. præmeditatus

* a.l. Scythiã ten⁹ ille niuoſam

* a.l. Accipit hoſpitio iuuenes pr̃ Aeta pelaſgos: ASCEN.

* a.l.Et vidi, & perii.

BIBLIOTECA UNIVERSITARĂ DE ... NAP...

A aureum acquirendum eſſet, quia non niſi domitis prius tauris Marti ſacris ignem naribus præ ferocitate efflantibus: qui pedes æreos habebant. his autem domitis erat ſolum ſulcandū, & in ſulcis ſerendi dentes ſerpētini, ſerpentis (inquā) a Cadmo interfecti, e quibus naſcerentur ſtatim armati homines, quos etiam interimere oporteret: & illis interemptis peruigilē draconem necare: quæ omnia cum ſuis opibus nequiret Iaſon efficere, confugit ad Medeā: cuius ope & arte fretus, victor euaſit. ſed tamen, quam ille prius dederat fidem: nunc non ſeruat: vnde perfidiæ damnat, atq; incuſat. ⸢Plus q̃ per cornua) Nāq; cæteri tauri cornibus tantum feroces ſunt: hi autem etiam naribus, & pedibus: nam ſpiritus. i. flatus eorum erat igneus. D

HVBER. ❡ AERE Pedes) diſtinguēguendum eſt: vt ſint duæ dictiones. ⸢Pedes). ſ. erant. ⸢Solidi) duri, & fortes. ⸢Aere) p æs, quo erant muniti. ⸢Prætēta) oppoſita. ⸢Naribus) ori. ⸢Hæc). ſ. æra. ⸢Facta nigra). i. fumoſa, & caliginoſa. ⸢Per ſuos afflatus) qa flatus igneus ſolet facere nigra, quæ tangit. ⸢Semina) dentes ſerpentis. ⸢Populos). i. homines. ⸢Deuota manu). i. quæ ſe huic facto deuoueret, & dedicaret: ſicut dicimus Decios deuotos. ⸢Qui). i. homines nati ex dētibus ſerpentis. ⸢Peterent) ferirent, inuaderent. ⸢Telis natis ſecū) vt ſupra Hipſiphyle. Et ſubito natos arma tuliſſe viros. ⸢Illa meſſis) tranſlatio eſt. ⸢Iniqua) grata, & iniuſta ⸢Suo agricolæ) cui propter laborem deberet fructum, nō damnum reddere. ⸢Vltimus) vel maximus: vel certe extremus. Nam non huius peruigilis draconis dentes, ſed aliud erat ſeminaturus. ⸢Neſcia ſuccumbere ſomno). i. quæ a ſomno non poterant vinci. ⸢Aeetes) nomen proprium eſt græcus: nam latine dicitur Aeeta ⸢Dixerat) ſupradicta eſſe tibi facienda. ⸢Omnes) ſcilicet vos Argonautę. ⸢Conſurgitis) ex toro, vbi diſcumbebatis: vt ſupra. Et premitis pictos corpora graia toros. ⸢Menſa deſerit toros) quia remota eſt: vt poſtq̃; exempta fames epulis: menſæq; remotæ. ⸢Quam tibi) hoc dicit: tunc nōn cogitabas de vxore, quæ daret tibi magnam dotem: ſed de ſalute.

*a.l. acerba

B

*a.l. illuc:

C

Aere pedes ſolidi, prætentaq́; naribus æra:
Nigra per afflatus hæc quoq; facta ſuos.
Semina præterea populos genitura iuberis
Spargere deuota lata per arua manu:
Qui peterent natis ſecum tua corpora telis:
Illa erat agricolæ meſſis iniqua * ſuo.
Lumina cuſtodis ſuccumbere neſcia ſomno,
Vltimus eſt aliqua decipere arte labor.
Dixerat Aeetes: mœſti conſurgitis omnes:
Menſaq́; purpureos deſerit alta toros.
Quàm tibi tunc longè regnum dotale Creuſæ,
Et ſocer, & magni nata Creontis erat.
Triſtis abis: oculis abeuntem proſequor udis:
Et dixit tenui murmure lingua, uale.
Vt poſitum thalamo tetigi male ſaucia lectum:
Acta eſt per lachrymas nox mihi, quanta fuit.
Ante oculos tauriq́, meos, ſegeteſq́; nefandæ,
Ante meos oculos peruigil anguis erat.
Hinc amor: hinc timor eſt: ipſū timor auget amorē,
Mane erat: & thalamo chara recepta ſoror,
Diſiectamq; comas, auerſaq́; in ora iacentem
Inuenit, & lachrymis omnia plena meis.
Orat opem Minyis: petit altera: & altera habebit:
Aeſonio iuueni, quod rogat illa, damus.
Eſt nemus, & piceis, & frondibus ilicis atrum:
Vix illuc radiis ſolis adire licet.
Sunt in eo (fuerant certe) delubra Dianæ:
Aurea barbarica ſtat Dea facta manu.
Neſcio an exciderint mecum loca: uenimus ambo: *
Orſus es infido ſic prior ore loqui.
Ius tibi, & arbitrium noſtræ fortuna ſalutis
Tradidit: inq́; tua eſt uitaq́, morſq́; manu.

Nā Iaſon ex Iolcho fuit. ⸢Altera petit). ſ. ſoror mea. ⸢Altera habebat) ſic enim quidā codices habent, & tunc intelligimus. ⸢Altera habebat). ſ. ego Medea: ſi habebit, intelligim⁹ Creuſam. i. altera petit, altera capiet fructum. ⸢Aeſonio iuueni). i. Iaſoni. ⸢Quod pe.). ſ. opē. ⸢Eſt nemus) deſcribit locum, in quo Iaſon locutus eſt cum Medea: & eam rogauit in auxiliū ſuū. ⸢Atrum) obſcurum. ⸢Piceis) picea ſpecies arboris. Virg. Procūbunt piceæ: interdum piceus adiectiuū eſt. Pix vero dicitur ipſe liquor: qui ex ipſa arbore manat ⸢Frondibus ilicis). i. ilicibus frondoſis. ⸢Vix illuc) dicit ex denſitate vix poſſe illuc locū illuſtrari a ſole. ⸢Illuc) in illud nemus. ⸢Delubra) tēpla. ⸢Certe fuerant) quaſi correctio: quia dixit ſunt: Dicit, neſcio, an nunc ſint: certe fuerant. ⸢Dea). i. ſimulachrū deę Dianæ. ⸢Neſcio, an exciderit) cauendū eſt, ne legatur, neſcis: qa neq; ratio metri: neq; ſenſus patitur: ſed neſcio, an ita oblitus ſis locorū, ſicut mei. ⸢Neſcio an loca exciderint). i. ex memoria lapſa ſint. ⸢Mecū) ſicut ego excidi tibi. ⸢Orſus es). i. incepiſti: ab ordior. ⸢Infido ore) infidis verbis. ⸢Ius tibi) verba, qbus Iaſon ad Medeam vſus eſt, eam ſibi concilians. ⸢Ius) poteſtatem, arbitrium, authoritatē. ⸢Salutis) vitæ. ⸢Manu). i. poteſtate.

E

E

ASCEN. ❡ NAM Aere pedes ſolidi) ſup. erant, hoc eſt pedes erant ex ſolido ære: & habebāt anteriorem partem narium æream, aut ſaltem æratam, hoc eſt ære munitam, quod tamen ex flamma euomita nigrum erat. ⸢Manu deuota). i. morti addicta. ⸢Per arua dura) & ita difficilia ſulcatu. ⸢Telis natis ſecum). i. cum primū ipſi nati eſſent. ⸢Suo agricolæ). i. cultori, qui dentes ſeminauerit. ⸢Erat) pro foret. ⸢Dixerat Aeetes) vtroq; igitur modo legitur, & Aeetes, & Aeeta. Nam prius dixit Aeeta pelaſgos. ⸢Quam tibi &c.) docet opes ſuas non minus vtiles fuiſſe Iaſoni, quàm nunc regnum Creuſæ, cum maius ſit beneficiū vitam conſeruare, quàm regnū conferre, cum ſine vita inutile ſit regnum: & tamē ſpreta ea, a qua vitam conſeruatam habet, duxit eam, a qua regnū obtineat. ⸢Magni Creontis). i. quem nunc tanti facis. ⸢Et lingua dixit, tenui murmure) ſubaudi cum, vt ſit cōcomitante tenui murmure, qa non cōgrueret puellæ audacter / vale / dixiſſe homini peregrino. Nec leges, dixi, ſed dixit, quia lingua nominatiui eſt caſus, vt decet metrum. ⸢Nox mihi quanta). i. tanta. ⸢Eſt acta mihi). i. a me. ⸢Quanta fuit) ſic. iiii. Aeneid. Nunc hyemem inter ſe luxu, q̃; longa fouere. ⸢Segeteſq; nefandæ). ſ. armatorum, vt Aenei. iii. Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis. ⸢Ipſum timor auget amorem) quia amor oritur ex ſolicitudine.

⸢Dotale) quod dicis eſſe datum tibi in dotem. ⸢Quàm). i. quantum. ⸢Erat longe). i. remotum ab animo, & cogitatione tua. ⸢Socer) Creon. ⸢Et nata Cre.) Creuſa, q̃; erat longe. ⸢Triſtis) mœſtus. ⸢Proſequor oculis) proſpicio. ⸢Vdis). i. lachrymantibus. ⸢Lingua). ſ. mea. ⸢Male ſaucia). i. amore percuſſa. Virg. iiii. Aenei. At regina graui iandudum ſaucia cura. ⸢Male) in perniciem meā ⸢Vt) poſtq̃;. ⸢Acta). i. præterita. ⸢Quanta fuit). i. tanta, quanta fuit. i. tota. ⸢Ante oculos). ſ. meos: quia te amabam, tantum tibi timebam: quia tota nocte videbar videre pericula tua. ⸢Hinc) ab vna parte. ⸢Timor). ſ. patris. ⸢Ipſum timor). i. quāto magis timebā, tanto magis amabam. ⸢Mane erat). i. factū erat mane. ⸢Soror). ſ. mea Chalciope. ⸢Diſiectam comas). i. me habentem comas incomptas, & ſparſas. ⸢Iacentem in ora auerſa). i. cubantē in faciem, quod faciunt, qui non poſſunt dormire. Iuue. Cubat in faciem mox deinde ſupinus. ⸢Omnia plena lachrymis). i. inuenit totū lectum humectatum meis lachrymis. ⸢Orat). ſ. ſoror mea. ⸢Minyis) Argonautis. vobis Theſſalicis. Nam ex Orchomeno, qđ prius Minyeum vocabatur: colonos quoſdā ad Iolchon deductos cōſtat, vt Stra. ſcribit: vnde Argonautę Minyę dicti ſunt,

A licitudine,& curis. ⸢Chara ſoror).ſ.Chalciope. ⸢Inuenit diſiectam comas).i.habentem comas diſiectas, & iacentem in ora aduerſa,more.ſ.impatienter amantiũ, & amore languentium. ⸢Orat opem Minyis) .i. Theſſalis. Nam Minyæ Theſſaliæ ſunt populi Iaſonis in ea profectione comites, vt atteſtať Orpheus in Argonauticis. Vnde Metamorpho.vij.Iamq; fretuʒ Minyæ Pagaſea puppe ſecabant, hoc eſt Argo,a Pagaſe vrbe Magneſiæ. ⸢Petit altera,& altera habebit)meo iudicio,ſenſus eſt. ⸢Ipſa petit altera).i.alteras res,quia opem petit. ⸢Et habebit altera).i.alteras res:quia amiſſionem fratris,& ſororis,ſcilicet Medeæ. ⸢Eſt nemus,& Piceis)Piceæ arbores a pice,quę ex eis diſtillat,dicuntur.Ilices ſunt glandiferę de genere quercuũ. ⸢Sunt in eo)Corrigit per parentheſim dicens, fuerant certe. q.d.neſcio,an adhuc ſint:nec legenduʒ eſt,& fuerant:nec,ſunt, & in eo fuerant. ⸢Si quem iuuat ipſa poteſtas) immo multos poſſe iuuat,quamuis nocere nolunt. D

Perdere poſſe ſat eſt,ſiquem iuuat iſta poteſtas:
Sed tibi ſeruatus gloria maior ero.
Per mala noſtra precor, quorum potes eſſe leuamẽ:
Per genus,& numen cuncta uidentis aui:
Per triplices uultus,arcanaq; ſacra Dianæ,
Et ſi forte aliquos gens habet iſta deos:
O uirgo miſerere mei:miſerere meorum:
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quod ſi forte uirum non dedignare pelaſgum:
( Sed mihi tam faciles unde deosq; meos?)
Spiritus ante meus tenues uaneſcat in auras:
Quàm thalamo,niſi tu,nupta ſit ulla meo.
Conſcia ſit Iuno ſacris præfecta maritis:
Et dea,marmorea cuius in æde ſumus.
Hæc animum, & quota pars etiã mouere puellæ*
Simplicis:& dextræ dextera iuncta meæ.
Vidi etiã lachrymas:an & eſt pars fraudis in illis?
Sic cito ſum uerbis capta puella tuis.
Iungis & æripedes inaduſto corpore tauros:
Et ſolidam iuſſo uomere findis humum.
Arua uenenatis pro ſemine dentibus imples:
Naſcitur & gladios, ſcutaq; miles habens.
Ipſa ego, quæ dederam medicamina,pallida ſedi:
Cum uidi ſubitos arma tenere uiros:
Donec terrigenæ (facinus miſerabile) fratres
In ſe conſtrictas conſeruere manus.
Peruigil ecce draco ſquamis crepitantibus horrens
Sibilat: & toto pectore uerrit humum.

HVBER. ⁋PERDERE poſ.ſat eſt) ſentẽtia rhetorica: ſenſus eſt: ſi quis delectať ꝑtãte: ſatis ei dẽt eẽ qđ poſſit nocere: nõ aũt dẽt nocere. ⸢Si ipſa po.).i.poſſe. ⸢Iuuat)ðlectat. ⸢Quẽ).i.aliquẽ. ⸢Eſt ſat) ſufficit poſſe perdere:poſſe interficere. Iuue.Et qui nolunt occidere quemq;: poſſe volũt. ⸢Sed)ſubaudi,licet poſſis me perdere. ⸢Seruatus).i.ego tu auxilio liberatꝰ. ⸢Ero maior glo.) quã ſi paſſa fueris me mori. ⸢Per ma.) adiurat Iaſon multis ꝑcibus, B vt ſui miſereať,ꝛ ſibi opẽ præſtet. ⸢Leuamen)auxiliũ. ⸢Per ge.).ſ.tuũ. ⸢Aui).ſ.Phœbi,vel Solis:Nã Aeetes filius fuit Solis:qui videt omnia. ⸢Triplices vul.)Virg.in.iiij.Tria virginis ora Dianæ. Triplici aũt vultu depingebatur: quia ipſa eſt luna in cœlo:Diana in terris, & ſyluis:Proſerpina apud iferos. ⸢Arcana)myſtica,quę noctu celebrabanť. ⸢Et ſi ſfor.) .i.per iſtos deos veſtrę gentis: ſi forte aliquos hẽtis. ⸢Meorum ſo.)qui mecũ ſunt. ⸢Effice me tuũ) fac me tibi deditũ, ꝛ obligatũ. ⸢Meritis)beneficijs tuis. ⸢Quod ſi for.)pollicetur etiam ei Iaſon ſe perpetuo habiturũ eã legitimã vxorem. ⸢Non dedi.)nõ ſpernis, & faſtidis. ⸢Virum) maritũ. ⸢Sed mihi)ſunt,qui corrumpant hunc verſum nõ intelligẽtes: eſt aũt legẽdus ſic.Sed mihi C tam faciles vnde meoſq; deos? cauẽdũ aũt ne dicamus deoſq; meos:eſt aũt ſenſus. ⸢Sed vnde deos tam fa.)ſubaudi,ſperẽ,vel habeã?ꝛ vnde habeã deos. ⸢Tã meos).i.taʒ obſequẽtes mihi? ita.n.ſolemus loqui:ſpero te mihi facilem,& meũ,& eſt verſus interpoſitus,quaſi ꝑ parẽtheſim. ⸢Spũs).i.vita. ⸢Ante va.).i. abibit ⸢In auras).i.ante moriar:quã vlla ſit mea,niſi tu. ⸢Cõſcia)cõfirmat ꝓmiſſionẽ ſuã ꝑ iuramẽtũ, adducẽs Iunonẽ teſtẽ. ⸢Sit conſcia).i.teſtis.ſ.huius meæ ꝓmiſſionis. ⸢Præfecta) .i.prępoſita:quia ipſa pręeſt nubẽtibus.ſic ſupra Phyllis: Iunonemq;,toris quę ꝓſidet alma maritis. ⸢Dea)Diana. ⸢In æde) in tẽplo:nam in ſingulari templũ ſignificat: in plurali domũ. ⸢Hęc ani.)dicit,ex minima parte ꝓmiſſionũ,quas fecit Iaſon, ſe potuiſſe moueri,ꝛ impelli ad id,qđ petebat. ⸢Hęc).ſ.quæ a te ſunt dicta. ⸢Et quota pars).i.minima pars. ⸢Poſſunt mo.) .i.flexiſſe: codices tñ vetuſti hñt mouere:qđ quidẽ accipiendũ eſt pręteriti tꝑis ſic.hęc mouere.i.mouerũt animũ puellę ſimplicis,& quota pars pñt.ſ.mouere. nam ſi infinitiuus ſit primã corripit. ⸢Simplicis)credulæ: vt ſupra.Simplicitas digna fauore fuit. ⸢Iuncta).ſ.in pignus fidei. ⸢Pars frau.in il.).i.an & ipſę ſciũt fallere?ſic Phyllis ſupra. Credidimus lachrimis:an & hę ſimulare docentur? Hę quoq; hñt artes:quaq; iubetur eũt? ⸢Capta)decepta. ⸢Sic ſum)cũ iuraſſes per Iunonẽ,& Dianaʒ, & iunxiſſes dexteram dexteræ meæ, & addidiſſes lachrymas.

⸢Iungis)dicit quemadmodũ implorato auxilio,ꝛ impetrato,ipſe Iaſon incepit facere, ꝙ ſupra memorauit ei fuiſſe facienda.cuʒ dixit.Dixerat interea tibi rex,ꝛc. ⸢Inaduſto)vel valde vſto,vel non vſto:quia licet ſemper efflarent ignem, nunq; tamen eo igne vrebantur. ⸢Solidam)duram. ⸢Pro ſemine).i.loco ſeminis. ita.n. ſparſit Iaſon dentes ſerpẽtis: ſicut ſpargiť ſemen. ⸢Gladios) .i.enſes. ⸢Ipſa ego)habet emphaſim: vult autẽ intelligere: E quãto magis tu, & reliqui debuiſtis timere? ⸢Pallida)timida:conſequens pro antecedẽti. Luc.Ipſaq; inexpertis quod primum fecerat herbis, Expauit Medea nefas. ⸢Subitos).i. ſubito natos. ⸢Terrigenæ).i. geniti ex terra. ⸢Facinus) .i. factum. ⸢Cõſeruere)cõmouere. ⸢Cõſtrictas).i.ſtrictis,hoc eſt nudis enſibꝰ armatas. ⸢Ecce)magnũ,& improuiſum aliquid ſignificat. ⸢Crepitantibus)reſonantibus. ⸢Horrens) aſper.ſunt.n. ſerpentes ſquamiferi.Vir.ter collo ſquamea circum Terga dati. ⸢Sibilat)proprie dixit de ſerpente. Virg.Sibila lambebant linguis vibrãtibus ora. ⸢Torto) obliquo, ſinuoſo.

* a.l. pars horũ mouere puellæ.

ASCEN. ⁋PER triplices vul.) Aen. iiij. Tria virginis ora Dianæ. Ser.dixit eandem eſſe,quę luna in cœlo,Diana in ſyluis,ꝛ Proſerpina apud inferos dicitur: vnde tris vultus habere prędicatur propter triplicem poteſtatem,quæ numinibus ferè conceditur,ꝛ ſignificatur in Ioue per fulmen triſulcum,in Neptuno E per tridentem, & in Plutone per Cerberum canem tricipitem. ⸢Aui cuncta videntis)ſcilicet ſolis.a nominatiuo auus. ⸢Effice me tuũ).i.tibi obnoxium. ⸢Sed mihi)pulcherrima reticentia pudoris, & amoris plena.q.d. Si auderem me tibi offerre maritum, & velis habere virum Pelaſgum, non eſt in terris, quem tibi præferrem. ⸢Sed vnde)ſup.inueniam:(Hor.ſerm̃.ij. Vnde mihi lapidem) aut nanciſcar. ⸢Deos tam faciles) ideſt qui,tam cito faciant,quod optem. ⸢Et tam meos).i.mihi tam fauorabiles.q.d.maius eſt id bonum,ꝙ vt optare audeam. Si tamen ita eſſet, Spiritus ante meus tenues vaneſcat in auras: Quam thalamo niſi tu,nupta ſit vlla meo. ⸢Iuno ſacris præ. ma).i.pronuba.Vir.iiij.Aenei.Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ. ⸢Et quota).q.d.etiam minima. ⸢An & eſt pars fraudis in illis: ſic Phyllis. Credidimus lachrymis, an & hæ ſimulare docentur? Hæ quoq; habent artes, quaq; iubentur, eunt. ⸢Iungis & Aeripedes, & cæ.) Docet quæ beneficio ſuo peregerit. ⸢Corpore inaduſto)ideſt non aduſto,ſed illæſo ab igne, quem naribus efflabant. ⸢Facinus miſerabile) acclamatio πάθος habens : quaſi dicat, indignum eſſe illos periſſe, vt perfidus ſaluetur.

Dotis opes ubi erant? ubi erat tunc regia coniux?
Quiq; maris gemini diſtinet Iſthmos aquas?
Illa ego, quæ tibi ſum nunc deniq; barbara facta,
Nunc tibi ſum pauper, nunc tibi uiſa nocens:
Flammea ſubduxi medicato lumina ſomno:
Et tibi, quę raperes, uellera tuta dedi.
Proditus eſt genitor: regnum, patriamq; reliqui:
Munus, in exilio quod licet * eſſe, tuli. * a.l. qđ. libet
Virginitas facta eſt peregrini præda latronis:
Optima cum chara matre relicta ſoror.
At non te fugiens ſine me germane reliqui:
Deficit hoc uno littera noſtro loco.
Quod facere auſa mea eſt, nõ audet ſcribere dextra:
Sic ego, ſed tecum, dilaceranda fui.
Nec tamen extimui (quid enim poſt illa timerem?)
Credere me pelago fœmina, iamq; nocens.
Numen ubi eſt? ubi Dii? meritas ſubeamus in alto,
Tu fraudis pœnas, credulitatis ego.
Compreſſos utinam Symplegades eliſiſſent:
Noſtraq; adhærerent oſſibus oſſa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus miſiſſet edendos:
Debuit ingratis Scylla nocere uiris.
Quæq; uomit totidem fluctus, totidemq; reſorbet:
Nos quoq; Trinacriæ ſuppoſuiſſet aquæ.

HVBER. A ¶ DOTIS opes) Medea ita amplificat beneficiũ ſuũ, vt doti id anteponat. ⌜Vbi erant).q.d.nõ quęrebas tũc dotẽ: cũ ſolũ de ſalute tibi cogitãdũ putares. ⌜Regia).i.regio ſanguine creata, vt nũc iactas eſſe iſtã tuã. ⌜Iſthmos) ſubaudi: vbi erat? i. Corinthus, quę eſt in Iſthmo: dixi in epiſt. Hermi. ſuper eũ locum. Qua duo porrectus lõge freta diſtinet Iſthmos: ⁊ in epi. Phędrę ſuper eũ locũ, Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmon. ⌜Diſtinet) diuidit. ⌜Gemini) vt ſupra, Hic Ephyrẽ bimarẽ. ⌜Illa ego) dicit ſe fuiſſe, quę ei tot, ⁊ tãta pericula ademerit. ⌜Nũc de.) nã tũc non tibi videbar barbara, nec ſpernẽda: cũ a me opẽ expeteres. ⌜Nũc ti. ſum pau.) ſubaudi, ego illa. ⌜Quæ nũc ti.).i. iudicio tuo. ⌜Sum vi.).i.putata. ⌜Nocens) ſcelerata: venefica. ⌜Subduxi).i.remoui. ⌜Flãmea) ignea: hñt.n. ſerpẽtes oculos lucentes in modum ignis. Oui. in.iij. Met. de ſerpẽte, quẽ Cadmus interfecit. Igne micãt oculi. ⌜Medicato).i.medicamine quodam victo. ⌜Quæ ra.).i.quę rapere poſſes. ⌜Tuta).i.tu tutus, ⁊ ſine p̃iculo ſalutis tuę. ⌜Proditus) decept⁹. ⌜Munus quodli.) ita quidã legũt: vt ſit. ego tuli eſſe quodlibet munus in exilio: placet tñ magis, vt legať, qđ licet, & tũc erit ſenſus magis exprobrans ingratitudinẽ Iaſonis ſic. ego pro ſupradictis habui hãc remuneratiõẽ: qđ licet mihi eſſe in exilio. ⌜Tuli).i. accepi. ⌜Virginitas) mea. ⌜Pręda) rapina. ⌜Latronis) prędonis. ſ. tui Iaſonis: quia nõ vt maritus te geſſiſti: ſed vt prędo. ⌜Soror). ſ. mea Chalciope. ⌜Cuʒ ma.). ſ. Idya: ita.n. teſte Heſiodo, vocata eſt mater Medeæ: licet quidaʒ dicant filiã fuiſſe Aeetę, & Hypſeæ, & Diod. dicat fuiſſe filiam Aeetæ ex Hecate. ⌜At nõ te) fratrẽ Abſyrtũ à ſe interfectũ dolet: dicit ergo. ⌜O ger.) Abſyrte. ⌜Ego fu.) de patria. ⌜Nõ rel. te ſine me) nã Medea eũ ſecũ duxit, ⁊ cũ pater eam inſequereť: dilacerato fratre, & mẽbris in varijs locis ſparſis (vt alibi diximus) patrẽ remorata eſt. ⌜Litera) epiſtola. ⌜Vno).i. ſolo. ⌜Deficit) nõ habet animũ: qa ex oĩbus, quę pro te feci, hoc vnũ eſt, qđ non audeo ſcribere. ⌜Sic) ſicut frater dilaceratus eſt a me. ⌜Sed te.) qa etiã tu meruiſti. ⌜Quid.n.ti.poſt il.) nã q maiora auſus eſt, nõ timet minora. dicit igiť ⌜Ego fœ. ⁊ iã no.) duo ponit, quę nauigationẽ timere ſolẽt: fœmineus ſexus timidus eſſe ꝯſueuit. ⌜Fœmina).q d. naturaliter timida. ⌜Iã no.) quæ iam admiſerã ſcelus fraternę cędis: ex mala.n. ꝯſciẽtia ſolẽt magis tĩmeri pericula. Iuue. Hi ſunt, qui trepidãt, & ad oĩa fulgura pallent. ⌜Non exti. cre.) non verita ſum cõmittere me pelago. ⌜Quid.n.) parẽtheſis eſt. ⌜Numẽ). ſ. Dianę lęſę. ⌜Dij). ſ. oẽs, per quos tu peieraſti. ⌜Vbi). ſ. ſunt, qui nos puniant internauigandũ. ⌜Subeamus). ſ. ambo, hoc eſt ego, & tu. eſt aũt ꝓlepſis. ⌜Tu). ſ. ſubeas. ⌜Pœnas fr.) qa me decepiſti. ⌜Et e.p.c.).i. ego puniar: qa tibi nimiũ facile credidi: cauẽdũ ne legať crudelitatis: nã rõ metri nullo pacto exigit, de.n. ſyllaba ſcđa ei⁹ dictionis lõga nãliter ẽ, quã nõ liceret breuiari. ⌜Symplegades) dicit qđ vellet ſe fuiſſe ꝯprehẽſaʒ, ⁊ eliſaʒ inter Symplegades. ſũt aũt Symplegades ſcopuli duo ĩ Boſphoro Thracio: quos aliqñ cõcurriſſe poetę finxerũt, fortaſſe ꝓpter opinionẽ, quã metus nauigantiũ fecit: nã cũ loca ita ſint anguſta: vt ſinus, nõ trãſitus procul viſentibus videanť: ob metũ arbitrati ſunt ſeiungi ſcopulos: qui antea iuncti videbanť: crediderũtq; coeuntibus inter ſe ſaxis, quæ deſiuncta interdũ videbantur: ſolida abſumi, intercipiq; nauigia. dicuntur aũt a συμπλήττω.i. cõcutio: dicũtur etiã a græcis συνδρομάδες.i. cõcurrẽtes: inde & Iuue. & cõcurrẽtia ſaxa, Cyaneas. dicũtur ⁊ Cyaneę.i. nigrę. nã κύανον nigrũ ſignãt: inter hęc ſaxa Iaſon eũdo in Cholchos, & redeũdo cũ magno diſcrimine trãſiſſe diciť. D Luca. lib. ij. Vt Pagaſea ratis peteret cum Phaſidos vndas, Cyaneas tellus emiſit in æquora cautes. Rapta puppe minor ſubducta eſt montibus Argo: Vanaq; percuſſit põtũ Symplegas inanẽ: Et ſtatura redit. dicit igiť Medea vtinã fuiſſemus cõpreſſi, ⁊ interfecti inter Symplegadas: cũ trãſiuim⁹ p eas. ⌜Eliſiſſent).i cõpreſſiſſent. ⌜Adhęrerẽt tu.).i. vtinã ambo ſimul fuiſſemus colliſi, ⁊ cõfracti: ita vt oſſa mea fuiſſent cõiũcta oſſib⁹ tuis. ⌜Scylla) in mari Siculo, nautæ magnis pelagi deſidẽtis vorticibus territi vndas (vt Iuſtinus ſcri.) latrare putauerũt: q̃s ſorbentis æſtus vorago collidit. E Hinc fabulę Scyllã, ⁊ Charybdim peperere: hinc latratus auditos: hic mõſtri credita ſimulachra. Hãc aũt Scyllã Phorci ⁊ Cratheidos nymphę filiã ferũt: quam cũ amaret Glaucus deus marinus: cui⁹ amore Circe tenebatur, qm̃ ipſe eã ſperneret: illa irata fontẽ, quo Scylla ſe abluere ſolebat: venenis quibuſdã infecit: in quẽ cũ illa deſcendiſſet, pube tenus in feras, hoc eſt marinos canes mutata ferť: quę tranſeũtibus nauibus perículoſiſſima eẽ fertur: de qua nũc intelligit. Altera fuit filia Niſi Megarenſiũ regis, quę Minoe patriã ſuã Megarã obſidẽte, eius amore capta eſt: cũq; Niſus eius pater purpureã comã ita cõſecratã haberet: vt quoad illã intactã teneret: patria potiretur, neq; ab vllo ei imperiũ auferri poſſet: Scylla vt hoſti, quẽ amabat, placeret: comã patris clam abſcidit, ⁊ patrẽ, patriãq; ei ꝑdidit: quę poſtea cũ ab eo pręter ſpem ſperneretť, dolore in auẽ ꝯuerſa eſt: pr̃ quoq; Niſus deorũ miſeratiõe in auis formã ⁊ ip̃e mutatus dr̃. Hę volucres ꝑpetuas inter ſe gerũt inimicitias: vt oñdit Vir. in Geor. Aduertẽdũ eſt tñ, qđ hęc Scylla Niſi: interdũ pro mõſtro maris a poetis poniť, vt a Virg. in Buc. Quid loquar aut Scyllã Niſi &c. item ab Oui. in lib. ij de reme. F Præterita cautus Niſeide nauita gaudet. Ait ergo. ⌜Aut Sc. ra. vo.) quę naues ĩ ſe rapit. ⌜Canib⁹) pp fabulã, vt dixim⁹. ſic Vir. in Buc. Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis.

ASCEN. ¶ DOTIS opes vbi erãt?) q.d. niſi meis tũc operibus adiutus fuiſſes, nunq̃ ad regnũ aſpiraſſes. ⌜Sõno me.).i.p medicamẽtũ inducto in ſerpentẽ. ⌜Deficit hoc vno) q.d id ꝑſcribere nequeo, qũo fratrẽ ſaltẽ diſcerpſerim. ſic. vj Aen. Ter p̃rię cecidere manus ⁊c. ⌜Credere me pe.) Id Iuue. Sat vj. late docet fœminas videlicet amatores, ac mœchos ſequẽtes nihil vereri maris tẽpeſtatẽ. ⌜Symple. eli.) ſpõdaicus v̾ſus põdus in ſẽſu hñs. Nã ĩ grauiori exitio optam⁹ min⁹. ⌜Debuit) qa ⁊ ip̃a aliqñ iter amãtes fuit. Charybdis, vt Ser. ſcri. mulier fuit voraciſſima: q̃ qa Herculi boues rapuit, a Ioue fulmĩata ẽ ⁊ in mare p̃cipitata: vñ nãq; p̃ſtinã ſuat: nã ſorbet vniuerſa, ⁊ ſ̃ʒ Sal. ea circũ litt⁹ Tauromitanũ egerit. de his duob⁹ p̃iculis Vir. in Aen. Dextrũ Scylla latus, lęuũ implacata Charybdis Obſidet. ⌜Sup.) ſubmerſiſſet. ⌜Nos q̃.) ſicut ⁊ alia oĩa. ⌜Trina.).i Sicilię: nã, vt dixim⁹, Sicilia eſt, q̃ Trinacria dr̃. ⌜Debuit in. Sc. no. vi.) qa ⁊ Glaucus illi ĩgrat⁹ fuerat. ⌜Queq; v.) Caryb. ſ. vtraq; ãt ẽ ĩ mari Siculo.

Soſpes ad Hæmonias, uictorq́; reuerteris urbes:
Ponitur ad patrios aurea lana deos.
Quid referam Pelíæ natas pietate nocentes?
Cęſaq́; uirginea membra paterna manu?
Vt culpent alii, tibi me laudare neceſſe eſt:
Pro quo ſum toties eſſe coacta nocens.
Auſus es ò (iuſto deſunt ſua uerba dolori)
Auſus es Aeſonia dicere cede domo.
Iuſſa, domo ceſſi natis comitata duobus,
Et, qui me ſequitur ſemper, amore tui.
At ſubito noſtras ut Hymen cantatus ad aures *
Venit: & accenſo lampades igne micant:
Tibiaq́; effudit ſocialia carmina, uobis,
At mihi, funeſta flebiliora tuba:
Pertimui: nec adhuc tantum ſcelus eſſe putabam:
Sed tamen in toto pectore frigus erat.
Turba ruūt:& hymen clamāt:hymenęe frequētāt,*
Quò propior uox eſt: hoc mihi peius erat.
Diuerſi flebant ſerui: lachrymasq́; tegebant.
Quis uellet tanti nuntius eſſe mali?
Me quoq;, quicquid erat, potius neſcire iuuabat:
Sed, tanquàm ſcirem, mens mea triſtis erat.
Cum minor è pueris iuſſus, ſtudioq́; uidendi
Conſtitit ad geminæ limina prima foris.
Hinc, mihi, mater abi, pompam pater, inquit, Iaſon
Ducit: & adiunctos aureus urget equos.
Protinus abſciſſa planxi mea pectora ueſte:
Tuta nec à digitis ora fuere meis.
Ire animus mediæ ſuadebat in agmina turbæ:
Sertaq́; compoſitis demere rapta comis.
Vix me continui, quin ſic laniata capillos
Clamarem, meus eſt: iniiceremq́; manus.

A HVBER. SOSPES) incolumis. ¶ Et victor) compos voti, quia potitus es aureo vellere ¶ Hæmonias) Theſſalicas. ¶ Ad deos patrios). i. Theſſalicos, tanquam monumentū victorię. ¶ Quid referam) commemorat aliud ſuum erga Iaſonem beneficium: quia in eius gratiam perſuaſit filiabus Peliæ: vt patrem iugularent, pollicita ſe reducturam eum ad ætatem iuuenilem: quod cum illę feciſſent: Medea mortuum eū reliquit: quia ſciebat ab eo non amari Iaſoné. ¶ Nocentes pie.) quia non interfecerunt patrem: niſi propter pietatem: vt. ſ. ei prodeſſent. ¶ Pietate) nimio amore erga patré. ¶ Cæſa) inciſa, lacerata. ¶ Virginea) puellari. hanc fabu. ſcriple. Oui. lib. vij. Meta. ¶ Vt). i. quamuis ¶ Alij cul.). i. damnent ea, quæ feci. ¶ Tibi eſt neceſſe lauda. me) quia tuo amore cōpulſa ea feci. ¶ Pro quo) ideſt cauſa cuius. ¶ Auſus es) oſtendit ingratitudinem Iaſonis: qui poſt tanta beneficia ipſam Medeam ab ſe eijcere auſus eſt. ¶ O iuſto) parentheſis B eſt. q. d. non poſſum exprimere doloré: quem cōcepi. ¶ Auſus es) cōduplicatio eſt. ¶ Cede) abi. ¶ Aeſonia) patris mei Aeſonis. Nam, vt ſupra diximus, in arg. Iaſon ſpontaneuz diuortium Medeæ perſuadere conatus eſt. ¶ Iuſſa) ſ. a te. ¶ Ceſſi) abij, diſceſſi. ¶ Duobus natis) quos ex te ſuſcepi. ¶ Et amore tui) ſubaudi comitata. ¶ Qui) ſcilicet amor. ¶ Semper ſequit̄ me) ideſt qui nunquā me derelinquit. ¶ At ſubito) corrigendus eſt hic textus, vt ſenſus, & ratio metri conſtet: nam ſic legendum eſt. At ſubito noſtras vt Hymen cantatus ad aures Venit ⁊ cæ. ſenſus eſt. at poſtquam audiui carmina veſtra nuptialia, vobis qdē ſocialia, ſed mihi funebria: pertimui. pēdet enim ordo vſq; ad hunc locum. eſt au C tem talis. At pertimui, ¶ Vt). i. poſtquam. ¶ Hymen cantatus) ideſt cantibus celebratus. nam vt alibi diximus, inuocabatur in nuptijs: vt, vulgus Hymen Hymenæe vocant: Hymenæe frequentant. ¶ Lampades) faces nuptiales. ¶ Micant) ſplendent. ¶ Tibiaq;) tibiæ adhibebantur nuptijs: Tubæ vero funeribus. Perſius, hinc tuba candelæ ⁊c. ¶ Tibiaq;). ſ. poſtq̄;. ¶ Effudit) emiſit. ¶ Carmina ſocialia vobis). i. tibi, & vxori tuæ præbentia ſignum ſocietatis. i. matrimonij. ¶ At mihi). ſ. effudit carmina. ¶ Flebiliora). i. triſtiora. ¶ Tuba funeſta). i. quæ funeribus adhiberi ſolet: vt ſupra diximus: nam erat etiam militaris tuba ad acuendos animos militum ad pugnam. ¶ Tantum ſcelus) vt legitime duceres illam. ¶ Frigus). i. timor. ¶ Turba ruunt) ſyntheſis eſt in numero. ¶ Ruunt) properant. ¶ Hymenęe) ſic legendum eſt in vocatiuo: non autem Hymenæa: quia nulla ratione poteſt talis accuſatiuus reperiri: faceret enim vel latine Hymenęum, vel gręce Hymenæon: vt alibi diximus. ¶ Quo) quanto. ¶ Hoc). i. tāto. ¶ Peius erat) i. magis angebar. ¶ Diuerſi). i. in diuerſis locis domus. ¶ Tegebant) non enim audebant clare flere. ¶ Quis). q. d. nullus: quia malarū rerum inuiti nuncij eſſe debemus. ¶ Iuuabat). i. placebat mihi ignorare. ¶ Tanquam). i. quaſi fuiſſem plene inſtructa, ⁊ ſcirez te vxorem ducere. ¶ Minor.). ſ. natu, ⁊ ętate. ¶ E pueris) ex duobus filijs noſtris. ¶ Iuſſu) mandato meo. ¶ Studio). i. cupiditate: quia pueri D cupidi ſunt videre omnia noua. ¶ Geminę) i. duplices. Ouid. in amo. Me duplices occulueř fores. ¶ Foris) gtūs eſt hoc loco ſingularis. ¶ Conſtitit). ſ. vt videret, quid fieret. ¶ Hinc) ex limine domus. ¶ Mater abi) verba pueri ad Medeam. ¶ Pompam). i. nuptialē triūphū, & apparatum. ¶ Aureus). i. veſtibus aureis indutus. ¶ Vrget). i. præmit. ¶ Equos adiū.). i. vehitur curru, & ducit̄ ab equis. ¶ Protinus) ſtatim auditis illis verbis. ¶ Planxi). i. percuſſi. ¶ Abſciſſa) lacerata. ¶ Nec fuere tuta) quia dilacerata ſunt. ¶ Animus) volūtas: impetus animi. ¶ Suadebat). ſ. mihi. ¶ Ire in agmi.). i. ire in mediā multitudinē, quę circū te, & ſponſam tuā erat. ¶ Et demere). i. auferre. ¶ Serta) coronas, quas habebat ſpōſa tua. ¶ Cōpoſitis) ornatis. ¶ Laniata cap.). ſ. meos. ¶ Sic). i. ita lacerata, ⁊ ſqualli da. ¶ Quin). i. vt nō. ¶ Meus eſt). ſ. maritus Iaſon. ¶ Inijceremq; ma.). i. eū mihi caperē, ⁊ mihi debitū ipſa vendicarē. diximus ſupra de iniectione manus in epi. Oreſtis: cū expoſuimus: Inijce non timidas in tua iura manns.

ASCEN. SOSPES ad Hę.) Reuerſum in patriam Iaſonem videlicet Theſſaliam (quam nō recte tunc vocaſſet Theſſaliam, nondū enim ſic dicta erat, ſed poſtmoduz a Theſſalo cōmuni Iaſonis, ac Medeæ filio) exprobrat Medea propter ingratitudinez eius. vocat ergo Hæmonias vrbes Theſſalicas: ab Hæmone enim rege dicta eſt Theſſalia, prius Hæmonia. ¶ Aurea lana) aureum vellus. ¶ Quid referam Peliæ). q. d. etiam ſuaſu meo cōpulſę ſunt filiæ Peliæ patrē occidere, putantes ſe pie cū eo acturas, hoc eſt ipſuz ad iuuentā ętatē renouaturas. id aūt ſuaſit Med. in vltionē, quia Iaſonis fratres, ⁊ (vt quidā aſſerūt) patrē occidi fecerat Pelias. ¶ Nocentes er. pie.) quia putabant ſe rem piam acturas. ¶ Hymen can.). i. carmen nuptiale, quod epithalamiū dicitur. accipimus. n. noīa deorū pro rebus, quibus p̄ſunt. ¶ Hymē cla.). i. repetunt hāc vocē Hymen dicētes, Hymen, o Hymenęe, o Hymenęe: vt eſt apud Catul. ⁊ locutus eſt, ſicut in Euāgelio: vocatis me mgř, ⁊ dñe. ¶ Hymenæa). ſ. feſta, aut gaudia, aut carmina, aut alia ad legitimas nuptias pertinētia. eſt. n. adiectiuū Hymenęus. a. um. ſed ponit̄ hic ſubſtātiue. verū deus ipſe etiaz Hymenęus dicit̄: nā gręce hymē dř mēbrana, ſeu pellicula virginalis clauſtri. Putatur tñ Hymenæus fuiſſe vir quidā Athenięſis, defenſor virginum in bello, ita vt eius pręſidio ad legitimas nuptias peruenerint. vnde eius nomē in nuptijs fauſtis, ⁊ legitimis frequentabāt: quāuis nō deſint, qui Veneris, & Bacchi filiū putant. apud Romanos aūt Talaſſio vocatur nuptiale carmen, quia Talaſſio clamitādo ſeruata eſt in captu Sabinarū egregię puellę virginitas. vt docet Pli. li. j. ¶ Quo). i. quanto. ¶ Propior). i. vicinior vox ē. ¶ Hoc) i. tāto. ¶ Peius). i. moleſtius erat mihi. ¶ Quis vel.). q. d, nullus. ¶ Aureus) pulcher, aut auro ornat⁹. ¶ Lani. c.). i. hñs capillos laniatos, ⁊ diſciſſos

*a. l. Vt ſubito nřas hymē cāta tus ad aures, producta prima ſyllaba: ſicut & Catullus pronuntiauit Hymen eo verſu, Hymen o Hymenæe Hymē ades o Hymenæe.

E

*a. l. Hymenæa frequentant. Hymenæa ſcilicet feſta.

F

Læſe pater gaude: Colchi gaudete relicti:
Inferias umbræ fratris habete mei.
Deſeror, amiſſis, regno, patriaq;, domoq;,
Coniuge: qui nobis omnia ſolus erat.
Serpentes igitur potui, tauroſq; furenteis,
Vnum non potui perdomuiſſe uirum.
Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes:
Non ualeo flammas effugere ipſa meas.
Ipſi me cantus, artes, herbæq; relinquunt:
Nil dea, nil Hecates ſacra potentis agunt.
Non mihi grata dies: nocte uigilantur amaræ:
Nec tener in miſero pectore ſomnus adeſt.
Quæ me non poſſum, potui ſopire draconem:
Vtilior cuiuis, quàm mihi, cura mea eſt.
Quos ego ſeruaui, pellex amplectitur artus:
Et noſtri fructus illa laboris habet.
Forſitan &, ſtultæ dum te iactare maritæ
Quæris: & iniuſtis auribus apta loqui:
In faciem, moreſq; meos noua crimina fingis.
Rideat: & uitiis læta ſit illa meis:
Rideat: & tyrio iaceat ſublimis in oſtro:
Flebit: & ardores uincet aduſta meos.
Dum ferrum, flammæq; aderunt, ſuccuſq; ueneni:
Hoſtis Medeæ nullus inultus erit.
Quòd ſi forte preces præcordia ferrea tangunt:
Nunc animis audi uerba minora meis.
Nam tibi ſum ſupplex: quod tu mihi ſæpe fuiſti:
Nec moror ante tuos procubuiſſe pedes.
Si tibi ſum uilis: communes reſpice natos:
Sæuiet in partus dira nouerca meos.

HVBER. A ¶ LÆSE pater) conuertit ſermonem ad eos, quos videtur læſiſſe, dicens: nunc factam eſſe eorum vindictam. ¶ Læſe) ſcilicet a me. ¶ Colchi) populi regionis meę ¶ O vmbræ fratris) quem ego crudeliter interfeci. ¶ Habete inferias) ideſt eſtote placatæ, & habete vobis factas inferias ex malis meis exiſtimabantur enim fieri inferiæ mortuis, ideſt ſacra quoties eorum inimici, vel hoſtes fuiſſent vel morte, vel alio ſupplicio affecti. inde Virgi. libro decimo, Totidem quos educat Vfens Viuentis rapit inferias. & Pyrrhus apud Ouid. Placet Achilleos mactata Polyxéa manes. ſunt enim inferiæ ſacra mortuorum. ¶ Deſeror) ecce quomodo ei ferantur inferiæ. ¶ Deſeror) vidua ō relinquor. ¶ Regno, patriaq;, domoq; amiſſis, & cæte.) ſyntheſis eſt. ¶ Coniuge) ſcilicet amiſſo. ¶ Qui ſolus erat omnia) qa omnia amiſſa æquo animo ferebam: dummodo eum haberem. ſic Briſeis ad Achillem. B Tot tamen amiſſis te compenſauimus vnū. Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras. ¶ Serpētes igitur) conqueritur: quod potuerit domare ſerpentes, & tauros, & non potuerit domare Iaſona, & in amore ſuo retinere. ¶ Vnum) ideſt ſolum, ſcilicet te. ¶ Queq;) duæ ſunt dictiones, ideſt & ego, quæ. ¶ Pepuli) ideſt remoui: pepuli autem legendum eſt, non reppuli. Nam poſt re geminatur conſonans in tribus præteritis, reppuli, repperi, rettuli: in reliquis ſeruat naturam præſentis. ¶ Medicatibus) ideſt medicaminibus, ab eo, quo eſt, hic medicatus quartæ declinationis. ¶ Flāmas) .i. ignes amoris. ¶ Cātus) incantationes. ¶ Herbæq;) vires herbarum. ¶ Arteſq;) ſcilicet magicæ. ¶ Dea) ſcilicet Diana. ¶ Sacra Hecates) ſcilicet Proſerpinæ. C Diodorus, tamen ſcribit, Hecaten filiam fuiſſe Perſæ: fratris Aeetæ viri crudeliſſimi, quę audacia, & immanitate patrem ſuperauit: quæ cum ad venena mortifera ſummum ſtudium impendiſſet, prima aconitum inuenit, vim, naturamq; cuiuſq; veneni in cibis, quos aduenis dabat, experta. his rebus admodum edocta veneno patrem ſuſtulit: deinde regno aſſumpto templum Dianæ ſtatuit: cui nauigantes hoſpites ſacrificabat', exiſtimans ea crudelitate ſuum nomen clarius futurum: ex hac & Aeeta patruo, vult Diodo. natam Medeam, Circen, & Aegialeum: ſed de matre Idya, de qua ſupra diximus, certior eſt opinio. ergo Hecaten intelligamus Proſerpinam, quæ omnibus magicis præeſſe dicitur: quam & ipſa Medea. vij. Metamorpho. inuocaſſe dicitur his verbis. Tuq; triceps Hecate, quæ cœptis conſcia noſtris, Adiutrixq; venis. & ſupradicto loco. Statuitq; aras è ceſpite binas, Dexteriore Hecates: at læua parte Iuuentæ: & item, Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras: ex quo oſtendit eam Medeæ pro numine cultam fuiſſe. ¶ Sacra) quæ facio: vt tuum animum flectat. ita ipſe loco ſupradicto. Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus Sacra facit &c. ¶ Nil agūt) .i. nil proſunt. ¶ Nō gra.) .i. nō iucunda. ¶ Amarę) acerbę: plenę anxietatis. ¶ Somnus) .i. ſopor. ¶ Miſerā) .ſ. me. i. nec dormio. ¶ Quę) .ſ. ego. ¶ Nō poſſu; me) .ſ. ſopire. i. dormire facere. ¶ Draconē) puigilē. ¶ Cura) D diligentia, ars eſt. ¶ Pellex) cōcubina. ¶ Quos ego ſeruaui) ſcilicet a morte. ¶ Fructus) vtilitatem. tranſlatio eſt ſumpta vel a terra, vel ab arboribus. ¶ Forſitan) cōmunis eſt ſuſpicio vxorum de maritis: quod de eis apud amicas maledicant: vt alibi diximus. ¶ Iactare) oſtentare, laudare. ¶ Apta) conuenientia, ſcilicet de vitijs vxoris tuę: quæ vt eſt iniuſta: ita libenter audiet. ¶ In faciem moreſq; meos) ideſt maledicis de pulchritudine, & morib⁹ meis. ¶ Noua) inaudita. ¶ Fingis) cōminiſceris: mentiris. ¶ Rideat) pro ridebit. ¶ Rideat) hæc concedentis eſt per indignationem, & ſubaudiť, licet. ¶ Sublimis) ſuperba. ¶ Oſtro ty.) .i. in purpura, quæ apud Tyron abundat. ¶ Flebit) ſubaudi tamen. ¶ Aduſta) cremata. ¶ Vincet meos ardores) quia magis ardebit, quàm ego nunc ardeo. ¶ Dum ferrum) enumerat ea, per quę poſſit ſe vlciſci. ¶ Succuſq; vene.) .i. ſuccus venenoſarum herbarū. ¶ Inultus) impunitus. E ¶ Quod ſi forte) precatur nunc Iaſona. ¶ Meis animis) quia ſum ſuperba, & alta animo, licet humilibus verbis tibi ſupplicem, & ſignificat eã, qualem Hora præcepit. Sit Medea ferox, iuictaq;. ¶ Quod) ſcilicet eſſe ſupplicem. ¶ Procubuiſſe) ideſt iacere: ſicut ſupplicantes facere ſolent. ¶ Si ſu; vilis tibi) ſi me peruifacis. ¶ Communes) ex vtroq; noſtrum genitos. ¶ Sęuiet) faciet aliquid crudele.

ASCEN. ¶ LÆSE pater gaudet, &c.) Docet ſe iuſtas dare pœnas patri, & Colchis, alijſq;, quos amore Iaſonis offēderat. ¶ Habete inferias) .i. ſacrificia, quæ inferis fiebant occiſione facta, qua inferi nimirum gaudent. ¶ Coniuge, qui) quia propter ipſum cætera dereliquerat. ¶ Queq; feros repuli) vnū /p/ poſuit, vt dactylus ſit. nam vſus multorum reppulit, habet, nec ſtaret hic verſus, ſi reppulit ponatur. F ¶ Doctis medicatibus) ideſt per medicamentum doctorum, aut medicamentis docte adhibitis. ¶ Sacra Hecates) quæ magicis artibus præeſt. ¶ Mea cura) nō accipitur hic pro ſolicitudine, ſed quaſi pro curatione, & medela, qua curamus morbos, non qua torquemus, & vrimus corda. ¶ Cuiuis) ideſt cuilibet alteri. ¶ Pellex) græcum eſt, licet a pellendo quidam deductum putent. ¶ Maritæ) ideſt vxori. ¶ In faciem) ideſt ad vituperationem faciei meæ: vt ſupple rideat, & vitijs læta ſit illa meis. ¶ Rideat) amara conceſſio, quæ vim prohibendi habet. nam minabundo vultu profertur. ¶ In oſtro tyrio) ideſt purpura, quæ apud Tyrum pretioſa eſt, quia dibapha, ideſt bis tincta. ¶ Flebit, & ardores vincet adu. meos) quia plus eſt vſtu; eſſe. i. conſumptū igni, q; vri. ¶ Dum) ideſt donec, aut quādiu. ¶ Ferrum flammæ, & ſuc. ve. ade.) ideſt extabunt. ¶ Hoſtis Medeæ nullus inultus erit) per quod tacite etiam Iaſoni minatur. ¶ Quod ſi forte preces præ. fer.) Præcordia dicuntur paſſionū ſedes, pelliculę quędā cor, & ei vicina cingentes. ¶ Quod) ideſt quæ res. ¶ Tu mihi ſæ. fui.) hoc eſt etiā ſupplex. ¶ Cōmunes natos) accuſatiuus in is legitime exit, dum gtūs in ium, idē dixit Creuſa Aeneę. Iamq; vale, & nati ſerua cōmunis amore;.

Et nimium ſimiles tibi ſunt: & imagine tangor:
Et, quoties uideo, lumina noſtra madent.
Per ſuperos oro, per auitę lumina flammæ,
Per meritum, & natos pignora noſtra duos: *
Redde torum: pro quo tot res inſana reliqui:
Adde fidem dictis: auxiliumq́; refer.
Non ego te imploro contra tauroſq́;, uiroſq́;:
Vtq́; tua ſerpens uicta quieſcat ope.
Te peto: quem merui: quem nobis ipſe dediſti:
Cum quo ſum pariter facta parente parens:
Dos ubi ſit, quæris? campo numerauimus illo:
Qui tibi laturo uellus, arandus erat.
Aureus ille aries uillo ſpectabilis aureo,
Dos mea: quam, dicam ſi tibi, redde, neges.
Dos mea, tu ſoſpes: dos eſt mea, graia iuuentus:
I nunc, Siſyphias improbe confer opes.
Quòd uiuis: quòd habes nuptam, ſocerúq́, potentẽ:
Hoc ipſum, ingratus quod potes eſſe: meum eſt.
Quos equidem actutum, ſed quid prædicere pœnã
Attinet? ingentes parturit ira minas.
Quò feret ira, ſequar: facti fortaſſe pigebit:
Et piget infido conſuluiſſe uiro.
Viderit iſta Deus, qui nunc mea pectora uerſat:
Neſcio quid certe mens mea maius agit.

* a. l. tuos

HVBER. ¶ ET Nimium ſimiles) adducit eos in gratiam, oſtendens eſſe ſimiles patri. ¶ Tangor) delector. ¶ Imagine) ſimilitudine. ſic Dido ad Aeneam libro quarto Aeneidos, Siquis mihi paruulus aula Luderet Aeneas: qui te tantũ ore referret. ¶ Madent) ideſt rigantur lachrymis: quia per eos recordor tui. ¶ Lumina) ideſt radios: & lucem. ¶ Flammæ, auitę) ideſt Solis aui mei: flammæ autem dixit: quia dicunt Solem eſſe igneũ. ¶ Meritum) beneficium, quod tibi præſtiti. ¶ Pignora) quia filij ſũt pignora matrimonij. ¶ Torum) ius tori, ideſt matrimonium. ¶ Inſana) ideſt amore demens. ¶ Tot res) patrem, patriam, matrem, & ſororem. ¶ Adde fidem dictis) ideſt fac, vt dicta tua ſeruentur, & fidem habeãt. ¶ Refer) .i. redde, ſicut ego dedi tibi: quod eſt iuſtiſſimum. ¶ Non ego) dicit ſe præſtitiſſe auxilium in maiori re, q̃; ipſa petat. ¶ Imploro) inuoco. ¶ Contra tau.) ſicut tu imploraſti meum. ¶ Quieſcat) dormiat. ¶ Victa) ſopita: notã dum eſt poſuiſſe ſerpentem fœminino genere: ſicut & Iuue. Et mouiſſe caput viſa eſt argẽtea ſerpens: nam vtriuſq; generis eſt. ¶ Ipſe dediſti) ideſt tu propria voluntate, & ſponte. ¶ Cũ quo pariter ſum facta parẽte) .i. ex quo ſuſcepi filios. ¶ Dos vbi) reſpõdet obiectioni: quæ poſſet fieri de dote. ¶ Campo) ecce reſponſio. ¶ Numerauimus) .ſ. dotẽ. ¶ Qui erat arandus) vt ſeminares dentes ſerpẽtis. ¶ Tibi laturo) .i. ablaturo. ¶ Vellus) ideſt lanam auream, & eſt ſenſus accepiſti a me dotẽ magnam: cum taurorum ferocitas per me compreſſa eſt, & ira terrigenarum, & deniq; cum abſtuliſti vellus aureum: nam cũ id per me habueris, eſt dos mea. ¶ Spectabilis) pulcher. ¶ Villo) pilo, & lana. ¶ Quam) dotem. ¶ Neges) ideſt nolis mihi reddere. ¶ Tu ſoſpes) .i. vita tua pręſeruata eſt dos mea. ¶ Graia iuuentus) ideſt omnes ſocij tui per me ſeruati ſunt. ¶ Improbe) perfide. ¶ I nunc) irriſio eſt. ¶ Confer) .i. compara. ¶ Opes Siſyphias) ideſt opes Creontis filij Siſyphi. Siſyphias autem cõtumelioſe dixit: quoniam conſtat eum fuiſſe latronem. qui ſuis latrocinijs maximas opes cumulauit: quarũ hęres fuit Creon. ¶ Quod viuis) ideſt quod habes vitam. ¶ Nuptam) ſcilicet Creuſam. ¶ Socerũ) Creontem. ¶ Potentem) diuitẽ. ¶ Quod potes eſſe ingratus, eſt meum) ideſt beneficium meum: quia niſi ego eſſem, ne ingratus quidẽ eſſe poſſes: quia iam non viueres. ¶ Quos) .ſ. te, & vxorem tuam, & ſocerum. ¶ Actutum) vna eſt dictio, & ſignificat ſtatim, cito: & eſt eclipſis: deeſt enim verbum: ſubauditur enim puniam: ſicut apud Virgi. libro primo Aeneidos, Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus: cõuenit enim talis ſermo menti iratæ. ¶ Sed quid attinet) quid opus eſt? quid pertinet? ¶ Prædicere) multo ante minari. ¶ Pœnam) quam ſum ſumptura. ¶ Parturit) concipit: generat. ¶ Sequar quò ira feret) ideſt faciam id, quod ira ſuadebit. ¶ Facti fortaſſe pigebit) terret ipſum Iaſonã dicens ſe eſſe facturam id: cuius fortaſſe poſtea eam pigebit: ex quo oſtendit id futurum, & magnum, & crudele. ¶ Et piget) eſt ſenſus. Si pi. fa. pigeat: quia etiam piget me. ¶ Conſuluiſſe) ideſt profuiſſe, & rem vtilem feciſſe. ¶ Viro infido) ideſt tibi, quia non ſeruaſti mihi fidem. ¶ Viderit) pro videat, quaſi dicat, ego nõ curo. ¶ Qui verſat mea pectora) ideſt qui immittit mihi in animum tam diras cogitationes. ¶ Neſcio quid maius) pro neſcio quid ma-

gnum, & terribile. Exitus rei fuit, quod cum Iaſon nequaquam precibus, & verbis Medeæ flexus eſſet: ſed ei iuſſiſſet, vt ex vrbe ſtatim diſcederet (erat enim vt diximus, Corinthi) illa a Creonte impetrauit vnius diei dilationem, vt recederet, & interim noctu regiam clam ingreſſa quibuſdam medicamentis immutata facie, ne cognoſceretur, domum incendit quadam radice a Circe inuenta: quæ eam vim habebat: vt incenſus ignis nequiret extingui. repente conflagrante regia Iaſonem exiluiſſe ferunt: Creontem vero, & Glaucen, ſiue Creuſaẽ igne abſumptos. Alij dicũt Medeæ filios dona quędam venenis illita ſponte attuliſſe ad Creuſam, quæ cum illa corpori applicuiſſet, incidit in morbum, & cum pater filiæ auxilium ferre volens eius corpori hæſiſſet: e veſtigio expirauit: ita de hac re varia eſt opinio. Medea vbi cognouit Iaſonem flammas euaſiſſe, vltioni intenta, animum ad mortem filiorum in patris calamitatem adiecit, & omnes vno excepto, qui aufugit, iugulauit, eorumq; corpora ſepeliuit in Iunonis templo. Deinde fidiſſimis fugæ ſocijs aſſumptis nocte ex Corintho fugiens Thebas ad Herculem venit: deinde Athenas ad Aegeum Theſei patrem confugit: ex quo ferunt Medum genuiſſe: a quo Media regio, vbi imperauit, nominata eſt. Inde veneficij accuſata digrediens in Phœniciam delata eſt. Inde ad ſuperiores Aſiæ partes tranſiens cuidam potentiſſimo regi hæſit: ex quo quidam volunt potius ſuſceptum filium Medũ, a quo Media dicta ſit. Errauit poſtea multum: licet Solinus, vbi de Italia tractat, dicat eam ab Iaſone Butroti ſepultã fuiſſe, Marſum vero filium Marſis imperaſſe, qui ab eo dicti ſunt. At qui in fabulis tanta eſt varietas: vt Dio. ſentiat Iaſona non multo poſt filios a Med. interfectos diem ſuum obijſſe. dicit enim quod filijs & vxore priuatus, cum omnes dicerent eum iuſte plecti, quia in Medeam ingratus fuiſſet, & cum vim doloris ferre non poſſet: mortem ſibi conſciuit. & hæc ſatis de Iaſone, & Medea.

ASCEN. ¶ PER auitæ lumina flammæ) ideſt per Solis radios, Nam Sol auus eſt Medeæ, pater videlicet Aeetæ. ¶ Numerauimus) dotẽ, ideſt perſoluimus tot beneficijs, nõ pecunijs. ¶ Laturo) ideſt ablaturo vellus. ¶ Villo ſpectabilis aureo) ſynæreſis eſt, ideſt contractio duarum ſyllab. in vnam, ſicut. v. Aenei. Dat Salio villis oneroſũ, atq; vnguibus aureis. ¶ Siſyphias) .i. Corinthias, quæ in ære Corinthio plurimæ ſunt. ¶ Quos equi. actutũ) .i. confeſtim, poſtq̃; ſenſero te nolle flecti. ſubticuit aũt verbũ, q̃ eſt occidã, aut trucidabo: ſed qui irę ſuę moderanẽ, ſolẽt verbũ reticere, ſicut Neptunus Aen. j. Quos ego, ſed motus pręſtat cõponere fluctus. Addit ergo. ¶ Sed quid præ. pœ. Atti.) q. d. nihil. Cętera a ſuperiori cõmentario explanata ſunt.

In. xiij. Epiſtolam Argumentum Hubertini.

GRÆCIS proficiſcentibus ad obſidionẽ Troię reſponſum datum erat, qui primus in terram Troianam ex claſſe deſcendiſſet, eum manu hoſtis periturum. Quare cum in ea expeditione eſſet Proteſilaus Iphicli filius, vir magni animi: Laodomia Acaſti filia eius vxor, ſyncere maritum amans de

A eius ſalute anxia, hanc epiſtolam ad eum ſcripſit: cum intellexiſſet Græcos tempeſtate in Aulide retineri: oſtenditq́ꝫ, quàm grauiter tulerit eius diſceſſum: deinde eum monet, vt non ſit nimium audax in pugnando: memineritq́ꝫ timendos Troianos, & pręcipue Hectora: quē dicit ſe intelligere eſſe fortiſſimum. Prę terea, quoniam intellexerat ex oraculo reſponſum eſſe eum interfectum iri ab hoſte, qui primus Troianum ſolum tangeret: monet eum, & orat, vt vltimus deſcendat de naui: quod ſi nolit reſpectu propriæ ſalutis: faciat ſaltem reſpectu ipſius Laodamiæ: ne, ſi forte periclitaretur: ſit ei cauſa doloris, & mortis: quia eo mortuo nullo pacto vellet eſſe ſuperſtes. Laodamiæ duæ fuerunt, vna filia Bellerophontis, ex qua Iuppiter genuit Sarpedonem, & hæc filia Acaſti Theſſalici, vxor Proteſilai, q & ipſe Theſſalicus fuit: vnde dicit. B

HVBERTINVS.

LAODAMia Hæmonis).i. Theſſalica: Nã Theſſalia Hæmonia dicta eſt. ¶ Optat ſalutem ire, quò mittitur) ideſt peruenire ad maritum ſuum, ideſt cupit eum ſaluere, & incolumen eſſe. ¶ Aulide) Aulis Euboę inſulę portus eſt, obiectu laterum effectus. Ad hũc cum Græci perueniſſent Troiā nauigantes, Agamemnon Dianę ceruam occidit ignarus, vnde irata dea flatus ventorum remouit, ita vt nauigare nõ poſſent, & peſtilentia laborarent: C Quare conſulta oracula dixerunt, Dianam Agamemnonio ſanguine placandam eſſe. Iphigenia igitur Agamemnonis filia cum ab Vlyſſe per nuptiarum ſimulationẽ adducta iaꝫ in eo eſſet, vt immolaretur: Dianę miſeratione ſublata eſt, & cerua in eius locum ſuppoſita, ipſa in Tauricam regionem tranſlata, Dianæ ſacerdos effecta eſt. Interea autem, dum Græci in ea inſula morarentur, coniurauerunt ſe nunquàm ante reuerſuros in patriam, quàm Troia caperetur, inde Dido apud Virgili. Non ego cũ Danais Troianam excindere gentem Aulide iuraui. ¶ Fama eſt).i. fertur. ¶ Morari) manere, moram facere.

¶ Retinente) quia, vt dixi, Diana flatus ventorum ſuſtulerat, aut quia ventus eſſet contrarius. ¶ Ad me) melius ah interiectio dolentis, quàm prępoſitio: dolet enim talẽ non fuiſſe ventum, quo non poſſet nauigare: cum ab ea eſſet diſceſſurus. D ¶ Sæuis) turbatis. ¶ Vtile) aptum, & commodum. ¶ Oſcula) enumerat quaſdam vtilitates ſibi futuras: ſi tunc retentus fuiſſet domi. ¶ Mandata) admonitiones. ¶ Quæ volui dicere) quæ dictura fui, quæ non potui dicere, & dicit cauſam. ¶ Raptus es) abreptus, ablatus. ¶ Præceps) feſtinus. ¶ Quem nautæ cuperent) ideſt ſecundus: qualem nautæ cupidi nauigandi optarent, nõ qualem ego cuperem: quę noluiſſem te diſcedere.

# PVBLII OVIDII NASONIS POETAE SVLMONENSIS *Heroidum Epiſtola.* XIII.



## IN DECIMAMTERTIAM EPIST. ARGVM.

PROTESILAVS Iphicli filius ad Troiam quadraginta nauibus, vt ait Homerus, nauigans, cum cæteris Græcis Aulide portu Bœotiæ ob tempeſtatem clauſus eſt. Quod dum intellexiſſet Laodamia Acaſti ex Laodathea filia, atque eius vxor ſyncere maritum amans, multis ſomnijs ſolicitata, hanc epiſtolam ad eum ſcripſit: qua ſuadet, vt oraculi memor, a belli periculis abſtineat. Datum enim Græcis fuerat reſponſum: eum qui primus ex claſſe in terram Troianorum deſcendiſſet, periturum. At Proteſilaus magnanimus primus in terram deſcendit, & ab Hectore occiſus eſt.

## LAODAMIA PROTESILAO.

MITTIT, & optat amans, quò mittitur ire, ſalutem  
Hæmonis Hæmonio Laodamia uiro.  
Aulide te fama eſt uento retinente morari:  
Ah, me cum fugeres, hic ubi uentus erat?  
Tunc freta debuerant ueſtris obſiſtere remis,  
Illud erat ſæuis utile tempus aquis.  
Oſcula plura uiro, mandataq́; plura dediſſem,  
Et ſunt, quæ uolui dicere, plura * tibi.  
Raptus es hinc præceps, & qui tua uela uocaret,  
Quem cuperent nautæ, non ego, uentus erat.

ASCENSIVS.

MITTIT & optat amãs) Tota hæc epiſtola facilis ẽ in verbis, nec tam vehemẽs πάθος habet in ſententijs, vt ſuperiores fere habuerunt. Nam quæ eam ſcribit, non expoſtulat: neqꝫ queritur de iniuria facta: ſed quia coniugem amat, eiuſqꝫ imagine vexatur: cohortatur eum, vt ſibi proſpiciat, ne præſagia mortis effectum ſortiantur. E Ea autem ſunt quia egreſſurus limen pedem offendit, & quia, vt nomen indicat, primus in terram hoſtilem deſcenſurus eſt, &, quia iam tunc, cum adhuc in Aulide erat, aut potius cum illic ab ea adhuc eſſe putabatur, imago eius occurrebat. Tortel. docet: quia ſine aſpiratione ſcribitur Proteſilaus. F ¶ Hęmonis) patronymicum a patria, quaſi dicat, mulier ex Hæmonia. ¶ Aulide) pro Aulidi, ſi Seruio credimus. Nam nomina tertię declinationis pro aduerbijs in loco poſita in i/exire debent: pro de loco, in e/ vt ſtudui Carthagini, Auinioni, & cætera. & diſceſſi Carthagine, & Auinione, & cætera. ¶ Ah me) ordo eſt. Ah, vbi erat hic ventus ſcilicet profectioni in Phrygiam contrarius, qui te immoratus fuiſſet, cum fugeres: ideſt tanquã fugiẽs me celeriter abires? quaſi dicat, vtinam tunc ille flaſſet ventus. ¶ Et ſunt, quæ volui dicere) ea eſt occaſio ſcribendæ epiſtolæ.

*a.l. mihi

Ventus erat nautis aptus,non aptus amanti:
 Soluor ab amplexu Proteſilae tuo.
Linguaq; mandantis * uerba imperfecta reliquit: *a.l.mandatis
 Vix illud potui dicere triſte,uale.
Incubuit Boreas:arreptaq; uela tetendit:
 Iamq; meus longè Proteſilaus erat.
Dum potui ſpectare uirum,ſpectare iuuabat:
 Sumq; tuos oculos uſq; ſecuta meis.
Vt te non poteram,poteram tua uela uidere:
 Vela diu uultus detinuere meos.
At poſtquam nec te,nec uela fugacia uidi:
 Et,quod ſpectarem,nil,niſi pontus,erat:
Lux quoq; tecum abiit:tenebriſq; exanguis obortis
 Succiduo dicor procubuiſſe genu.
Vix ſocer Iphiclus,uix me grandæuus Acaſtus,
 Vix mater gelida mœſta refecit aqua.
Officium fecere pium,ſed inutile nobis:
 Indignor miſeræ non licuiſſe mori.
Vtq; animus rediit:pariter rediere dolores:
 Pectora legitimus caſta momordit amor.
Nec mihi pectendos cura eſt præbere capillos,
 Nec libet aurata corpora ueſte tegi:
Vt quas pampinea tetigiſſe Bicorniger haſta
 Creditur:huc illuc,quà furor egit,eo.
Conueniunt matres Phylaceides:& mihi clamant:
 Indue regales Laodameia ſinus.
Scilicet ipſa geram ſaturatas murice ueſtes?
 Bella ſub Iliacis mœnibus ille gerat?
Ipſa comas pectam:galea caput ille prematur?
 Ipſa nouas ueſtes,dura uir arma ferat?
Qua poſſum ſqualore tuos imitata labores
 Dicar:& hæc belli tempora triſtis agam.
Dux Pari Priamide damno formoſe tuorum,
 Tam ſis hoſtis iners:quàm malus hoſpes eras:
Aut te Tænariæ faciem culpaſſe maritæ:
 Aut illi uellem diſplicuiſſe tuam:

A HVBER. ❡SOLVOR)ſeparor,diſiungor. ¶Imperfecta)incompleta: nam non potui finire,quæ tibi dicere volebam. ¶Triſte) mœſtum,& cum lachrymis miſtum. ¶Incubuit)præſto fuit,ꝛ totis viribus comparatis. Virg.Incubuere mari. ¶Tetẽdit)flatu ſuo impleuit,& extẽſa fecit ¶Longe)a meo aſpectu. ¶Iam) ſubito. ¶Sumqꝫ tuos oculos).i.cum tu oculos ad me conuerteres,ego aſſidue te ſpectantẽ ſpectabam. ¶Vt)poſtq̃;. ¶Te non poteraꝫ).ſ.videre. ¶Tua vela) quæ longius apparebãt, quia erant aut maiora,aut altiora te. ¶Detinuere diu).i.ea proſpexi. ¶Fugacia)ita legendum.i.celeriter euntia,& quæ videbantur fugere. ¶Pontus) mare. ¶Lux abiit).ſ.ex oculis meis. ¶Abortis tene.).i.inducta caligine añ oculos. ¶Succiduo)inclinato,ꝛ flexo:a ſub, & cado venit ſucciduus, ante penultima breui:cum vero lõga eſt:a ſub,& cædo:vnde dicit̃ arbor ſuccidua, quaſi ſubcædua. ¶Iphiclus)pater tuus, ſocer meus. ¶Acaſtus) pater meus. ¶Grandæuus)ſenex. ¶Mater) mea. ¶Refecit) inſtaurauit,& viuificauit. ¶Aq̃ gelida) aſperſione aquæ frigidæ in faciem,quod ſolet fieri aliquo languore deficiẽtibus. ¶Pium)ex pietate proueniẽs. ¶Sed inutile nobis) quia vtilius fuiſſet mihi tunc mori,q̃; nũc viuere in tãtis curis. ¶Indignor) doleo, & moleſte fero. ¶Non licuiſſe)nõ permiſſuꝫ eſſe. ¶Vt).i.poſtq̃;. ¶Animus rediit).i.poſtq̃; reſpiraui. ¶Pariter) ſimul. ¶Momordit)pupugit,tetigit. ¶Nec mihi)dicit ſe ob abſentiam mariti ita eſſe anxiam: vt nec ornatu corporis delectet̃:nec poſſit quieſcere. ¶Pectendos)pectine componendos,ꝛ ornandos. ¶Præbere)ſcilicet ancillis meis. ¶Tegi)indui. ¶Vt bicorni.).i.Bacchus.dicit ſe furore ita agi,ſicut aguntur Bacchantes. ¶Haſta pampinea).i. Thyrſo:eſt autem Thyrſus haſta pampinis inuoluta, quam bacchantes ferre ſolent.Ouid. vi.Meta.Frondentes ſumere Thyrſos Imperat. ¶Tetigiſſe)ſtimulaſſe,concitaſſe in furorem.ſic Virg.iiii.Aene.Sæuit inops animi,totamqꝫ incenſa per vrbem Bacchatur, qualis cõmotis excita ſacris Thyas,vbi audito ſtimulãt Trieterica Baccho,ꝛc. Ouid.iiii.Faſt. Mentis inops rapitur: vt quas audire ſolemus Threicias fuſis Mænadas ire comis.Item in epiſto.Ariadnes. Aut ego diffuſis erraui ſola capillis,Qualis ab Ogygio concita Baccha deo. Bacchus autem dicitur habere cornua propter ſuperbiam,& elationem:quam feruor vini inducit. ¶Matres) matronæ:mulieres. ¶Phylaceides) ita eſt legendum: eſt enim forma patronymica, pro deriuatiuo,a Phylace:quæ (vt Home.in.ii.Ilia.ſcribit)fuit vrbs Theſſaliæ,in qua Proteſilaus regnauit: quod etiam oſtendit Luca.lib.vi. Et prima Rhœteia littora pinu:Quæ tetigit Phylace. hanc Ptolemæus ponit in Pieria parte Macedoniæ.Stra.vero in Phthiotica:quæ tamen regiones ſunt in Theſſalia;quæ & Macedonia dicitur. Phylacus autem pater Iphicli fuit:& ſic auus Proteſilai: vnde Proteſilaus apud poetas ſæpe dicitur Phylacides: Ipſa Laodamia Phylaceia ab vrbe Phylace: vel a Proteſilao Phylaceio interdum dicitur.Ouid.lib.v.de Ponto.Vt viuat fama coniux Phylaceia,cuius Iliacam celeri vir pede preſſit humum. ¶Scilicet) reſponſio Laodamiæ. ¶Scilicet geram)q.d.minime. ¶Saturatas) bene tinctas: vnde dibaphæ veſtes dicebãtur,quæ bis erant tinctæ. ¶Murice)purpura.Eſt enim murex piſcis,cuius ſanguine tinguntur lanę. ¶Geret bella)quod eſt laborioſuꝫ, & durum. ¶Premetur)grauabitur. ¶Galea)pondere galeæ. Ipſe alibi ſupra:& galeam preſſa ſuſtinuiſſe coma. ¶Dura)aſpera.q.d.nõ decet,vt ego ſim in delitiis:& maritus meus ſit in laboribus. ¶Dicar imitata) ſcilicet eſſe. ¶Squalore)ſordes, neglectu corporis. ¶Agaꝫ triſtis).i. viuam in triſtitia,ꝛ mœrore. ¶Dux Pari)male legitur hic textus: Dux Pari:neqꝫ eniꝫ conuenit, vt irata, & turbata ducem appellet Paridem:ꝛ ex verbis Home.lib.iii.Ilia. apparet legendum eſſe,Dyſpari:dicit enim δύσπαρι εἶδος ἄριστε &c.i.o male,ꝛ infelix Pari formam optime: alludens igitur Poeta Ouid.ad illa verba Homeri facit iratam Laodamiã loqui de Paride contumelioſe ſic.O dyſpari.i.o male,ꝛ infelix Pari:nam δὺς apud Græcos in compoſitione malum aliquid ſignificat,vel difficultatem aut impoſſibilitateꝫ: vt exempli gratia,τύχη ſignificat fortunaꝫ, δυστυχία vero infortunium: ἔργον ſignificat opus: & officium: δύσεργον difficultatem:ꝛ εἶδος ſignificat formoſum: δυσειδὴς ſignificat deformem.ſunt plurima huiuſcemodi apud Græcos.error autem facile natus eſt, vel ex ignoratione græcarum literaruꝫ:vel quod ypſilon putatum fuerit eſſe u noſtrum:& s litera conuerſa ſit in x: ſed abſqꝫ dubio affirmauerim legẽdũ,Dyſpari. ¶Formoſe damno tuoruꝫ).i. cuius forma, & pulchritudo magno conſtatura eſt tuis: quia propter te, qui placuiſti Helenæ, tui multa patientur damna. ¶Tam ſis) optatiui modi eſt:& ſubauditur vtinã. ¶Tam ſis hoſtis iners).i.ita negligens,& ignauus ſis pugnator. ¶Quàꝫ malus hoſpes)ſcilicet apud Menelaum. ¶Malus)autem.i.perfidus:quia fidem hoſpiti non ſeruaſti. ¶Aut te)dicit,quod vellet,qđ aut Helena diſplicuiſſet Paridi:aut Paris Helenæ. ¶Maritæ Tænariæ).i.vxoris Helenæ Lacenæ. Nam Tænarus promontorium eſt Laconiæ:ex qua Helena fuit.

ASCEN ❡TRISTE, vale)non,quia triſtitiam obtabat,ſed quia cũ triſtitia foret,ſicut de funere Miſeni dixit Vir.triſte miniſteriũ. ¶Incubuit Bo.)vẽtus a Thracia in Troiã impellẽs. ¶Nil niſi pontus)Virg.Cœlum vndiqꝫ,& vndiqꝫ pontus. ¶Obortis).i. præter ſpem ortis tenebris. ¶Nec mi. pe.) Docet ſe legitime amare,nec velle voluptati indulgere tantiſper dum vir in caſtris degat. ¶Vt quas)docet inſuper ex vehemẽtia amoris in-

A terdum more Bacchantium vagari. ¶Phylaceides)patronymicum a patria,a Phylace ſcilicet vrbe. ¶Regales ſinus)ſinuoſas veſtes reginam decentes. ¶Scilicet)vocabulum indignationi aptum.q.d.nequaquam cõmiſero,vt ego purpurata incedam, dum ille armis atteretur. Magnifice autem dixit ſaturatas non imbutas murice, vt dibaphas.i.bis tinctas ſignificet. ¶Ipſa).i. ego.eſt enim trium perſonarum. ¶Dux Pari)vocatiuus a nominatiuo Paris.ordo eſt. ¶O Pari).i. Alexander,ſic enim etiã vocabatur. ¶Priamide)vocatiuus eſt.i.fili Priami. ¶Formoſe dux)ſcilicet in raptu Helenes cum damno tuorum,ego ſup. vellim, vt ſis tam iners hoſtis. ¶Quàm).i.quantũ. ¶Malus hoſpes eras)Erat autem peſſimus hoſpes, quia hoſpitam abduxit, vnde velit inertiſſimum quoq; eſſe. Iners autem dicitur ſine arte,& ſine induſtria. Ego vellem,inquit,aut te culpaſſe faciẽ ¶Maritæ) i.coniugis. ¶Tænariæ) .i.Lacænæ a parte totum, ſcilicet Helenes:aut ¶Tuam) ſup.faciem. ¶Diſplicuiſſe illi).i. ꝙ vterq; alteri non tantum placuiſſet, vt tu eam rapere, & ea rapi vellet. D

HVBER. ¶TV) ſcilicet o Menelae. ¶Flebilis vltor) quia multi hac tua vltione peribũt. ¶Dii precor) quia quoties Laodamia recordabatur belli:trepidabat,& flebat:ideo precatur: vt hoc non ſit ei malo omini.i.augurio ¶Siniſtrum)infelix. ¶Det)offerat. ¶Ioui reduci).i.Ioui eum reducenti:nam reduceſ appellamus, & qui reducit alium,vt hic: & qui reducitur ab alio, vt ſupra, Littora Theſſaliæ reduci tetigiſſe carina: & Virg.primo Aene. Nanq; tibi reduces ſocios. ¶Subiit) venit in mentem. Virgil. Subiit cari genitoris imago. ¶Madentis) liqueſcentis. ¶Sole) propter calorem ſolis. ¶Ilion)dicit,quod quoties audit aliquod nomen regionis Troianæ : ferè ſolo nomine terretur. ¶Iliõ) oppidum ipſum Troiæ. ¶Tenedos)inſula in cõſpectu Troiæ:quam a Tene quodam,qui cum nouerca cõcubuit:occupatam,cum antea eſſet vacua: & ab eo nominatam Seruius ſcribit.Diodo.appellat Tenũ: dicitq; eius patrem calumnia vxoris inductũ filium Tenuſ in arca impoſituſ in mare deieciſſe : quæ tempeſtate acta cum in Tenedum appuliſſet, Tenus mirabili deorum ope ſalutem conſecutus inſulæ imperauit: vir præclarus, ac iuſtitia, virtutibuſq; aliis immortalium honores aſſecutus, ¶Et Xanthus)fluuius iuxta Troiã,de quo diximus in epiſtola Oenones. ¶Ide)mons Phrygiæ: a quo & C ſylua Idæa. Virg. Cernimus Idæa claram ſe condere ſylua: & idem. Iamq; iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ.hoc declinatᷣ græce ἴδη ἴδης. ¶Penè).i.ferè. ¶Ipſo ſono).i.ſola voce,& nomine.q.d.ergo multo magis re ipſa. ¶Nec rapere)occurrit obiectioni:quia poſſet dici:quod magna eſt potentia Græcorũ: dicit quod Paris non rapuiſſet Helenam, niſi vidiſſet ſe habere vires defendendi ſe contra Græcos. ¶Auſurus)ſcilicet erat Paris.i.non fuiſſet auſus rapere. ¶Hoſpes erat) .i peregrinus. ¶Vires ſuas).i.quantum poſſet. ¶Spectabilis)ornatus. ¶Ferret)oſtentaret. ¶Suo corpore)quia qui vidiſſet eum ita ornatum,potuiſſet iudicare: q̃ diues eſſet Phrygia. ¶Opes Phrygias).i.Troianas. Virg. Troianas vt opes. erat enim in toto Oriente potentiſſimum imperium Troiæ. ¶Claſſe) nauibus. ¶Viris) numero virorum. ¶Per quæ).i per quas res, ſcilicet naues,& viros. ¶Geruntur bella)quia ſine viris bella geri nõ poſſunt:nec rurſus ſine claſſe:cum ad eos, qui ſeparantur mari:tranſituri ſumus. ¶Quota).i.minima.vt Iuue.Quota portio fecis Achææ.& eſt ſenſus. potens eſt claſſe,& viris, & habet ſecum minimam partem ſui regni. ¶His ego)dicit Laodamia Helenam eſſe captam amore Paridis, propter ſupradicta. ¶Ledæa) Helena filia Ledæ. poſſeſſiuum pro patronymico. ¶Conſors).i.ſoror,& ſanguine coniuncta. ¶Gemellis).i.Caſtori,& Polluci, q gemini fuerunt eodẽ nati ouo: vt ſupra diximus. ¶Hæc)ſcilicet diuitias,& potentiam Troianorũ. ¶Poſſe nocere Danais) .i.grȩcis. ¶Neſcio quem) q.d.inter Troianos fortiſſimum. ¶Paris Hectora)probatio fortitudinis Hectoris ex teſtimonio Paridis. ¶Sanguinea) cruentata: qui ſemper interficit aliquem. ¶Ferrea bella)aut aſpera, aut quæ ferro geruntur. E ¶Hectora) adiurat Proteſilaum per amorem ſuum,vt caueat hunc Hectora. ¶Si ſum chara tibi)ſi me amas. ¶Signatum) infixum : & quaſi ſigno quodam notatum. ¶Nomẽ) ſcilicet Hectoris. ¶Vbi)poſtquã. ¶Hũc)Hectora. ¶Alios) Troianos. ¶Multos Hectoras).i.multos fortes,qualis eſt Hector. ¶Parabis pugnare).i. ingredieris pugnã. ¶Me parcere ſibi) ideſt me habere reſpectum ſui: & vt me ei ſeruem.

Tu,qui pro rapta nimium Menelae laboras:
Hei mihi quàm multis flebilis ultor eris.
Dii precor à nobis omen remouete ſiniſtrum:
Et ſua det reduci uir meus arma Ioui.
Sed timeo:quotieſq; ſubit miſerabile bellum:
More niuis lachrymæ ſole madentis eunt.
Ilion,& Tenedos,Simoiſq;,& Xanthus,& Ide,
Nomina ſunt ipſo penè timenda ſono.
Nec rapere auſurus,niſi ſe defendere poſſet,
Hoſpes erat:uires nouerat ille ſuas.
Venerat,ut fama eſt,multo ſpectabilis auro:
Quiq; ſuo Phrygias corpore ferret opes:
Claſſe,uiriſq; potens: per quæ fera bella geruntur:
Et ſequitur regni pars quota quenq; ſui.
His ego te uictam conſors Ledæa gemellis
Suſpicor:hæc Danais poſſe nocere puto.
Hectora neſcio quem timeo:Paris Hectora dixit
Ferrea ſanguinea bella mouere manu.
Hectora,quiſquis is eſt,ſi ſum tibi chara,caueto:
Signatum memori pectore nomen habe.
Hunc ubi uitaris:alios uitare memento:
Et multos illic Hectoras eſſe puta.
Et facito,ut dicas,quoties pugnare parabis:
Parcere me iuſſit Laodameia ſibi.

ASCENSIVS.

¶FLEBILIS Vxor) videtur noue dictum, vt ſicut maritam vocat fœminam, ita virum vocet vxorem : ſed legendum puto non vxor, ſed vltor, caret enim exemplo, vt vir vxor dicatur, licet vxorius ſæpe. ¶Quàm) ideſt quantum. ¶Multis) cum admiratione. quaſi dicat, plurimis. ¶Et ſua det reduci vir meus arma Ioui) Hic redux, actiue ponitur pro reducente, cum apud Virgilium pro reducto legatur. Moris autem erat, negocii arma conſecrare deo præſidi negocii illius. ¶Ilion, & Tenedos) declinatur hoc Ilium, vel Ilion, huius Ilii. Nam quæ apud nos exeunt in um, ſi ſunt græca, exeunt apud eos in on. reperitur tamen etiam hæc Ilios, & apud hunc, & apud Horatium:Ilion autem erat regia Priami in Phrygia, quæ expugnabatur. Tenedos inſula in conſpectu Troiæ. ¶Simois, & Xanthus)fluuii Troiani. ¶Ida) ſylua Troiana. ¶Pars quota quæq; ſui)quaſi dicat, rariſſima quæq;, vnde non legam quenq;. Eleganter autem ponitur, quiſq;, cum quotus, & coniuncta petunt ferre negatiuam reſponſionem. ¶Conſors Ledæa) ideſt filia Ledæ ſoror gemellorum : hoc eſt, o Helena, ego reor te victam ¶His) ſcilicet opulentia, claſſe, & viris Paridis. ¶Hectora, neſcio, quem) Formidandum docet nomen Hectoris, de quo tanta prædicantur. ¶Caueto) ideſt fugito. Horatius. Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. ¶Memori) pectore. Virgilius etiam in accuſatiuo / memor / genere neutro dedit dicens. Curæ numen habet, iuſtumq;, memorq; precatur. ¶Multos Hectoras) ideſt fortes. ¶Parcere me iuſſit Laodamia ſibi) vt amore, non timore abſtinuiſſe bello putetur. F

Si cadere Argolico fas eſt ſub milite Troiam:
Te quoq; non ullum uulnus habente cadat.
Pugnet & aduerſos tendat Menelaus in hoſtes:
Vt rapiat Paridi, quam Paris antè ſibi.
Irruat: & cauſa quem uincit, uincat & armis,
Hoſtibus è mediis nupta petenda uiro eſt.
Cauſa tua eſt diſpar: tu tantum uiuere pugna:
Inq; pios dominæ poſſe redire ſinus.
Parcite Dardanidæ de tot (precor) hoſtibus uni:
Ne meus ex illo corpore ſanguis eat.
Non eſt, quem deceat nudo concurrere ferro:
Sæuaq; in oppoſitos pectora ferre uiros.
Fortius ille poteſt, multo qui pugnat amore:
Bella gerant alii: Proteſilaus amet.
Hunc, fateor, uolui reuocare: animusq; ferebat:
Subſtitit auſpicii lingua timore mali.
Cum foribus uelles ad Troiam exire paternis:
Pes tuus offenſo limine ſigna dedit.
Vt uidi, ingemui: tacitoq; in pectore dixi:
Signa reuerſuri ſint precor iſta uiri.
Hæc tibi nunc refero, ne ſis animoſus in armis:
Irritus in uentos * hic timor omnis eat.
Sors quoq; neſcio quem fato deſignat iniquo:
Qui primus Danaum Troada tanget humum.
Infelix, quæ prima uirum lugebit ademptum,
Dii faciant, ne tu ſtrenuus eſſe uelis.
Inter mille rates tua ſit milleſima puppis:
Iamq; fatigatas ultima uerſet aquas.
Hoc quoq; præmoneo: de naue nouiſſimus exi:
Non eſt, quò properes, terra paterna tibi.
Cum uenies: ueloq; moue, remoq; carinam:
Inq; tuo celerem littore ſiſte gradum.
Siue latet Phœbus: ſeu terris altior extat:
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte uenis,
Nocte tamen, quàm luce, magis. nox grata puellis:
Quarum ſuppoſitus colla lacertus habet.
Aucupor in lecto mendaces cœlibe ſomnos:
Dum careo ueris, gaudia falſa iuuant:

* a. l. fac meus in vẽ tos

A HVBER. ¶SI FAS Eſt).i.ſi licet, & fata permittunt. ⸢Cadere).i.ruere. ⸢Non vllum).i.nullum. ⸢Pugnet)hoc dicit: ſine, vt Menelaus, ad quem pertinet recuperare vxorem: pugnet ipſe. ⸢Nupta)vxor. ⸢Petenda)capienda. ⸢Diſpar)diſſimilis. ⸢Viuere pugna) ſicut Menelaus, vt Helenam habeat, pugnat: ita, vt me habeas, tu viuere pugnes. ⸢Viuere)vt viuas. ⸢In ſinus)in amplexus: in gremium. ⸢Dominæ)vxoris, q̄ te amat. ⸢Pios) tibi affectos, & deditos. ⸢Parcite) conuertit ſermonem ad Troianos: vt ſuo Proteſilao parcant. ⸢Ne meus ex illo).i. ne ipſo mortuo ego quoque moriar. ⸢Meus ſanguis eat).i.exeat. ⸢Ex illo corpore)ſcilicet interfecto. ⸢Non eſt)dicit, eum nō eſſe aptum bello. ⸢Oppoſitos)aduerſos, hoſtiles. ⸢Fortius)animoſius. ⸢Ille)ſcilicet Paris. ⸢Amet)ſcilicet me. ⸢Nunc fateor) q. d. quod ante dicere non ſum auſa. ⸢Reuocare)ne ires ad bellum Troianum. ⸢Ferebat) .i. cupiebat. B ⸢Subſtitit).i.deſtitit: ceſſauit timore mali auſpicii.i.metu, ne darem tibi malum auſpicium, & augurium reuocādo, quod ſolet vulgo credi. ⸢Cum foribus ) dicit quoddam omen, quod apparuit: cum Proteſilaus eſſet ex domo ſua exiturus ad bellum Troianum: quia ceſpitauit in limine domus. ⸢Signa)auguria. ⸢Offenſo)tacto. ⸢In pectore tacito) .i. ego tacita, & mecū dixi. ⸢Iſta ſint ſigna viri reuerſuri).i.vtinam hęc ſint ſigna, q᷑ maritus meus poſſit reuerti a bello Troiano. ⸢Refero)dico. ⸢Nunc) quæ ante non auſa ſum dicere. ⸢Ne ſis animoſus).i.ne ſis audax. ⸢In uentos) in nihiluꝫ.i.vt fruſtra ſit. ⸢Sors).i.oraculum. ⸢Deſignat) .i.deſtinat. ⸢Fato)ideſt morti. ⸢Neſcio quem).i.quēdam. C ⸢Qui primus Danaū) .i. primus ex Græcis. ⸢Troada)Troianam. ⸢Ademptuꝫ) ſublatum, ⁊ ereptū ſibi. ⸢Strenuus) audax, & animoſus: vt velis primus exire in terram Troianaꝫ. ⸢Milleſima).i.vltima: qa inter mille, milleſimus dicitur vltimus, qui facit nomē numero millenario. ⸢Verſet)moueat. ⸢Iam fatigatas).i.iam impulſas, & cōmotas remis aliarum. ⸢Nouiſſimus)extremus ſcilicet. ⸢Præmoneo)etiam te, non ſolum vt tua nauis ſit vltima, quæ appellat ad littus Troianum: ſed etiam tu ſis vltimus, qui de ipſa naui deſcēdas. ⸢Terra, quo prope.).i.quo properare debeas: ⁊ ita legendum eſt properes: & ordo eſt: terra non eſt tibi paterna. ⸢Quò properes).i.quo debeas ita celeriter ire: quia ad terram paternam omnes libēter properant. ⸢Cum venies)dicit ei eſſe properandum: cum redibit. ⸢Cum venies)cum redibis in patriaꝫ: vtere remis, & velis ad nauigandum. ⸢Siſte)fige, pone. ⸢Gradum) greſſum.i.cito deſcende in tuum littus, quando redibis. ⸢Siue)dicit ſe diu, noctuqꝫ aſſiduis curis angi propter abſentiam mariti, & eius pericula: ſed magis tamē nocte. D ⸢Latet nocte)eadem ſententia vſa eſt ſupra Hermione ad Oreſtem. Cum tamen altus equis Titan radiantibus inſtat: Perfruor infelix liberiore malo &c. ⸢Nox grata) dicit quare maior dolor ſit ei nocte, q̄ die: quia nox aptiſſima eſt voluptatibus puellarum, ſub quarum collo mariti brachia tenere ſolent: & eas crebro amplecti, & oſculari. ⸢Aucupor) dicit ſe multa ſomniare de marito: quæ licet ſint falſa, tamen afferunt voluptatem. ⸢Aucupor)capio. ⸢Mendaces)falſos. ⸢Cœlibe lecto) .i. ſine marito: nam cœlebs dicitur teſte Priſciano, quaſi cœleſtem vitam agens. Cœlebs autem dicitur: qui, vel quæ coniugio non copulatur. Horat. in epiſtolis. Nil ait eſſe prius, melius nil cœlibe vita. E ⸢Iuuant)delectant. ⸢Dum careo veris).i.dum non habeo vera gaudia cum marito meo.

ASCEN. ¶SI CADERE).i.ſiquidem fas eſt, quia in fatis eſſe cenſet. ⸢Te quoqꝫ)hoc eſt, cadat ſine te. ⸢Parcite Dardanidæ)preces vanæ, ſi hoſti deferantur: ſed quia per apoſtrophen legendæ a viro ſcribuntur, multum gratiarū habent. ⸢Non eſt, quem deceat) q.d. non hic vobis capitali odio cruentum inferet bellum. parcite ergo ei, & conuertite ferrum in capita bellorum Menelaum, & Agamemnona. ⸢Nunc fateor) recitat præſagia futuræ mortis, atqꝫ omina, quæ cum fierent, ne accepiſſe putetur, timuit reuocare maritum, quia reuocando ratum feciſſet omen, & ille forſitan nihilominus obiiſſet, vnde tutius putauit, tūc diſſimulare, q̨ nūc territa in ſomniis, vt caueat, monet. F ⸢Foribus exire paternis)ſic Virg. Quāuis multa meis exiret victima ſeptis. Exeo enim ablatiuo iungitur, quia componitur ab ex, & accuſatiuo ſecundum Alexan. quia componitur etiam ab extra. ⸢Vt vidi) .i. ſtatim poſtq̄; vidi. ⸢Signa reuerſuri) magni animi eſt mali ominis ſigna in melius conuertere, atque interpretari. ⸢Sors quoqꝫ)ergo & ipſa ſortilegos conſuluerat, territa ſcilicet in ſomniis, & malo omine. ⸢Qui primus)ordo eſt: eum, qui primus. ⸢Danaum)pro Danaoruꝫ, hoc eſt Græcorum, ſeu Argiuorum. ⸢Tanget humū Troada) .i. Troianam. patronymicum enim eſt pro patrio, ſeu poſſeſſiuo poſitū, hæc Troas, huius Troados, huic Troadi, hāc Troada. ⸢Remo & velo).i.plena opera, quę fit ventis, & velis: hoc eſt vltimus deſcendas in terram hoſtilem, & primus redeas in patriā. ⸢Luce).i.interdiu. Orator diceret luci, potius q̄; luce. ⸢Lacertus).i.brachium condormientis. vnde in Canticis: Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. ⸢In lecto cœlibe).i.ſine coniuge. Cœlebs enim dicitur quicūqꝫ extra coniugiū viuit: ſiue caſte, ſiue non; vnde & cœlibatus, eius,

A qui ita viuit, ſtatus. ⸢Dum careo veris, gaudia falſa) ideſt ſimulata. ⸢Iuuant) ideſt delectant: quod Epicureis ſummopere perſuaſum eſt.

HVBER. ¶SED TVA) dicit ſibi apparere triſtia omina, ſcilicet imaginem ipſius Proteſilai mortui. ⸢Pallens) mortua. Virg. Ora modis attollens pallida miris. ⸢Occurrit) apparet. ⸢Cur venit a verbis) .i. cur videor audire te multa conqueri? ⸢Excutior) violenter excitor. ⸢Adoro) .i. oro. ⸢Simulachra noctis) .i. ipſos ſomnos: qui nocte habentur. ⸢Meo fumo) .i. meo ſacrificio, quia vbiq; ſacrifico. ⸢Super) ſcilicet thura. ⸢Quæ) ſcilicet thura. ⸢Sparſa) madefacta, & aſperſa lachrymis. ⸢Relucent) incenduntur. ⸢Vt ſolet) comparatio eſt. ⸢Surgere) creſcere. Flamma enim vino ſuperfuſo maior fieri ſolet. ⸢Quando ego) oſtendit quanto affectu eius reditum expectet. ⸢Languida) deficiens. ⸢Soluar) cadam. ⸢A mea lætitia) vt enim
B nimio dolore: ita, & nimia lætitia homines deficere ſolent: immo & plerunq; mori. refert Valerius Maximus lib. ix. exemplum in duabus mulieribus: quæ nimia lætitia ex inſperata ſalute filiorum, quos periſſe audierãt, expirauerũt. ⸢Referas) narres: vt ſolent mariti a bellis reuerſi. ⸢Iuuabit) delectabit, placebit. ⸢Rapies) a me. ⸢Reſiſtunt) remorantur: retardãtur. ⸢Apte) conueniẽter: grate. ⸢In his) ſcilicet oſculis. ⸢Promptior) paratior. ⸢Dulci) grata. ⸢Mora) ſpatio: quia recreata aliquantulũ hoc ſpatio oſculandi promptior poſtea efficitur ad narrandum. ⸢Sed cum Troia) oſtendit ſuperius ſe delectari
C falſis ſomniis de marito ſuo: quem interdum ſomniat eſſe ſecum: poſtea vero oſtendit q̃to affectu eũ reuerti optet, & ſperet: nũc dicit, quod quãdo recordatur belli Troiani, & nauigationis eius, amittit omnem ſpem. ⸢Subit) venit in mentem. ⸢Fretum) per quod nauigas, quod habet tot, & tanta pericula. ⸢Cadit) deficit. ⸢Hoc quoq;) quia ſupra dixit, ſe audiſſe eos remorari in Aulide: dicit nunc, q̃ veretur: ne illud ſit malum omen: ne dei per hoc ſignificent, quod nolint vos nauigare. ⸢Exire) diſcedere ex Aulide. ⸢Mouet) terret, & turbat me. ⸢Inuitis) contrariis: & vos prohibẽtibus. ⸢Quis velit) q. d. nullus: & eſt argumentum a maiori ad minus: ſi enim nemo contrariis ventis vellet redire in patriam ſuam, cuius quiſq; cupidiſſimus eſt: quanto minus deberet ventis cõtrariis, & mari prohibente a patria ſua diſcedere? ⸢Ipſe ſuam) oſtendit nunc, quod contra voluntatem numinum nauigent: dicit enim Neptunum Deum maris impedire eorum nauigationem ad deſtruendam Troiam, quam ipſe condidit: vnde ſupra. Perdere quos poſſis melius Neptunia præbent Pergama. i. a Neptuno condita. ⸢Quò ruitis?) quo vaditis ita præcipites, & inconſiderati? ⸢Domos) ſcilicet veſtras. ⸢Audite) ſen-

D tite: & eis ne reſiſtite. ⸢Iſta mora) quam nunc facitis in Aulide: cum non poteſtis inde diſcedere. ⸢Non eſt ſubiti caſus) .i. nõ eſt fortuita: & ex aliquo ſubito caſu: vt vos fortaſſe putatis. ⸢Eſt numinis) deeſt ſed. i. ſed eſt diuinæ voluntatis. ⸢Quid petitur) arguit a cauſa: dicit enim cauſam eſſe turpem, & inhoneſtam: cui nullum debeant præſtare fauorem: quia tanto bello repetitur tantũmodo adultera. ⸢Rates Inachiæ) .i. græcæ, vel argolicæ. Nam Inachus pater ἰοῦς regnauit Argis: vnde Argiui nonnunq̃ Inachii dicuntur. ⸢Vertite vela) .i. reuertimini in patriam. ⸢Dũ licet) vobis. ⸢Sed quid ago reuocans) ſic legendũ eſt, non autem ego: cuius vltima ſyllaba ſemp breuis eſt. ⸢Omen reuocantis abeſto) .i. vtinam nullum ſit malum omen ex reuocatione mea. ⸢Compoſitas) quietas. ⸢Blanda) mitis: ſuauis. ⸢Troadas) dicit feliciores eſſe mulieres Troianorum: contra quos geretur bellum: q̃ vxores Græcorum: qui
E gerent ipſum bellum. ⸢Troadas inui.) pro inuideo Troadibus. i. fortunæ Troianarum notanda hæc locutio: vbi inuideo cum ſolo accuſatiuo, ſine datiuo iungitur, quod nunquam alibi me legere memini: nam cum accuſatiuo, & datiuo ſæpe ponitur: vt Te'ne, inquit, miſerande puer, cum læta veniret: Inuidit fortuna mihi? &, Liber pampineas inuidit collibus vmbras. ⸢Funera) cædes. ⸢Suorum) maritorum, vel parentum, & fratrum. ⸢Noua nu.) pauloante maritata. ⸢Suis) propriis. ⸢Barbara Troiana. ⸢Sumet) a marito. ⸢Simul) dando arma. ⸢Officii) ſcilicet oſculãdi. ⸢Dulce) gratum. ⸢Duobus) marito, & vxori. ⸢Producet) procul ducet,
F & comitabitur. ⸢Mandata reuerti) .i. mãdata, vt reuertatur. ⸢Referas) reportes ⸢Ioui) ſolebant enim reuertẽtes ex bello arma ſua diis ſuſpẽdere: vnde Virg. Armaq; fixit Troia.

ASCEN. ¶SED TVA Cur nobis) Cauſam mittendæ Epiſtolę recitat. ⸢Excutior ſomno) quod Seruius futuri mali prognoſticon putat: nam cum ſomnus, inquit, ſit donum deorum (ſicut dicitur. ii. Aene. Tẽpus erat, quo prima qes mortalibus ægris Incipit, & dono diuum gratiſſima ſerpit) non excutitur vehementer ſine futuro malo. ⸢Ara Theſſalis) .i. Theſſalica: iterum patronymicũ pro patrio, ſeu poſſeſſiuo. ⸢Vt ſolet affuſo mero) .i poſtq̃ affuſum eſt merum. ⸢Quando ego te reducem) .i. reductum, aut reuertentem. ⸢Soluar ab ipſa) ordo eſt. ⸢Ipſa) .i. ego ſoluar languida ab lætitia mea? quia Aul. Gel. docet enectas eſſe mulieres non minus gaudio vehementi, q̃ dolore. ⸢Militiæ referas) Atqui dixerat: Bella gerant alii, Proteſilaus amet. quomodo ergo nunc dicit? Militiæ referas ſplendida facta tuæ. Sed non eſt vitioſum Poetæ, ſi eam inconſtantiã dat mulieri: amant enim laudẽ, licet cum periculo mereri nolint. ⸢Sed cum Troia ſubit) .i. profectio Troiana, quam paratis inuitis ventis, & aquis: cum tamen repugnantibus illis nemo in

Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?
 Cur uenit à uerbis multa querela tuis?
Excutior ſomno: ſimulachraq; noctis adoro:
 Nulla caret fumo Theſſalis ara meo.
Thura damus, lachrymasq; ſup: quæ ſparſa relucẽt:
 Vt ſolet affuſo ſurgere flamma mero.
Quando ego te reducem cupidis amplexa lacertis,
 Languida lætitia ſoluar ab ipſa mea?
Quando erit, ut lecto mecum bene iunctus in uno
 Militiæ referas ſplendida facta tuæ?
Quæ mihi dum referes: quamuis audire iuuabit:
 Multa tamen rapies oſcula, multa dabis.
Semper in his aptè narrantis uerba reſiſtunt:
 Promptior eſt dulci lingua referre * mora.
Sed cum Troia ſubit, ſubeunt uentiq;, fretumq;:
 Spes bona ſollicito uicta timore cadit.
Hoc quoq;, quòd uenti prohibent exire carinas,
 Me mouet: inuitis ire paratis aquis.
Quis uelit in patriam uento prohibente reuerti?
 A' patria pelago uela uetante datis.
Ipſe ſuam non præbet iter Neptunus ad urbem:
 Quò ruitis? ueſtras quiſq; redite domos.
Quò ruitis Danai? uentos audite uetantes:
 Non ſubiti caſus, numinis iſta mora eſt.
Quid petitur tanto, niſi turpis adultera, bello?
 Dum licet, Inachiæ uertite uela rates.
Sed quid ego reuoco hæc? omen reuocantis abeſto:
 Blandaq; compoſitas aura ſecundet aquas.
Troadas inuideo: quæ ſic lachrymoſa ſuorum
 Funera conſpicient: nec procul hoſtis erit.
Ipſa ſuis manibus forti noua nupta marito:
 Imponet galeam: barbaraq; arma dabit.
Arma dabit: dumq; arma dabit, ſimul oſcula ſumet:
 Hoc genus officii dulce duobus erit:
Produceretq; uirum: dabit & mandata reuerti:
 Et dicet, referas iſta face arma Ioui. *

* Inuideo cum actõ.

* a. l. Et dicet, referas arma fac iſta Ioui.

* a. l. retẽta

A patriam redire paret. ⸢Quis velit &c.) q.d.nemo: Et tamen vos datis a patria pelago vela vetante. ⸢Quiſq; redite)locutio congrua in re.nam quiſq; vim collectiuã habet. ⸢Quid petitur)dehortatur a bello ob indignitatẽ cauſæ. ⸢Troadas inuideo).i.inuidia proſequor,nam nos diceremus, Troadibus inuideo. Senſus eſt: ego inuideo id ⸢Troadibus).i.Troianis mulieribus. eſt enim patronymicum a patria: quòd ſi ⸢Funera) ideſt mortem ſuorum conſpicere cogentur, præſentes tamen erunt & maritos armabunt. ⸢Arma fac iſta) Sic & prius, quia tamen fac producitur, credo vtrobique / face / legendum eſſe: quo modo olim dicebatur, ſicut nunc, perfice. D

Ille ferens dominæ mandata recentia ſecum,
  Pugnabit caute: reſpicietq́; domum.
Exuet & reduci clypeum: galeamq́; reſoluet:
  Excipietq́; ſuo corpora laſſa ſinu.
Nos ſumus incertæ: nos anxius omnia cogit,
  Quæ poſſunt fieri, facta putare timor.
Dum tamen arma geris diuerſo miles in orbe:
  Quæ referat uultus, eſt mihi cera, tuos.
Illi blanditias, illi tibi debita uerba
  Dicimus: amplexus accipit illa meos.
Crede mihi plus eſt, quàm quod uideatur, imago:
  Adde ſonum ceræ: Proteſilaus erit.
Hanc ſpecto: teneoq́; ſinu pro coniuge uero
  Et tanquam poſſit uerba referre, queror.
Per reditus, corpuſq́; tuum, mea numina, iuro:
  Perq́; pares animi, coniugiiq́; faces:
Perq́;, quod ut uideam canis albere capillis:
  Quod tecum poſſis ipſe referre caput:
Me tibi uenturam comitem, quocunq; uocaris:
  Siue quod heu timeo, ſiue ſuperſtes eris.
Vltima mandato claudetur epiſtola paruo:
  Sit tibi cura mei: ſit tibi cura tui. *

HVBER. ¶ILLE) maritus ⸢Ferens) habens. ⸢Recentia) noua, & adhuc memoriæ hærentia. ⸢Caute)ſapiẽter. ⸢Reſpiciet domum).i. habebit animum ad domeſticos ſuos, & præſertim ad vxorem ⸢Exuet)ſcilicet ipſa vxor ſpoliabit, ⁊ extrahet. ⸢Reduci)reuerſo incolumi ⸢Reſoluet) remouebit. ⸢Corpora feſſa)ſcilicet mariti ⸢Sinu)amplexu: & gremio. ⸢Nos)hanc conditionem ſupradictam habebũt Troianę. ⸢Nos) ſcilicet græcæ. ⸢Sumus incertæ)ſcilicet quid agatis: q̃ procul abſumus. ⸢Nos anxius)ſenſus eſt. ex timore puto omnia accidere tibi: quæ poſſibile eſt accidere. ⸢Putare facta) .i. putare eueniſſe tibi, ⸢Quæ poſſunt fieri).i. quæ ſunt poſſibilia. ⸢Dum tamen) oſtendit magnum argumentũ amoris ſui erga Proteſilaum: dicit enim, ꝙ in eius abſentia habet imaginem ceream ad eius ſimilitudinem: quam ſecum tenet, ⁊ amplectitur pro marito. ⸢Diuerſo orbe).i.in diuerſa, ⁊ remota parte orbis. ⸢Cera)imago cerea ⸢Referat)repræſentet. ⸢Verba debita tibi).i.quæ tibi deberem dicere, ſi adeſſes, ſcilicet o dulcis coniux: & ſimilia verba. ⸢Accipit amplexus meos).i.eam amplexor: tanq̃; ſi tu ipſe eſſes. ⸢Imago)illa cerea. ⸢Eſt plus) ſcilicet mihi.i.plus voluptatis mihi affert. ⸢Quàm quod videatur)ſcilicet poſſe eſſe imago. ⸢Adde ſonum ceræ).i.ſi habeat vocem: ⸢Erit Proteſilaus) .i. videberis tu eſſe ille. ⸢Specto) cum delectatione intueor. ⸢Pro coniuge vero) .i.loco veri coniugis. ⸢Et queror)apud eam. ⸢Tanq̃; poſſit referre) .i.tanq̃; ſit viua: vt poſſit mihi reſpondere. ⸢Per reditus)iurat nunc ſe ſecuturam Proteſilaum, ſiue viuum, ſiue mortuum: hoc eſt, ſi vixerit, ſe victuram cum eo: ſi vero mortuus fuerit, ſe etiam morituram. ⸢Reditus)reuerſiones. ⸢Mea numina)quod ego colo tanquã numen. ⸢Pares faces animi) .i.per parem amorem. ⸢Faces coniugii) i.tedas, quæ in coniugio noſtro affuerunt. ⸢Et per caput quod vt) .i. vtinam ⸢Albere canis capillis) .i. qđ vtinam videã ſeneſcere. ⸢Referre) reportare. ⸢Me venturã)ſcilicet iuro. ⸢Quocũq;) in quãcũq; conditionem me vocaris. ⸢Siue)voluit dicere morieris: ſed ſuppreſſit: & maluit intelligere, q̃; exprimere. ⸢Quod) quam rem, ſcilicet ne moriaris: heu timeo. ⸢Vltima epiſtola) .i. vltima pars epiſtolæ ⸢Sit tibi) ecce mandatum, vt ſeruet ſe, & propter ſeipſum, & propter vxorem. Verum cum Proteſilaus primus egreſſus de naui in bello Troiano periſſet, Laodamia eius morte audita ex mariti deſiderio in amplexu imaginis cereæ, q̃; ſupra apud ſe habuiſſe diximus: dicitur expirauiſſe. Seru. in. vi. Aenei. dicit: Quod cum maritũ in bello Troiano periſſe cognouiſſet: optauit vt eius vmbram videret: qua re conceſſa, ne dereſeret eam, in eius amplexibus periit.

*Aliq libẽtius legũt, Si tibi cura mei: ſit tibi cura tui.

B E C

ASCEN. ¶QVÆ Referat vultus &c.) magni amoris indicium eſt amati colere effigiem. ⸢Adde ſonum).i.loquelam. ⸢Ceræ).i. imagini cereæ. ⸢Proteſilaus erit, pro coniuge vero) .i. loco coniugis veri. ⸢Canis capillis)ſatis eſſet dicere canis: nam cani numero plurali pro capillis caneſcentibus accipi ſolent. ⸢Siue(quod heu timeo) i.mortuus ſubaudi ab inferiori eris. ⸢Vltima epiſtola) .i. aut vltima pars epiſtolæ: aut ultima, quam mittere conſtituerit: ſed prior mihi placet interpretatio: hæc enim videtur primæ epiſtolæ formam habere. F

# IN DECIMAMQVARTAM EPISTOLAM

## ARGVMENTVM HVBERTINI.

DANAVS: Et Aegyptus Beli Priſci filii fuerunt, quorum Danaus ex pluribus vxoribus. L. ſuſcepit filias: Aegyptus vero frater totidẽ virilis ſexus liberos: Sed cum Aegyptus inſtaret: vt filiæ fratris filiis ſuis nuberent: & Danaus ex oraculo accepiſſet ſe manibus generi moriturum: recuſabat hoc coniugiũ. quare orto inter eos bello, Danaus ex patria fugiens cum filiabus in Græciam venit: vbi Stheleno Argiuorum rege expulſo Argis regnauit: qui, vt alibi dixi ex authoritate Stra. adeo præcedentes loci illius reges excelluiſſe fertur: vt, qui antea Pelaſgi nominabantur: impoſita per Græciam lege Danai vocitarentur. Sed Aegyptus ægre ferens ſe, filioſq; ſuos a Danao ſpretos filios cum exercitu miſit ad oppugnandum fratrem Danaum: qui tandẽ coactus filias ſuas fratris filiis deſpondit: ſed in ipſo nuptiarum die gladios virginibus dedit, quibus imperauit: vt prima nocte viros interficerent: eis, niſi ita facerent, cædem interminatus: omnes igitur præceptis paternis paruerunt, ſola Hypermneſtra excepta: apud quam plus valuit conſanguinitatis, & coniugii pietas, ⁊ amor, q̃; iræ paternæ metus: hæc enĩ Lynceo marito ſuo pepercit: eumq; ſomno excitatũ monuit, & impulit, vt diſcederet: & fuga ſuæ ſaluti conſuleret: quod ille fecit. Cum vero pater Danaus cognouiſſet ab omnibus perfectum facinus, præterq̃; a ſola Hypermneſtra: eam crudeliſſime vinctam in carcere ſeruandam tradidit. Quare hanc Epiſtolam ad Lynceum patruelẽ ſuum, & eundẽ maritum ſcribit: qua & præceptũ patris, ⁊ facinus ſororũ, & pietatẽ ſuã narrat: & quantũ bene merita ſit de ipſo Lynceo: oratq; eũ, vt liberet ipſam his pœnis, q̃bus iniuſte tenet̃: captatq; cõmiſeratione ex fortuna, & ex crudelitate p̃ris. Poſtremo rogat Lynceũ: vt, aut eã liberet: aut interficiat, & mortuã ſepeliat: ⁊ ſepulchro inſcribat: queadmodũ ipſa mortua eſt: vt Lynceũ a morte liberaret

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

### *Heroidum Epiſtola decimaquarta.*



IN DECIMAMQVARTAM EPIST. ARGVM.

DANAVS Beli priſci filius ex pluribus coniugibus quinquaginta filias ſuſcepit: quas dum Aegyptus eius frater, cui totidem erant filij, poſtulaſſet in nurus, Danaus oraculi reſponſo comperto, ſe manibus generi moriturum, volens periculum euitare, conſcenſis nauibus Argos venit. Indignatus autem Aegyptus, eo quod ſpretus eſſet, filios cum exercitu ad illum oppugnandũ miſit, hac lege, vt non niſi interempto Danao ad ſe redirent, aut filiarum connubia iniſſent. Ille autem obſidione coactus filias ſe daturum ſpopondit. Sed puellæ accepto a patre gladio, vt iuſſum erat, prima nocte cum vino lætitiaq́; calentes iuuenes in profundiſſimum ſoporem deſcendiſſent, vnaquæq́; ſuum iugulauit: ſola Hypermneſtra excepta, quæ Lino, quem Euſebius Lynceum appellat, marito ſuo miſerta pepercit, ſuaſitq́; vt ad patrem Aegyptum detecto facinore cum primum fugeret. Sed cum pater Danaus ab omnibus perfectum facinus intellexiſſet, præterq̃ ab Hypermneſtra, eam crudeliſſime vinctam in carcere ſeruandam tradidit. Quare Linum patruelem, eundemq́; maritum, quem ſeruauerat, hac epiſtola rogat, vt vel opem ferat, captiuitateq́; liberet: vel ſi mori contingat, vt ſepulturæ honore non careat. A Lino tandem Danao trucidato fuit liberata.

HYPERMNESTRA LYNCEO.

Mittit Hypermneſtra de tot modo fratribus uni:
Cætera nuptarum crimine turba iacet.
Clauſa domo teneor, grauibusq́; coercita uinclis:
Eſt mihi ſupplicii cauſa, fuiſſe piam.
Quòd manus extimuit iugulo demittere ferrum:
Sum rea: laudarer, ſi ſcelus auſa forem.
Eſſe ream præſtat, quàm ſic placuiſſe parenti:
Non piget immunes cædis habere manus.
Me pater igne licet, quem non uiolauimus, urat:
Quæq́; aderant ſacris, tendat in ora faces:
Aut illo iugulet, quem non bene tradidit, enſe:
Vt qua non cecidit uir nece, nupta cadam: *
Non tamen, ut dicant morientia, pœnitet, ora,
Efficiet: non eſt, quam piget eſſe piam.
Pœniteat ſceleris Danaum, ſæuasq́; ſorores:
Hic ſolet euentus facta nefanda ſequi.

A H.VBER. DE TOT) de .l. ¶ Modo) ideſt paulo ante. ¶ Vni) ſoli. ¶ Cætera turba) fratrum tuorum. ¶ Iacet) periit. ¶ Clauſa) narrat infortunium ſuum. ¶ Coercita) ligata: conſtricta. ¶ Cauſa ſupplicii) cauſa pœnę. ¶ Eſt fuiſſe piam) eſt propter pietatē pepercisse tibi. ¶ Quõ manus) ecce pietas. ¶ Sũ rea) accuſor. ¶ Demittere ferrum iugulo) .i. te iugulare. ¶ Laudarer) a patre meo. ¶ Scelus) te interficiendi. ¶ Præſtat) melius. ¶ Sic) interficiendo te. ¶ Non piget) quia fuit voluntarium factum. ¶ Immunes) vacuas. ¶ Cædis) occiſionis tuæ. ¶ Me Pater) dicit quòd quanuis pater ei paret omnia genera crudeliſſimæ mortis, quæ commemorat: non tamen poterit efficere: vt eam pœniteat peperciſſe ipſi Lynceo: & vſam fuiſſe ea pietate.
B ¶ Licet) quãuis. ¶ Quem nõ violauimus) quem non læſimus vlla iniuria. ¶ Quæq́;) duæ ſunt dictiones: & ſubauditur, licet. ¶ Tendat) ideſt immittat. ¶ In ora) in faciem meam. ¶ Faces, quæ aderant) ideſt quæ erant incenſæ. ¶ Sacris) nuptialibus. ¶ Aut) ſubaudi, licet. ¶ Non bene tradidit) non iuſte, neque honeſte mihi tradidit ad interficiendum maritum meum. ¶ Nece, qua vir non cecidit) ideſt licet moriar ea nece, & morte: quam maritus meus euaſit. ¶ Non tamen efficiet) pendet ſenſus vſq; ad hunc locum.
C ¶ Ora morientia) ideſt ora mei morientis. ¶ Pœnitet) ſcilicet facti. ¶ Non eſt) ſcilicet Hypermneſtra. ¶ Danaum) patrem meum. ¶ Sceleris) crudelitatis, quam mandauit. ¶ Sorores) quæ perfecerunt crudelia mandata patris. ¶ Hic euentus) ſcilicet pœnitendi. ¶ Facta nefanda) ideſt crudelia: nam nefandorum, non piorum operum pœnitere ſolet.

Lynceo nõ Lino legendum eſt Euſebii authoritate.

ASCEN. MITTIT Hypermneſtra & cæt.) Nihil eſt tota epiſtola facilius: ne nihil tamen dicam, ordinem ſubinde contraxero, qui talis eſt. Hypermneſtra filia Danai, & vxor Lini, ſeu Lyncei patruelis eius (Patrueles autē ſunt patruĩ, ideſt fratris paterni liberi) mittit ſupple ſalutem, aut epiſtolam. ¶ Vni modo) ideſt Lino, aut Lynceo, qui modo vnus eſt. ¶ De tot) videlicet quinquaginta fratribus. ¶ Cætera turba) ideſt multitudo fratrũ. ¶ Iacet) ſcilicet proſtrata. ¶ Crimine) ideſt homicidio. ¶ Nuptarum) ſcilicet ſororũ Hypermneſtræ. ¶ Ego teneor clauſa, domo, & coercita) ideſt conſtricta, ne exeam. ¶ Grauibus vinclis) pro vinculis. ¶ Fuiſſe piam) ideſt quòd fuerim pia. Nam verbum eſt, dũ ſupponitur verbo, ſecum accuſatiuum trahit. ¶ Eſt mihi cauſa ſupplicii) hoc eſt, quod te non occiderim, vt ſorores ſponſos ſuos, fratres tuos: afficior huiuſmodi ſupplicio.

*a.l.cadat:

E ¶ Ego ſũ rea) ideſt criminor, & accuſor a patre. ¶ Quod) ideſt quia. ¶ Manus) ſcilicet mea. ¶ Extimuit immittere iugulo) ideſt in iugulum tuum, qui eſt in gutture ſanguinis meatus. ¶ Ferrum) ideſt gladium, aut Mucronem. ¶ Et ego laudarer) ſcilicet a patre. ¶ Si forem) ideſt eſſem. ¶ Auſa ſcelus) ſcilicet homicidii. ¶ Præſtat) ideſt melius, & præſtantius eſt. ¶ Eſſe ream) ideſt quòd ſum rea. ¶ Sic) ideſt propter pietatem, & ſine cæde mariti. ¶ Quàm placuiſſe) ideſt quàm quòd placuerim. ¶ Sic) ideſt per ſcelus. ¶ Parenti) ideſt patri. ¶ Non piget) ideſt non triſte eſt mihi, nec pœnitet. ¶ Me habere manus immunes) ideſt non participes, & operatrices. ¶ Cædis) ideſt occiſionis. ¶ Licet) ideſt tametſi.
F ¶ Pater vrat me igne) ſcilicet regali ¶ Quem non violauimus) ſcilicet in nuptialibus tędis, ac facibus. ¶ Quęq́;) ideſt & quæ, hoc eſt, & licet ¶ Tendat in ora) ideſt in faciem: nã id fieri ſolet iis, qui exuruntur, vt ſuffocentur. ¶ Faces) ſcilicet nuptiales. ¶ Quæ aderãt ſacris) ſcilicet nuptialibus, & Hymenæis. aut licet pater iugulet me illo enſe, quem tradidit. ¶ Non bene) ideſt indecenter, & iniuſte contra fidē, & æquitatem. ¶ Vt uidelicet ego nupta cadam) ſup. ea nece, qua uir non cecidit. ¶ Tamen pater non efficiet, ut ora) ſup. mea. ¶ Morientia) .i. etiã in morte. ¶ Dicant, pœnitet) ſup. non perpetraſſe facinus, nam ſup. Hypermneſtra. ¶ Nõ eſt) ſup. ea, quã piget eſſe piã.

¶ Pœniteat)

Cor pauet admonitu temeratæ ſanguine noctis:
Et ſubitus dextræ præpedit oſſa tremor. *
Quam tu cæde putes fungi potuiſſe mariti:
Scribere de facta non ſibi cæde timet.
Sed tamen experiar. Modo facta crepuſcula terris:
Vltima pars lucis, primaq; noctis erat.
Ducimur Inachides magni ſub tecta Pelaſgi:
Et ſocer armatas accipit ipſe nurus.
Vndiq; collucent præcinctæ lampades auro:
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus Hymē Hymenęe uocant: fugit, ille uocātes:
Ipſa Iouis coniux ceſſit ab urbe ſua.
Ecce mero dubii comitum clamore frequentes,
Flore nouo madidas impediente comas,
In thalamos læti, thalamos ſua buſta, feruntur:
Strataq; corporibus funere digna premunt.
Iamq; cibo, uinoq; graues, ſomnoq; iacebant:
Securumq; quies alta per Argos erat.
Circum me gemitus morientum audire uidebar:
Et tamen audieram: quodq; uerebar, erat.

A ¶Pœniteat).i.iuſtum eſt, vt pœniteat: aut imperandi eſt. ¶Danaum).ſ.patrem meum: ſed aptius dicit, Danaum, quaſi ſceleſtū illum hominem, qui tantum ſcelus pręcipere auſus eſt. Nam in patris compellatione neſcio quid ſacrilegij eſt, ſi execratio cōmiſceatur, quantumcunq; ſceleſtus ſit. ¶Pœniteat ergo Danaū ſceleris, & ſorores ſęuas).i.immites. ¶Hic euentus).i.pręſentia. ¶Solet ſequi facta ne.)q.d.nō pia, quia neminē proprie pœnitet, qui male nil commiſit.

ASCEN. ¶C O R pa.ad.) facta digreſſione recitat facinoris atrocitatem, vt ⁊ in ſe cōmiſeratione, ⁊ in patrē odiū cōcitet. ¶Admonitu).i.admonitiōe, ac cōmemoratione. ¶Noctis te.)pollutę, ⁊ ꝯtaminatę. ¶Sāguine).i.effuſione ſanguinis. Quia.n. nocte intēpeſta ne bonū qdē opus faciēdū eſt, grauius puniunt, q ſcelus ꝑpetrāt. ¶Et ſu.tre.ꝑ.).ſ.a ſcribēdo dextrā. Ea ſup. ¶Quā tu p.).i.putare poſſis ¶Potuiſſe fū.c.).i.occidēdi negociū explere. ¶Nō ti.ſcri.de cę.fa.ſi.) ideſt a ſe. Sed man⁹ mea timet ſcribere de cæde, ergo nō potuiſſet fungi cæde. Aut cū iterrogatione. ¶Quā pu.po.fun.cę.ma.) q.d.non manū meam: quia timet ſcribere de cęde nō facta ſibi.i.a ſe. ¶Sed tamen experiar).i.ſcribere conabor de cæde, quam facere non potui. ¶Vltima pars lucis &c.) ſic legendū eſt, nam qui legeret, Vltima pars noctis, primaq; lucis erat: totā inuerteret ſententiā. crepuſculū.n.eſt tēpus dubium, cū tenebræ lucem vincere incipiunt, ⁊ diluculū ecōuerſo, cū lux diſcernit a tenebris fugatis. duci aūt ſolent nuptæ ſub noctē, quæ tunc imminebat. Vnde dicitur, dū nox finit, effuge, dixi: dum nox atra finit. ¶Nos Inachi.).i.puellæ Argiuæ ab Inacho Argiuorū rege originem ducētes, aut denominatę. ¶Ducimur ſub te.) .i.in regiā. ¶Magni Pe.).i.quā regiam, aut quę tecta Pelaſgus Argis extruxerat. ¶Et ip.ſo.)hoc eſt legatus Aegypti, ⁊ eius locū tenēs. ¶Accipit nu.).ſ.nos filias Danai, filiorū ſuorū ſpōſas ¶Armatas).ſ.armis iuaſimus, videl; mucronibus, quos pater ſingulis dederat. ¶Vulgus).i.totus populus. ¶Vocat).ſ.in ſignū lętitię, & gaudij nuptialis. ¶Hymen Hy.)hoc eſt vocādo dicūt Hymē, o Hymenęe, Hymen, o Hymenęe. alij legūt vocat, vt ſit ꝯgruitas in voce, alij vocāt, vt ſit in ſenſu, qa collectiuū eſt. ¶Ille).ſ.Hymē deus nuptiarū. ¶Fugit vo.)qa noluit adeſſe, cū infelices ſciret fore nuptias, nec veras, ſed ſimulatas. ¶Ipſa).ſ.ꝓnuba, ⁊ cui vīcla iugalia curę, vt dicit Maro. ¶Cōiux Io.) .ſ.Iuno. ¶Ceſſit ab vr.ſ.).ſ.Argis. vn̄ Aenei.j. veteriſq; memor ⁊c. Prima qđ ad Troiā ꝓ charis geſſerat Argis. ¶Ecce).q d.ex improuiſo. ¶Dubij).i.incerti, qd agerēt. ¶Mero).i. pp vinū ꝑ inſidias ꝓpinatū. ¶Frequētes).i.celebrati. ¶Clamore co.)ſ.ſtipantiū, ⁊ hoc ¶Nouo flo.im.).ſ.ne volitarēt. ¶Comas ma.).i. cęſariē delibutā. ¶Ferūt)nō dicit, ducūt, ſ; qſi agāt. ¶In tha.) thalamos dicit. ¶Sua bu.).i.ſepulchra, qa illic occidēdi erāt, & ęterno ſōno ſepeliēdi. buſtū aūt dr̄, qſi bn̄ vſtū, ⁊ ē receptaculū cinerū vſtoꝝ, quę in vrna ꝯdebāt: vn̄ ab vrēdo dicta ſūt, ſicut vſtrina locus, vbi fiebat cadauerū vſtio. ¶Et pre.cor.ſu.ſtra.) .i.lectos ſtratos. ¶Digna fu.).i.dignos taliū morte. ¶Iāq; ci.vi.gra.⁊c.)hic locus approbat, quod prius diximuſq; legēdū.ſ. eſſe, Vltima pars lucis, ⁊c. qa nō eſt veriſimile vinolētos, ⁊ ſomnolētos in diluculo fuiſſe, ſed vinolētos ab Danao dimiſſos in hoſpitiū: qđ a coacto patruo ſuſceperāt. ¶Per Ar.ſe.) Argos ciuitas eſt in Achaia, in ſingulari neutri generis, in plurali maſculini: declinatur.n.hi Argi Argorū, ſed tunc etia; populum Argiuū ſignificat. Eſt eiuſdē nominis in Attica, ⁊ in Theſſalia, ſeu Pelaſgia. ¶Securū)dicitur, qđ ſeorſum eſt a cura, licet ſit in periculo. Accipitur ergo more poetico continens pro contento, Argos pro Argiuis. Et declamat per contentionem, quia alij ſecuri, ſed circum me gemitus. Sicut Aenei.iiii. Cætera per terras animalia ſomnus habebat, ⁊c. ¶Quodq; verebar erat) ſic Sene. Quicquid verebar, accidit. Et potuit facile ſuſpicari maritos interfectos, quia & ipſa ad hoc mucronem acceperat.

* a.l.præcidit oſſa tremor.

HVBER. ¶C O R pauet)amplificat beneficiū ſuum, & deſcribit totū negocium. ¶Admonitu).i.recordatione ¶Temeratę)pollutę, fœdatæ. ¶Præpedit)impedit. ¶Oſſa dextrę) .i. digitos. ¶Quam tu)argumentum eſt magnū ſuę pietatis. ¶Timet) .ſ.dextra mea. ¶De cę.)de occiſione. ¶Non fa.ſi.)a ſe.i.quam nō fecit. ¶Quam).ſ.dextram ¶Putes)ꝑ putet aliquis. ¶Potuiſſe fungi cę.ma.).i.potuiſſe interficere maritū. ¶Sed ta.)licet timeat. ¶Experiar)tētabo, & conabor ſcribere. ¶Modo facta) incipit narrare totius facti proceſſum, ſumpto initio, vnde oportuit. ¶Modo) vel nuper, & paulo ante, vel tantū modo. ¶Crepuſcula)creperū, Var. & Feſto teſtibus, dubium ſignificat: inde crepuſculū dicitur: cum neq; lux, neq; tenebrę ſunt.i.cū dies, an nox ſit, dubiū eſt. id aūt tempus tam matutinū, q; veſpertinū intelligimus: hic de veſpertino intelligendū eſt: qđ declarat, cū dicit: Vltima pars lucis: primaq; noctis erat: nam eo tēpore nuptiæ fiebāt. ¶Inachides)proneptes Inachi: nā Inachus genuit Iō: ex ea, & Ioue natus eſt Epaphus: Ex Epapho Belus priſcus: ex Belo, vt diximus, Aegyptus, & Danaus, cuius hæ ſunt filiæ. ergo Inachides. ¶Pelaſgi)is fuit rex, a quo populi, quibus imperauit, Pelaſgi dicti ſunt: qui poſtea, vt ſupra diximus, Danai ſunt nominati. ¶Socer) Aegyptus. ¶Armatas) gladijs inſtructas: quos Danaus nobis dederat. ¶Præcinctę auro).i.auro ornatę: ſicut in regalibus nuptijs mos erat. ¶Impia)quę ab impijs offerebātur. ¶Inuitos)nō libenter accipiētes ipſa thura, ⁊ ſacrificia, quę ab impijs offerebātur. ¶Vulgus Hy.)hęc vox celebratur in nuptijs, & epithalamijs: inuocabatur.n.Hymenæus deus nuptiarū: vt etiā Catullus oſtendit. Hymenææ legendū eſſe in vocatiuo, ſupra alibi diximus: nā Hymenęa in accuſatiuo dicere non poſſumus, ſed Hymenæon. ¶Fugit) quia ad infauſtas nuptias nō ſolet venire: vnde ſupra Hipſiphyle. At mihi nec Iuno: nec Hymen, ſed triſtis Erinnys Prętulit infauſtas ſanguinolenta faces. ¶Ipſa cō Io.) quę ſolet adeſſe coniugijs, ¶Ceſſit)diſceſſit. ¶Ab vr.ſua.).i.ab Argis: vbi pręcipue colitur, & eo loco maxime delectatur: quia vt Stra.ſcri. Argis nata eſſe dicitur: vnde ipſa in.vj.Faſto.inquit. Pœniteat Spartē, Argoſq;, meaſq; Mycenas: Et veterem Latio ſuppoſuiſſe Samum. Samum autem dilexit: quia in ea cū Ioue nuptias celebrauit: dicit ergo eam fugiſſe ab Argis, ne intereſſet talibus nuptijs. ¶Dubij).ſ.ſponſi. ¶Feruntur)eunt. ¶In tha.bu.ſua)in thalamos, qui erant futuri buſta eorū eſt aūt appoſitio. ¶Dubij)labantes. ¶Mero)ꝓpter vinū, qđ biberāt. ¶Frequētes)dēſati, ⁊ circūdati. ¶Impediēte) ligāte. ¶Madidas)vnguēto delibutas, ¶Premūt ſtr.).i.iacēt in lectis. ¶Digna fu.)q ſtrata magis erāt digna funere, q; nuptijs. ¶Graues)grauati, ⁊ oppreſſi. ¶Sōno)qui maxime ex cibo, ⁊ vino fit. ¶Alta qes).i.ꝓfundus ſomnus. Iuue. ⁊ nos cōſiliū dedimus Syllę, priuatus vt altū Dormiret. ¶Per Ar.ſe.).i. vbi nullus erat timor: dicitur aūt hoc Argos, ⁊ hi Argi. ¶Quodq; verebar).i.quid timebum.ſ.cædes meorum patruelium.

Sanguis abit: mentemq́; calor, corpusq́; reliquit:
Inq́; nouo iacui frigida facta toro.
Vtq́; leui Zephyro graciles uibrantur ariſtæ:
Frigida populeas ut quatit aura comas:
Aut ſic, aut etiam tremui magis. ipſe iacebas:
Quęq́; tibi dederam uina, ſoporis erant.
Excuſſere metum uiolenti iuſſa parentis:
Erigor: & capio tela tremente manu.
Non ego falſa loquor: ter acutum ſuſtulit enſem,
Ter male ſublato decidit enſe manus.
At rurſus monitis, iuſſuq́; coacta parentis
Admoui iugulo tela paterna tuo.
Sed timor, & pietas crudelibus obſtitit auſis:
Caſtaq́; mandatum dextra refugit opus.
Purpureos laniata ſinus, laniata capillos,
Exiguo dixi talia uerba ſono.
Sæuus Hypermneſtra pater eſt tibi: iuſſa parentis
Effice: germanis ſit comes iſte ſuis.
Fœmina ſum, & uirgo, natura mitis, & annis:
Non faciunt molles ad fera tela manus.
Quin age: dumq́; iacet, fortes imitare ſorores:
Credibile eſt cæſos omnibus eſſe uiros.
Si manus hæc aliquam poſſet committere cædem:
Morte foret dominæ ſanguinolenta ſuæ.
Quid meruere necem patruelia regna tenendo?
Quæ tamen externis danda forent generis.
Finge uiros meruiſſe mori: quid fecimus ipſæ?
Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam?
Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puellæ?
Aptior eſt digitis lana, colusq́; meis.
Hęc ego: dúq́; queror, lachrymę ſua uerba ſequunt:
Deq́; meis oculis in tua membra cadunt.
Dum petis amplexus: ſopitaq́; brachia iactas:
Penè manus telo ſaucia facta tua eſt.
Iamq́; patrem, famulosq́; patris, lucemq́; timebam:
Expulerant ſomnos hęc mea dicta tuos.
Surge age Belidæ, de tot modo fratribus unus:
Nox tibi, ni properes, iſta perennis erit.
Territus exurgis: fugit omnis inertia ſomni:
Aſpicis in timida fortia tela manu.

A HVBERTINVS.

❡CALOR reliquit corpus) quia ex timore, vt ſæpe notauimus, efficimur frigidi. ¶Vtq́; leui) comparatio eſt. ¶Graciles) tenues ¶Ariſtæ) ſummitates ſegetum. ¶Vibrantur) mouentur. ¶Comas) frondes. ¶populi) arboris. ¶Ipſe) tu ¶Iacebas) dormiebas. ¶Erát ſoporis) ideſt erant vina, quæ facerent ſoporé. ¶Violétia) crudelia. ¶Erigor) ex lecto. ¶Tela) gladium. ¶Male ſublato) non fortiter eleuato: vel male: non iuſte contra maritum. ¶Iuſſu parentis) qui mortem minatus fuerat: niſi te interficerem. ¶Admoui) appropinquaui. ¶Timor) quia naturaliter inſitus eſt mulieribus. ¶Pietas) mea erga te. ¶Crudelibus auſis) ideſt prohibuit, ne auderem interficere. Dextera) mea. ¶Mandatum) ſcilicet a patre meo. ¶Sinus) veſtes. ¶Sono) voce. ¶Exiguo) tenui, demiſſo, ne audirer. ¶Sæuus) dicit hæc verba ſecum. B ¶Iſte) Lynceus. ¶Sit comes germanis) interficiatur, ſicut alij fratres ſui. ¶Fœmina) oſtendit nunc, quod non poſſit eum interficere, & arguit a ſexu, cuȝ dicit fœmina: arguit ab ætate, cum dicit, & Virgo. ¶Molles) muliebres. ¶Quin age) more muliebri variat có ſilium: hortatur nunc ſeipſam ad interficiendum eum: cum antea dixerit ſe non poſſe. ¶Fortes) animoſas. ¶Credibile eſt) ideſt credenduȝ eſt. ¶Si manus) etiam mutat conſiliú, & dicit, quod ſi eſſet poſſibile, quod poſſet admittere cædem, interficeret potius ſeipſam, quàm Lynceum. ¶Hæc manus) ſcilicet mea. ¶Haud) non. ¶Patruelia regna) ſcilicet regna patrui: nam Danaus coactus fuerat, non ſolum dare filias vxores filijs fratris: vt C dictum eſt: ſed etiam regna ſua. ¶Forent dáda generis externis) ideſt peregrinis: quia Danaus non habet filios maſculos. ¶Quid fecimus ipſæ) ideſt nos quid peccauimus? quare debeamus fieri homicidæ? ¶Commiſſo) peccato. ¶Quid mihi) ad ſeipſam loquitur. ¶Tela belli.) ideſt quę bello ꝓueniunt. ¶Quid pu.) ſcilicet faciunt. ¶Lana, coluſq́;) quia hæc conueniunt mulieribus. ¶Hæc ego) ſcilicet mecum dixi. ¶In tua membra) quia incumbebam ſuper te. ¶Petis amplexus) dum vis me amplecti. ¶Iactas) moues in ſomnijs. ¶Facta ſaucia) vulnerata. ¶Penè) ferè: cum iandiu eſſem morata in hac cogitatione. ¶Lucem) quæ appropinquabat. ¶Expulerant tuos ſomnos) ideſt excitauerant te. ¶Age) hortantis. ¶Belide) nepos Beli, vt ſupra monſtratum eſt. ¶Perennis) ideſt perpetua. ¶Inertia) pigritia. ¶Fortia tela) ideſt enſem; qui ſolet eſſe telum fortium.

ASCENSIVS. D

❡GRACILES Ariſtæ) ideſt ſpicæ, quia Zephyrō flante necdum proprie ariſtæ ſunt, quæ ab ariditate dicuntur, ſed ſpicæ graciles ſunt: flat enim primo vere: vnde in Georgi. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit. ¶Frigida populeas) id in Autumno fit: ſed tam Ver, q́; Autumnus ventos habet plurimos. Aut ſic tremui, aut etiam magis. ¶Ipſe) ideſt tu ſecurus eras. ſed nó tutus iacebat, ſcilicet intrepidus. ¶Quęq́;) ideſt & quæ, hoc eſt, & vina, quæ dederam tibi, erant ſupple vina ſoporis, ideſt ſoporifera, aut cauſa ſoporis. ¶Violétia iuſſa) poetice. nam etiam oratorie dicere potuiſſet violenti iuſſa parentis: ſed gratius violentiam in iuſſa retorquet, quaſi iuſſa, non parentem incuſet. ¶Suſtulit) ideſt ſurſum tulit, & erexit: vt E demittam in iugulum. ¶Sublato) ideſt ſurſum lato. ¶Male) ideſt ad maleficium. ¶Admoui iugulo) ideſt ad iugulum. ¶Refugit) media longa præteriti eſt temporis. ¶Purpureos laniata ſinus) docet ſe pietate victam, eamque plus potuiſſe, quàm parentis ſæui mandata: docetqȝ, quomodo Lynum, ſeu Lynceum ad fugam cohortata ſit, & ob pietatem a patre capta. ¶Purpureos ſinus) non veſtes dicam, nam noctu veſtita non erat, ſed pectora rubicundula, quia dictura eſt, dum petis amplexus, & cætera. Et licet ſub veſte pugionem in thalamos intulerant, vero ſimile eſt tamen, nudas concubuiſſe. ¶Sæuus Hypermneſtra) ordo eſt, o Hypermneſtra pater eſt tibi ſæuus. ſic in F Bucolicis, Eſt mihi nanqȝ domi pater, eſt iniuſta nouerca. & eſt pondus in vocabulo pater, ſic Dauus in Andria. Pater eſt Pamphile, ¶Imitare) imperatiuus modus cohortatiue poſitus. ¶Quid meruere necem) Argumentatur contra patrem. ¶Quid) ideſt in quo meruere necem? ¶Tenendo) ideſt occupádo. ¶Regna patruelia) .q. d. in nullo, vnde addit. ¶Quæ tamen externis danda forent generis) & accipitur tamen, pro tandem: aut quæ tamen, nihilominus: cuȝ non ſint Danao maſculi, danda forent generis externis, ⁊ ideo potius filijs fratris, cú non putarent illicitú, tunc inter patrueles matrimoniú: vt patuit de Oreſte, & Hermione. ¶Finge) .i. pone caſum, ꝙ viri meruerint necé ¶Belide) vćtús eſt a ntó Belides. i. o nepos Beli. ¶Aſpicis in ti.) antitheſi, & intermiſtis epithetis cóparauit ornatum. ¶Parum ſanguinis) quia ſciuit ſe a genero perimendum, ad quod facinus vnus ſufficiebat.

Quærenti cauſam, dum nox finit, effuge, dixi.
Dum nox atra finit, tu fugis: ipſa moror.
Mane erat: & Danaus generos in cæde iacentes
Dinumerat: ſummæ criminis unus abes.
Fert male cognatæ iacturam mortis in uno:
Et queritur factum ſanguinis eſſe parum.
Abſtrahor à patriis manibus: raptamq; capillis
(Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.
Scilicet ex illo Iunonia permanet ira:
Quo bos ex homine eſt, ex boue facta dea.
Ah ſatis eſt pœnæ, teneram mugiſſe puellam *
Nec modo formoſam poſſe placere Ioui.
Aſtitit in ripa liquidi noua uacca parentis:
Cornuaq; in patriis non ſua uidit aquis.
Et conata loqui, * mugitus edidit ore:
Territaq; eſt forma, territa uoce ſua.
Quid fugis infelix? quid te miraris in unda?
Quid numeras factos ad noua membra pedes?
Ipſa Iouis magni pellex metuenda ſorori
Fronde leuas nimiam, ceſpitibusq; famem.
Fonte bibis: ſpectasq; tuam ſtupefacta figuram:
Et te ne feriant, quæ geris, arma times.
Quæq; modo, ut poſſes etiam Ioue digna uideri,
Diues eras: nuda nuda recumbis humo.
Per mare, per terras, cognataq; flumina curris:
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra uiam.
Quæ tibi cauſa fugæ? quid Iò freta longa pererras?
Non poteris uultus effugere ipſa tuos.
Inachi quò properas? eadem ſequerisq;, fugisq;:
Tu tibi dux comiti, tu comes ipſa duci.
Per ſeptem Nilus portus emiſſus in æquor
Exuit inſanæ pellicis ora bouis.

HVBER. ⸢QVÆRENTI) ſcilicet tibi. ⸢Sinit) permittit. ⸢Ipſa) ego. ⸢Moror) remaneo. ⸢Vnus) ideſt tu ſolus. ⸢Abes) dees. ⸢Summæ criminis) ideſt numero, & complemento cędis: quia ſi tu fuiſſes interfectus, omnes fuiſſent interfecti. ⸢Male) inique. ⸢Iacturam) damnum, ideſt ægre fert te ſolum non fuiſſe interfectum, & defuiſſe morti aliorum. ⸢Cognatæ) cōſanguineæ. ⸢Eſſe paruȝ ſanguinis factuȝ) ideſt queritur, quod paucus ſanguis ſit fuſus, propterea quod tu ſolus aberas numero. ⸢Car. habet me raptam capillis) ideſt ego rapta, capillis in carcere ſeruor. ⸢Hæc meruit) parēthesis eſt, & eſt ironia. ⸢Hæc) .i. talia: ordo eſt. ⸢Abſtrahor a pedib⁹ patrijs, & carcer habet me raptam capillis. reliqua, vt dixi, dicta ſūt per parentheſim. ⸢Scilicet) dicit hanc infelicitatē ſuaȝ in mulieribus ſuæ domus procedere ex ira Iunonis ab eo tempore incepta: quo Iò Inachi filia mutata eſt. ⸢Ex illo) tempore. ⸢Bos) Iò: quæ erat iuuenca. ⸢Facta dea ex boue) quia poſtea in deam cōuerſa eſt: vt gētilitas credidit: & fabulæ tradunt, & pręſertim Ouid. & hic: & lib. j. Meta. Fuit enim Iò inachi Argiuorū fluuij filia pulcherrima: quę a Ioue amata cū eius preces ſperneret: ſubita nube tecta ꝯpreſſa eſt, & ne puella à Iunone, quæ adulteria Iouis obſeruabat, deprehenderetur: in vaccam transfigurata eſt: quam fraudem cum Iuno intellexiſſet, petiuit eam vaccā munus ſibi dari. Iuppiter veritus, ne negando proderet puellaȝ: tametſi inuitus ei tradidit. Iuno, ne vnq; eius pellex cum marito concūbere poſſet: Argo Ariſtoris filio centū oculos habenti ſeruandam tradidit: quo a Mercu. in ſoporem canendo inducto, & interfecto, eius oculi in caudā Pauonis transfigurati ſunt. Iò cū ab Iunone ob interfectum Argū indignata furijs exagitaretur, maxima orbis terraruȝ parte percurſa, & pererrata: tandē in Aegyptū delata, rurſus in humanā formam redacta, pro dea ab Aegyptijs culta eſt, quam Iſidem appellant. & hęc eſt fabula: quę nunc hic tangit. ⸢Satis pœ) ſatis ſupplicij, & punitionis. ⸢Mugiſſe) factā fuiſſe vaccā. ⸢Nec) ordo eſt. ⸢Et eſt ſatis pœnæ, Illam modo formoſam) .i. quæ pauloante erat pulchra. ⸢Nec poſſe placere Ioui) propter formam pecudis. ⸢Liquidi) propter aquas. ⸢Cornuaq; non ſua) ideſt aliena, & non ſibi conuenientia: quia ſunt belluarum, & non hominum: ⸢Mugitus) bouinas voces. ⸢Forma) figura. ⸢Voce) ſono. ipſe. j. Meta. Et conata loqui mugitus edidit ore: Pertimuitq; ſonos, propriaq; exterrita voce eſt. ⸢Quid fu.) apoſtrophat ad eaȝ, & multis verbis ſcribit eius fortunā. ⸢Numeras pe.) quia ſunt quatuor. ⸢Ipſa) tu. ⸢Pellex) .ſ. ante. ⸢Sorori Iouis) Iunoni: quæ eſt & ſoror, & coniux Iouis. ⸢Metuenda) ne propter pulchritudinem tuaȝ te ei præponeret. ⸢Leuas) minuis. ⸢Frōde) pro frondibus: folia generaliter de omnibus dicuntur: frondes tantūmodo de arboribus: vnde ſubdit: cæſpitibus, idē. j. Meta. Frondibus arboreis, & amara paſcitur herba. ⸢Cæſpitibus) herbis, nam cæſpes proprie eſt terra cū herba reuulſa: ſed hic pro herba capitur. ⸢Stupefacta) territa. ⸢Arma, quæ geris) .i. cornua ⸢Quęq;) ideſt tu, quę ita eras diues, & delicioſa, vt poſſes exiſtimari digna Ioue. ⸢Nunc nuda) ideſt ſine veſtibus. ⸢Recumbis) iaces. ⸢Humo nuda) ideſt dura: vel ſine ſtramine. ⸢Cognata) quæ ſunt tibi cognatione coniuncta propter patrem tuum, qui eſt fluuius, inde ducēs originem, vnde & ipſa flumina. ⸢Pererras) percurris. ⸢Tuos vultus) bouinos, qui te terrēt: quia, quocunq; fugis, te ſequuntur. ⸢Inachi) ideſt filia Inachi. eſt autem hic vocatiuus patronymici fœminini. ⸢Eadem ſequeriſq. fugiſq.) ideſt ipſa es: quæ ſequeris: & ipſa, quæ fugis. nam licet credas te fugere vaccam: vna tamen, eademq; es. ⸢Comiti) ſcilicet tibi, ideſt teipſam pręcedis, teipſam comitaris. ⸢Per ſeptem portus) dicit eam in Aegypto depoſuiſſe figuram bouis. ⸢Nilus) fluuius Aegypti in mare per ſeptem hoſtia influens: vnde Virgilius, Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili. ⸢Exuit) depoſuit: abſtulit. ⸢Ora) faciem. ⸢Bouis) vaccæ ⸢Inſanæ) furentis, & ſtimulis exagitatæ.

*Hæc fabula tractatur ab Ouidi. in primo Meta.

*a.l.q̃ri.

ASCENSIVS.

ASCEN. ⸢VNVS abes ſummæ) ideſt a ſumma criminis, ſcilicet committendi, quia debebant quinquaginta occidi: & eſt rarum, abeſſe cum datiuo iungi. ⸢Scilicet ex illo, & cęte.) Sicut ſuperiores fere, infortunium ſuum reiicit in fatum, & deos, argumentans Iunonem iratam adhuc puellis Achiuis propter Iò inachi filiā, quam in vaccam mutatam perſequi iuſſit, noluiſſe eis pronubium feciſſe, & fauſtas nuptias conceſſiſſe: qua occaſione progreditur ad transformationem, & miſeriam ἰοῦς deſcribendam. ⸢Scilicet) ideſt ſcire licet, cur tam infauſtæ ſimus, quia. ⸢Ira Iunonia) ideſt ipſius Iunonis. ⸢Permanet) ideſt perdurat. ⸢Ex illo) ſcilicet tempore. ⸢Quo bos facta eſt ex homine) ideſt virgine (ergo etiam homo pro muliere ponitur) ſcilicet Iò. ⸢Et dea) ſcilicet Iſis. ⸢Facta eſt ex boue) ſcilicet in quam mutata fuerat Iò. declinatur, vt alibi dixi, hæc Iò, huius Ius, nec alibi declinatur, licet hanc Iò vſurpent. ⸢Ah ſatis) ſæuitiam damnat Iunonis, quæ mutatam in vaccam adhuc perſecuta eſt. ⸢Quid numeras) quia quatuor iam habuerat pedes. ⸢Fonde leuas) ideſt mitigas, & imminuis. ⸢Fronte bibis) ideſt de fonte, aut in fonte bibis aquam ſcilicet. ⸢Quæ geris arma) ideſt cornua. ⸢Quid Iò freta longa pererras) Horatius, Iò producit dicens in arte. Perfidus Ixion, Iò vaga, triſtis Oreſtes. ⸢Inachi) vocatiuus a nominatiuo Inachis. & eſt patronymicum ſignificans Inachi filiam Iò. ⸢Eadem ſequeriſq;, fugiſq;) quia teipſam fugis. Cætera nota ſunt.

HVBER. A ¶VLTIMA qd refe.)quia cõmemorauit antiqua:dicit nõ eſſe opus cõmemorare infelicia exẽpla ſuę domus ita remota:quia ſunt exẽpla ſuę memorię. ⸢Vltia)extrema,& remota. ⸢Quorum).ſ.vltimorũ. ⸢Cana ſenectus eſt au.).i.quę ab antiquis audiui. ⸢Anni mei) ideſt ſecula mea: quibus nata ſum, & vixi. ⸢Dant, quod querar) ideſt dant mihi materiam querendi. ⸢Bella pater) incipit cõmemorare infelicitates ſui temporis. ⸢Pater) Danaus. ⸢Patruus) Aegyptus. ⸢Pellimur)pater, & non filiæ. ⸢Vltimus orbis) ideſt vltima pars orbis: quia venimus in remotiſſimas regiones. ⸢Eiectas) ex regno expulſas. ⸢Ille)patruus. ⸢Solio) ſede regia. ⸢Sceptro)imperio. ⸢Cum ſene) Danao. ⸢Vagamur)in alienis terris erramus. ⸢De fratrum) alia infelicitas ſui temporis: quia ex tot fratribus vnus ſolus Lynceus ſuperfuit. ⸢Exiguiſſima) minima. ⸢Quiq; dati)ideſt doleo, & propter eos, qui interfecti ſunt,& ꝓpter eas,quæ B interfecerunt. ⸢Fratres) conſanguinei. ⸢Periere) amiſſæ ſunt: quia licet viuant, non tamen eas habebo ſorores. ⸢Vtraq; tur.)⁊ interfectoruꝫ & interfectricum. ⸢En) Ecce. ⸢Ego reſeruor pœnę)ideſt ad pœnam. Quòd) ideſt quia. ⸢Viuis) ideſt quia tibi peperci. ⸢Quid fiet) quaſi dicat, multo crudelius. ⸢Sonti)nocenti. ⸢Cum agar rea laudis) ideſt cuꝫ accuſer de eo,de quo laudem mereor: & eſt ſententia ex Andria Terentij. Nam ſi illum obiurges, vitæ qui auxilium attulit:quid facies illi, qui dederit damnum, aut malum? ⸢Quondam centeſima) quia cum vos eſſetis quinquaginta fratres,& nos quinquaginta ſorores, eram quinquageſima. ⸢Cadam) moriar. ⸢Manente) ſuperſtite. ⸢At tu) nunc rogat Lynceum: vt aut ferat opem,vel eam ſepeliat. ⸢Lynceu)ſic legendũ eſt. ⸢Si qua cura)ſiquis amor. ⸢Piæ)quæ te amauit. ⸢Sororis) patruelis, conſanguineæ. ⸢Quæ q;) ſubaudi, Si tu dignus habes:ideſt ſi

*a.l. At tu ſi qua piæ Line eſt,q̃bus magis placet Lino.

*a.l. Scriptaq;

Vltima quid referam, quorum mihi cana ſenectus
  Author? dant anni, quod querar, ecce mei.
Bella pater, patruuſq; gerunt: regnoq;, domoq;
  Pellimur: eiectas ultimus orbis habet.
Ille ferox ſolus ſolio, ſceptriſq; potitur:
  Cum ſene nos inopi turba uagamur inops.
De fratrum populo pars exiguiſſima reſtat:
  Quiq; dati leto, quæq; dedere, fleo.
Nam mihi quot fratres, totidem periere ſorores:
  Accipiat lachrymas utraq; turba meas.
En ego, quòd uiuis, pœnæ crucianda reſeruor:
  Quid fiet ſonti, cum rea laudis agar?
Et conſanguineæ quondam centeſima turbæ
  Infelix uno fratre manente cadam.
* At tu, ſi qua piæ Lynceu tibi cura ſororis:
  Quæq; tibi tribui munera, dignus habes:
Vel fer opem: uel dede neci: defunctaq; uita
  Corpora furtiuis inſuper adde rogis:
Et ſepeli lachrymis perfuſa fidelibus oſſa:
  Sculptaq; * ſint titulo noſtra ſepulchra breui.
EXVL Hypermneſtra,pretium pietatis iniquum,
  Quam mortem fratri depulit,ipſa tulit.
Scribere plura libet: ſed pondere laſſa cathenæ
  Eſt manus: & uires ſubtrahit ipſe timor.

mereris. ⸢Munera,quę tribui)ideſt vitam. ⸢Defunctaqꝫ vita) D ideſt mortua. ⸢Furtiuis) occultis,clandeſtinis, ſi aperte non audes mihi facere rogum. ⸢Sepeli) ideſt tumula. ⸢Perfuſa) rigata. ⸢Lachrymis fidelibus) ſcilicet tuis. ⸢Sculptaqꝫ) inciſa:inſcripta. ⸢Titulo)epigrãmate. ⸢Exul)ecce titulus. ⸢Exul) patria expulſa: vt ſupra dictum eſt. ⸢Ipſa tulit)paſſa eſt. ⸢Mortem,quam depulit fratri) ideſt quam a fratre remouit. ⸢Pretium iniquum) appoſitio eſt: .i. iniquam remunerationem. ⸢Pietatis) quia non merebar mortem. ⸢Libet) eſt animus. ⸢Laſſa) fatigata. ⸢Pondere cathenæ)quia pater meus iuſſit me ligari. ⸢Et vires) alia cauſa: quia non poſſit ſcribere:quia ⸢Timor) ſcilicet patris ⸢Subtrahit) aufert ⸢Vires) ſcribendi.

ASCEN. ¶VLTIMA Quid referam?) Ab antiquis tranſit ad ſua, ſuiqꝫ temporis incommoda. ⸢Senectus author)author enim ab authoritate communis eſt generis. vnde Iuno apũ Virgiliuꝫ, author ego audendi. Et Sappho apud hunc: authoris nomina Sapphus. ab augeo dicitur hic auctor,& hæc autrix: author ergo ſenectus E eſt, quia prima protulit, auctrix fama,quia auxit. ⸢Ille ferox).ſ.pater. ⸢De fra. popu.) quia patrueles etiaꝫ fratres dicuntur. aut quia maritorũ fratres etiã fratres dici potuerũt ex affinitate. ⸢Nam.mi.quot frẽs totidem perie.ſoro.) Sancta eſt hæc ſententia, qua vult malefactores,⁊ veneficas tunc interfici, quando interfici per iuſtitiæ executores merentur. perierunt ergo ſorores,quia perire meruerunt:aut ideo perditæ ſunt,quia perpetuo matrimonio ſpoliatæ. ⸢At tu &c.)ſumma eſt hæc votorum,quam ferè in fine epiſtolaruꝫ ponit Oui. Quin etiam in ſoluta oratione poſt exordium, ac narrationem ſolemus ponere petitionem. ⸢Pretium pietatis iniquum) Virgilius de Culice. Parue Culex cuſtos pecudum nil tale merenti Funeris officium vitæ pro munere reddo.

C F

## IN DECIMAMQVINTAM EPISTOLAM

### ARGVMENTVM HVBERTINI.

DE IVDICIO Paridis inter tris deas ſatis abunde dictum eſt in argumento primæ Epiſtolæ. quod ad argumentum huius epiſtolæ pertinet, cum Paridi ob iudicium datum in fauorem Veneris, Venus promiſiſſet Helenam omnium mulierum pulcherrimam: & ob eam Lacedæmona nauigaſſet, exceptus hoſpitio a Menelao, Helenam in amorem ſuum, quantum potuit, ſolicitare conatus eſt, & præſente marito. Sed poſtea Menelao profecto in Cretam, per hanc Epiſtolam etiam ad relinquendum maritum:& ſe in Aſiam ſequendum exhortatus eſt. Vtitur autem magno artificio, ſe ab omnibus commendans: quibus amatores commendari ſolent: a pulchritudine,nobilitate, diuitijs, & robore corporis:⁊ a vero ſynceroqꝫ amore:& contra nititur ei adducere in odium,& inuidiam,& in cõtemptum Menelaum:& ſtudet ei perſuadere,tum ab vtili,tum ab honeſto eam debere eius amori adhærere, dicens eam nullam habituram infamiam propter hoc: & quòd abducta a Paride,aut nunquam repetetur a Menelao,aut ſi repetita fuerit;facile aduerſum eius vires defendetur.

HVBER.

A

PRIAMIDES) ideſt ego Paris filius Priami, cuȝ autem in Priamo ſyllaba prima propter ſequentem vocalem naturaliter breuietur: in patronymico neceſſitate metri pducitur. ¶Ledæa) Helena filia Ledæ. dictum eſt ſupra in epiſtola Hermiones de eius natiuitate. ¶Eloquar) exprimam verbis? Virgilius, Eloquar: an ſileam? ¶An nō eſt opus indice noſtrę flammæ) ideſt an potius nō eſt opus indicare amorem meum: quia tu ipſa noſſe debes? ¶Extat) eminet apparet. ¶Malim) potius: velim. ¶Dum) donec. ¶Tempora) opportunitates. ¶Metus miſtos lætitiæ) ideſt quæ tempora ſint ſine vllo timore. ¶Male) difficile. ¶Diſſimulo) cęlo,

B

& occulto. ¶Quis enim) quaſi dicat, nullus: nam ſupra dixit. Quis.n.bene cælet amorem? ¶Suo lumine) ſuo ſplendore. ¶Si tamen) ideſt ſi tamē vis: vt verbis dicam tibi, id quod eſt in re. Amo: te. ¶Rebus) effectui. ¶Faſſo) mihi cōfeſſo amorem meuȝ. ¶Duro) difficili. ¶Conueniente tuæ formæ) ideſt vultu miti, & placido: qualem exigit pulchritudo tua: quia cum ſis pulchra, debes etiaȝ eſſe placida. ¶Iandudum) conciliato animo Helenæ, nunc incipit narrationem. ¶Iandudum) vel iandiu, vt ſit temporis: vel valde. Terentius in Eunucho. Iandudum illa te amat. ¶Recepta eſt) pro accepta a te. Notandum eſt, apud idoneos oratores non eſſe in vſu, recepi epi-

C

ſtolam tuaȝ, ſed accepi: ſed hic fuit neceſſitas metri. ¶Hoc modo) ſcilicet quo epiſtola mea eſt recepta. Nam cum aliqua puella ab amatore accepit ſcriptum, & legit: ſignum eſt, quod ſit ſemiexpugnata. ipſe Ouidius in primo de arte. Quæ voluit legiſſe, volet reſcribere lectis. Per numeros veniunt iſta, graduſq; ſuos.

ASCEN.

HANC Tibi Priamides) Artificioſa ē epiſtola, & inſinuationi, pſonæque accommoda: rem enim inhoneſtam perſuadere nititur, ſed mulieri iam

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

## *Heroidum Epiſtola. XV.*



### IN DECIMAMQVINTAM EPIST. ARGVM.

PARIS, qui alio nomine Alexander dictus eſt, ob Helenam ſibi a Venere promiſſam Lacedæmona nauigans, a Menelao honorificentiſſime ſuſceptus eſt, & honoratus. Sed cum per id tempus oportuiſſet Menelaum, omneſq; Minois pronepotes ad diuidendas Atrei opes Cretam adire, Paridem domi dimittens, Helenæ mandauit, vt non minorem hoſpitis, quàm ſuiipſius curam gereret, Verum Paris dum datam ſibi opportunitatem videret, Helenam in amorem ſui quantum potuit, ſollicitare conatus eſt. Hæc autem artificioſa epiſtola detegit quanto amoris æſtu ardeat, ſe ab omnibus commendando, quibus amatores laudari ſolent. Et quia nouerat muliebrem ſexum eſſe fragilem & gloriæ, & laudis, & à forma, atq; genere cupidiſſimū, omnia affert Paris, quæ ſibi Helenes animum conciliare poſſunt, & quæ odium mariti atq; contemptum excitent. Fugam itaq; ſuadet, quam Troianis viribus tueri poſſe aſſerit.

### PARIS HELENÆ.

HANC tibi Priamides mitto Ledæa ſalutem,
Quæ tribui ſola te mihi dante poteſt.
Eloquar? an flammæ non eſt opus indice notæ?
Et plus, quàm uellem, iam meus extat amor.
Ille quidem lateat malim: dum tempora dentur
Lætitiæ, miſtos non habitura metus.
Sed male diſſimulo: QVIS enim cælauerit ignem,
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?
Si tamen expectas, uocem quoq; rebus ut addam:
Vror: habes animi nuntia uerba mei.
Parce precor faſſo: nec duro cætera uultu
Perlege, ſed formæ conueniente tuæ.
Iandudum gratum eſt, q epiſtola noſtra recepta eſt:
Spem facit, hoc recipi me quoq; poſſe modo.

D

parumper a viro neglectæ, atque deſertæ. Quocirca, quia nouit muliebrem ſexum eſſe fragilem, gloriæ cupidum, & laudis, à forma à genere, à facundia cupidiſſimum: omnia affert Paris, quæ ſibi Helenes animum conciliare poſſent, & quæ odium mariti, eiuſq; contemptum excitent. Cum vero contextus facillimus ſit, nemo tam inſcius, atque iners, qui non aliquid delitiarum atque argutiarum illinc hauriat: erimus ergo in exponendo ſuccincti. ¶Ledæa) autem poſſeſſiuū eſt pro patronymico, ſed a matre poſitum, ſicut tertio Aeneidos. Ledæam Hermionem & cęte. potius autem Ledæam dicit, quàm Tyndarida, quia dicturus eſt Iouis eſſe filiam ex adulterio conceptam, vt ad conſimile inuitet facinus.

E

¶Eloquar) ſic Aenei.iij. Eloquar, an ſileam? ¶An non eſt opus indice) ideſt indicio. ¶Flammæ) ſcilicet amoris. ¶Notæ) ideſt perceptæ a te. ¶Et) ideſt quia. potuiſſet tamen dixiſſe, nam pluſquam: aut ſic cōiūgitur, notæ (dico) flammæ. ¶Et meus amor extat) ideſt eminet & apparet, quaſi extrinſecus ſtans. ¶Plus, quàm vellem) quia malim, vt ſupple ¶Ille lateat, quidem) ideſt certe. quaſi dicat non ſemper: ¶Sed dum) ideſt donec. ¶Tempora dentur non habitura metus miſtos) .i. immiſtos lætitiæ. ¶Quis enim cælauerit ignem) quaſi dicat nemo. ſed amor ignis eſt, immo eſt ἐμφατικῶς amatores amatum: atq; amicam ignem dicunt: vt in Bucolicis. meus ignis Amyntas, & cætera.

F

¶Iandudum gratum eſt) aut ordo eſt. ¶Gratum eſt Iandudum) ideſt ab eo tempore, quo epiſtola noſtra eſt: aut gratum eſt iam, quòd epiſtola noſtra recepta eſt, dudum, ideſt pauloante. Et cauſam addit, quia ¶Hoc) ſcilicet epiſtolam meam receptam eſſe ¶Facit ſpem quoque) ideſt etiam me poſſe recipi. ¶Modo) ideſt iam, poſtquam epiſtolaȝ legiſti: aut ſic, ſpem facit me quoque poſſe recipi hoc modo, quo ſcilicet epiſtolam recepiſti. Quo verbo hortatur poeta matronas pudicas, vt ſuſpectas literas repellāt, quia quæ amatorias legit, ſe amari velle indicat. ¶Quæ ra. ſit) Progrediens docet non ina-

nem ſuam ſpem eſſe debere, cum ſtabilita ſit pollicitatione Veneris,quæ Dea amorum eſt.

## HVBERTINVS.

Quæ rata ſit: nec te fruſtra promiſerit opto,
Hoc mihi quæ ſuaſit mater Amoris iter.
Nanq; ego diuino monitu, ne neſcia pecces.
Aduehor: & cœpto non leue numen adeſt.
Præmia magna quidem, ſed non indebita poſco:
Pollicita eſt thalamo te Cytherea meo.
Hac duce,Sigeo dubias à littore feci
Longa Phereclea per freta puppe uias.
Illa dedit faciles auras, uentosq; ſecundos:
In mare nimirum *ius habet orta mari.
Perſtet: & ut pelagi, ſic pectoris adiuuet æſtus:
Deferat in portus & mea uota ſuos.
Attulimus flammas: non hic inuenimus illas:
Hæ mihi tam longæ cauſa fuere uiæ.
Nam nec triſtis hyems, nec nos huc appulit error:
Tænaris eſt claſſi terra petita meæ.
Nec me crede fretum merces portante carina
Findere. * quas habeo, Dii tueantur opes.
Nec ueni graias ueluti ſpectator ad urbes:
Oppida ſunt regni diuitiora mei.
Te peto: quam pepigit lecto Venus aurea noſtro:
Te prius optaui, quàm mihi nota fores.
Antè tuos animo uidi, quàm lumine, uultus:
Prima fuit uultus nuntia fama tui.

* a.l.nil mirum

* a.l.ſcindere:

❡ QVÆ) Spes. ¶Rata) firma, certa. ¶Mater Amoris) Venus. ¶Monitu diuino) non ſponte mea, ſed Veneris mandato. ¶Neſcia pecces) ideſt vt ſis admonita: ne per ignorantiam erres. ¶Non leue) ideſt maximum: liptote eſt. ¶Non indebita) quia ſunt promiſſa mihi ab ea, cui licuit promittere. ¶Cytherea) Venus ita dicta a Cytheris inſula, vt alibi diximus. Virgilius, At Cytherea nouas artes, noua pectore verſat Conſilia. ¶Hac duce) dicit Paris, ego ſuſcepi hanc nauigationem a Troia in græciam authore, & Venere ipſa duce, ideſt regente me. ¶Dubias) incertas:quales ſunt viæ nauigationis. ¶A littore Sigeo) ideſt Troiano: Nam Sigeum promontoriū eſt Troiæ: vt dictum eſt in prima epiſtola. ¶Puppe Phereclea) neq; Pharetrata: neq; Pharetrea legendum eſt:ſed Pphereclea. Fuit enim Phereclus, vt ſcribit Homerus libro quinto Iliados,filius Harmonidæ fabri lignarij: qui naues Alexādro,qui & Paris dicitur, fabricauit,quę fuerunt principium malorum Troianorum.a Phereclo igitur poſſeſſiuum fit Pherecleus. ¶Phereclea pup.) ideſt fabricata a Phereclo, & hic eſt verus ſenſus, & emendatus textus. ¶Orta mari) dictum eſt ſupra in Epiſtola Didonis ſuper eum locum: quia mater amorum Nuda Cythereiacis edita fertur aquis. ¶Perſtet) ideſt vtinam perſeueret: vt Virgilius, Talia perſtabat memorans: fixuſq; manebat. ¶Aeſtum) ad vtrunq; retulit hic: & ad feruorem amoris:& ad motum maris:& eſt ſenſus: vt adiuuat nauigationem: ita adiuuet amorem meum: ordo eſt. ¶Perſtet; & ita adiuuet æſtum pectoris: vt pelagi) ſcilicet æſtum adiuuat. ¶Et) ideſt etiam. ¶Mea vota) ſicut & nauem. ¶Attulimus) quia ex patria diſceſſimus huc propter amorem: non autem incepi ſolum te amare, poſtquam huc veni. ¶Hæ) flammæ. ¶Hyems)tempeſtas. ¶Error)quia ignorarem, quo venirem. ¶Tænaris terra) ideſt Laconica, a Tænaro promontorio Laconiæ. ¶Petita) ideſt venit claſſis mea dedita opera in hanc terram propter te. ¶Nec me) occurrit obiectioni quia poſſet dici: quod propter alias cauſas veniſſet: dicit ſe propter ſolam Helenam veniſſe. ¶Nec crede) ideſt nec crede me nauigare propter mercaturam, quia ſum diues ſine hoc exercitio. ¶Tueantur) ſeruent: quia ſatis ſunt mihi. ¶Epectator) admirator, vt videam pulchras vrbes Græciæ. hæc enim ſolet eſſe multis cauſa nauigandi, vt in alienis terris videant pręclara oppida. ¶Oppida) vrbes: vt Virgilius, Aſcreumq; cano Romana per oppida carmen. ¶Diuitiora) opulentiora: nam Aſia ditiſſima eſt.Horatius, & dites Aſiæ campos. Virgilius, Troianas vt opes. Cicero. in oratione pro lege Manilia de laudibus Pompeij. Aſia vero tam optima eſt, & fertilis, vt vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. ¶Aurea) formoſa. ¶Pepigit) promiſit, vt in argumento primæ Epiſtolæ, & huius diximus. ¶Animo) cogitatione, deſiderio. ¶Quàm lumine) quàm oculis corporis. ¶Fama fuit prima nuncia tui vultus) ideſt prius audiui dici de pulcritudine tua.

## ASCENSIVS.

❡ QVÆ)Igitur ſpes. ¶Sit rata) ideſt firma, & non irrita. ¶Nec mater Amoris)ſcilicet Venus,quæ ſuaſit mihi hoc iter. ¶Promiſerit mihi te fruſtra) ideſt in vanum. Nam ſupple, quod dico tibi. ¶Ne neſcia preces) quaſi peccatum ſit contra Veneris iuſſa facere. ¶Ego aduehor monitu diuino) ideſt deæ, Veneris, & ſcilicet. ¶Numē non leue) ideſt futile, nec contemptibile. ¶Adeſt) ideſt authoritatem dat. ¶Cœpto) ideſt incepto meo. ¶Poſco quidem magna præmia) hoc in aſſentationē dicit: quaſi pluris faciens adhuc præmia Veneris, quàm Palladis, ac Iunonis. ¶Cytherea) dicitur Venus a Cytheris Cypri luco. ¶Ego feci hac duce) ideſt Venere ducente. ¶Vias dubias) ideſt incertas, & incognitas mihi. ¶A littore Sigeo) ideſt Troiano. Nam Sigeum promontorium eſt Troiæ. feci (dico) ¶Puppe Phereclea) ideſt a Phereclo ædificata. ¶Vias dubias per longa freta) ideſt maria. ¶In mare nimirum) Vnde Neptunus ad eā Aeneidos quinto, Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis: Vnde genus ducis. Nam è ſpuma maris nata dicitur. ¶Perſtet) ideſt perſeueret, opto Venus, & ¶Vt)ſupple adiuuit æſtus, ideſt feruores Pelagi, ſic adiuuet æſtus pectoris mei. ¶Et deferat mea vota in ſuos portus) ideſt ad optatum finem. Vt autem non leui, nec dudum parto amore, ſe captum fateatur: addit. Attulimus flammas. ¶Triſtis hyems)ideſt tempeſtas nautis triſtitiam afferens. ¶Terra Tænaris) pro Tænaria, patronymicum a loco. ¶Quas habeo, Dij tueantur opes) aut ſatis diuitem ſe ſignificat, nec propter diuitias velle negociari: aut ſe ſignificat, quaſi dicat, non alias merces aduexi, quàm meipſum. ¶Oppida ſunt regni diuitiora) Id ſecundum artem a diuite: nam, ſicut raro dicitur homo dis, ſed diues: ita raro, homo diuitior, ſed ditior. ¶Ante tuos) ante, ideſt prius vidi. ¶Animo) ideſt conſideratione. ¶Vultus tuos, quàm lumine) ſcilicet externo oculorum. ¶Minor eſt tua gloria vero) Idem dixit regina Sabea ad Solomonem: ſed non id notum erat Paridi, qui & prior erat, & ethnicus. ¶Fama eſt penè) ideſt quaſi. ¶Maligna) ex quo multo minus dixit, quaſi per malignitatem, quàm ſit.

A

Nec tamen eſt mirum,ſi,ſicut oporteat,arcu
Miſſilibus telis eminus ictus amo.
Si placuit fatis:quæ ne conuellere tentes:
Accipe cum uera dicta relata fide. *
Matris adhuc utero partu remorante tenebar:
Iam grauidus iuſto pondere uenter erat.
Illa ſibi ingentem uiſa eſt ſub imagine ſomni
Flammiferam pleno reddere uentre facem.
Territa conſurgit:metuendaq; noctis opacæ
Viſa ſeni Priamo:uatibus ille refert.
Arſurum Paridis uates canit Ilion igni.
Pectoris,ut nunc eſt,fax fuit illa mei.
Forma,uigorq; animi,quamuis de plebe uidebar,
Indicium tectæ nobilitatis erat.
Eſt locus in mediæ nemoroſis uallibus Idæ,
Deuius,& piceis,ilicibusq; frequens.
Qui nec ouis placidæ,nec amantis ſaxa capellæ,
Nec patulo tardæ carpitur ore bouis.
Hinc ego Dardaniæ muros,excelſaq; tecta,
Et freta proſpiciens,arbore nixus eram.
Ecce pedum pulſu uiſa eſt mihi terra moueri:
Vera loquar,uero uix habitura fidem.

E

Conſtitit ante oculos actus uelocibus alis
Atlantis magni,Pleioneſq; nepos.
Fas uidiſſe fuit:fas ſit mihi uiſa referre:
Inq; Dei digitis aurea uirgo fuit. .a.
Treſq; ſimul diuæ,Venus,& cum Pallade Iuno,
Graminibus teneros impoſuere pedes.
Obſtupui:gelidusq; comas erexerat horror:
Cum mihi,pone metum,nuntius ales ait.
Arbiter es formæ:certamina ſiſte dearum:
Vincere quæ forma digna ſit una duas.
Ne'ue recuſarem,uerbis Iouis imperat:& ſe
Protinus ætheria tollit in aſtra uia.
Mens mea conualuit:ſubitoq; audacia uenit:
Nec timui uultu quanq; notare meo.
Vincere erant omnes dignæ:iudexq; uerebar
Non omnes cauſam uincere poſſe ſuam.
Sed tamen ex illis iam tunc magis una placebat:
Hanc eſſe ut ſcires,unde mouetur amor.

F

Tantaq; uincendi cura eſt:ingentibus ardent
Iudicium donis ſollicitare meum.
Regna Iouis coniux,uirtutem filia iactat:
Ipſe potens dubito,fortis an eſſe uelim.
Dulce Venus riſit:nec te Pari munera tangant
Vtraq; ſuſpenſi plena timoris,ait.
Nos dabimus quod ames:& pulchræ filia Ledæ
Ibit in amplexus pulchrior ipſa tuos.
Dixit:& ex æquo donis,formaq; probata,
Victorem cœlo rettulit illa pedem.
Interea (credo uerſis ad proſpera fatis)
Regius agnoſcor per rata ſigna puer.

* Ab hoc verſu cẽtũ, & quatuor carmina ñ ĩueniunt̃ i antiqs exẽplarib⁹, q̃n ꝙ Planudes eos ñ agnouit:neq; tñ dubiũ eẽ vl lipõt,quin Ouid. ipſi⁹ ſint:ſ; forſaſſe credẽdũ ẽ,cũ epiſtolã hanc ꝯpoſuiſſet: aut dẽpſiſſe illũ hęc, vt nimiam luxuriã, & loquacitatẽ q̃ſi q̃dã reſecaret,q̃ in his verſibus cernit̃: aut addidiſſe poti⁹ venuſtatis gr̃a (vẽuſta .n. ꝛ elegantia ſunt eoru; mĩta)luxuriã autẽ & abũdãtiã ñ ſolum hic poeta vt vitiũ nũq̃; fugit: ſ; & vt veritatẽ ſp appetiuit. Aiaduertẽdũ tñ eſt,ſi hæc relinquant̃ carmina ſũmouenda duo illa paulo iferius. Cu; Ven⁹, ꝛ Iuno, Pallaſq; in vallibus Idæ, Corpa iudicio ſupꝑoſuẽ meo. permoleſte .n. ſępi⁹ idẽ diceret.

Læta domus nato per tempora longa recepto:
Addit & ad feſtos hunc quoq; Troia diem.
Vtq; ego te cupio,ſic me cupiere puellæ:
Multarum uotum ſola tenere potes.
Nec tantum regum natæ petiere,ducumq;:
Sed nymphis etiam curaq;,amorq; fui. *
At mihi cunctarum ſubeunt faſtidia:poſtquam
Coniugii ſpes eſt Tyndari facta tui.
Te uigilans oculis,animo te nocte uidebam:
Lumina cum placido uicta ſopore iacent.
Quid facies præſens,quæ nondum uiſa placebas?
Ardebam:quamuis hic procul ignis erat.
Nec potui debere mihi ſpem longius iſtam:
Cœrulea peterem quin mea uota uia.
Troia cæduntur Phrygia pineta ſecuri,
Quæq; erat æquoreis utilis arbor aquis.
Ardua proceris ſpoliantur Gargara ſyluis:
Innumeraſq; mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naues:
Texitur & coſtis panda carina ſuis.
Addimus antennas,& uela ſequentia malos:
Accipit & pictos puppis adunca deos.
Qua tamen ipſe uehor, comitata Cupidine paruo,
Sponſor coniugii ſtat dea picta ſui. *
Impoſita eſt factæ poſtquam manus ultima claſſi:
Protinus Aegæis ire iubebar aquis.
Et pater,& genitrix inhibent mea uota rogando:
Propoſitumq; uiæ uoce morantur iter.
Et ſoror effuſis,ut erat,Caſſandra capillis,
Cum uellent noſtræ iam dare uela rates:
Quo ruis? exclamat:referes incendia tecum:
Quanta per has,neſcis,flamma petatur aquas.
Vera fuit uates:dictos inuenimus ignes:
Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portubus egredior:uentiſq; ferentibus uſus,
Applicor in terras Oebali nympha tuas.
Excipit hoſpitio uir me tuus:hoc quoq; factum
Non ſine conſilio,numinibusq; deum.
Ille quidem oſtendit:quicquid Lacedæmone tota
Oſtendi dignum,conſpicuumq; fuit.
Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
Lumina,nil aliud,quo caperentur,erat.
Vt uidi,obſtupui:præcordiaq; intima ſenſi
Attonitus curis intonuiſſe nouis.
His ſimiles uultus,quantum reminiſcor,habebat,
Venit in arbitrium cum Cytherea meum.
Si tu ueniſſes pariter certamen in illud:
In dubium Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor præconia fecit:
Nullaq; de facie neſcia terra tua eſt.
Nec tibi par uſquam Phrygiæ,nec ſolis ab ortu *
Inter formoſas altera nomen habet.

D

* Quid ẽ ꝙ Nymphis curaſ ſe fuiſſe dicit: An ꝙ alias ꝑter Oenonen amarit.

E

* a.l.tui.

F

* a. l. Nec tibi p vſq; Phrygias, ne ſolis ab ortu.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Credis & hoc nobis? minor eſt tua gloria uero:
Famaq; de forma penè maligna tua eſt.
Plus hic inuenio, quàm quod promiſerat illa:
Et tua materia gloria uicta ſua eſt.
Ergo arſit merito, qui nouerat omnia Theſeus:
Et uiſa es tanto digna rapina uiro:
More tuæ gentis nitida dum nuda palæſtra
Ludis: & es nudis fœmina miſta uiris.
Quòd rapuit, laudo: miror, quòd reddidit unquã:
Tam bona conſtanter præda tenenda fuit.
Antè receſſiſſet caput hoc ceruice cruenta:
Quàm tu de thalamis abſtraherere meis.
Te'ne manus unquam noſtræ dimittere uellent?
Te'ne meo paterer uiuus abire ſinu?
Si reddenda fores: aliquid tamen antè tuliſſem:
Nec Venus ex toto noſtra fuiſſet iners.
Vel tua uirginitas eſſet libata: uel illud,
Quod poterat ſalua uirginitate rapi.
Da modo te: quæ ſit Paridis conſtantia, noſces:
Flamma rogi flammas finiet una meas.
Præpoſui regnis ego te: quæ maxima quondam
Pollicita eſt nobis nupta, ſororq; Iouis.
Dumq; tuo poſſem circundare brachia collo:
Contempta eſt Virtus, Pallade dante, mihi:
Cum Venus, & Iuno, Pallasq; in uallibus Idæ
Corpora iudicio ſuppoſuere meo.
Nec piget: aut unquam ſtulte elegiſſe uidebor:
Permanet in uoto mens mea firma ſuo.
Spem modo ne noſtram fieri patiare caducam,
Deprecor, ò tanto digna labore peti.
Non ego coniugium generoſæ degener opto:
Nec mea (crede mihi) turpiter uxor eris.

A HVBER. ¶ CREDIS Et hoc) extollit eius pulchritudinem: vt ita laudando eam alliciat ad amorem ſuum: nulla enim eſt mulier: quæ laudibus ſuæ formæ non delectetur. Ouid. in primo de Arte: Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos: Et teretes digitos, exiguumq; pedem. Delectant etiam caſtas præconia formæ, &c. ¶ Minor eſt vero) quia minus dicitur de te, quàm ſit. ¶ Maligna) auara, & detractrix: qa minus dicit, q̃; debet. ¶ Gloria) laus: cõmendatio. ¶ Eſt victa ſua materia) .i. a pulchritudine tua: quæ eſt materia ipſius gloriæ. ¶ Rapina) præda. dictum eſt in epiſtola Hermiones, & Oenones de Helena rapta a Theſeo. ¶ More) cõſuetudine. ¶ Tuæ gẽ.) Laconicę: nã Lacedæmonii præcipue palęſtra delectati ſunt: cuius etiã inuẽtores credunt: vñ Propertius: Multa tuæ Sparte miramur dona palæſtrę. ¶ Nitida) propterea quod corpora oleo vngebantur: palæſtra autem latine luctandi certamen ſignificat. ¶ Conſtanter) fortiter, animoſe.

B ¶ Ante) .i. potiꝰ. ¶ Hoc) .i. meum. ¶ Abſtraherere) .i. eripereris .i. ante paſſus eſſem mihi incidi caput: quàm te reddidiſſem. ¶ Ne) an. ¶ Vellent dimittere) q. d. non. ¶ Viuus) dum viuerem. ¶ Fores) .i. fuiſſes propter neceſſitatem. ¶ Tuliſſem) accepiſſem. ¶ Ante) quàm fuiſſes reddita. ¶ Ex toto) penitus. ¶ Libata) deſumpta, guſtata. ¶ Vel illud) ſcilicet oſcula. ¶ Da modo) qa poſſet obiici: ita dicis: ſed fortaſſe ita non faceres: dicit, fac periculum, & proba: videbis quæ conſtantia ſit in me. ¶ Flamma rogi) .i. amor meus ſola morte finietur. Teren. in Andria, hanc mihi, niſi mors, adimet nemo.

C ¶ Flamma) in qua cõburetur cadauer meum, cum ero mortuus. ¶ Flãmas) amoris. ¶ Quæ maxima) ſcilicet regna. ¶ Pollicita eſt) vt plene demonſtrauimus in argumento primæ Epiſtolę. ¶ Nupta, ſororq; Iouis) .i. Iuno. ¶ Virtus) ſapientia. ¶ Contempta) ſpreta. ¶ Dante) dare volẽte. ¶ Elegiſſe ſtulte) ſcilicet quod te, potiuſq̃; regna, vel virtutem elegerim. ¶ In ſuo voto) quod primum habuit: vt te haberem coniugem. ¶ Caducam) fluxam, vanam. ¶ Non ego) incipit ſe laudare a nobilitate. ¶ Non degener) vel vilis genere, vel a maiorum virtute remotus. ¶ Generoſæ) tui nobiliſſimæ. ¶ Turpiter) dedecoroſe: ſed cum magna laude tua.

ASCEN. ¶ ET SVA) alii legunt, & tua, ſed non procedit: quia ordo eſt. Et gloria ſua, ſcilicet quam ipſa conferre poteſt. eſt tamen inepta, vtcũq; legatur, reciprocatio: niſi dicatur, ſua ideſt propria ipſi famę, quę gloriam conferre poteſt etiam inanem. ¶ Eſt victa) .i. ſuperata. ¶ Materia tua) .i. ſubiecto, circa quod verſatur gloria, quod illi præbes, quia plus materiæ gloriæ præbes famæ, q̃; ipſa retribuere poteſt gloriæ. ex quantitate autem cognoſcitur, quod ſua nominatiui eſt caſus, nam corripitur: tua autem, quia ablatiui caſus, produci deberet: vnde malus eſſet verſus legendo, tua &c. ¶ Ergo arſit merito) Probat formam Helenes, etiam aliis probatam: nam ob eam rapta eſt a Theſeo, verum integra reſtituta: quod ſignum cenſet, quia

D minus amauit, q̃; ipſe, qui aliquid ab ea prælibaſſet, aut virginitatem, aut ſaltem oſcula: vidit autem formam eius (inquit) Theſeus, dum more virginum Lacænarum nuda palæſtram exerceret. ¶ Abſtraherere) ideſt abſtrahereris, nam inflectitur abſtraherer, abſtrahereris &c. ¶ Te'ne) nequaquam, nunquam. ¶ Aliquid) florem virginitatis intelligit. Sicut Silenus in Buc. Huic aliud mercedis erit. ¶ Tuliſſem) .i. abſtuliſſem. ¶ Libata) .i. primũ cõtacta. Tractũ a libaminibus, quæ ſummo tenus attinguntur ore. ¶ Flãma rogi) .i. exuſtiõis meę rogalis. ¶ Finiet vna) .i. ſola, nõ ſimul, quia aduerbium eſſet, & vltimam produceret. ¶ Meas flãmas) ſcilicet amoris, ideſt ad mortem vſq; te amaſſem, & tui amore arſiſſem. ¶ Præpoſui regnis) docet quanti eam faciat, & fecerit. Cum enim tres illæ ſummę deæ iudicium pulchritudinis ad Paridem referrent, & Iuno regnorum Dea

E (eſt enim aer ſuper terram, vbi geritur omne mortalium regnum) promitteret pulcherrimum regnum, & Pallas dea ſapientiæ (nam ex cerebro Iouis, ideſt puriore igne nata dicitur, vnde vis ingenii & intellectus infundi putatur) promiſiſſet bellandi peritiam, dicẽs: Te, ſi me ſequeris, non abſtrahet inuidus error: Venus autem per quam omnia, quæ naſcuntur, veniunt, & oriuntur: pulcherrimam puellam promitteret, dicens (vt non ignobilis author deſcripſit) Plectra ſonora, ioci, plauſus, laſciua voluptas: Hæc mea. ſi reliquis me præfers: ipſa puellam, Pro mercede dabo: qua non formoſior vlla. Reſpondit Paris: Grata mihi tua forma Venus: tua munera grata. Plus aliis mihi mente ſedes: certaminis ecce Pignus habes victrix auri ſpectabile malum.

F In qua re ſignificatur, quod hic poeta expreſſe docet, quia Paris, dum Helenam rapuit ob pulchritudinem, cum qua neq; regnum, neq; bellandi gloriam, aut peritiam habere potuit: voluptatem gloriæ & ſapientiæ prætulit. Triplex enim aiunt bonum, honeſtum, vt ſapientiæ, quod Pallas confert: vtile, vt regnorum, cuius Iuno adminiſtratrix: vnde Aeolus ad eam lib. Aenei. j. Tu mihi quodcũq; hoc regni, tu ſceptra Iouemq; cõcilias: & delectabile, vt voluptatum: quæ beluis cum hominibus cõmunes ſunt. Ideo dicit dictorum carmi. author. Hæc in lite, triplex hominum mellita poeſis Depinxit ſtudium, quorũ datur optio cunctis. Falluntur tamen optando plæriq; ſequaces. Luxus habet multos, honor, & ſapientia paucos &c. ¶ Nupta ſororq;) & ſoror, & coniux Iouis Iuno, ſcilicet ¶ Contempta eſt virtus) ſcilicet bellica, quæ ſine ſapientia non recte adminiſtratur: vnde Pallas tam ſapientiæ, q̃; bellorum Dea eſt. ¶ Nec piget, aut vnq̃; ſtulte elegiſſe videbor) ſup. mihi. non negat quin elegerit ſtulte, ſed tamen amanti non ita videtur, vnde cæcus fingitur amor. ¶ Spem modo) .i. dummodo: repetit autem, vnde inceperat. Quæ rata ſit &c. ¶ Non ego coniug.) docuit licitum eſſe, quod petiit: quia diuino monitu, & promiſſu. docet etiam ex perſona ſua, quia non minus nobilis ſit,

A immo nobilior, ⁊ ditior, ⁊ formoſior, ⁊ tali fœmina dignior, q̃; Menelaus: deinde ꝙ eam non ad concubinatum, ſed ad cõiugium poſcit. Nobilitatem autem Phrygum probat ex Ganymede deorum pincerna: Tithono Auroræ coniuge: ⁊ Anchiſa Veneris amato: immo (ſi Heleno Virgiliano credimus) cõiuge. dicit enim: Cõiugio Anchiſa Veneris dignate ſupbo.

D Meta. Arripit Iliaden, qui nunc quoqȝ pocula miſcet: Inuitaqȝ Ioui nectar Iunone miniſtrat. ¶ Nectare) nectar potio eſt deosum. ¶ Auroræ coniux). i. Tithonus. is frater fuit Laomedontis: qui ab Aurora amatus ex ea genuit Memnona, quem poſtea in auxilium Troianorum miſit. ¶ Quæ finit extremum iter noctis) quia Aurora tenet confinia lucis, quam inchoat & noctis, quam finit. ¶ Anchiſes) Is filius fuit Capis, formoſiſſimus, amatus a Venere, cuȝ quo concumbens in monte Ida poſtea apud Simoenta fluuium genuit Aeneam. ¶ Volucrum) velocium, habentiuȝ alas. ¶ Amoruȝ) ſunt enim gemini: vt alibi diximus. ¶ Gaudet) quaſi re honeſta: vnde & apud Virg. Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. ¶ Iugis) vertice. ¶ Nec puto) laudat ſe a pulchritudine, & fortitudine: quibus duabus rebus præponit ſe Menelao. ¶ Collatus) comparatus. ¶ Iudice te) iudicio tuo.

HVBER. ¶ PLEIADA) ſuæ genealogiæ vetuſtatem repetit a Ioue, & Electra. Nam Iuppiter cõcubuit cum Electra filia Atlantis: quæ fuit vna ex ſeptem Pleiadibus, quæ in cœlum, in ſtellas tranſlatæ ſunt, & ex ea genuit Dardanum: a quo Troiani originem, & nomen ducunt. Ouid. in Faſt. Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum? Scilicet Electræ cõcubuiſſe Iouem? ¶ Pleiada) ideſt Electram: quę ita dicta eſt, vel a Pleione matre, vel a πλέω græce nauigo: quia nauigantes ſolent Pleiadas ipſas obſeruare. ¶ Medios auos). i. q ſunt B inter Iouem, & nos. intelligit Erichthonium, Troem: Ilum, Aſſaracuȝ, Capim: ⁊ reliquos. ¶ Ora) regio. ¶ Beatior) ditior: vt diximus ſupra. ¶ Obeũda) circũeunda. ¶ Finibus immenſis) propter magnos fines, & ambitus. ¶ Innumeras) infinitas. ¶ Quæ dicas decere ſuos deos). i. quæ ſint ornata, & talia, quæ deceant, quibus ſunt dicata. ¶ Ilion) cõmemorat hoc oppidum pręcipue, in quo ſedes erat regũ Aſiaticoꝝ. ¶ Structa) ædificata. ¶ Canore). i. ſono. ablatiuus eſt caſus. ¶ Lyræ Phœbeæ) quia, vt alibi diximus, Neptunus, & Phœbus mœnia Ilii condiderunt. eſt autem Ilium oppidũ ipſius Troiæ maximum, & celeberrimum: nam Troia eſt regio. ¶ Troades) mulieres Troia- C næ. ¶ Occurrent) venient obuiaȝ. ¶ Agmine) multitudine.

Pleiada, ſi quæras, in noſtra gente, Iouemq́;
 Inuenies: medios ut taceamus auos.
Sceptra parens Aſiæ, qua nulla beatior ora eſt:
 Finibus immenſis uix obeunda tenet.
Innumeras urbes, atq; aurea tecta uidebis:
 Quæq́, ſuos dicas * templa decere deos.
Ilion aſpicies, firmataq; turribus altis
 Mœnia, Phœbeæ ſtructa canore lyræ.
Quid tibi de turba narrem, numeroq; uirorum?
 Vix populum tellus ſuſtinet illa ſuum.
Occurrent denſo tibi Troades agmine matres:
 Nec capient Phrygias atria noſtra nurus.
O' quoties dices: quàm pauper Achaia noſtra eſt:
 Vna domus quæuis urbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere ueſtram:
 In qua tu nata es, terra beata mihi eſt:
Parca ſed eſt Sparte: tu cultu diuite digna:
 Ad talem formam non facit iſte locus.
Hanc faciem largis ſine fine paratibus uti,
 Deliciiſq; decet luxuriare nouis.
Cum uideas cultus noſtra de gente uirorum:
 Quales dardanias credis habere nurus?
Da modo te facilem: nec dedignare maritum
 Rure Therapnæo nata puella Phrygem.
Phryx erat, & noſtro genitus de ſanguine: qui nunc
 Cum Diis potando nectare miſcet aquas.
Phryx erat Auroræ coniux: tamen abſtulit illum
 Extremum noctis quæ dea finit iter.
Phryx etiam Anchiſes: uolucrũ cui mater amorum
 Gaudet in Idæis concubuiſſe iugis.
Nec puto collatis forma Menelaus, & armis,
 Iudice te nobis, anteferendus erit.

* a. l. dices

E ASCEN. ¶ PLEIADA) ſcilicet Electram Dardani matreȝ, ex qua Iuppiter Dardanũ genuit Troianorum progenitoreȝ. ¶ Beatior). i. ditior, ⁊ melius habẽs. ¶ Canore). i. cãtu ſonoro: hic canor, huius canoris. dicitur enim Apollo cum Neptuno mœnia Troiana fabricaſſe cõuocando ſaxa ad ſonum lyrę, quomodo Amphion ad conſtructionem mœnium Thebanorum. Vnde Horat. in Arte. Dictus ⁊ Amphion Thebanę conditor arcis Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda Ducere, quo vellet. Quod ideo fictum eſt, quia eloquentia, vt dicit Cicer. lib. primo Rhetor. in præfatione: videlicet vir quadam eloquentia (quem per canorem hic intelligit) præditus primus homi- F nes ſylueſtres in ciuitatis concordiam, & ad mœnia conſtruenda concitauit: vt in dicto libro atteſtatur Horatius. Neptunus autem, qui aquarum deus eſt: adiutor fuiſſe dicitur, quia ſine aquis non fit conglutinatio: & ad eas deſcendunt fundamenta, quæ Neptuno ſacrantur, vnde quia (vt in fabulis eſt) iuſiurandum non ſeruauit Laomedon: dicitur Aenei. ii. Neptunus muros, magnoq́. emota tridenti Fundamenta quatit. ¶ Opes vrbis) i. quæ ſufficiant vrbi. ¶ Sparte) græce: nam latine dicitur Sparta. ¶ Non facit) ideſt non eſt idoneus locus iſte, ideſt vilis. ¶ Luxuriare) ideſt ſuperfluere in quauis re: vnde & ſegetes nimium vegetæ dicuntur luxuriare: &, quia habitio nimis ampla Venerem excitat, vocamus carnis petulantiam, luxuriam. ¶ Cum videas cultus noſtra de gente virorum) hunc damnat in Aenea Iarbas Aeneid. quarto, dicens: Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu, Mœonia mentum mitra crinemq́; madentem Subnixus rapto potitur &c. Et eundem laudat Paris, ſed mulieri: veruntamen ſunt, quibus animus eſt longe alius: de quibus videlicet dicit Iuuena. Saty. ſexta. Ferrum eſt, quod amant. ¶ Nec puto collatis forma Menelaus, & armis) Quod ſumme neceſſarium erat: incipit Menelai amorem excludere: ſicut Maro dicit, abolere Sichæum.

¶ Capient) continebunt: quia erunt plures, quàm poſſint ſtare in noſtra domo. ¶ Achaia) Græcia. ¶ Vna domus) quælibet ſola domus noſtræ regionis habebit opes vnius veſtrę vrbis. ¶ Nec mihi) ne videatur ſpernere Græciam: dicit ſe venerari plurimum Lacedæmona terram natalẽ ipſius Helenæ. ¶ Sparten) Lacedæmona. ¶ Beata) felix. ¶ Mihi) iudicio meo. ¶ Parca) non luxurioſa: neqȝ ſumptuoſa in veſtibus. ¶ Tu digna cultu diuite). i. tu mereris ornatum ſumptuoſum. ¶ Non facit) nõ cõuenit. ¶ Paratibus) ornatibus, cultibus. ¶ Sine fine) infinite. ¶ Luxuriare) abundare: affluere. ¶ Cum videas) ſumit argumẽtum ornatus mulierum ab ornatu virorum: qui ſolent eſſe minus delitioſi. cum ergo videas viros ita cultos, ¶ Qualẽ) q. d. multo ſumptuoſiorem, & ſplendidiorem. ¶ Nurus) puellas. ¶ Facilem) exorabilem nõ duram: vt, Faciles venerare Napeas. ¶ Rure Therapnæo) Therapne Laconiæ oppidum eſt. Pomponius Mela. in Laconide Therapne, Lacedæmon, Amyclæ. ¶ Phryx erat) laudat Phrygum nobilitatem. ¶ Qui nunc cuȝ diis potando) Ganymedem intelligit. Hic filius fuit Trois regis Troianorum, amatus a Ioue: qui cum in Ida venaretur, a Ioue in formam Aquilæ transfigurato raptus eſt, & expulſa Hebe, quę ſibi miniſtrabat: pincernã ſuuȝ inſtituit. Ouid. lib. x.

Non dabimus certè ſocerum tibi clara fugantem
Lumina: qui trepidos à dape uertat equos.
Nec pater eſt Priamo ſoceri de cæde cruentus:
Et qui Myrtoas crimine ſignet aquas.
Nec proauo ſtygia noſtro captantur in unda
Poma: nec in mediis quæritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert? ſi te tenet ortus ab illis:
Cogitur huic domui Iuppiter eſſe ſocer.
Heu facinus, totis indignus noctibus ille
Te tenet: amplexu perfruiturq; tuo.
At mihi conſpiceris poſita uix deniq; menſa:
Multaq;, quæ lædant, hoc quoq; tempus habet.
Hoſtibus eueniant conuiuia talia noſtris:
Experior poſito qualia ſæpe mero.
Pœnitet hoſpitii: cum me ſpectante lacertos
Imponit collo ruſticus ille tuo.
Rumpor: & inuideo (quid nunc tamē oīa narrem?)
Membra ſuperiecta cum tua ueſte fouet.
Oſcula cum uero coràm non dura daretis:
Ante oculos poſui pocula ſumpta meos.
Lumina demitto, cum te tenet arctius ille:
Creſcit & inuito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus: & te laſciua notaui,
In gemitu riſum non tenuiſſe meo.
Sæpe mero uolui flammam compeſcere: at illa
Creuit: & ebrietas ignis in igne fuit.
Multaq; ne uideam, uerſa ceruice recumbo:
Sed reuocas oculos protinus ipſa meos.
Quid faciam, dubito: dolor eſt meus illa uidere:
Sed dolor à facie maior abeſſe tua eſt.
Qua licet, & poſſum, luctor cælare furorem:
Sed tamen apparet diſſimulatus amor.

HVBER. A ¶ NON dabimus) ita laudat ſe: vt deprimat patrem Menelai. dicit enim ſe non habere patrem, qui ſit futurus ſocer Helenæ, qui filios coxerit: & Solem eo ſcelere fugauerit. Fugantem) repellentem. Trepidos) vel territos, vel feſtinos. A dape) a conuiuio ſuo ſcelerato. Fabula hoc habet. Atreus, & Thyeſtes fratres fuerunt, filij Pelopis. Atreus vxorem habuit Aeropen nomine, quam cum frater Thyeſtes ardenter amaret: cū ea concubuit: quod cum frater intellexiſſet, in ultionem huius ſceleris filios coxit, & comedendos fratri appoſuit, aſſimulata cum eo cõcordia. hanc rem ne Sol videret: dicitur auertiſſe ſe. d̄ hac re ſcripta eſt Tragœdia apud græcos. ex Atreo creditur natus eſſe Menelaus: vnde eſſet ſocer Helenæ. dicit ergo, non dabo tibi talē ſocerū, qualis fuit Atreus: qui humanas dapes fratri apponat. Nec pa eſt) .i. nec pr̄ Priami auus meus ſocerū ſuū interfecit, ſicut Pelops auus Menelai. diximus ſupra in epiſtola Hermiones fabulā Oenomai patris Hippodamię: quam Pelops curſu vicit. Is autē Pelops, vt regno ſoceri poteretur: eum interfecit. Et qui Myrtoas) .i. nec dabimus auū. qui aliquem in mare præcipitauerit ſubmergendum: ſicut Pelops Myrtilum aurigā Hippodamiæ: quo fauente eam vicerat: in mare præcipitauit: a quo mare Myrtoum dictum eſt. hæc fabula loco ſupradicto narrata eſt. Nec proauo) amplificat odium gentis Menelai, dicēs: nec proauus meus damnatus eſt apud inferos eadem pœna: vt aquam vſq; ad os habeat. & poma: neq; tamē bibere, aut comedere poſſit: ſicut Tātalus proauus Menelai, Tantalus enim cū eſſet familiariſſimus deorū, & Iouem cū cæteris dijs ad cõuiuium inuitaſſet: dicitur Pelopem filium ſuum coxiſſe, & deis comedendum appoſuiſſe: vt eorum diuinitatem tentaret: a quo omnes abſtinuerunt excepta Cerere: quæ humerum eius conſumpſit. poſtea cū ad vitam reuocare vellent: humerus eſt ei eburneus reſtitutus: vnde Virgilius, Homeroq; Pelops inſignis eburno. Inde Tantalus hac pœna damnatus apud inferos dicitur: vt nec vndis, nec pomis tangentibus ora perfruatur. Sunt tamen, qui eum hac pœna non propter cædē filij: ſed quia indicauerit arcana deorum, damnatū putent: quod quidē Oui. in .j. Amo. ſignificat. Quęrit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tātalus: hoc illi garrula lingua dedit: & idem lib. iij. Amo. Sic aret medijs taciti vulgator in vndis, Pomaq;, quæ nullo tempore tangat, habet. Euripides dicit eum ſuſpenſū in aere, propterea quod aduerſus deos eſſet maledicus. Quid refert?) quid intereſt? quid mihi prodeſt, maiores Menelai tales eſſe? Si ortus) .i. ſi Menelaus natus ab illis, Tenet te) placet tibi. Cogitur) ſubaudi, ſi Iuppiter cogitur eſſe ſocer huic domui) ideſt contra voluntatem ſuam compellitur eſſe ſocer ipſius Menelai: qui eſt de gente ita ſcelerata, & impia: nam ſi Helena, quæ eſt filia Iouis, ſit eius vxor: neceſſario Iuppiter erit eius ſocer. Heu facinus) pergit adducere eum in odium. Indignus) qui non meretur talem vxorem. Mihi) quaſi dicat, qui te amo ex D corde. Vix deniq;) ideſt etiam cum difficultate. Poſita) parata. Hoc tempus) menſæ, & cœnæ. Quæ lędant) quæ diſpliceāt. Eueniant) optantis eſt. Talia) ita acerba. Pœnitet hoſpitij) ideſt pœnitet me eſſe in ea domo. Ruſticus) incultus, ſine moribus, & blandicijs. Rumpor) ſcilicet dolore. Cuī ille) Menelaus. Fouet tua membra veſte ſuperiecta) ideſt cum te amplectitur, & tenet in vlnis ſub veſte ſua. Quid nunc) hæc dicta ſunt per parentheſim. Non dura) mollia, & laſciua. Poſui pocula ante oculos) ne viderem. Demitto) īclino. Arctius) ſtrictius. Creſcit in ore cibus) videtur creſcere, quia præ dolore comedere non poſſū. Iuue. Interq; molares difficili creſcente cibo. ex anxietate. n. cibus multū commaſticatus, & commanſus vix poteſt demitti per fauces. Notaui) aduerti. Compeſcere) coercere. Ebrietas fuit ignis ī igne) qa ex vino creſcit amor. Oui. libro. iij. de arte. Cum Veneris puero non male Bacche facis. E Idem: Vina parant animos: faciuntq; caloribus aptos: vnde Paulus apoſtolus. Nolite inebriari vino, ī quo eſt luxuria. Recumbo) diſcūbo ad menſam. Ceruice verſa) verſo capite in aliam partem. Protinus) ſtatim, quia non diu poſſum manere: quin te aſpiciam. Maior) ſcilicet quā videre. Abeſſe) diſcedere. Qua licet) quatenus licet. Luctor) conor. Diſſimulatus) occultatus.

ASCENSIVS.

¶ SOCERVM) .ſ. Thyeſtem: ſed Priamū. Nā à cœna Thyeſtę auertit Sol equos: ad quod alludit Dido Aenei. primo dicens. Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe. F Nec pater) ſcilicet Pelops Thyeſtæ pater, qui Pliſthenem genuit, vnde Agamem. & Menelaus nati ſunt: quamuis Atridæ dicantur. Nec proauo) ſcilicet Tantalo, qui proauus eſt Menelai, quia pater Pelopis. Cogitur huic) ſcilitet tam ſceleſtæ Domui) ideſt familiæ Iuppiter eſſe ſocer) quaſi dicat tam bonus deus, qui Iuppiter dictus eſt, ideſt iuuans pater. indignum ergo cenſet Helenam filiam Iouis ex Leda Tyndari vxore progenitam, in tam ſceleſtam familiam detruſam, innuens contrà ſe ea dignum, quippe qui de ſanguine Iouis ortus ſit. Et te laſciua) per gratam petulantiam, libertatem, ac proteruiam hoc profert Paris, quaſi inuidia percitus, & Zelotypia æſtuans, qua re nihil gratius amantibus. Sic Maro. Malo me Galathea petit laſciua puella. Ebrietas) ideſt ſuperabundantia vini. Fuit ignis) ideſt incendium. In igne) ideſt in amore. Aut Ebrietas ignis) ideſt amoris. Fuit in igne) ſcilicet indignationis. Quid faciam dubito) Amatorie docet cruciatum ſuum: cum neque videre, neque non videre patiatur eam. nam videnti dolet a ruſtico tractari, non videnti, non poſſe talem vultum contemplari.

Nec tibi uerba damus: ſentis mea uulnera, ſentis:
Atq; utinam ſoli ſint ea nota tibi.
Ah quoties lachrymis uenientibus ora reflexi: *
Ne cauſam fletus quæreret ille mei.
Ah quoties aliquem narraui potus amorem,
Ad uultus referens ſingula uerba tuos.
Indiciumq; mei ficto ſub nomine feci:
Ille ego, ſi neſcis, uerus amator eram.
Quin etiam, ut poſſem uerbis petulantibus uti:
Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.
Prodita ſunt (memini) tunica tua pectora laxa,
Atq; oculis aditum nuda dedere meis:
Pectora uel puris niuibus, uel lacte, tuamq;
Complexo matrem candidiora Ioue.
Dum ſtupeo uiſis (nam pocula forte tenebam)
Tortilis à digitis excidit anſa meis.
Oſcula ſi natæ dederas: ego protinus illa
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et modo cantabam ueteres reſupinus amores:
Et modo per nutum ſigna tegenda dabam.
Et comitū primas Clymenenq;, Aethramq; tuarum
Auſus ſum blandis nuper adire ſonis.
Quæ mihi nil aliud, quàm formidare locutæ,
Orantis medias deſeruere preces.
Dii facerent, pretium magni certaminis eſſes:
Teq; ſuo poſſet uictor habere toro.
Vt tulit Hippomenes Schœneida præmia curſus:
Venit ut in phrygios Hippodamia ſinus. *
Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit:
Dum petit amplexus Deianeira tuos

* Hęc omnia ab amatore eē facienda oſtēdit Oui. in ij. de arte amandi.

* Adduntur in aliquib⁹ hæc duo carmina, Quæ ppero curſu vicerat ante procos. Sic, & tu phrygias venies regina per vrbes.

RVBER. A ¶ NEC damus verba) nec te decipimus. ¶ Tibi ſoli) ne alius aduertat. ¶ Reflexi) retroflexi: ne viderer lachrymari. ¶ Ipſe) maritus tuus. ¶ Potus) cum bibiſſem. ¶ Aliquem amorem) ideſt amorem alicuius. ¶ Referens) conuertens. ¶ Ad tuos vultus) vt intelligeres me ea dicere propter te. ¶ Indicium) demonſtrationem mei ipſius. ¶ Sub nomine ficto) nam cum alium nominarem amantem: de me ſignificabaȝ. ¶ Ille) cuius amorem narrabam. hęc autem omnia eſſe facienda ab amatore oſtendit Ouidius libro ſecundo de arte. Hic tibi multa licet ſermone latentia tecto Dicere: quæ dici ſentiat illa ſibi: Blāditiaſqȝ leues tenui perſcribere vino: Vt dominā in mēſa ſe legat illa tuam: Atqȝ oculos oculis ſpectare fatentibus ignem, & cæ. ¶ Petulantius) licentius, audacius. ¶ Non ſemel) ideſt ſæpius. ¶ Simulata) ideſt oſtendi me eſſe ebrium: quod Ouidius in ſecundo de arte præcipit. Ebrietas, vt vera nocet, ſic ficta B iuuabit. Fac titubet bleſo ſubdola lingua ſono: Et quicquid dices, facies ve proteruius æquo: Credatur nimium cauſa fuiſſe merum. ¶ Prodita) aperta. ¶ Tunica laxa) ideſt veſte laxata: & largius aperta. ¶ Nuda) ſcilicet pectora. ¶ Dedere aditum oculis) ideſt viſa ſunt oculis meis. ¶ Pectora) laudat pulchritudinem, & candorem eius pectoris: dicit potuiſſe comparari vel niuibus intactis, vel lacti, vel ei cygno, in quem Iuppiter transformatus concubuit cum Leda eius matre: cum enim omnes cygni ſint candidi: credibile eſt, illum fuiſſe candidiſſimum. ¶ Dum ſtupeo) ideſt vix ſum apud me. ¶ Viſis) ſcilicet pectoribus tuis. ¶ Anſa) dicitur in poculis ea pars, qua manu capitur, & tenetur poculum. C Virgi. in Buco. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. nam manubrium, & capulum de gladijs dicimus. ¶ Tortilis) fiebat enim anſa torta. ¶ Excidit) ideſt cecidit a manu. ¶ Nam pocula) per parentheſim legendum eſt. ¶ Natæ) filiæ tuæ Hermione. ¶ Ego tuli illa) ideſt ego oſculabar illam, vbi tu dederas oſcula tua. ¶ Modo) interdum. ¶ Tegenda) cælanda. ¶ Per nutus) vt ipſe in primo Amorum: Me ſpecta: nutuſqȝ meos vultumqȝ loquacem. ¶ Primas) ideſt præcipuas, & tibi intimas. ¶ Aethram) hæc creditur fuiſſe mater Theſei: vt alibi diximus. ¶ Adire) alloqui: hoc præcipit Ouidius in ſecundo de arte. Sed prius ancillam captatæ noſſe puellæ Cura ſit: acceſſus molliet illa tuos. ¶ Quæ) comites tuæ. ¶ Non locutæ aliud) ideſt aliud reſpondentes. ¶ Quàm formidare) quàm ſe timere. ¶ Deſeruere medias preces) ideſt noluerunt audire omnes meas preces. ¶ Pretium certaminis eſſes) .i. vt proponereris pretium ei: qui te in aliquo magno certamine vincendo conſequeretur. ¶ Vt tulit) ſumit exempla quorundam: qui certarunt pro amore, quos dicit ſe eſſe imitaturum. ¶ Schœneida) Atalantam filiaȝ Schœnei: quæ cum ab oraculo accepiſſet, vt vitaret coniugium, cum eſſet pernicitate pedum pręſtantiſſima: & multi eam vxorem peterent, hanc conditionem procis imponebat; vt a ſe currendo victi morte plecterentur; victor D eius coniugio potiretur. Cum igitur inter multos, qui eam petebant, adeſſet Hippomenes illius pulchritudine incenſus, Venerem in auxiliuȝ rogauit: quæ ex Damaſceno agro Cypri tria mala aurea ei attulit: monuitqȝ vt intercurrendum virgini ea objiceret: fore enim, vt illorum cupiditate tardaretur. parens igitur eius præceptis vnum in obliquum coniecit: ad quod primum capiendū Atalanta a curſu diuertit: mox alterum, & poſtremo tertium: quę omnia duȝ puella cupida attolere curat: curſu ab Hyppomene eſt præuenta, & ſuperata. poſtea igratus aduerſus Venerē fuit. quare illa indignata impatientiam libidinis in eos immiſit: ita vt in loco ſacrato Cybele matri deorum concubuerint: ob quam cauſam in leones conuerſi ſunt a Cybele: vt ſcribit Ouidius libro decimo Metamorpho. Dicit ergo Paris, quod ſicut Hippomenes non territus conditione mortis certamine curſus Atalantam meruit: ita & ipſe idem faceret pro Hele.. ¶ Alcides) Hercules. E ¶ Cornua Acheloia) ideſt cornua Acheloi: qui & ipſe pro Deianira certauit. dictum eſt in epiſtola Deianiræ in eo loco, Ne pigeat, pugnæ bis tibi cauſa fui. Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis.

ASCENSIVS.

¶ NARRAVI Potus) quia poſt potum & laſciua narrari ſolent, & liberius, incautiuſqȝ. vnde Flaccus dicit. Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, & cætera. ¶ Prodita ſunt) quia gaudent ſummopere formoſæ laudari, laudat eam a forma, & lepore corporis. ¶ Ioue complexo matrem) quia conuerſus in cygnum complexus eſt Ledam: quæ ex eo, & Tyndaro duo oua concepit: ex quorum altero natus Pollux, & Caſtor. vnde Horatius, ouo prognatus eodem, & cætera. Creditur tamen Caſtor Tyndari filius, & ob id mortalis fuiſſe. ¶ Anſa) eſt, qua capitur poculum. in Bucolicis, Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Erant autem aliquando anſæ tortiles, ideſt intortæ, & interdum ſculptæ. Vnde in eiſdem. Et molli circum eſt anſas amplexus acantho. F ¶ Et comitum primas) ideſt principes inter pediſequas, ac comites tuas, quia ab illis (vt Ouidius in arte docet) auſpicandus eſt amatoribus aditus. ¶ Quæ non locutæ mihi aliud, quàm formidare) ſupple ſe. ¶ Deſeruere medias preces orantis) ſcilicet mei, hoc eſt preces meas orantis eas: & ita ſignificat longe aliud reſpondiſſe, ſed minatas fuiſſe illi mortem, ſi amplius loqueretur, nec voluiſſe auſcultare: vnde quia ſecluſa eſt via per eas, exclamat: quaſi dicat, O vtinam dij facerent, & cætera. ¶ Dij facerent) ſubaudi vtinam: quaſi dicat: ſi daretur aliqua tui acquirendæ via: adirem, etiam cum vitæ periculo: ſicut Atalantam acquiſiuit Hippomenes, & Deianiram Hercules: vt in Deianira prætactum eſt. ¶ In phrygios ſinus) hos verſiculos non omnes codices habent: immo pauciſſimi.

Noſtra per has leges audacia fortiter iſſet:
Teq; mei ſcires eſſe laboris opus.
Nunc mihi nil ſupereſt: niſi te formoſa precari:
Amplectiq; tuos, ſi patiare, pedes.
O decus, ò præſens geminorum gloria fratrum,
O Ioue digna uiro, ni Ioue nata fores.
Aut ego Sigeos repetam te coniuge portus:
Aut hic Tænaria contegar exul humo.
Non mea ſunt ſumma leuiter diſtricta ſagitta
Pectora: deſcendit uulnus ad oſſa meum.
Hoc mihi (nam repeto) fore, ut à cœleſte ſagitta
Figar, erat uerax uaticinata ſoror.
Parce datum fatis Helene contemnere amorem:
Sic habeas faciles in tua uota deos.
Multa quidē ſubeunt: ſed corā ut plura loquamur,
Excipe me lecto nocte ſilente tuo.
An pudet? an metuis uenerem temerare maritam?
Caſtaq; legitimi fallere iura tori?
Ah nimium ſimplex Helene, ne ruſtica dicam,
Hanc faciem culpa poſſe carere putas?
Aut faciem mutes, aut ſis non dura, neceſſe eſt:
LIS EST cum forma magna pudicitiæ.
Iuppiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis:
Hæc tibi nempe patrem furta dedere Iouem.
Vix fieri, ſi ſint uires in ſemine amorum:
Et Iouis & Ledæ filia, caſta potes.
Caſta tamen tunc ſis: cum te mea Troia tenebit:
Et tua ſim quæſo crimina ſolus ego.
Nunc ea peccemus, quæ corriget hora iugalis:
Si modo promiſit non mihi uana Venus.
Sed tibi & hoc ſuadet, rebus, non uoce, maritus:
Neue ſui furtis hoſpitis obſtet, abeſt.
Non habuit tempus, quo Creſſia regna uideret
Aptius: ò mira calliditate uirum.
* Exit: & Idæi mando tibi, dixit iturus,
Curam pro nobis hoſpitis uxor agas.
Negligis abſentis (teſtor) mandata mariti: *
Cura tibi non eſt hoſpitis ulla tui.
Hunccine tu ſperas hominem ſine pectore, dotes
Poſſe ſatis formæ Tyndari noſſe tuæ?
Falleris: ignorat: nam ſi bona magna putaret,
Quæ tenet: externo crederet illa uiro?
Vt te nec mea uox, nec te meus incitet ardor:
Cogimur ipſius commoditate frui:

HVBER. A ¶ NOSTRA)ſubauditur ſic. ⸢Per has leges)per tales conditiones auſus eſſem ire. ⸢Te eſſe opus mei la.) i. te meo labore eſſe cōparandam. ⸢Nil ſu.)nil reſtat, quia nō proponeris talibus certaminibus. ⸢Amplecti pe.) quod precantes facere ſolent. ⸢O de.)precatur eam, & laudat ſimul. ⸢Fratrū)Caſtoris, ⁊ Pollucis. ⸢Digna Io. vi.)digna, quę eſſes vxor Iouis, niſi eſſes filia. ⸢Sigeos) Troianos. ⸢Te con.)te abducta mecum in cōiugē. ⸢Aut cō.) ſepeliar. ⸢Humo Tæ.) in hac tua terra Laconica. ⸢Exul)nunquā amplius domū reuerſus. ⸢Diſtricta)percuſſa. ⸢Leuiter)paruꝫ, ſed vehemēter. ⸢Vuln⁹)amoris. ⸢Ad oſſa) in medullas. ⸢Hoc) oſtendit amorem ſuū eſſe fataleꝫ: quē dicit prædictū ſibi fuiſſe a Caſſandra ſorore ſua diuinatrice. ⸢Repeto) in memoriam reduco. ⸢Fore)futurū eſſe. ⸢A ſagitta cœleſte) .i. ab amore cœleſtis mulieris. notādus eſt aūt hic ablatiuus cœleſte in e contra regulā deſinens neceſſitate metri. ⸢Parce)ſerua: noli. B ⸢Helene) vocatiuus eſt a nominatiuo Helene. ⸢Sic)adiurantis eſt. ⸢Faciles)exorabiles: benignos. ⸢In tua vo.) ad ea, quæ optaueris. ⸢Subeunt)ſuccurrūt, veniunt in mentem, quę poſſem ſcribere. ⸢Coràm)præſentes. ⸢An pudet)excipere me lecto tuo? ⸢Legitimi) Menelai, quem legitimā tibi putas. ⸢Simplex) imprudēs. ⸢Nē ru. di.) q. d. qđ etiam poſſum dicere, ſi habes hunc timorem. ⸢Hanc)talem: tam pulchrā. ⸢Putas) q. d. falleris. ⸢Mutes fa.)vt nō ſis pulchra. ⸢Nō du.) .i. facilis. ⸢Lis eſt) ſententia eſt rhetorica. pudicitia, & pulchritudo nō concorditer ſimul eē poſſunt. Iuu. Rara eſt adeo ꝯcordia formę, Atqꝫ pudicitię. ⸢Furtis)adulterijs. ⸢Hæc)talia. ⸢Iouꝫ pa. ti.)qa niſi mater tua: quę vxor C erat Tyndarei cū Ioue concubuiſſet: non eſſet pater tuus. ⸢Vix fie.)latenter oſtendit filios, filias ue trahere mores a parentibus: dicit n. cū ſis filia Iouis, & Ledæ: qui adulterio delectati ſunt, vix potes eē caſta. Ordo: ⸢Tu filia Iouis, & Ledę vix potes eſſe caſta: ⸢Si vires amoruꝫ ſunt in ſemi.) .i. ſunt in generatiōe. i. ſi filij trahūt vim amoris à generatiōe parentū. ⸢Caſta ta.)dicit nūc velim fallas maritum tuū: ſed cū eris mecū, ſis caſta, & cum nullo pecces, niſi mecum. ⸢Ea pecce.)ea omittamus. ⸢Quę ho. iu. cor.) .i. quę poſtea emendabit matrimoniū, ⁊ faciet nō eſſe peccatū: corrigitur. n. adulteriū, cū adulteri legitimo copulātur matrimonio. ⸢Nō va.) non falſa, quòd ſis futura vxor mea. ⸢Sed ti.)arguit à cōmoditate, quā abſentia mariti ei pręſtat. ⸢Rebus) effectu. ⸢Non vo.)quia nō dicit tibi, vt hoc facias: ſed ſignificat ſe eſſe cōtentum, cū me hic præſente diſceſſit. D ⸢Et abeſt)ne obſtet furtis ſui hoſpitis) .i. ne pſentia ſua impediat amorē, ⁊ cōcubitū meū tecū. ⸢Creſſia)Cretenſia. Nā, vt dixi, Menelaus pfectus fuerat in Cretā, quo tēpore Paris in eius domo hoſpitabatur. ⸢O mira calli.)pro mirę calliditatis: ⁊ aſtutię: ⁊ eſt ironia. q. d. o ſimplicem, & ſtultū hominē. ⸢Ipſe) q. d. ſtultus. ⸢Iturus)abiturus. ⸢Dixit o vx.)o Helena. ⸢Mādo)cōmitto tibi, & præcipio. ⸢Hoſpitis Idęi)Paridis Troiani, ab Ida mōte Phrygię. ⸢Negligis)quia ei nō pares. ⸢Tyranni)regis: vt Vir. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe Tyranni. Legitur tñ etiā hic mariti. ⸢Hunccine)adducit Menelaum in cōtemptū dicēs eſſe fatuū, ⁊ ſtultū: qui nō poſſit cognoſcere pulchritudinē ipſius Helenę. ⸢Hunccine)p hūc ne. ⸢Sine pe.) .i. ſine ſapiētia. Hor. in epi. Nō tu corpus eras ſine pectore. ⸢Dotes)pretiū, excellētiam. ⸢Tyndari) o Helena. ⸢Magna bona) .ſ. pulchritudinē. E ⸢Nō cre.)non cōmitteret ⸢Vt)quāuis. ⸢Mea vox)mea verba, & ē ſenſus: licet nec verbis meis, nec vehemēti meo erga te amore exciteris: tñ eſt fallendus maritus tuus, & debes mihi morem gerere, quia ſimplex eſt, & ſtultus.

* a. l. Ille abit, Idæi mādo tibi, (dixit iturus.)
* a. l. mandata tyranni.

ASCEN. ¶ VT a cœleſte)rara declinatio: nam cœleſti regulariter dicitur: verū ſicut cœleſte licenter dixit, ita & in genitiuo plurali cœleſtum, pro cœleſtium, ſicut ⁊ Maro. Cœleſtuꝫ vis magna, &c. ⸢Lis eſt cum forma) Sic Iuuenalis. Rara eſt cōcordia formæ, Atqꝫ pudicitiæ. ⸢Sed tibi & hoc ſuadet, &c.) Docet maritum quaſi conſentienteꝫ opportunitatem feciſſe: qui in Cretam proficiſcens hoſpitem domi ſuę derelictuꝫ coniugi tam formoſę cōmendauerat: vnde p ironiā manifeſtā exclamat, o mira calliditate virum. F ⸢Hunccine, &c.) argute probat Menelaum eſſe indignum tam formoſa coniuge: nam pulchritudo, & forma non poteſt ſatis coli, & amari ab eo, qui eam ignorat, quemadmoduꝫ Menelaus, qui tam ſtolidus, atqꝫ rerum imperitus erat: vt coniugem hoſpiti, atqꝫ hoſpitem coniugi commendaret. vocat ergo hominem ſine pectore, ideſt ſine corde. Nam in pectore, & corde videtur prudentia: vnde cordatos vocamus, quibus res ſuæ cordi ſunt, atqꝫ eas prudenter curant. ⸢Tyndari) patronymicum putatiuum: putabatur enim Tyndari filia. eſt ergo vocatiuus a nominatiuo Tyndaris. ⸢Commoditate ipſius) ideſt quam ipſe nobis per abſentiam ſuam præſtat.

Aut erimus ſtulti,ſic,ut ſuperemus & ipſum:
Si tam ſecurum tempus abibit iners.
Penè ſuis manibus ad te deduxit amantem:
Vtere mandantis ſimplicitate uiri.
Sola iaces uiduo tam longa nocte cubili:
In uiduo iaceo ſolus & ipſe toro.
Te mihi,meq; tibi communia gaudia iungant:
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quæuis tibi numina:meq;
Aſtringam uerbis in ſacra iura meis.
Tunc ego, ſi non eſt fallax fiducia noſtri:
Efficiam,præſens ut mea regna petas.
Si pudet:aut metuis,ne me uideare ſecuta:
Ipſe reus ſine te criminis huius ero.
Nam ſequar Aegidæ factum,fratrumq; tuorum:
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit Theſeus:geminas Lucippidas illi:
Quartus in exmplis annumerabor ego.
Troica claſſis adeſt armis inſtructa,uiriſq;:
Iam facient celeres remus,& aura uias.
Ibis Dardanias ingens regina per urbes:
Teq; nouam credet uulgus adeſſe deam.
Quaq; feres greſſus,adolebunt cinnama * flammę:
Cæſaq; ſanguineam uictima planget humum.
Dona pater,fratreſq;,& cum genitrice ſorores,
Iliadeſq; omnes,totaq; Troia dabit.
Hei mihi uix à me pars dicitur ulla futuri:
Plura feres,quàm quæ litera noſtra refert.
Nec tu rapta time,ne nos fera bella ſequantur:
Concitet & uires Græcia tota * ſuas.
Tot prius abductis,quæ nam eſt repetita per arma?
Crede mihi,uanos res habet iſta metus.
Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces:
Tuta tamen bello * Biſtonis ora fuit.
Phaſida puppe noua uexit Pagaſæus Iaſon:
Læſa nec eſt Colcha Theſſala terra manu.
Te quoq; qui rapuit,rapuit Minoida Theſeus:
Nulla tamen Minos Cretas ad arma uocat.
TERROR in his ipſo maior ſolet eſſe periclo:
Quæq; timere libet,pertimuiſſe pudet.

A HVBER. ¶ VT Superemus & ipſum).i.vt ſimus etiam ipſo ſtultiores. ¶ Iners).i.ſine effectu amoris:& concubitus. ¶ Amantem)me. ¶ Penè)ferè ſuis manibus,quod ſolent facere lenones,& lenæ. Tibul. Hæc mihi te adducit tenebris,multoq; timore Coniungit noſtras clam taciturna manus. ¶ Sola)dicit eſſe côueniens: vt ei moré gerat,& vno lecto côiungãtur:quia ambo ſoli dormiũt. ¶ Cõmunia)quæ vterq; capiemus. ¶ Gaudia)voluptates. ¶ Candidior).i.erit mihi ita iucũda: vt videatur eſſe lætior medio die. ¶ Quæuis) quęlibet. ¶ In ſacra iura).ſ.matrimonii.i.obligabo me futurũ ſemp maritũ tuum. ¶ Petas mea regna).i.venias in Troiã. ¶ Si pudet)occurrit obiectioni. ¶ Ne videare ſecuta me).i. ne videaris ſponte diſceſſiſſe. ¶ Ipſe ero reus)volo oẽm culpã huius facti in me trãſferri. ¶ Sequar) imitabor. ¶ Aegidę)Theſei. ¶ Fratrum tuorũ) Caſtoris,& Pollucis. ¶ Te rapuit)dictũ eſt ſupra. ¶ Illi)Caſtor,& Pollux. ¶ Geminas Leu-

B cippidas).i.duas filias Leucippi,ſubaudi rapuerunt. Fabula autem hoc hʒ. Leucippus duas habuit filias Phœben, & Elairam, quæ deſponſatæ Idæ, & Lynceo iuuenib⁹ fortibus,die nuptiarũ a Caſtore,& Polluce earum amore accenſis raptæ ſunt:cũ Caſtora a Lynceo interfectũ dicunt.hanc fabulam ſcribit plene Ouid.lib.v. Faſt. & eã breuiter tetigit Proper. Eleg.ii.his verbis. Nõ ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phœbe,Pollucem cultu non Elaira ſoror. ¶ Propiore)q̃ fratrũ tuorum. ¶ Tangi)moueri,incitari. ¶ Troica)arguit a facilitate diſcedendi . dicit enim ſe habere omnia parata. ¶ Ibis) pollicetur ei magnos hono-

C res in regno Troię. ¶ Quaq; feres)dicit,quod ei fiet honores,tanq̃ deæ. ¶ Adolebunt) cremabũt. ¶ Cinnama) genus eſt aromatis odoriferi ex arbuſcula,quã Aethiopia mittit. ¶ Cæſa)interfecta ſicut numinibus. ¶ Planget)percutiet,cũ in terram cadet. ¶ Dona)allicit eam munerũ pollicitatione. ¶ Iliades)Troianæ mulieres. ¶ Tota Troia)continens pro contento.i.oẽs Troiani. ¶ Vlla).i.minima. ¶ Feres)accipies. ¶ Nec)occurrit obiectioni,& eam refutat:quod nulla bella propter eam mouebuntur: & probat id exẽplo multarũ,quæ raptæ ſunt,nunq̃ tamen repetitæ. ¶ Concitet)cõmoueat contra me. ¶ Quæ)q.d.nulla. ¶ Vanos)ſtultos,& ſine cauſa. ¶ Nomine Aquilonis)hiſtoriã tetigit,non fabulã.Erechtheus rex Athenienſiũ filias duas habuit formoſiſſimas:quarum Procris nupſit Cephalo, vt ſupra diximus in Epiſtola Phæd.alteraʒ Orithyiã nomine cum Rex Thracũ vxoré petiuiſſet,& non impetraſſet:ille parata & inſtructa claſſe miſit,qui eã raperẽt:& qm̃ ſpirãte Borea vento, qui flat ex Attica in Thraciã nauigãtibus abducta eſt:datus eſt lo-

D cus fabulæ,quod Boreas vetus eã abſtulerit. ¶ Nomine)parte. ¶ Aquilonis)Boreæ. ¶ Ora)regio. ¶ Biſtonis)Thracia. nominatiuus eſt caſus,& forma patronymici fœminini generis: eſt aũt Biſtoniũ ſtagnũ Thraciæ. ¶ Pagaſeus)Theſſalicus:a Pagaſeo ſinu:vnde ſoluit nauẽ, vt dixim⁹ ſupra. ¶ Phaſida)Medeã. ¶ Manu Col.)exercitu,& viribus Colchorum.narrata eſt hæc fabula ſupra in Epiſtola Hipſiphyles: & in Epiſtola Medeæ ad Iaſona. ¶ Minoida)Ariadnem . viſa eſt fabula ſupra in Epiſtola Ariadnes: & in Epiſtola Phædræ. ¶ Cretas) accuſatiuus eſt græcus,cuius nominatiuus eſt Cres. ¶ Terror) timor. ¶ Maior periclo ) eſt ſecundũ eam ſententiaʒ:peior bello timor ipſe belli. ¶ Pudet pertimuiſſe)eſt poſtea pudor pertimuiſſe ea, quæ aliqs voluit timere.

ASCEN. ¶ AVT Erimus ſtulti)ſi ſcilicet tam expectandam opportunitatem in vacuum tranſire ſinamus. ¶ Tempus ſecurum) in quo nos ſecuri eſſe poſſumus, cum abſit maritus, & hoſpitio tuo ſuſceptus ſim .

E ¶ Vtere mandantis ſimplicitate viri ) ideſt tam ſimpliciter,hoc eſt ſine calliditate obſequere, vt ille mandauerat . ¶ Candidior) ideſt melior,& aptior , quia bona tempora candidis lapillis ſignabant Cretes,& Thraces. ¶ Ipſe reus ſine te ) ideſt in me omnem culpam aſſumam : nec dicam te ſecutam me , ſed raptam à me. ¶ Factum, Aegidæ) ideſt Theſei,qui ipſam prius rapuerat, vt ipſe declarat per ſequentia . ¶ Troica claſſis adeſt ) Docet faciliter rapi poſſe , & difficulter repeti, raptã quoqʒ magis veneratum iri , quàm dimiſſam, cum pro dea apud

F Troiam habenda ſit. ¶ Adolebunt) ideſt incendent , cremabunt. ¶ Victima planget humum ſanguineam ) ideſt quam ſanguineam faciet plangendo, ideſt concutiendo eaʒ pectore ſuo . Vnde planctus proprie fit cum percuſſione pectoris : ſicut de Anna dicitur Aenei. iiii. Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora palmis. ¶ Hei mihi)dici ſolet,qñ rebus dicendis impar eſt , qui dicit. Vt, hei mihi qualis erat : quaſi dicat, eloqui neſciam. ¶ Tot prius abductis ) Argumentum eſt ab exemplis, idq; Rhetoricum, atq; probabile, ſed non neceſſario concludens: vnde fallitur Paris. ¶ Biſtonis ora) ideſt Thracia. ¶ Manu Colcha) ideſt exercitu Colchico. ¶ Cretas) accuſatiuus à nominatiuo Cres Cretis, hi Cretes, hos Cretas. ¶ Quæq; timere libet, pertimuiſſe pudet) Docet hoc verſiculo poeta, quid interſit inter timere, & pertimere, ac conſimilia. Nam timere eſt qualitercunqʒ, ſiue perfecte, ſiue imperfecte : pertimere ad finem vſqʒ cum conſumatione eius,de quo erat timor. Sed vt dixi ; nihil eſt poeta hoc facilius, & expoſitius.

* Cinnamũ, idemq; cinnamomũ, genus aromatis odoriferi ex frutice, vide Plin. lib.10.c.30.

* a. l. magna

* a.l. Et tuta à bello

Finge tamen,ſi uis,ingens conſurgere bellum:
Et mihi ſunt uires:& mea tela nocent.
Nec minor eſt Aſiæ,quàm ueſtræ copia terræ:
Illa uiris diues,diues abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
Quàm Paris:aut armis anteferendus erit.
Penè puer cæſis abducta armenta recepi
Hoſtibus:& cauſam nominis inde tuli.
Penè puer iuuenes uario certamine uici:
In quibus Ilioneus,Deiphobusq́; fuit.
Neúe putes,non me niſi cominus eſſe timendum:
Figitur in iuſſo noſtra ſagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ:
Inſtruere Atriden non potes arte mea.
Omnia ſi dederis:nunquam dabis Hectora fratrem:
Vnus is innumeri militis inſtar erit.
Quid ualeam,neſcis:& te mea robora fallunt:
Ignoras,cui ſis nupta futura uiro.
Aut igitur nullo belli repetere tumultu:
Aut cedent Marti Dorica caſtra meo.
Nec tamen indignor pro tanta ſumere bellum
Coniuge:CERTAMEN præmia magna mouet.
Tu quoq;,ſi totus de te contenderit orbis:
Nomen ab æterna poſteritate feres.
Spe mòdo non timida,diis hinc egreſſa ſecundis,
Exige cum plena munera pacta fide.

A HVBER. ¶FINGE)pone,fac. Et).i.etiam. Mihi)ſicut Græcis. Copia)multitudo virorum. Illa)Aſia:dixit autē illa,quia quando hæc ſcribebat erat in Græcia. Plus animi)plus audaciæ. Anteferendus)præponendus mihi. Penè puer)narrat teſtimonia ſuæ probitatis,& fortitudinis: incipiens vſq; a pueritia. Penè puer)adoleſcens:adhuc teneræ ætatis. Recepi) recuperaui. Cæſis) interfectis. Cauſam nominis) falluntur multi, qui credunt eum ob hoc dictum Parin a paritate:cum dictio græca nō deriuetur a latina: ſed vt Porphyrius in lib.xii.Iliad.ſcribit Paris dictus eſt a παρίημι verbo græco, quod eſt tranſeo: quoniam fatalem mortē tranſiuit:cum expoſitus a matre, a bubulco nutritus eſt: poſtea Alexander dictus eſt,quaſi auxiliator vir,ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς.i. a viro: & ἀλέγω.i. auxilior, quod futurū facit ἀλέξω,quia hoſtibus armenta abducentibus (vt nunc refert) auxilium B ſuis tulit:& armenta recuperauit,ex quo hoc,quaſi agnomē meruit. Cauſam nominis) quia dicor Alexāder. Inde) ab auxilio dato. Vario certamine) in ludis agonalibus: diximus in argumento primę epiſtolæ. Ilioneus) qui non ſolum eloquentiſſimus, ſed & fortiſſimus fuit: vnde & Virg. Maximus Ilioneus. Deiphobus) de quo Virg. Deiphobe armipotens genus alto a ſanguine diuum: fuit enim bellicoſiſſimus. Niſi cominus).i. certamine,in quo prope,& manu ſolū pugnatur. Figitur) locatur. Loco iuſſo)vel ab aliquo,vel mihi placito. Non potes)extollit ſe,& Menelaū deprimit,oſtendens eum non habere hos titulos. Arte mea)ſagittandi. Si)q̄;uis. Hectora fratrem) talem, & tam fortem fratrem, qualis eſt Hector. Is vnus).i.ſolus. Inſtar)ſimilitudo. Innumeri militis)pro innumerorū militum.i.ipſe ſolus eſſe poteſt pro vno exercitu. C Fallunt te)ignorantur a te. Cui viro)quali marito. Aut igitur) concludit epiſtolam inferens ex ſupradictis, quòd aut non repetetur bello: aut ſi repetita fuerit, defendetur: & ei erit maxima gloria,quod propter eam Europa,& Aſia magno bello certauerit. Tumultu belli).i.motu belli. Dorica)græca. Cedent)vincētur. Magna præmia)digna,propter quæ nō debeat me pudere ſumere bellum:puderet autē ſi pręmia eſſent parua:& vilia. Contenderit)certauerit. De te)ꝑpter te.nā de,interdum propter ſignificat.Teren.Quantum me amas de fidicina hac. Feres)accipies. Ab ęterna poſteri.).i.ab omnibus poſteris:qui erunt vſq; ad finem ſeculorum. Spe modo) hortatur eam,vt non dubitet diſcedere:& diſceſſura petere ab eo quicquid ipſa voluerit: quod promittit ſe fideliter præſtaturum.ordo eſt. Tu modo).i.tantúmodo. Egreſſa hinc)ex domo Menelai,& ex Lacedęmone. Spe non timida).i.firma, & certa ſpe,nō dubitans de me. Exige)repoſce. Pacta)promiſſa tibi a me. Cum fide plena).i.pleniſſime,& ſine fraude, vel ſine dubitatione.

D ASCEN. ¶FINGE Tamen,ſi vis &c.)Quia argumentū ab exēplis inualidum eſt:poſſetq́; dicere Helena ſe potius repetendam,q̄; ſuperiores:aut quia marito ſuo charior ſit,aut q̄a maritus potentior cum fratre præſertim Agamēnone:purgat obiectionē dicens,etiam ſi Græcia tota bellū moueat in Troianos,nihil verendum eſſe: cum maiores vires, & copiæ ſint in Phrygia, quàm in Græcia. Illa viris diues)alii legunt: Fortibus illa viris diues, abundat equis: & eſt melior lectio. Nec plus Atrides)confert ſpecialiter ſe cum Menelao, atq; illi ſe præfert, oſtentans facinora ſua egregia: Nam(vt in Troicis ſcripſit Nero) Paris ſiue Alexander etiam Hectorem vicit luctando, vnde dicit, & cauſam nominis inde tuli. Eſt enim Alexander vocatus ab ἀλέγω verbo,quod ſignificat arceo,& ἀνὴρ vir,quaſi arcens, & conſtringens in lucta viros. Cominus)dicit̃,quaſi cum manu,hoc eſt conferēdo manus. Eminus cōtrà,quaſi è manu,quādo telum longe iacitur. E In loco iuſſo).i.quem iuſſero figere:& eſt rara locutio, vim hypallages habens. non enim locus iubetur, ſed ſagittæ in locum. Omnia ſi dederis)Contra Agamemnona Hectorē obiicit. Inſtar) ideſt æquiualens,quaſi in ſtatum & valorem. Tu quoq;) Pollicetur eam inſignem fore, ſi pro ea bellū moueatur: quam laudē mulierculæ nonnunquam affectant:nam nihil glorioſius ducunt, quàm ob formam multis complacere, & in re manifeſtaria finē facio.

## IN DECIMAMSEXTAM EPISTOLAM

### Argumentum Hubertini.

F VT ALIBI Diximus, ſcribit Ouidius in ſecundo de Arte. Quæ voluit legiſſe: volet reſcribere amanti. Helena igitur lecta Epiſtola Paridis, cum ea delectata eſſet, licet oſtendat ſe indignatam: non potuit tamen non reſcribere: ita lenita eſt,& demulſa blanditiis Paridis, quas magno artificio contexuit. Reſpondet igitur Epiſtolæ Paridis: & primum quidem oſtendit ſe valde iratam, quòd Paris auſus ſit eam talibus ſcriptis ſolicitare: mox ita detegit ingenium: vt det ſpem Paridi: & quodammodo ei aperiat conſilium,& viam: vt poſſit ea potiri. Oſtenditur autem muliebre ingenium varium, & mutabile: & id, quod Ouidius in Arte ſcribit:

Forſitan & primo veniet tibi littera triſtis:
Quæq́; roget, ne ſe ſollicitare velis.
Quod rogat, illa timet: quod non rogat, optat, vt inſtes. dicit ergo.

PVBLII OVIDII NASONIS
POETAE SVLMONENSIS
Heroidum Epiſtola decimaſexta.



IN DECIMAMSEXTAM EPIST. ARG.

MVLTI Hanc epiſtolam non eſſe Ouidij contendunt, aſſerentes Sabinum omnes reſponſales literas confinxiſſe. Quod ipſius Ouidij teſtimonio comprobare nituntur, cuꝫ in ſecundo Elegiarum ita ad Marcum ſcribat:

Quam cito de toto rediijt meus orbe Sabinus,
Scriptaq́; diuerſis rettulit ille locis:
Candida Penelope ſignum cognouit Vlyſſis:
Legit ab Hippolyto ſcripta nouerca ſuo.
Iam pius Aeneas miſeræ reſcripſit Eliſæ,
Quodq́; legat Phyllis, ſi modo viuit, habet.
Triſtis ad Hipſiphylen ab Iaſone litera venit.
Dat notam Phœbo Lesbis amica Lyram.

Quod quidem nihil ad rem facere videtur, cum nullam interim de Helena mentionem faciat. Verum ſtatim ſubiungit hos duos verſus.

Et Paris eſt illic, & adultera nobile crimen,
Et comes extincto Laodamia viro.

Quibus facile conuincuntur, niſi ad Sabinum referre malint. Sed cum Ouidianis epiſtolis reſponderit, quomodo poſſunt eſſe Sabini. Non enim Paris, nec Laodameia reſpōdent, ſed ſcribunt. Nimirum hæ quoqꝫ Ouidianæ ſunt, & eodē pene ſtylo ſcriptæ quo reliquæ. Helena autem, lecta Paridis epiſtola, quaſi offenſa, primum reſpondens obiurgat. Deinde vt pudorem tueatur, Paridis ſuaſiones infringere conatur, quædam ſemina ſpargendo, ne omnino illius amorem negligere videatur. Et ſic aperte oſtendit, muliebre ingenium varium eſſe, atqꝫ mutabile. Iuxta illud Ouidianum in Arte amandi:

Forſitan & primo veniet tibi littera triſtis,
Quæq́; roget ne ſe ſolicitare velis:
Quod rogat illa timet, quod non rogat, optat vt inſtes.

Poſtremo Paridis voluntatem impletura, vt honeſtius, ita tutius viſum eſt, ſi quid in deſiderio erit, non literis mandare, ſed vt Clymene, & Aethra comites fidiſſimæ exponerent, idq́; cum feciſſent, cum Paride, & Helena ad Troiam aduectæ ſunt.

HELENA PARIDI.

NVnc oculos tua cū uiolarit epiſtola nr̄os:
Non reſcribendi gloria uiſa leuis.
Auſus es hoſpitii temeratis aduēa ſacris
Legitimam nuptæ ſollicitare fidem?
Scilicet idcirco uentoſa per æquora uectum
Excepit portu Tænaris ora ſuo?
Nec tibi, diuerſa quamuis à gente uenires:
Oppoſitas habuit regia noſtra fores?
Eſſet ut officii merces iniuria tanti?
Qui ſic intrabas, hoſpes, an hoſtis eras?
Nec dubito, quin hæc, cum ſit tam iuſta: uocetur
Ruſtica iudicio noſtra querela tuo.
Ruſtica ſim ſanè: dum non oblita pudoris:
Dumq́; tenor uitæ ſit ſine labe meæ.
Si non eſt ficto triſtis mihi uultus in ore:
Nec ſedeo duris torua ſuperciliis:
Fama tamen clara eſt: & adhuc ſine crimine uixi: *
Et laudem de me nullus adulter habet.

A HVBER. CVM Tua epiſtola) qua cōnatus es alienare me ab amore mariti, & ad tuū ſolicitare. ⸿Violarit) læſerit. ⸿Nō reſcri.) ſunt qui ita dicant: gloria nō reſcribēdi eſt viſa mihi leuis. i. facilis. ſꝫ melius, Leuis, pro vili, ⁊ parua accipitur: vel certe ſic verius: gloria reſcribendi eſt viſa mihi non leuis, i. non parua. i. putaui magnaꝫ gloriam mihi fore reſcribere tibi, quia affeciſti me magna iniuria. ⸿Auſus) obiicit ei ingratitudinē, & impietateꝫ, qđ violauerit iura hoſpitii. ⸿Temeratis) violatis. ⸿Sacris) qa, qñ aliqs vir magnꝰ excipiebat̃ hoſpitio: Ioui, & diis hoſpitalibꝰ ſacra fiebāt: qđ Virg. oſtēdit lib. j. Aen. cū Dido Aeneā
B excepit: Sic memorat, ſil' Aenean in regia ducit Tecta: ſimul diuū tēplis indicit honorem. ⸿Sollicitare) cōmouere. ⸿Scilicet) dictio ē apta ad ironiā, & indignationē. ⸿Tænaris) Laconica. ⸿Oppoſitas) occluſas tibi. ⸿A gēte di.) remota, ⁊ quę nobiſcū nō habuiſſet ꝯſuetudinē. ⸿Idcirco) pp hāc cām. ⸿Vt iniuria) quaꝫ paras mihi inferre. ⸿Eſſet mer.) i. remuneratio, ⁊ p̄miū. ⸿Tāti offi.) i. beneficii accepti a nobis. ⸿Sic) ea intētione: vt mihi iniuriam faceres, & me abduceres. ⸿Hoſtis, an hoſpes) q. d. potius hoſtis. ⸿Nec du.) i. ſcio, ꝙ, licet iuſte de te conquerar, iudicabis me tamen ruſticam: quæ conquerar de eo, qui me amet. ⸿Sim) concedentis eſt. ⸿Dū) pro dūmodo. ⸿Tenor)
C perſeuerantia. ⸿Sine labe) ſine macula, & infamia. ⸿Si non) reſpondet ei parti: quaꝫ dixit, Vultu non cætera duro Perlege, ſed formæ cōueniēte tuæ: dicit enim, quod ſi nō eſt ſeueri, ⁊ duri vultus, eſt tñ pudica. ⸿Torua) terribilis. ⸿Supciliis) qbꝰ oñdit̃ ſeueritas. Virg. CōueniēsLatio pone ſupciliū. ⸿Vixi) legit̃ ⁊ luſi. i fui læta, ⁊ iocata ſum, ſalua tñ pudicitia mea. ⸿Laudē de me) vt poſſit ſe iactare de cōcubitu meo.

ASCEN. NVNC Oculos ⁊c.) epiſtola hęc rñſiua Helenę parū qdē in rebus difficultatis hꝫ, eo ꝙ argumētū a Paridis epiſtola depēdet, nec multum in verbis: eſt. n. facilior, & pedeſtrior, q̄; Ouidiana cōpoſitio: vñ ex ſola phraſi Ouidianā neges. In principio aūt alii nūc, alii tūc legūt, & vtrūqꝫ tolerari pōt. Ego autē legerē potius nūc, ſub hoc ſenſu. Cū. ſ. ita ſit:
D ꝙ ep̄la tua ⸿Violarit) ꝑ violauerit: hoc eſt læſerit. ⸿Nū c nr̄os oc.) q antehac nihil ſpurcū, aut laſciuū viderāt, aut legerāt (nā ⁊ oculi legūt) ⸿Gloria nō reſcri.) i. q̄ eēt ei nō reſcribēdo. ⸿Eſt mihi vi le.) i. modica. Pręſupponit ergo peccatū eē in legēdis ep̄lis amatoriis, ⁊ in reſcribēdo, ſed maius in legēdis: vſqꝫ adeo, vt violata legēdo parū gloriæ mereat̃ nō reſcribēdo: ⁊ is certe aius ē mulieribꝰ, vbi ſemel libata eſt pudicitia, nihil in eis poſt illā cōmēdandū eſt. Et iō (vt monet Naſo nr̄) Principiis obſtādū eſt. Nā qa ex viſu, cuius prima eſt amoris linea, ad alias gradatim ꝑuenit̃, qa ergo vio-
E latam ſe ſenſit legēdo: paruifacit, ne amplius violet̃ reſcribēdo. Reſcribit tñ criminādo: ſꝫ ea quoqꝫ eſt mulierū natura, vt qō lubētiſſime factur ę ſūt, in principio negēt, ſic tñ, vt niſi inſtes, ipſæ ſe corrigāt, ⁊ placari poſſe ſignificēt. De iur̃ hoſpitalitatis aūt ſcias, ꝙ id apud ātiquos erat ſciſſimū, ita vt Iouē ei pēſſe ſignificēt. vñ. j Aen. Iuppiter (hoſpitibꝰ nā te dare iura loquunt̃) ⁊c. Erat aūt hoſpitiū amicitiæ non mercedis grã, nā caupona dr̃ diuerſoriū mercenariū, qō tūc nō tā frequēs erat, vt nūc: quapp neceſſe erat ſibi hoſpites cōparare, inter quos magna fides obſeruabat̃, quā Paris ſolicitādo cōiugē hoſpitis violaſſe criminatur. ⸿Ora Tænaris) pro Tæ-
F naria, nā Tænarius ꝓmōtoriū eſt Laconiæ, pro quo imperiri. Tęnarius legūt apud Alexādrū. Tęnarus inferni ⁊c. ⸿Hoſpes, an ho. eras) q. d. potius hoſtis: q ſic nō cū tāta hoſpitalitate, ſed tali aīo itrabas. ⸿Nec du.) callide iudiciū illiꝰ laudat ſuāq́; pudicitiā cōmēdat, in q̄ vꝫ laborabat. ⸿Vultus tri.) ſeuerus, & atrox. Et bene vultus potius, q̄; facies. Nā vultus q̄ſi a volēdo dr̃, facies à faciēdo: ⁊ ita facies à factore ſit, nec mutat̃: Vultus à volūtate alius, & alius ſit. ⸿Et laudē) q̄ſi laudis ſit habuiſſe ꝯmerciū cū tā formoſa: quo verbo audaciā Paridis potius ꝓbat, q̄; dānet: ſꝫ mire in ſe crimē cēſet, qō in illo laudē: quaſi mulieri ſit crimen, qō viro laudi datur: ita enim mūdo videt̃, cū eadē ſit vtriuſqꝫ apud Deū cenſura.

* a. l. luſi.

Quò magis admiror:quæ ſit fiducia cœpto:
Spemq́; tori dederit quæ tibi cauſa mei.
An,quia uim nobis Neptunius intulit heros:*
Rapta ſemel,uideor bis quoq; digna rapi?
Crimen erat noſtrum,ſi delinita fuiſſem:
Cum ſim rapta,meum quid niſi nolle fuit?
Non tamen è facto fructum tulit ille petitum:
Excepto redii paſſa timore nihil.
Oſcula luctanti * tantummodo pauca proteruus
Abſtulit:ulterius nil habet ille mei.
Quæ tua nequitia eſt,non his contenta fuiſſet:
Dii melius:ſimilis non fuit ille tui.
Reddidit intactam: MINVITq́; modeſtia crimen:
Et iuuenem facti pœnituiſſe patet.
Theſea pœnituit:Paris ut ſuccederet illi:
Nequando nomen non ſit in ore meum.
Nec tamen iraſcor:quis enim ſuccenſet amanti?
Si modò,quem præfers,non ſimulatur amor.
Hoc quoq; enim dubito:non quòd fiducia deſit:
Aut mea ſit facies non bene nota mihi:
SED quia credulitas damno ſolet eſſe puellis:
Verbaq; dicuntur ueſtra carere fide.
At peccant aliæ:matronaq; rara pudica eſt:
Quis prohibet raris nomen ineſſe meum?
Nam mea quod uiſa eſt tibi mater idonea:cuius
Exemplo flecti me quoq; poſſe putes:
Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſæ
Error ineſt:pluma tectus adulter erat.
Nil ego,ſi peccem,poſſum neſciſſe:nec ullus
Error,qui facti crimen obumbret,erit.
Illa bene errauit:uitiumq́; authore redemit.*
Felix in culpa quo Ioue dicar ego?
Et genus,& proauos,& regia nomina iactas.
Clara domus ſatis hæc nobilitate ſua eſt.
Iuppiter ut ſoceri proauus taceatur,& omne
Tantalidæ Pelopis,Tyndareiq́; genus:
Dat mihi Leda Iouem Cycno decepta parentem:
Quæ falſam gremio credula fouit auem.

* a.l. attulit heros,
* a.l. luctando
* a.l. leuauit.

HVBER. A ¶ QVO) qua re, quamobrem. ⸢Cœpto) audaciæ tuæ. ⸢Mei tori)mei concubitus.⸢Neptunius heros).i.Theſeus ne pos Neptuni. ⸢Attulit vim)ſcilicet in rapiendo. ⸢Rapta,ſemel)a Theſeo. ⸢Bis)etiam a te. Aduertendum eſt, quòd,licet hoc exemplum videatur diſſuadere Paridi,ne eam rapiat: tamen latenter ad incitandum poſitum eſt. ⸢Delinita).i.blanditiis captata, & illecta. ⸢Erat noſtrū crimen).i.fuiſſet mea culpa. ⸢Rapta)violenter abducta.⸢Quid fuit meū?) i. quid potuit imputari mihi? ⸢Niſi nolle).i.quod nolui:& voluntas mea non fuit. ⸢E facto).i.ex rapina ſua. ⸢Petitū) deſideratum. ⸢Redii) ab eo diſceſſi. ⸢Paſſa nihil excepto timore)quæ nihil ab eo mali habui,niſi quod timui. ⸢Abſtulit) accepit. ⸢Luctando) cōtendendo,non ſponte mea. ⸢Nil mei) nil de me. ⸢Vlterius) vltra oſcula. ⸢Quæ tua) dum ſimulat Helena ſe dicere iniuriam Paridi,eum magis incitat: dicit enim,tu non fuiſſes contentus his:quia voluiſſes aliud præter oſcula.Or B do eſt. ⸢Nequitia).i.libido: vt,Nequitia eſt,quæ te non ſinit eſſe ſenē. ⸢Quæ eſt tua) quæ eſt tibi. ⸢Non fuiſſet cōtenta his) ſcilicet paucis oſculis. ⸢Dii melius)voluerunt,⁊ conſuluerunt mihi. ⸢Similis tui)ita proteruus,⁊ libidinoſus,vt tu es,quia me vitiaſſet. ⸢Modeſtia) ipſius Theſei. ⸢Minuitq; crimen) culpam rapinę.⸢Theſea pœnituit)interrogatiue legendū eſt.q.d. an ideo pœnituit: vt tu poſtea me raperes? ⸢Ne quādo) .i. vt ſemper homines de me loquantur. ⸢Nec tamen iraſcor) ecce more muliebri iam incipit conciliari Paridi, & ei blandiri. ⸢Quis?)niſi ſtultus,& ſtulta? ⸢Præfers)oſten C dis. ⸢Non ſimulatur).i.non eſt fictus:quia Paris dixit. Attulimus flammas:non hic inuenimus illas. ⸢Dubito hoc) ne amor tuus ſit ſimulatus. ⸢Fiducia) meæ pulchritudinis.⸢Credulitas)facile credere: multæ enim propter hoc ſæpe decipiuntur. ⸢Verba veſtra).i.virorum.⸢Carere fide)Teren.in Andria. Fidelē haud ferme mulieri inuenias virum.⸢At peccant)quia dixerat:Lis eſt cum forma magna pudicitiæ: dicit ſe velle eſſe inter raras .i.inter eas, quæ ſeruant pudicitiam. ⸢At peccant aliæ) obiectio. ⸢Quis prohibet)reſponſio obiectionis. ⸢Nam mea) quia Paris dixerat,Hæc tibi nempe patrem furta dedere Iouē: ad hoc reſpondet,matrem poſſe excuſari:quia decepta fit:ſe vero nullam poſſe habere excuſationem imprudentię. ⸢Admiſſo)delicto. ⸢Sub imagine)Cygni.⸢Adulter)Iuppiter. ⸢Poſſum neſciſſe nil).i.ſcio,quid peccem:neq; poſſum excuſari per ignorantiam: nam duæ negationes affirmant. ⸢Adumbret) tegat. ⸢Illa)alia excuſatio. ⸢Vitium)crimen ſuum. ⸢Redemit)recompenſauit. ⸢Authorem)propter authorē,quia Iup- D piter. ⸢Felix in culpa).i.bene peccaſſe. ⸢Quo Ioue).i. qua magna excuſatione,quia tu non es Iuppiter:quo poſſim excuſari. ⸢Quòd genus)reſpōdet ad id,quod dixerat.Phryx erat, & item. Non dabimus certe ſocerum tibi clara fugantem Lumina. ⸢Hæc domus)mea,& Menelaī. ⸢Iuppiter)cōmemorat nobilitatem ſuam cum nobilitate mariti. ⸢Vt) q̄uis. ⸢Proauus ſoceri).i. Atrei. diximus ſupra, Tantalum filium fuiſſe Iouis. Tantalus genuit Pelopem:Pelops Atreū:vnde Agamemnon, & Menelaus: licet, quidam eos Pliſthenis fuiſſe dicant. ⸢Tyndarei) patris mei putatiui.

ASCENSIVS.

¶ NEPTVNIVS Heros)Theſeus. ⸢Meum).i.meæ opis,⁊ facultatis. ⸢Quid niſi nolle fuit?) q.d.nihil. Et ideo quia citra conſenſum nemo peccat,immunis eſt a crimine, licet contra voluntatē rapta. ⸢Nil habet ille mei) latine,& ſignanter dictum:& plus,q̄; ſi diceret: nil habet ille meum: E quia tunc de rebus ſuis loqueretur,nūc de ſe. ⸢Similis tui) etiam eleganter dictum. Nam ſimilis cū de moribus agitur, potius genitiuo iūgitur. ⸢Minuitq; modeſtia) quia oſculis contentus erat. ⸢Ne quando nomen non ſit in ore meum) ſemper ſit in ore vulgi de me loquentis, & de amatoribus meis. ⸢Nec tamen iraſcor)Incipit condeſcendere, & pati ſe amari: &, vt muliebris naturæ decorum ſeruatum agnoſcas, plus ſe moueri fatetur forma, & amore Paridis, q̄; genere, aut diuitiis. ⸢Hoc quoq; enī dubito)ordo eſt.Ego enī dubito. ⸢Quoq;) ideſt etiam. ⸢Hoc) an .ſ. amor tuus in me ſimulet. ⸢Non q).i.quia. ⸢Fi F ducia) .i.bene cōfidēdi de me ratio deſit,aut quia mea facies non ſit bene nota mihi. Fallimur enim plerunq; in iudicādis rebus noſtris. ⸢Sed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis)hoc eſt, licet,quia amabilis ſum, cōfidam me amari: tamen, quia credulitas multis obfuit: vetor credere,⁊ potiſſimum quia Troiani perfidi, & periuri perhibentur:aut potius generaliter in omnes amatores dictum eſt. ⸢At) recitat obiectionem Paridis conantis exemplo in crimen allicere,ſed prudenter reſpondet turpiter actura. ⸢Error)ideſt deceptio. ⸢Ineſt in admiſſo)ſcilicet adulterio. ⸢Matris luſæ)ideſt deceptæ. ⸢Sub falſa imagine) quia in ſpecie Cycni concubuit cum Læda matre Helenæ Iuppiter. Vnde addit, pluma tectus adulter erat. ⸢Obumbret) ideſt occultet, aut protegat ab infamia. ⸢Quo Ioue)q.d.nullo. ſed manifeſtario adultero,eoq́; mortali, cum ſim ex Deo genita,atq; immortalis habenda. ⸢Genus Tyndarei) ſicut in epiſtola Paridis, ſecutus Thucydidem declinauit a nominatiuo Tyndareos, huius Tyndarei, pro quo nos Tyndarus Tyndari.

I nunc:& Phrygiæ claræ * primordia gentis,
    Cumq́; ſuo Priamo Laomedonta refer.
Quos ego ſuſpicio: ſed, qui tibi gloria magna eſt
    Quintus: is à noſtro ſanguine primus erit.
Sceptra tuæ quamuis rear eſſe potentia Troiæ:
    Non tamen hæc illis eſſe minora puto.
Si iam diuitiis locus hic, numeroq́; uirorum,
    Vincitur: at certè barbara terra tua eſt.
Munera tanta quidem promittit epiſtola diues:
    Vt poſſint ipſas illa mouere deas.
Sed ſi iam uelles fines tranſire pudoris,
    Tu maior culpæ cauſa futurus eras.
Aut ego perpetuo famam ſine labe tenebo,
    Aut ego te potius, quàm tua dona, ſequar.
Vtq́; ea non ſperno: ſic acceptiſſima ſemper
    Munera ſunt, author quæ pretioſa facit.
Plus multo eſt, ꝙ amas: ꝙ ſum tibi cauſa laboris:
    Quòd tam per longas ſpes tua uenit aquas.
Illa quoq;, appoſita quæ nunc facis improbe menſa:
    Quamuis experiar diſſimulare, noto.
Tu modò me ſpectas oculis laſciue proteruis:
    Quos uix inſtantes lumina noſtra ferunt.
Et modò ſuſpiras: modò pocula proxima nobis
    Sumis: quaq́; bibi, tu quoq; parte bibis. *
Ah quoties digitis, quoties ego tecta notaui
    Signa ſupercilio penè loquente dari.
Et ſæpe extimui, ne uir meus illa uideret:
    Non ſatis occultis erubuiq́; notis.
Sæpe uel exiguo, uel longo murmure dixi:
    Nil pudet hunc: nec uox hæc mea falſa fuit.
Orbe quoq; in menſæ legi ſub nomine noſtro,
    Quod deducta mero littera fecit: AMO.
Credere me tamen hoc oculo renuente negaui:
    Hei mihi, iam didici, ſic quoq; poſſe loqui.
His ego blanditiis, ſi peccatura fuiſſem,
    Flecterer: his poterant pectora noſtra capi.

* a.l.late

A HVBER. ¶ I N V N C) quaſi dicat, fruſtra iactas genus tuum. ¶ Primordia) initia. ¶ Suo) ſcilicet filio. ¶ Suſpicio) veneror. ¶ Sed qui tibi gloria magna eſt) ideſt ſed is, quo tu potiſſimum gloriaris: quintus eſt tibi in ordine, & mihi eſt primus. Iouem autem ſignificat: nam Helenæ primus eſt: quia eius pater: Paridi vero, quintus: quia Iuppiter genuit Dardanum ex Electra: Dardanus Erichthoniũ: Erichthonius Troem: Tros Ilum: Ilus Laomedonta: Laomedõ Priamum: Priamus Parim, & reliquos filios. ergo quintus eſt Iuppiter a Paride excluſiue. ¶ Sceptra) reſpondet ad id, quod dixerat: Sceptra parens Aſię: qua nulla potentior ora eſt: Finibus immenſis vix obeunda tenet ꝛc. ¶ Hæc) noſtra Græca. ¶ Si iã diuitiis) qa Paris dixerat, O quoties dices, quàm pauper Achaia noſtra eſt: Vna domus quæuis vrbis habebit opes: dicit, quòd ſi terra ſua vincitur diuitiis: B ſaltem hoc habet, quòd non eſt barbara, ſicut terra Troiana. ¶ Munera) dixit enim ipſe, Dona parens: fratresq́;, & cum genitrice ſorores &c. ad hoc reſpondet: quod ſi vellet ei obſequi: faceret potius eius cauſa: quàm cauſa munerum: quia Turpiter ingenuum munera corpus emunt. ¶ Tranſire fines pudoris) ideſt verecundiæ: & eſt ſermo Ciceronis ad Luceium. Nam qui ſemel verecundiæ fines tranſierit &c. ¶ Non ſperno) ideſt accepto, ꝛ grata ſunt. liptote eſt. Virgil. Munera nec ſperno. ¶ Munera ſunt, author quæ precioſa facit) ſententia eſt, color. & eſt ſenſus. ¶ Munera, quæ author) ideſt ille, qui dat: ¶ Facit pretioſa) facit digna: C nam munera pro dignitate dantis pretium capiunt. ¶ Sunt acceptiſſima) ſunt gratiſſima. ¶ Plus multo) ſcilicet eſt mihi. ¶ Quòd amas) ideſt multo pluris facio amorem tuum. ¶ Per tam lõgas aquas) quia dixit ſupra, Attulimus flammas huc, non inuenimus illas: Hæ mihi tam longæ cauſa fuere viæ. ¶ Illa quoq;) reſpondet ad id, quod dixit. Ah quoties aliquem cantaui potus amorem, &c. quæ ſequuntur. ¶ Inſtantes) fixe aſpicientes. ¶ Noſtra lumina vix ferunt) quia vix poſſum tantum tenere oculos in tuos: quantum tu tenes eos fixos in me. ¶ Et modo ſuſpiras) nam ipſe dixit: Sæpe dedi gemitus. ¶ Qua parte bibis) ſignum eſt enim amoris ea parte poculi bibere, qua alius biberit. Ouidius in primo Amorum ad Amicam: Quę tu reddideris: ego primus pocula ſumam: Et, qua tu biberis, hac ego parte bibam. Idem præcipit in ſecundo de Arte: Fac primum rapias illius tacta labellis Pocula: quaq́; bibit parte puella, bibas. ¶ Digitis) manu. ¶ Supercilio penè loquente) ideſt ita declarante animum tuum, ac ſi locutus eſſes. Ipſe in Amoribus. Verba ſuperciliis ſine voce loquentia dicam. Idem in ſecundo de Arte: Multa ſuperciliis, multa lo- D quare notis. ¶ Erubui) puduit me. ¶ Notis) ſignis. ¶ Non ſatis occultis) ideſt nimis manifeſtis. ¶ Exiguo murmure) renui, & ſubmiſſa voce: ne audirer. ¶ Hunc) Paridem. ¶ Nec vox fuit falſa) ideſt & vera dixi. ¶ In orbe menſæ) ideſt in menſa, quæ rotunda fiebat apud antiquos. Iuuenalis: Magnos niſi ſuſtinet orbes Grande ebur. ¶ Deducta) diuiſa. Ouidius in Amo. Verba leges digitis, verba notata mero. Idem in ſecũdo de Arte: Blanditiasq́; leues tenui perſcribere vino: Vt dominam in menſa ſe legat illa tuam. ¶ Renuente) nutu tibi reſpondente. ¶ Flecterer) mouerer: inducerer. ¶ Si fuiſſem peccatura) ideſt ſi voluiſſem fallere fidem coniugii.

ASCEN. ¶ Q V O S Ego ſuſpicio) ideſt non contemno, nec deſpicio, ſed ſuſpicio, quaſi inferior aſpicio, ¶ Sed is) ſcilicet Iuppiter. ¶ Qui exiſtens tibi gloria magna, eſt quintus) ſcilicet a veſtro ſanguine, erit primus a noſtro ſanguine. ¶ Tua epiſtola diues) ſcilicet pollicitationibus, nam vt dicit Naſo. Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. ¶ Sed ſi iam vellem) ingenue ſatis, ſed muliebri affectione. ¶ Vtq́; ea non ſperno) Liptote. ideſt gratanter accipio: ſicut in illo Virgiliano. Munera nec ſperno. E ¶ Sic acceptiſſima ſemper &c.) prouerbiale eſt, quod in Eunucho dicitur ſic a Gnatone ad militem quærentem. Ain tu, læta eſt? Non tã ipſo quidem dono: quàm ꝙ abs te datum, id vero ſerio triumphat. ¶ Plus multo eſt) .ſ. ꝙ amas. Non, id quod amas, intelligimus: ſed quia amas: ꝛ ita in reliquis. ¶ Illa quoq;) Docet ſigna amoris eius ſe notaſſe. F Ordo eſt. ¶ Quamuis ego experiar diſſimulare) ſcilicet an poſſim, tamen ſupple ego ¶ Noto) ideſt obſeruo, & annoto ¶ Illa) ſcilicet ſigna. ¶ Quæ improbe) ideſt improbanda ¶ Facis nunc menſa appoſita) ideſt poſtquã menſa appoſita eſt. ¶ Tu laſciue) nam extra carmen diceretur laſciuus, vt docet Valla. Nec eſt aduerbium laſciue, quia hoc vltimam produceret. ¶ Quos) ſcilicet oculos tuos. ¶ Inſtantes) ideſt inſtanter me intuentes. ¶ Lumina noſtra). i. acies oculorum noſtrorum. ¶ Vix ferunt) ideſt tolerare, aut ſufferre poſſunt. ¶ Ah quoties) quaſi dicat, frequentiſſime. ¶ Notaui ſigna tecta) ideſt occulta. ¶ Dari digitis, & ſupercilio penè) .i. quaſi loquente. ¶ Orbe quoq;) videtur ſenſus, & ordo. ¶ Ego quoq; legi in orbe menſæ) .i. quo vtebaris in menſa: vulgus ſciſſoria, aut inciſoria vocat ſub noſtro nomine (nam in orbibus argenteis, ac aureis ſolẽt dominorũ noia ab artificibus inſcribi) legi, inquit, amo, illud verbũ amo, qđ fecit litera deducta ¶ Mero) .i. vino loco atramẽti: ſiue incaluiſti, vt ſignificet Paris ſe amare Helenã, cuius nomẽ ſuperius poſitũ erat. Aliter exponit ſuperior interpres, tu vtrũuis ſequere lector.

Ouid. primo de art. Fac prim' capias illi' tacta labellis Pocula, quaq́; bibit parte puella bibas.

Eſt quoq; (confiteor) facies tibi rara: poteſtq;
Velle ſub amplexus ire puella tuos
Altera ſed potius felix ſine crimine fiat:
Quàm cadat externo noſter amore pudor.
Diſce meo exemplo, formoſis poſſe carere:
EST VIRTVS placitis abſtinuiſſe bonis.
Quàm multos credis iuuenes optaſſe, quod optas?
Qui ſapiant, oculos an Paris unus habes?
Non tu plus cernis: ſed plus temerarius audes:
Nec tibi plus cordis, ſed minus oris adeſt.
Tunc ego te uellem celeri ueniſſe carina:
Cum mea uirginitas mille petita procis.
Si te uidiſſem, primus de mille fuiſſes:
Iudicio ueniam uir dabit ipſe meo.
Ad poſſeſſa uenis, præreptaq; gaudia ſerus:
Spes tua lenta fuit: quod petis, alter habet.
Vt tamen optarem fieri tua Troica coniux:
Inuitam ſic me non Menelaus habet.
Deſine molle precor uerbis conuellere pectus:
Neue mihi, quam tu dicis amare, noce.
Sed ſine, quam tribuit ſortem fortuna, tueri.
Nec ſpolium noſtri turpe pudoris habe.
At Venus hoc pacta eſt: & in altæ uallibus Idæ
Tres tibi ſe nudas exhibuere deæ:
Vnaq; cum regnum, belli daret altera laudem:
Tyndaridis coniux tertia dixit eris.
Credere uix equidem cœleſtia numina poſſum,
Arbitrio formam ſuppoſuiſſe tuo.
Vtq; ſit hoc uerum: certe pars altera ficta eſt:
Iudicii pretium qua data dicar ego.
Non eſt tanta mei fiducia corporis: ut me
Maxima teſte dea dona fuiſſe putem.
Contenta eſt oculis hominum mea forma probari:
Laudatrix Venus eſt inſidioſa * mihi.
Sed nihil infirmo: * faueo quoq; laudibus iſtis:
Nam mea uox quare, quod cupit, eſſe neget?
Nec tu ſuccenſe nimium mihi, creditus ægrè:
TARDA ſolet magnis rebus ineſſe fides.
Prima mea eſt igitur, Veneri placuiſſe, uoluptas:
Proxima, me uiſam præmia ſumma tibi:
Nec te Palladios, nec te Iunonis honores
Auditis Helenes præpoſuiſſe bonis.
Ergo ego ſum Virtus: ego ſum tibi nobile regnum:
Ferrea ſim: ſi non hoc ego pectus amem.
Ferrea crede mihi non ſum: ſed amare recuſo
Illum: quem fieri uix puto poſſe meum.

* a.l. inuidioſa
* a.l. infinuo

HVBER. A ¶ EST quoq;) reſpōdet ad id, quod dixit. Nec puto collatus forma Menelaus & annis, iudice te nobis anteferendus erit. ¶ Velle) optare. ¶ Felix) quæ habeat talem maritū, qualis es tu. ¶ Sine crimine) ſine culpa. i. altera, quę non ſit nupta. ¶ Cadat) pereat. ¶ Externo) peregrino; qualis tu es. ¶ Meo exemplo) quę licet non habeam maritum pulchrum: tamen eo ſum contenta. ¶ Eſt virtus) ſentētia eſt. ¶ Placitis) quæ placuerunt: eſt enim participium: non autem legendū eſt placidis: ¶ Quàʒ multos iuuenes quod) quaſi dicat, plurimi ſunt. ¶ Qui ſapiunt) .i. qui intelligunt, & cognoſcunt. ¶ An vnus) .i. an ſolus? quaſi dicat nō. ¶ Plus cernis) .i. plus vides, quàm alij? ¶ Sed plus audes) ideſt audacior es alijs. ¶ Cordis) intellectus, & ſenſus. ¶ Minus oris) minus verecundiæ, cuius os .i. facies teſtis eſt. ¶ Tunc ego) dicit, quòd vellet eum veniſſe ad petendum ipſam vxorem, cum erat nubilis, & a multis B petebatur: quia præpoſuiſſet eum omnibus. ¶ Vir) Menelaus parcet mihi: ſi hoc dico: quia etiam præpoſuiſſem te ei. ¶ Ad) dicit eum nunc ſero veniſſe: quia iam eſt cōiuncta, & dicata alij. ¶ Ad poſſeſſa) ad ea gaudia: quæ aliorum ſunt. ¶ Prærepta) præoccupata, nam talia ſunt prius occupantiū. ¶ Lēta) pigra. ¶ Alter) Menelaus. ¶ Vt tamen) dicit, quòd quamuis libenter fuiſſet eius coniux: ſi veniſſet in tempore: tamen non eſt ſic inuita, & male libenter cum Menelao, vt nunc optet eſſe coniux Paridis. ¶ Vt optarem) ideſt cuperem. ¶ Deſine) repellit euʒ a ſe, ne amplius eam verbis ſolicitet. ¶ Conuellere) commouere, labefactare, & facere vacillare. ¶ Molle) muliebre, & per cōſequens mutabile. ¶ Ne C noce mihi) ſolicitando me. ¶ Quam) me. ¶ Sine) permitte, patere me. ¶ Tueri) ſeruare. ¶ Sortem) conditionē. ¶ Spolium) rapinam. ¶ Turpiter) id eſt cum infamia mea. ¶ At Venus) ad id quod dixit: Pollicita eſt thalamo te Cytherea meo. ¶ Et in altę vallibus Idę) propter illud: Dūqʒ tuo poſſeʒ circundare brachia collo, Cōtempta eſt virtus Pallade dante mihi: Cum Venus, & Iuno, Pallaſqʒ in vallibus Idæ Corpora iudicio ſuppoſuere meo. ¶ Vna) Iuno. ¶ Altera) Pallas. ¶ Tertia) Venus. ¶ Tyndaridis) Helenæ. ¶ Arbitrio) iudicio. ¶ Vt) quamuis. ¶ Altera pars) quam dicis, ſcilicet quòd ego dicar data. ¶ Pretium) ideſt merces, & remuneratio. ¶ Iudicij) quod pro Venere tuliſti. ¶ Non eſt) ideſt non tantum confido meæ pulchritudini: D vt credam me datam tibi a dea pro maximis donis: quæ tibi dari potuerunt. ¶ Contenta eſt) ideſt ſatis eſt mihi, quòd homines, & mortales laudent pulchritudinem meam: ſed quod Venus laudauerit, vt dicis, vereor, ne decipiar. ¶ Inſidioſa) fraudem parans. ¶ Infirmo) nego. ¶ Faueo) aſſentior. ¶ Quod cupit eſſe) ſcilicet pulchra. ¶ Nec tu) ſenſus eſt, nec tu iraſcere mihi, ſi vix credo tibi: quòd iudicio Veneris ego ſiʒ exiſtimata pulcherrima. ¶ Tu creditus) de ijs, quæ de me dicis. ¶ Nimium ægre) nimium difficile. ¶ Nec ſuccenſe) nec iraſcere. ¶ Tarda) ideſt magnę res non cito ſolent credi: eſt autem ſententia rhethorica. ¶ Prima) præcipua. ¶ Proxima) ſecunda. ¶ Me viſam tibi) me putatam, & iudicatam. ¶ Summa) ſubaudi mihi voluptas. ¶ Te non præpoſuiſſe, honores Palladios) quos Pallas offerebat. ¶ Bonis auditis Helenæ) ideſt pulchritudini meæ: quam nunquam videras, ſed tantuʒ audieras. ¶ Ego E ſum virtus, &c.) ideſt ergo me pro virtute, me pro regno, quod a Iunone promittebatur, accepiſti. ¶ Sim) pro ero. ¶ Ferrea) dura, i. humana. ¶ Si non amem hoc pectus) ideſt talem animuʒ tuum, & ita oſtendit, quod diximus ſupra in epiſtola Paridis: mulieres laudibus ſuæ pulchritudinis delectari. Delectant etiam caſtas præconia formæ. ſed quia dixit ſe eſſe ferream, niſi amet talem in ſe animum: poſſet dicere Paris: quare ergo non amas me? reſpondet, dicens, ſe nolle amare eum, quem vix ſperat vnquam poſſe eſſe ſuum: ſed cū dixit, vix, dedit aliquā ſpem, non enim omnino negauit ſe putare.

ASCENSIVS.

F ¶ EST Virtus placitis) Aureum verbum. ¶ An paris vnus) ideſt ſolus habes? Paris in vocatiuo latine dixit, cum vſitatius Pari dicatur. ¶ Proci) ſunt, qui petunt connubiū. ¶ Ad poſſeſſa) ideſt ad res poſſeſſas, ideſt ad me poſſeſſam, aut ad gaudia poſſeſſa, & prærepta. ¶ Deſine molle) Vide quàm prudenter amatorē moneat: nam dicendo: Deſine molle precor verbis conuellere pectus, ſignificat molle conuelli poſſe, ſi ille non deſiuerit. ¶ At Venus hoc pacta eſt) callide deuenit ad id, qō maxime affectat, ſignificans Venerem authorem fore, ſiquid committat criminis. ¶ Laudatrix inſidioſa) quia per laudes eius prouocare in adulteriū. ¶ Bonis Helenæ) ideſt formoſitati.

Quid bibulum curuo proſcindere littus aratro,
  Spemq́; ſequi coner,quam locus ipſe negat?
Sum rudis ad Veneris furtum:nullaq́; fidelem
  (Dii mihi ſunt teſtes) luſimus arte uirum.
Nunc quoq;,quòd tacito mando mea uerba libello:
  Fungitur officio litera noſtra nouo.
Felices,quibus uſus adeſt:ego neſcia rerum
  Difficilem culpæ ſuſpicor eſſe uiam.
Ipſe malo metus eſt:iam nunc confundor:& omnes
  In noſtris oculos uultibus eſſe reor.
Nec reor hoc falſò:ſenſi mala murmura uulgi:
  Et quaſdam uoces rettulit Aethra mihi.
At tu diſſimula:niſi ſi deſiſtere mauis:
  Sed cur deſiſtas?diſſimulare potes.
Lude:ſed occulte:maior,non maxima nobis
  Eſt data libertas,quòd Menelaus abeſt.
Ille quidem procul eſt ita re cogente profectus:
  Magna fuit ſubitæ,iuſtaq́; cauſa uiæ.
At mihi ſic iuſſum * eſt.ego,cum dubitaret,an iret:
  Quamprimum dixi,fac rediturus eas.
Omine lætatus dedit oſcula:resq́;,domusq́;,
  Et tibi ſit curæ Troicus hoſpes,ait.
Vix tenui riſum: quem dum compeſcere luctor:
  Nil illi potui dicere,præter,erit.
Vela quidem Creten uentis dedit ille ſecundis:
  Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Sic meus hinc uir abeſt:ut me cuſtodiat abſens:
  An neſcis longas regibus eſſe manus?
Fama quoq; eſt oneri:nam quò conſtantius ore
  Laudamur ueſtro,iuſtius ille timet.
Quę iuuat,ut nunc eſt,eadem mihi gloria dãno eſt:
  Et melius famæ uerba dediſſe fuit.
Nec quòd abeſt hic,me tecum mirare relictam:
  Moribus,& uitæ credidit ille meæ
De facie metuit:uitæ confidit:& illum
  Securum probitas, forma timere facit.
Tempora ne pereant ultrò data, præcipis:utq;
  Simplicis utamur commoditate uiri.

* a.l.viſum eſt.

HVBER. A ¶ QVID bibulũ)ex ſimilitudine oſtendit,non eſſe ſibi ſequendum amorem Paridis, cui non ſit poſſibile morem gerere. ¶ Quid coner?)quid tentem? ¶ Bibulum)epitheton littoris,& arenæ. ¶ Spem,quam locus ipſe neget) quæ naturaliter ex ipſo loco non poſſit haberi: ſed per hanc ſimilitudinem intellexit amorem Paridis ¶ Sum rudis)adduxit rationes,quare hæc ſpes videatur negari: & arguit a moribus ſuis, & antę acta vita. ¶ Rudis) noua,imperita. ¶ Luſimus)decepimus. Virgilius, Quid natũ toties crudelis tu quoq; falſis Ludis imaginibus? ¶ Nulla arte)nulla fraude:nũquã decepi maritum meum. ¶ Dij mihi ſunt teſtes)ideſt dij ſciunt:& eſt parenthesis. ¶ Nunc quoq;) dicit ſe nunq̃ ante ſcripſiſſe ad aliquẽ alium. ¶ Tacito libello)ſecretæ epiſto. ¶ Nouo)inuſitato. ¶ Vſus).i.experientia, & exercitatio. ¶ Neſcia ) imperita. ¶ Suſpicor viam difficilẽ)quia qui habitum fecit non peccandi, neſcit quõ incipiat peccare. ¶ Ipſe metus malo).i.timor iam nocet mihi. ¶ Iam nunc) anteq̃ peccem. ¶ Omnes oculos eſſe in meis vultibus).i.puto omnes me iam reſpicere, & habere oculos in me conuerſos,& dicere:hęc eſt, quę maritũ decepit:q̃ eſt adultera. ¶ Falſo)ſine cauſa. ¶ Senſi)percepi, intellexi. ¶ Murmura) ſuſurros quoſdã de me. ¶ Aethra) comes mea. ¶ Quaſdam voces)quæ de me,& te dicuntur. ¶ Diſſimula)occulta,& oſtende nihil eſſe. ¶ Niſi tu mauis) .i.potius vis. ¶ Deſiſtere)ceſſare ab amore meo. ¶ Sed cur deſiſtas)latenter oſtẽdit ſibi gratũ eſſe,quod pergat. ¶ Occulte) caute, ne aliquis aduertat. ¶ Maior) quia Paris dixerat, Sed tibi & hoc ſuadet rebus, non voce maritus: Neue ſui furtis hoſpitis obſit,abeſt: reſpondet ipſa, ſe eſſe aliquanto in maiore libertate, quàm ſi maritus adeſſet:non tamen habere maximam: vt poſſit facere,quod velit. ¶ Maior)quàm ſi adeſſet. ¶ Sed non maxima) quia etiã obſeruor. ¶ Ille)Menelaus. ¶ Procul)longe. ¶ Re cogente).i.neceſſitate exigente. ¶ Viæ)profectionis eius. ¶ Sic iuſſum eſt).ſ.eſſe eundum. ¶ Cum dubitaret,an iret) oſtendit Menelaum ſine conſilio ſuo non diſceſſiſſe. ¶ Rediturus quãprimum)vna dictio compoſita ¶ Lætatus omine).i.accipiens pro bono omine,quod ego dixiſſẽ ei,vt iret. ¶ Res)patrimonium veſtrũ. ¶ Domus)familia. ¶ Troicus hoſpes)Paris. ¶ Sit tibi curæ)& hoc eſt,quod Paris dixit eum mandaſſe: cum dixit. Idæi mando tibi,dixit iturus: Curam pro nobis hoſpitis vxor agas. ¶ Vix tenui riſum)cum vidi eum ita ſtultũ: vt mihi commendaret eum:qui ſibi nocere poſſet. ¶ Compeſcere)cohibere. ¶ Luctor)nitor. ¶ Erit).i.fiet,hoc eſt erit mihi commendatus. ¶ Creten)deeſt in ¶ Idæo) ob hanc cauſam,ſcilicet quia abſit, ¶ Licere cun.).i.omnia eſſe tibi licita:ſatis enim tibi eſſe debet,ſi potes me videre, & alloqui,neq; debes vlterius ſperare licere tibi. ¶ Abſens).i.etiã abſens. ¶ Regibus)principibus, qualis ipſe eſt. ¶ Longas manus)longã poteſtatem etiam in locis remotis. ¶ Fama quoq;)dicit ſe etiã terreri metu infamiæ: ne dicatur adultera:quòd derelicto marito legitimo ſecuta ſit amatorem. ¶ Eſt oneri).i.affert onus, & obligationẽ quandam pudice viuendi. ¶ Quo)quãto. ¶ Cõſtantius)firmius. ¶ Veſtro ore).i. verbis omniũ virorum. ¶ Iuſtius)deeſt eo.i.tãto. quãto.n aliqua mulier magis laudať:tãto magis de ea timẽdũ eſt:nã ſola miſeria caret inuidia. ¶ Quę iuuat)latẽter,inquit,q̃ libẽter peccaret:ſi auderet:dicit.n. ¶ Gloria meæ fa.& hone. vi. ¶ Quę iuuat)quę delectat me. ¶ Vt).i.ſicut. ¶ Nũc eſt).i honeſta: vt nũc eſt. ¶ Eſt mihi damno)quia inijcit mihi ruborem faciendi, quod a me petis:qđ eſſet vtilius. ¶ Et melius fo.).i.vtilius mihi eẽt. ¶ Dediſſe verba famæ).i.decepiſſe ipſam famã,& me nõ eſſe talem: qualem fama prædicat: hoc eſt: melius eſſet non obſeruare fidẽ marito.Dare verba:eſt decipere. ¶ Credidit)cõfiſus eſt. ¶ Moribus) meis honeſtis. ¶ Et vitæ) ante perſpectæ. ¶ De facie me.) ideſt pulchritudo mea facit illũ timere,& ſuſpicari de me: ſed vita cognita honeſta facit illũ cõfidere. ¶ De fa.) i.propter faciẽ, & pulchritudinẽ. ¶ Securũ)ſine cura,& timore. ¶ Tẽpora ne pe.)ad id,qđ dixerat Paris: Vt te nec mea vox,nec te meus incitet ardor: Cogimur ipſius cõmoditate frui. Aut erimus ſtulti,&c.reſpondens dicit.

ASCEN. ¶ FELICES, q. vſus adeſt) Paulatim in cõſenſum delabitur,nã velle ſignat,ſed nõ audere. ¶ Ipſe malo metus eſt).i. metus mali, qui ſolet a malo detinere. ¶ Eſt mihi ma.).i.ad malũ.ſ.ad infamiam, quia qui audacter,& cõfidenter peccãt, præſeferunt innocentiam: at rubeſcentes cõfitentur culpã, quam vultu produnt: velit ergo aſſueta eſſe,& non metuere,ne agnoſcatur. ¶ Aethra)& Clymene propria ſunt nomina pediſſequarũ. ¶ At tu diſſimula,&)Id ſępe aperit poeta, qđ mulieribus ſæpe in voto eſt, velle.ſ.cõmitere culpã, ſi citra infamiã poſſent: vnde cohortatur,vt diſſimulet. ¶ Ita re.).i vtilitate cogẽte,ꝓfectus. Quãprimũ dixi fac rediturus. ¶ Quãprimũ).i. valde cito:qđ dictũ ille pro felici omine ſumẽs,mox ꝓfectus eſt. ¶ Hoſpes Tro.)aut Troianus,aut qđ illi glorioſius eſt,a Troe ortus. ¶ Erit)Comici dicũt, fiet:& id eſt imperio ſe dictũ,ſed modeſtius dixit,erit.ſ.curę. ¶ An ne. lõ.)prouerbiale eſt. ¶ Fama quoq; eſt oneri)vereť.n.famã bonã polluere. ¶ Et meli⁹ fuit de. ver.fa.).i.fouiſſe famã inanẽ,& decepiſſe eã. ¶ Nec q̃ abeſt)ſubtilis,& oratoria rñſio. Nã qđ ille in cõtumeliã Menelai dixerat,iſta in ſuam laudẽ vertit(ſuã dico,Helenę)ne barbare loqui putes ¶ De facie).i.propter pulchritudinem faciei.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

A HVBER. ℭ ET LIBET) ideſt cupio, ⁊ timeo. ¶ Voluntas) legenduꝫ eſt, non voluptas. ¶ Nec adhuc eſt exacta) .i. ſatis perfecte deliberata. ¶ Labant) vacillant. ¶ In dubio) in incerto: vtrum debeam vti cõmoditate abſentiæ viri. ¶ Et vir abeſt) reſponſio eſt ad id, quod dixit. Sola iaces viduo tam longa nocte cubili: In viduo iaceo ſolus & ipſe toro. ¶ Inuicem) viciſſim .i. tu me amas, & ego te. ¶ Et noctes lõgę) ſcilicet ſunt. ¶ Et iaꝫ coimus) .i. coniungimur: ⁊ ſimul ſumus. ¶ Sermone) ſimul loquendo. ¶ Et tu blandus) ſubaudi es. ¶ Et domus) in qua ſumus. ¶ Eſt vna) .i. ambo ſumus in eadem domo. ¶ Me miſeram) per interpoſitionem legendum eſt: & eſt dolentis. ¶ Peream) quaſi iurantis eſt .i. moriar. ¶ Si omnia) quæ in parte tua ſunt. ¶ Non inuitãt me) ad ſequenduꝫ te. ¶ Neſcio quo metu) q.d. etiam ſi ſit ſine ratione. ¶ Bene cogere) quia cupiunt puellę cogi. ¶ Quod B male) .i. vix. ¶ Perſuades) tua epiſtola: & rationibus ad me ſcriptis. ¶ Ruſticitas) ruſticus pudor. Ipſe de arte: Et ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat. ¶ Excutienda) eiicienda: repellenda. ¶ Ipſis paſſis) .i. iis, qui eam paſſi ſunt. ¶ Sic) ſcilicet inferendo iniuriam. ¶ Ego forem coacta eſſe felix) .i. cogerer habere ea bona, quæ mihi promittis: & per te mihi contingere poſſunt. ¶ Duꝫ nouus eſt) oſtẽditur mutabilitas muliebris: poſteaq; enim ſignificauit ſe cupere, quod Paris ſuadebat: nũc hortatur: vt potius deſiſtat ab amore: dum nondum eſt vehementer auctus, ⁊ multis exemplis, rationibuſqꝫ probat: quare non debeat ſequi Paridem. ¶ Pugnemus) reſiſtamus. ¶ Flamma) probatio C a ſimili, quod amor incipiens facile poſſit extingui: ſicut ignis nouus pauca aqua extinguitur. ¶ Certus) firmus: & eſt ſententia rationem cõtinens. ¶ Hoſpitibus) peregrinis non habẽtibus certum domiciliũ. ¶ Errat) vagatur amor. ¶ Vt ipſi) hoſpites. ¶ Firmius) ſtabilius. ¶ Hipſiphyle) probat exẽplis. ¶ Minoia virgo) Ariadne filia Minois. de Hipſiphyle, & Ariadne viſum eſt ſupra in epiſtolis earum ad Iaſona, & Theſea. ¶ Vtraqꝫ iuncta in toris non exhibitis) .i. nõ datis, ſed negatis eis: de qua re iuſte conqueruntur. ¶ Tu quoqꝫ) qui mihi tot, tantaq; promittis. ¶ Infide) periure: ⁊ fraudolente. ¶ Oenonen) vxorem tuam: vt vidimus in epiſtola ipſius Oenones ad Paridem. ¶ Quærere) inueſtigare. ¶ Adde) adducit aliam rationẽ: quia comites Paridis inſtabant, vt iam iam diſcederet. ¶ Expediunt) expedire parant. ¶ Paratur) conſtituitur inter nos. ¶ Plena nouitatis) .i. tantummodo incepta. ¶ In mediis curſibus) poſt inceptum, & eſt tranſlatio. ¶ Abibit) tecum, & obliuiſceris mei. ¶ An ſequar) ad id, quod dixit. Ibis dardanias ingens regina per vrbes: & item, Innumeras vrbes, atqꝫ aurea tecta videbis: & item, Ilion aſpicies, firmataq; turribus altis Mœnia Phœbeæ ſtructa canore lyrę: dicit ergo ¶ Viſam pergama laudata) a te. ¶ Pronurus) Nurus ad patrem mariti refertur, pronurus ad auum: ſicut nunc ad Laomedonta auum Paridis. ¶ Contemno) paruifacio. ¶ Præconia) voces. ¶ Volucris) velocis. ¶ Illa) fama. ¶ Probris) ignominiis: vituperiis. ¶ Sparte) Lacedæmon. ¶ Achaia) Peloponneſus: vel Grecia. ¶ Quid poterit loqui de me) niſi me eſſe adulteram? ¶ Quid ſentiet) quid iudicabit? ¶ Tu quoqꝫ) cum videbis me fregiſſe fideꝫ Menelao. ¶ Qui) .i. quomodo. ¶ Anxius) ſolicitus, & plenus timoris. ¶ Exemplis tuis) ne alius ita me ſolicitet, ⁊ alienet a te, ſicut tu Menelao. ¶ Cauſa timoris) quia putabis eum veniſſe eadem intentione: qua tu huc veniſti. ¶ Ipſe) tu. ¶ Dices adultera) me appellabis adulteraꝫ. ¶ Oblitus noſtro &c.) Ideſt oblitus, ꝙ non potes maledicere de me: quin maledicas de teipſo. ¶ Ineſſe) coniunctum eſſe.

Et libet: & timeo: nec adhuc exacta uoluntas
Eſt ſatis: in dubio pectora noſta labant.
Et uir abeſt nobis: & tu ſine coniuge dormis,
Inq; uicem tua me, te mea forma capit.
Et longæ noctes: & iam ſermone coimus:
Et tu (me miſeram) blandus: & una domus.
Et peream, ſi non inuitent omnia culpam:
Neſcio quo tardor ſed tamen ipſa metu.
Quod male perſuades, utinam bene cogere poſſes:
Sic mea ruſticitas excutienda foret.
Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paſſis:
Sic certe felix ipſa coacta forem.
Dum nouus eſt, cœpto potius pugnemus amori:
Flamma recens parua ſparſa reſedit aqua.
Certus in hoſpitibus non eſt amor: errat, ut ipſi:
Cumq; nihil ſperes firmius eſſe, fugit.
Hipſiphyle teſtis, teſtis Minoia uirgo,
In non exhibitis utraqꝫ iuncta toris.
Tu quoqꝫ dilectam multos infide per annos:
Diceris Oenonen deſeruiſſe tuam.
Nec tamen ipſe negas: & nobis omnia de te
Quærere, ſi neſcis, maxima cura fuit.
Adde, quòd (ut cupias) conſtans in amore manere
Non potes: expedient iam tua uela Phryges.
Dum loqueris mecum: dum nox ſperata paratur:
Qui ferat in patriam, iam tibi uentus erit.
Curſibus in mediis nouitatis plena relinques
Gaudia: cum uentis noſter abibit amor.
An ſequar, ut ſuades, laudataq; Pergama uiſam?
Pronurus & magni Laomedontis ero?
Non ita contemno uolucris præconia famæ:
Vt probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit Sparte? quid Achaia tota?
Quid gentes Aſiæ? quid tua Troia loqui?
Quid Priamus de me? Priami quid ſentiet uxor?
Totq; tui fratres, Dardaniæq; nurus?
Tu quoqꝫ qui poteris fore me ſperare fidelem?
Et non exemplis anxius eſſe tuis?
Quicunqꝫ Iliacos intrauerit aduena portus:
Is tibi ſolliciti cauſa timoris erit.
Ipſe mihi quoties iratus, adultera, dices,
Oblitus noſtro crimen ineſſe tuum?

D E ASCEN. ℭ ET TV (me miſeraꝫ) hęc particula, me miſeram, inſeritur, quaſi per parentheſim: & regitur ab o particula ſubintellecta, vel ab heu, vt ſit, o me miſeram: ſed quia non tam vehemens eſt excandeſcẽtia, pulchrius ſupprimitur, q̃ exprimatur. ¶ Quod male perſuades) quia vix poteſt perſuadere, & eſt votum multis cõmune, ſed damnandũ. ¶ Dum nouus eſt cœpto) ſanctum quidẽ F conſilium, ſed longe a ſententia, & animo mulieris. ¶ Pugnemus amore) .i. cuꝫ amore, repugnemus amori. Sicut in iiii. Aene. Placito ne etiam pugnabis amori? verba enim ad contentionẽ pertinentia apud Virgilium cum datiuo conſtruũtur: loco cuius nos ablatiuũ, ⁊ cum præpoſitione ponimus: vt, Solus tibi certet Amyntas &c. ¶ Sparſa reſedit) aut reſidit: & puto potius legendum reſidit a re, & ſido, vt ſit præſentis temporis (non ꝙ dicaꝫ cum Alexandro ſido carere præterito, id enim falſum eſt: nam (vt Valla docet) reſedi facit) ſed quia ſententiæ magis congruit præſens, q̃ præteritum tempus: niſi ſit, ſparſa aqua .i. cum iam ſparſa fuerat aqua. Poteſt etiam a reſideo deduci: vt, reſedit, ſedata eſt. ¶ Amor certus) .i. durabilis. ¶ Multos infide) vocatiuus eſt, o infide. ¶ Nec tamen ipſe negas) hoc placere videtur Helenæ: quia cõfitendo ſignificat ſe iuſtam habere repudii cauſam, & nõ mendacem eſſe. ¶ Adde ꝙ, vt cupias) Argumentatur, etiam ſi velit, on poſſe diu manere. ¶ Pronurus) vna eſt dictio, ſicut pro-

A nepos: ſed nepos eſt ex filio, aut filia genitus: pronurus non pronepotis, ſed nepotis vxor. quia ergo Paris eſt nepos Laomedontis, vxor Paridis erit pronurus: ſicut Hecuba mater eius, nurus. ¶ Non ita contemno) ideſt non vſq; adeo paruipendo præconia, ideſt diffamationem volucris famæ. ¶ Vt illa impleat) ideſt, vt ſinam illam implere terras meis probris. ¶ Quid de me poterit Sparte) hæc Sparte huius Spartes, ſicut Crete Cretes. ¶ Tu quoq;, qui) ideſt quomodo poteris, aut qua re, ſeu qua via. ¶ Poteris ſperare me fidelem fore, & non exemplis anxius eſſe tuis?) Egregium argumentum, quo multi contendunt non ducendas, quæ prece, aut precio inductæ in ſtuprum conſenſerint ante nuptias, quia quod vni præſtiterunt, cenſendæ ſunt etiam alteri præſtare parti, ſi conſimilis conditio offeratur. D

Delicti fies idem reprehenſor, & author:
Terra precor uultus obruat ante meos.
At fruar Iliacis opibus, cultuq; beato,
Donaq; promiſſis uberiora feram.
Purpura nempe mihi, pretioſaq; texta dabuntur:
Congeſtoq; auri pondere diues ero.
Da ueniam faſſæ: non ſunt tua munera tanti:
Neſcio quo tellus me tenet iſta modo. *
Quis mihi, ſi lædar, Phrygiis ſuccurret in oris?
Vnde petam fratris, unde parentis opem?
Omnia Medeæ fallax promiſit Iaſon:
Pulſa eſt Aeſonia non minus illa domo.
Non erat Aeetes, ad quem deſpecta rediret:
Non Ipſea parens, Chalciopeq; ſoror.
Tale nihil timeo: ſed nec Medea timebat:
FALLITVR augurio ſpes bona ſæpe ſuo.
Omnibus inuenies, que nunc iactantur in alto:
Nauibus in portu lene fuiſſe fretum.
Fax quoq; me terret: quam ſe peperiſſe cruentam
Ante diem partus eſt tua uiſa parens.
Et uatum timeo monitus: quos igne Pelaſgo,
Ilion arſurum præmonuiſſe ferunt.
Vtq; fauet Cytherea tibi, quia uicit: habetq;
Parta per arbitrium bina trophæa tuum:
Sic illas timeo: quæ, ſi tua gloria uera eſt:
Iudice te cauſam non tenuere duæ.
Nec dubito, quin, te ſi perſequar, arma parentur:
Ibit per gladios (hei mihi) noſter amor.
An fera Centauris indicere bella coegit
Athracis Aemonios Hippodameia uiros?
Tu fore tam lentum iuſta Menelaon in ira,
Et geminos fratres, Tyndareumq; putas?
Quòd bene te iactes: & fortia facta loquaris: *
A' uerbis facies diſſidet * iſta tuis.
Apta magis Veneri, quàm ſunt tua corpora Marti:
Bella gerant fortes: * tu Pari ſemper ama.

HVBER. ¶ ET AVTHOR) cauſa. ¶ Obruat) tegat. ¶ Ante) potius: & eſt imprecatio muliebris. Sic Dido apud Virgilium libro quarto. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat: & Briſeis ad Achillem: Deuorer ante (precor) ſubito telluris hiatu: Aut rutilo miſſi fulminis igne cremer. ¶ At fruar) obiectio. ¶ Vberiora promiſſis) ideſt plura, quàm promiſiſti. ¶ Congeſto) cumulato: & vndique ad me collato. ¶ Da veniam) reſponſio. ¶ Faſſæ) mihi verum fatenti. ¶ Tanti) vt velim hinc diſcedere. B ¶ Neſcio quo modo) quaſi dicat, incredibiliter. ¶ Tenet) iuuat: delectat. ¶ Oris) regionibus. ¶ Phrygiis) Troianis, vbi habeo nullos ex meis. ¶ Omnia) quia Paris poſſet dicere: nunquam te deſeram: ero loco propinquorum, & fratrū, & parentis: adducit exemplū, quo oſtendit ſe timere: ne decipiatur. ¶ Aeſonia domo) vt ſupra, Auſus es Aeſonia dicere cede domo. ¶ Non minus) nihilominus: licet habuiſſet tot promiſſa. ¶ Aeetes) pater eius. ¶ Ipſea parens) ideſt mater eius Ipſea nomine: licet (vt ſupra diximus) ſecundum alios, Idya nominaretur. ¶ Chalciope) Medeæ ſoror fuit. ¶ Sed nec timebat) cum Iaſon ei promittebat. C ¶ Fallitur) ſententia eſt rhetorica. ¶ Suo augurio) ſua bona ſpe: & eo, quod auguratur ſibi bene euenturū. ¶ Omnibus) ſimilitudine hoc probat: dicit enim initia eſſe blanda: ſed fines aſperos. eſt ergo ſenſus: naues, quę in mari tempeſtate iactantur: quando exiuerunt ex portu: habuerunt ventos proſperos: ſed poſtea mutati ſunt: & ita vult ſignificare: quod fortuna ſua poſſet ſibi mutari: quia ſi Paris eam nunc diligit: poſſet mutare voluntatem. ¶ Fax quoq;) dicit ſe etiam terreri ſomnio Hecubæ, quæ pridie q̄; pareret Paridem, ſomniauerat ſe parere facem, quam dicit ſe timere fore incendium Troianum: vt vates prædicunt. Virg. Et face prægnans Ciſſeis regina Parin creat vrbe paterna. ¶ Monitus) diuinationes. ¶ Vtq; fauet) dicit ꝙ, ſicut Venus ei fauet: quia tulit iudicium pomi pro ſe: ita timet ne, Iuno, & Pallas, quæ offenſæ fuerunt, & non obtinuerunt cauſam in illo iudicio, ei ſint aduerſæ, & inimicæ. ¶ Bina trophæa) duas victorias a Iunone, & Pallade. ¶ Nec dubito) reſpondet ad id, quod dixerat: Nec tu rapta time, ne nos fera bella ſequantur, &c. dicit enim ſe non dubitare, quin bella moueantur propter ſe. ¶ Per gladios) per arma. probat per exemplum. ¶ Athracis) Athrax Strabo teſte vrbs eſt Theſſalię: ex ea fuit Hippodamia vxor Perithoi: propter quam inter Lapithas, & Centauros aſperrima pugna orta eſt: vt diximus in epiſtola Phyllidis ſuper eum locum: fuſiq; bimembres. ¶ Hæmonios viros) Lapithas, Theſſaliæ populos. ¶ Indicere) denunciare, mouere. ¶ Tam lentum) tam pigrum. ¶ Ira iuſta) pro rapta coniuge. ¶ Quod bene) ad id, quod dixerat: Nec plus Atrides animi Menelaus habebit: Quam Paris, aut armis anteferendus erit: & reliqua, quæ ſupra de ſe dixit: reſpondet Helena: Paridem potius habere faciem aptam Veneri, quàm armis. ¶ Receſes) numeras, & commemoras. ¶ Diſſidet) diſcrepat: & non conuenit cum iis, quæ dicis. E

ASCENSIVS.

¶ TERRA Precor vultus) ſic Dido. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat. ¶ Non ſunt tua munera tanti) In omnibus contendit ſe perſonam potius, q̄; rem eius amare. ¶ Quis mihi, ſi lædar) aliis quoq; argumentis probat in externam regionē relicta patria non eſſe proficiſcendum. F ¶ Fallitur augurio) egregium adagium, cuius ſenſus, quia ſperanti omnia auſpicia ſæpe bona videntur: & ita fallitur ſæpe augurio ſuo: quia nimis ſibi proſpicit, & quicquid ſperat, ſibi promittere audet. ¶ Omnibus inuenies &c.) quia nemo turbulento mari retinacula ſoluit. ¶ Sic illas vereor) quas fingunt poetæ Troiæ quoq; inimicas fuiſſe. Vnde de Iunone dicit Maro Aeneidos primo: Veteriſq; memor Saturnia belli, Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis. De Pallade autem libro ſecundo. Omnis ſpes Danaum, & cœpti fiducia belli Palladis auxiliis ſemper ſtetit. ¶ Ilion arſurum) dicitur hoc Ilium Ilii: hoc Ilion Ilii: & hæc Ilios Ilii. ¶ An fera) quia Paris multis exemplis docuit raptas eſſe ſine vltione: ipſa contra docet, grauem vltionem ob Hippodamiæ raptum factam. ¶ Tyndareumq;) ſcilicet patrem ſaltem putatiuum: a nominatiuo Tyndareus. ¶ Facies iſta) ideſt tua tam fœminea, & mollis.

*Ouid. de Pōto: Neſcio q̄ natale ſolū dulcedine cūctos Ducit & imemores non ſinit eſſe ſui.

* a.l. recenſes,
* a.l. decidet
* a.l. alii,

A HVBER. ¶ HECTORA) quia dixerat: Omnia ſi dederis, nunquam dabis Hectora fratrem. Vnus is innumeri militis inſtar erit: dicit Helena: ſine pugnare Hectora pro te. ⸢Altera militia) ſcilicet amoris, quia Militat omnis amans: & habet ſua caſtra Cupido. ⸢Operis tuis) ideſt exercitiis, & factis: & legendum eſt operis in ablatiuo, non autem in genitiuo: quia dignus cum genitiuo non iungitur. ⸢His) ſcilicet operis. ⸢Si ſaperem) ſi vellem facere rem meam. ⸢Faciam) vtar his operis amoris. ⸢Dabo manus cõiunctas) tractum eſt ab iis, qui ſe dedunt manibus coniunctis. ⸢Tempore) in tempore. ⸢Quod petis) reſpondet ad id, quod dixerat: ſed, coràm vt plura loquamur. Excipe me lecto nocte ſilente tuo. ⸢Furtim) clam. ⸢Quid captes) ideſt quæras: & quid, ⸢Voces colloquium) quia vis colloquium tuum eſſe concubitũ. B ⸢Sed nimium properas) dat ei ſpem eius, quod petiuerat. ⸢In herba) tranſlatio a meſſibus, quæ non ſunt certæ: cum ſunt adhuc in herba: ſed poſtquam ſunt collectæ. ⸢Hæc mora) hæc dilatio. ⸢Sit) pro erit. ⸢Amica tuo voto) quia proderit tibi. ⸢Hactenus) dicit ſe nolle mandare plura epiſtolæ: quia cætera vult loqui per Clymenen, & Aethram comites ſuas: quæ erunt internunciæ, & mediæ inter ipſam, & Paridem. ordo. ⸢Litera hactenus conſcia mentis furtiuæ) ideſt cui hactenus commiſi ſecreta meæ mentis. ⸢Siſtat) finiat. ⸢Opus arcanum) officium ſcribendi ſecreta. ⸢Laſſo pollice) ideſt manu ſcribendo fatigata. ⸢Cætera) quæ inter nos agenda reſtant, ad conficiendum, quod vterque volumus. ⸢Conſilium meũ) cum quibus omnia mea conſultare ſoleo. D

Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto:
  Militia eſt operis altera digna tuis * (* a.l. tui.)
His ego, ſi ſaperem, pauloq; audacior eſſem:
  Vterer: utetur, ſi qua puella ſapit.
Aut ego depoſito faciam fortaſſe pudore: * (* a.l. timore;)
  Et dabo conuictas tempore uicta manus.
Quòd petis, ut furtim præſentes iſta loquamur:
  Scimus quid captes: colloquiumq; uoces.
Sed nimiũ ꝑperas: et adhuc tua meſſis in herba eſt:
  Hæc mora ſit uoto forſan amica tuo.
Hactenus arcanum furtiuæ conſcia mentis,
  Litera iam laſſo pollice ſiſtat opus.
Cętera ꝑ ſocias Clymenen, Aethramq; loquamur: * (* a.l. loquemur)
  Quæ mihi ſunt comites, conſiliumq; duæ. (* a.l. late)

ASCENSIVS.

¶ ALTERA Militia) ſcilicet Veneris. ⸢Eſt digna tuis operis) ideſt exercitiis, & operationibus: a nominatiuo opera, aut operæ operarum. E ⸢His ego) ſcilicet operis, & ita conſenſum plenum adhibet. ⸢Scimus quid captes) quia coitum. Cætera manifeſtaria ſunt.

# IN DECIMAMSEPTIMAM EPISTOLAM

## ARGVMENTVM HVBERTINI.

HELLESPONTVS Anguſtus eſt admodum. Incipit autem hoc more à finibus Troadis: & vſq; ad Propontidem Thraciæ, ſic dicitur ab Helle filia Athamantis, quam fabulæ tradunt in eo mari demerſam. Is Helleſpontus teſte Plinio ſeptem ſtadiis Europam ab Aſia diuidit: & illic inter ſe contrarias vrbes habet: in Europa Callipolin, & Seſton: in Aſia Lampſacon, & Abydon: vnde fuit Leander: qui Hero puellam ex Seſto oriundam tanto amore dilexit: vt ad eam noctu per Helleſpontum nataret, & ea potitus rurſus renataret Abydon: verum cum maxima tempeſtas in mari orta eſſet, quæ iam præteritis ſeptem C diebus adhuc non ceſſabat; qua impeditus Leander, non potuerat ad amicam ſuam: vt ſolebat, natare: ne Hero eum ſui oblitum exiſtimaret, aut eam reliquiſſe: cum inueniſſet quendam nautam audacem in eo tempore tempeſtatis nauigantem Seſton: ſcripſit ad Hero amicam ſuam hanc epiſtolam: qua vehementem amorem ſuum firmum, & ſtabilem confitetur: & excuſat, quòd iam ſeptem diebus non potuerit ad eam natare propter maris commotionem. Excuſat etiam, quare ipſe non iuerit cum nauta: qui illuc nauigabat: potius quàm literas daret. Poſtremo pollicetur ſe breui iturum: &, ſi mare non fuerit tranquillum: ſe tamen potius commiſſurum periculis, quàm diutius cariturum conſpectu, & colloquio ipſius E Heroos. Interea dicit, vt habeat ſecum loco ſui hanc epiſtolam.

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

## *Heroidum Epiſtola decimaſeptima.*



IN DECIMAMSEPTIMAM EPIS. ARG.

HELLESPONTIACVM Mare ſeptem tantum ſtadijs, teſte Plinio, Europam ab Aſia diuidens, Seſton in Europa, Herus patriam: & Abydon in Aſia, ex qua fuit Leander, aduerſas vrbes habet. Cum autem Leander Abydenus Seſtiam puellam Hero miſere deperiret, per Helleſpontum noctu ad eam natare conſueuerat. Sed maris tempeſtate intercluſus iam præteritis ſeptem diebus, ad amicam Hero, per audacem nautam, ea tempeſtate Seſton nauigantem, hanc epiſtolam miſit, in qua primum amorem ſuum firmum, & ſtabilem eſſe oſtendit. Deinde queritur quod natandi facultas, ob feruentiſſimum maris æſtum, ei ſit ablata. Demum vero pollicetur ſe breui iturum, & quamuis mare non fuerit tranquillum, ſe tamen periculis potius commiſſurum, quàm illius iucundiſſimo conſpectu, atq; colloquio cariturũ. Vnde de eo ſic cecinit Martialis.

Cum peteret dulces audax Leander amores,
Et feſſus timidis iam premeretur aquis:
Sic miſer inſtantes effatus dicitur vndas,
Parcite, dum propero: mergite, dum redeo.

LEANDER HERONI.

MITTIT Abydenus, quam mallet ferre, ſalutem,
Si cadat ira maris, * Seſta puella tibi.
Si mihi Dii faciles, & ſunt in amore ſecundi:
Inuitis oculis hæc mea uerba leges.
Sed non ſunt faciles: nam cur mea uota morantur?
Currere me nota non patiuntur aqua.
Ipſa uides cœlum pice nigrius: & freta uentis
Turbida, perq; cauas uix adeunda rates.
Vnus, & hic audax, à quo tibi litera noſtra
Redditur: à portu nauita fecit * iter.
Aſcenſurus eram: niſi quòd, dum uincula proræ
Solueret: in ſpeculis omnis Abydos erat.
Non poteram cælare meos, uelut antè, parentes:
Quemq; tegi uolumus, non latuiſſet amor.
Protinus hæc ſcribens, felix i litera, dixi:
Iam tibi formoſam porriget illa manum.
Forſitan admotis etiam tangere labellis:
Rumpere dum niueo uincula dente uolet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure uerbis,
Cætera cum charta dextra locuta mea eſt.
Ah quanto mallem, quàm ſcriberet, illa nataret:
Meq; per aſſuetas ſedula ferret aquas.
Aptior illa quidem placido dare uerbera ponto:
Eſt tamen & ſenſus apta miniſtra mei.
Septima nox agitur, ſpatium mihi longius anno,
Sollicitum raucis ut mare feruet aquis.
His ego ſi uidi mulcentem pectora ſomnum
Noctibus: inſani ſit mora longa freti.

A HVBER. ABYDENVS) ex Abydo. legendum eſt autem Abydenus, nõ Abydeus. ¶Ferre) portare, vt ipſe veniret. ¶Seſta) ex Seſto. deriuatiuum formauit non ſuperans primitiuum ſyllaba: quod raro fit: nam Seſtia debuit dicere. declinatur autem Hero Heroos: vel Hero Heronis ſecundum latinam declinationem, ſicut Dido Didoos, & Didonis, & ſimilia nomina græca: vt Priſcianus voluit: licet Phocas grammaticus velit tantummodo græce declinari: ſed vſus contra eſt. ¶Faciles) benigni, exorabiles. ¶Secundi) fauentes. ¶Inuitis oculis) non libenter, quia ſi me amas, vt opto: malles me videre, quàm legere hanc meam B epiſtolam. ¶Sed non ſunt faciles) non exaudiunt mea vota. ¶Morantur) impediunt. ¶Currere) natare. ¶Nota aſſueta. ¶Ipſa) tu: ne mihi hoc credas. ¶Nigrius) obſcurius. ¶Cœlum) aera. Virgilius: Eripiunt ſubito nubes cœlumq;, diemq; Teucrorum ex oculis. ¶Pice) pix liquor, quæ manat ex picea arbore nigerrimus. ¶Turbida) commota. ¶Vix adeunda per rates) ideſt per quæ naues vix queant ire: nedũ homines adibũt. ¶Vnus) ſolus. ¶Et hic) ſcilicet audax, qui non timet periculum nauigationis. ¶Soluit iter) mouit nauem: ingreſſus eſt nauigationem. ¶Aſcenſurus) reſpondet obiectioni, quare nõ aſcenderit cum illo nauta, pro C pter multitudinem ſpectantiũ: cum nauis a littore diſcedebat. ¶Vincula) funes: retinacula. ¶Proræ) ideſt nauis: ſynecdoche: pars pro toto. ¶Omnis Abydos) ideſt omnes Abydeni. ¶Erat in ſpeculis) ideſt in loco, vnde ſpectabat diſceſſum nauis. Specula non ſignificat proprie feneſtram: ſed quemlibet locum eminentem: vnde poſſumus ſpeculari. Virgilius in Bucol. Specula de montis in altum deferar. ¶Cælare) amorem meum. ¶Velut ante) cælaueram. ¶Quem volumus tegi) quem volumus eſſe ſecretum, & occultum. ¶Protinus) blanditur nunc amicæ ſuæ dicens ſe inuidiſſe epiſtolę ſuæ: quod ipſe non veniret: quo illa deferebatur. ¶Admotis) appropinquatis. ¶Vincula) fila, quibus literæ ſolent ligari. ¶Locuta cum charta) ideſt cætera ſcripſi. ¶Ah quanto mallem D nataret) ad te veniẽs. ¶Quàm ſcriberet) quàm mitteret hanc epiſtolam. ¶Sedula) intenta. ¶Aptior dare verbera ponto) ideſt magis apta eſt natando percutere vndas tranquilli maris, q̃ ſcribere. ¶Apta miniſtra mei ſenſus) ideſt, & tamen optime exprimit: & literis notat, quod in animo habeo. ¶Senſus) voluntatis animi. ¶Longius anno) ex affectu amantis, cui expectanti tempus videtur longiſſimum. ¶Feruet) mouetur, æſtuat. ¶Raucis) murmurantibus. ¶His ego) iurat Leander ſe non dormiuiſſe his ſeptem noctibus. ¶Vidi ſomnum) ideſt dormiui. Terentiana eſt locutio. ¶Mora freti inſani ſit lon E ga) i. precor, diu duret tempeſtas maris: qđ minime vellẽ.

ASCEN. MITTIT Abydenus) epiſtola hæc Leandri ab Ouidio excogitata ſub nomine Leãdri, nõ multum habet ambiguitatis in contextu, ſed ſalis, & leporis plurimum, ideoq; paucis percurram. ¶Puella Seſta) pro Seſtia, videlicet Hero. quod nomen declinatur, hæc Hero, huius Hurus, hanc Hero, ò Hero: cæteris non vtimur. Ordo autem eſt. o Seſta puella. ¶Abydenus) ſcilicet Leander: & loquitur de ſe in tertia perſona, tanquã de alio. ¶Faciles ſunt) exorabiles, ſubito facientes, quod petimus. ¶Nauita) ideſt nauta. ¶Mouit) non mouet F legendum. ¶Omnis Abydos) ideſt tota ciuitas Abydena. ¶Erat in ſpeculis) .i. altis feneſtris, vnde ſpeculabatᷣ tẽpeſtatẽ. ¶Protinus hęc &c.) /i/ imperatiuũ eſt ab, eo. ¶Etiã tang.) pen. lon. eſt enim futuri tpis indicatiui modi verbi paſſiui, tágar tangeris, vel tangere &c. ¶Ah q̃to mallẽ) vt ſup. ¶Illa na. q̃ ſcri.) q. d. pͥmo. ¶Septia nox) bñ nox, q: tũc, & amata deſideratᷣ, & natare ſolebat. ¶Spaciũ) appoſitio eſt, pathos hñs: ex quo nõ poſſum ferri ſup. corpore. ¶Inſani ſit mo. lõ. freti) dura amãti imprecatio. Vñ, p quę timemus, iurare ſolemus: vt Palin. in. vi. Maria aſpa iuro: & de ſtyge dr. Dii cuiꝰ iurare timent, & fallere numen.

* a. l. vnda maris.

* a. l. mouit

Rupe ſedens aliqua ſpecto tua littora triſtis:
Et quò non poſſum corpore,mente feror.
Lumina quin etiam ſumma uigilantia turre,
Aut uidet,aut acies noſtra uidere putat.
Ter mihi depoſita eſt in ſicca ueſtis arena:
Ter graue tentauí carpere nudus iter.
Obſtitit inceptis tumidum iuuenilibus æquor:
Merſit & aduerſis ora natantis aquis.
At tu de rapidis immanſuetiſſime uentis,
Quid mecum certa prælia mente geris?
In me,ſi neſcis Borea,non * æquora,ſæuis:
Quid faceres,eſſet ni tibi notus amor?
Tam gelidus cū ſis,non te tamē improbe quondam
Ignibus Actæis incaluiſſe neges.
Gaudia rapturo ſiquis tibi claudere uellet
Aerios aditus:quo paterere modo?
Parce precor:facilemq; moue moderantius auram:
Imperet Hippotades ſic tibi triſte nihil.
Vana peto:precibusq; meis obmurmurat ipſe:
Quasq; quatit,nulla parte coercet aquas.
Nunc daret audaces utinam mihi Dædalus alas:
Icarium quamuis hic prope littus adeſt.
Quicquid erit,patiar:liceat modo corpus in auras
Tollere:quod dubia ſæpe pependit aqua.
Interea,dum cuncta negant uentiq;,fretumq;:
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiens(nanq; eſt meminiſſe uoluptas)
Cum foribus patriis egrediebar amans.
Nec mora:depoſito pariter cum ueſte timore,
Iactabam liquido brachia lenta mari.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,
Vt comes in noſtras officioſa uias.
Hanc ego ſuſpiciens,faueas ò candida,dixi:
Et ſubeant animo Latmia ſaxa tuo.
Non ſinit Endymion te pectoris eſſe ſeueri:
Flecte precor uultus ad mea furta tuos.
Tu dea mortalem cœlo delapſa petebas:
(Vera loqui liceat)quam ſequor,ipſa dea eſt.
Neu referam mores cœleſti pectore dignos:
Forma niſi in ueras non cadit illa deas.
A Veneris facie non eſt prior ulla,tuaq;:
Neue meis credas uocibus,ipſa uide.
Quantum,cum radiis fulges argentea puris:
Concedunt flammis ſydera cuncta tuis:
Tantò formoſis formoſior omnibus illa eſt:
Si dubitas,cæcum Cynthia lumen habes.
Hæc ego,uel certe non his diuerſa locutus,
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.
Vnda repercuſſæ radiabat imagine Lunæ:
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaq; uox unquam noſtras ueniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.

*a.l.nec in

A HVBER. ¶LITTORA Tua) Seſti, vbi tu es. ¶Mente feror) venio cogitatione: quò corpore venire nō poſſum. ¶Lumina quin etiam)ſolebat eniꝫ Hero ponere lumen in quadā turri ſua:ad quod lumē Leander natabat, quod dicit ſe videre: aut ex affectu putare videre. ¶Acies noſtra) noſtri oculi. ¶Vigilantia)ſtantia in nocte,quaſi pro vigilia. ¶Ter mihi)dicit ſe voluiſſe ſæpe aggredi natare: ſed territum magnitudine tempeſtatis. ¶Graue iter)nauigationem periculoſam. ¶Tumidum)commotum. ¶At tu) conuertit ſermonem ad Boream : de quo conqueritur,quòd ita eum impediat. ¶Certa mente) .i.animo deliberato. ¶In me)amantem. ¶Incaluiſſe) exarſiſſe:incenſum eſſe, quod eſt contra B frigiditatem ¶Actæis) Athenienſibus, propter raptaꝫ Orithyiam:diximus in præcedenti epiſtola hanc fabulā. ¶Aditus aerios) ideſt iter per aera. ¶Quo modo paterere) q.d. ægerrime. ¶Facilem) leuem, non impetuoſam. ¶Hippotades) Aeolus nepos Hippotæ Troiani ex Egeſta eius filia in Siciliam delata: quæ etiaꝫ mater fuit Aceſtis regis Siciliæ: vt alibi diximus. ¶Sic) adiurantis eſt. ¶Nihil triſte)nihil quod tibi ſit graue, & moleſtum. ¶Vana precor) dicit ſe fruſtra hæc optare, quia nihilominus perſeuerat ipſe ventus. ¶Obmurmurat ) contra murmurat,& crepitat. ¶Coercet)mulcet:placat. ¶Quatit) cōmouet. ¶Nūc daret)optat, vt ſibi eſſet poteſtas volandi: C ſicut Dædalo : qui cum a Minoe in turri munitiſſima eſſet incluſus,alas ſibi,& filio fabricauit : quarum auxilio euolauerunt:ſed Icarus filius in mare delapſus ei nomen dedit. ¶Icarium q̄uis hic propè littus adeſt)q.d.quod poteſt me admonere periculoſuꝫ eſſe credere ſe aeri:⁊ volare. ¶Tollere)eleuare. ¶Pependit) ſupra ſtetit. ¶Negant cuncta)prohibent omnia. ¶Agito mente) cogito, & reuoluo animo. ¶Mei furti) mei concubitus. ¶Nox erat) deſcribit tempus, quo primuꝫ natauit ad Hero: & ea potitus eſt. ¶Nox incipiēs)prima pars noctis. ¶Nāq; eſt meminiſſe voluptas) parentheſis eſt. ¶Amans)ego captus amore tui. ¶Patriis)paternis. ¶Cum veſte) quia eram nudus. ¶Iactabam) mouebam. ¶Lenta) mollia. ¶Tremulum) propter motum aquæ. ¶Vt) ſicut,tanq̄. ¶Officioſa) præſtans officium. ¶Hanc)lunaꝫ. D ¶Faueas ) adiuues me. ¶Subeant)veniāt in mentē. ¶Latmia ſaxa)ideſt mons Latmius, qui eſt Cariæ Endymionis à Luna(vt ferunt)adamati. fabula nota eſt. dicitur autem Latmion, non autem Latymion: vt Tortel.putauit. vnde deriuatiuum Latmius.Ouid.alibi. Latmius Endymion non eſt tibi Luna pudori. ſenſus eſt ergo: recordare o Luna Latmii montis, vbi cum Endymione concubuiſſe diceris. ¶Seueri) triſtis, alieni à voluptatibus. ¶Tu dea)anteponit amorem ſuum amori Lunæ. ¶Mortalem)Endymionem. ¶Quam ſequor) ideſt quam ego peto. ¶Eſt dea) non autem mortalis. ¶Neu referam)hic eſt ſenſus: vt taceaꝫ mores: quos hęc mea puella habet diuinos: talis pulchritudo non poſſet ei E contingere:niſi eſſet dea. ¶A facie Veneris) .i.poſt pulchritudinē Veneris,& tuam. ¶Nō eſt prior) non eſt,quæ antecedat eam. ¶Ipſa)tu. ¶Quāto) comparatio,& eſt ſenſus:o Luna quanto es ſplendētior omnibus aliis ſtellis:cum tu nītidiſſima fulges in cœlo: tanto illa ſua pulchritudine ſuperat omnes alias puellas. ¶Concedunt flammis tuis) .i. vincuntur tuo ſplendore. ¶Cynthia) o Luna:nam & Diana eadem eſt,quæ Cynthia dicit̄,a Cyntho monte Deli. ¶Habes lumen cæcum) non bene vides. ¶Vel certe) .i. ſaltem. ¶Non diuerſa) non contraria. ¶Cedentes mihi)dantes locuꝫ corpori meo. ¶Ferebar) ibam. ¶Radiabat)ſplēdebat. ¶Repercuſſæ ) reuerberatæ : nam F aqua videtur retroflectere radios Lunæ. ¶Et nitor diurnus) .i.lux, quæ ſolet eſſe diei, erat in nocte.i.nox erat clara, ſicut dies. ¶Nulla vox)alicuius vel hominis,vel animalis. ¶Aquę dimotę)diuiſę. ¶Corpore)meo.

ASCEN. ¶CERTA)ideſt deliberata mēte,quaſi dedita opa. ¶Nec in æquora ſæuis) .i.& non in æquora. malus autē eſſet verſus,ſi legatur, non in æquora ſæuis. ¶Ni tibi notus amor) quia Orithyiaꝫ,captus amore rapuit. ¶Nunc daret ⁊c.)cum natādi nulla ſit ſpes, optat volatum. ¶Nox erat)aperit argumentum poeta. ¶Si dubitas &c.)Eadem enim eſt,quæ Luna,⁊ Diana,⁊ Proſerpina dicitur, ⁊ Cynthia a mōte Deli,in quo nata dicitur. ¶Hæc ego vel certe &c.)hęc caſtigatio fidē facit.

Alcyones ſolæ memores Ceycis amati,
  Neſcio quid uiſæ ſunt mihi dulce queri.
Iamq́; fatigatis humero ſub utroqꝫ lacertis,
  Fortiter in ſummas erigor altus aquas.
Vt procul aſpexi lumen: meus ignis in illo eſt:
  Illa meum, dixi, littora lumen * habent.
Et ſubitò laſſis uires rediere lacertis:
  Viſaq́;, quàm fuerat, mollior unda mihi.
Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi:
  Qui calet in cupido pectore, præſtat amor.
Quo magis accedo: propioraq́; littora fiunt:
  Quoq́; minus reſtat: plus libet ire mihi.
Cum uero poſſum cerni quoqꝫ: protinus addis
  Spectatrix animos: ut ualeamq́;, facis.
Tunc etiam nando dominæ placuiſſe laboro:
  Atqꝫ oculis iacto brachia noſtra tuis.
Te tua uix prohibet nutrix deſcendere in altum:
  (Hoc quoqꝫ enim * uidi: nec mihi uerba dabas.)
Nec tamen effecit, quamuis retinebat euntem:
  Ne fieret prima pes tuus udus aqua.
Excipis amplexu, feliciaq́; oſcula iungis,
  Oſcula Diis magnis trans mare digna peti.
Deq́; tuis demptos humeris mihi tradis amictus:
  Et madidam ſiccas æquoris imbre comam.
Cætera nox, & nos, & turris conſcia nouit,
  Quodq́; mihi monſtrat per uada lumen iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis,
  Helleſpontiaci quàm maris alga * poteſt.
Quò breuius ſpacium nobis ad furta dabatur:
  Hoc magis eſt cautum, ne foret illud iners.
Iamq́; fugatura Tithoni coniuge noctem,
  Præuius Auroræ Lucifer ortus erat.
Oſcula congerimus properata ſine ordine raptim:
  Et querimur paruas noctibus eſſe moras.
Atqꝫ ita contactus * monitu nutricis amaro,
  Frigida deſerta littora turre peto.

A SVBER. ¶ ALCYONES Solæ).i.ſolummodo audiebam Alcyones volucres: quæ videbantur dulci voce querelam effundere. ⸢Memores Ceycis amati) tangit fabulam, quam Ouidius ſcribit lib.xi. Meta. Ceyx enim Luciferi filius prodigiis, quæ ei apparuerant, perturbatus ad oraculum Apollinis in Claron nauigare decreuit: nam Delphos ire non poterat: quoniam Phorbas cum Phlegiis populis Delphos infeſtabat. Cum autem Alcyone eius coniux Aeoli filia hanc nauigationem ei diſſuadere conaretur, verita periculum eius: ille affirmauit intra alterum menſem ſe reuerſurum, verum tempeſtate maxima oborta ſubmerſus eſt. Illa aſſiduo viri deſiderio ſolicita, cum ad tēpus promiſſum reuerti non videret: deos continuis precibus fatigans, tandeꝫ miſericordia Iunonis, cui præcipue ſupplicauerat, factuꝫ eſt, vt in ſomnis admoneretur de obitu mariti, immiſſo ſomno ſub ſpecie Ceycis ſubmerſi. B Illa igitur excitata ſomno cadauer mariti in littore inuenit: quare nimio dolore perculſa in volucrem Alcyoneꝫ, & Ceyx in aliam volucrem commiſeratione deorum conuerſi ſunt. hæ volucres per ſeptem dies fœtificantes tranquillum habent mare: coeunt enim, & priſtinam coniugaleꝫ concordiam ſeruant. has igitur ſolas volucres perturbato mari querelam effundentes audiſſe dicit. Aduertendum eſt autem pro nomine mulieris declinari Alcyone, Alcyones, pro volucre vero Alcyō, vel Alcyonis, vt hic locus oſtendit: dicit enim Alcyones non autem Alcyonę. ⸢Iamq́; fatigatis) ſolent natantes defatigatis brachiis ſuſtentare corpus aliquantulum ſuper vndis, quod ſe feciſſe dicit. C ⸢Erigor) eleuor. ⸢Vt) poſtq̃;. ⸢Lumen) quod in turri tua apponis. ⸢Meus ignis) meus amor. ⸢In illo) lumine. ⸢Subito) dictis his verbis. ⸢Mollior) facilior ad natandum. ⸢Amor, qui calet in pectore cupido).i. qui facit calorē in pectore meo, amoris pleno. ⸢Præſtat) efficit, ne poſſim ſentire frigora. ⸢Profundi).i. maris. ⸢Quo magis) quanto magis. ⸢Accedo) appropinquo. ⸢Minus reſtat) ſcilicet viæ ad perueniendum ad littus. ⸢Plus libet) plus animi eſt mihi, & voluntatis. ⸢Cerni) videri a te. ⸢Spectatrix) tu, quæ ſpectas me. ⸢Addis animo) facis me animoſiorem. ⸢Vt valeam) vt poſſim: & ſim fortis. ⸢Laboro) curo. ⸢Dominæ) tibi. ⸢Iacto) cum arte, & oſtentatione moueo, & oſtendo. ⸢Deſcendere in altum) vt venias mihi obuiam. ⸢Hoc vidi) quod voluiſti procurrere in æquor. ⸢Nec tamen effecit) nutrix tua. ⸢Vdus) humefactus. ⸢Prima aqua).i. aqua magis vicina littori. ⸢Excipis) ſcilicet cum ſum in littore. ⸢Oſcula diis peti digna magnis trans mare).i. oſcula, quæ etiam dii cœleſtes vt aſſequerent, poſſent tranare mare: ſicut ego. ⸢Amictus) veſtes. ⸢Demptos de tuis) quibus te ſpoliaſti; vt me tegas. ⸢Imbre).i. aqua: non enim ſolum ſignificat pluuiam, ſed etiam ſimpliciter aquam. Virgilius primo Aeneid. Laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicuꝫ imbrem. D ⸢Nox) nam ſupra dixit, Nox erat incipiens. ⸢Cætera) ſubticuit rem pudendā: ſic Ouidius in primo Amorum: Cætera quis neſcit? feſſi requieuimus ambo. ⸢Turris) in qua ambo cōuenimus. ⸢Lumen) ſcilicet nouit cætera. ⸢Non magis) dicit gaudia illius noctis ita eſſe innumerabilia, ſicut eſt innumerabilis alga maris Helleſpontiaci: quod tranabat ipſe Leander. Eſt autem alga minuta quædam herba, quæ naſcitur in mari: vnde alibi. Nunc leuis eiectam detinet alga ratem. ⸢Ad furta) ad cōcubitus noſtros occultos. *a.l.numē ⸢Illud ſpacium foret iners) ideſt eſſet ſine effectu voluptatis: quia dabam operam, vt illud totum colligerem: & in voluptatem conſumerem. ⸢Coniuge Tithoni) ideſt Aurora vxore Tithoni. ⸢Fugatura) expulſura ⸢Noctem) nam adueniente Aurora nox abit. E ⸢Præuius Aurorę) ideſt pręcedens Auroram. Virgilius: Naſcere, præq́; diem veniens age Lucifer almum. ⸢Congerimus) coniungimus, commiſcemus. *a.l.eteni ⸢Raptim) certatim. ⸢Paruas moras eſſe noctib.) ideſt noctes eſſe breues. ⸢Cunctatus) moratus ita oſculando nos. ⸢Monitu) mandato: & præcepto. ⸢Amaro) acerbo: quia inuitus audio me moneri, vt inde diſcedam. ⸢Deſerta turre) relicto loco, vbi voluptatem accepimus.

ASCEN. ¶ ALCYONES Solæ) quia Alcyones tempore ſummæ tranquillitatis, & quietis nidificant. *a.l.vnda Plautus volens ſignificare tranquillitatem, & ſilentium, dixit Alcyones eſſe in foro. ⸢Quo magis) ideſt quanto magis accedo. F ⸢Cætera nox, & nos) modeſte rem turpeꝫ tangit: quia cælari vult ſua furta Venus. ⸢Non magis illius) Ne exaturatꝰ abeſſe putetur, vt qui nullam capturus ſit deinceps voluptateꝫ ex amica, dicit voluptates, quas ex illius complexu obtinuit, innumeras fuiſſe, & quòd non magis poſſint numerari, quàm vnda maris Helleſpontiaci, quod aſſidue fluit, & refluit: aut quod, cum hæc ſcriberet, innumeris procellis, atqꝫ vndis agitabatur: ſunt tamen qui legunt alga, non vnda. *a.l.cunctatus Eſt autem herba vilis, quæ ad littus propellitur: vnde in Bucoli. Virgilius: Proiecta vilior alga. Vtroqꝫ modo, & verſus, & ſenſus bonus eſt, concederem tamen ſuperiori. ⸢Ne foret illud iners) ideſt ſine Veneris arte tranſactum, hoc eſt ne nos ſimus quaſi inertes in illo. ⸢Hoc) ideſt tanto magis. ⸢Cautum) ideſt prouiſum. ⸢Et querimur) ideſt conquerimur. ⸢Atque ita contactus) ideſt perculſus monitu nutricis. ⸢Amaro) ſcilicet amantibus, quia coegit ſeparari aduentante die. Alii legunt conctatus, ideſt immoratus: hæſitans, quid agerem: ſed legerem potius cunctatus. ⸢Natator) qui ob peritiam artis ſponte ſe in aquas immittit.

Digredimur flentes: repetoq́; ego uirginis æquor,
Reſpiciens dominam, dum licet, uſq; meam.
Siqua fides uero eſt: ueniens huc, eſſe natator:
Cum redeo, uideor naufragus eſſe mihi.
Hoc quoq; ſi credis: ad te uia prona uidetur:
A' te cum redeo, cliuus inertis aquæ.
Inuitus patriam repeto: quis credere poſſet?
Inuitus certe nunc moror urbe mea.
Hei mihi, cur animis iuncti ſecernimur undis?
Vnaq́; mens, tellus non habet una duos?
Vel tua me Seſtos, uel te mea ſumat Abydos:
Tam tua terra mihi, quàm tibi noſtra placet.
Cur ego confundor, quoties confunditur æquor?
Cur mihi cauſa leuis, uentus obeſſe poteſt?
Iam noſtros curui norunt Delphines amores:
Ignotum nec me piſcibus eſſe reor.
Iam patet attritus ſolitarum limes aquarum,
Non aliter, multa quàm uia preſſa rota.
Quòd mihi non eſſet, niſi ſic iterare, querebar:
At nunc, per uentos id quoq; deſſe, queror. *
Fluctibus immodicis Athamãtidos æquora canent:
Vixq́; manet portu tuta carina ſuo.
Hoc mare, cum primum de uirgine nomina merſa,
Quæ tenet, eſt nactum: tale fuiſſe puto.
Eſt ſatis amiſſa locus hic infamis ab Helle:
Vtq́, mihi parcat, nomine crimen habet.
Inuideo Phrixo: quem per freta triſtia tutum
Aurea lanigero uellere uexit ouis.
Nec tamen officium pecoris, nauiſq́; requiro:
Dummodo, quas findam corpore, dentur aquæ.
Arte egeo nulla: fiat modo copia nandi:
Idem, nauigium, nauita, uector ero.
Nec ſequar aut Helicen, aut, qua Tyrus utiť, arcton.
Publica non curat ſydera noſter amor.

* a.l. hoc quoq; deeſſe qror.

A HVBER. ¶ DIGREDIMVR) diſcedimus. ¶ Aequor virginis) mare dictum ab Helle puella, quæ in mare delapſa ei nomen dedit: vt dixi ſupra plene in argumento epiſtolę Hipſiphyles ad Iaſonem. ¶ Vſq; dum licet) .i. aſſidue, dum poſſum. ¶ Siqua fides vero eſt) ideſt ſi veritati, quam dico, creditur. ¶ Huc) ad te. ¶ Videor mihi eſſe natator) ideſt videor optime ſcire natare, propter affectum amoris, qui me adiuuat. Ouid. de Tiſbe. Audacẽ faciebat amor. ¶ Cuz redeo) ideſt cum diſcedo à te. ¶ Videor eſſe naufragus) videor ſubmergi fluctibus, & periclitari. ¶ Prona) facilis, & quaſi pendens: nam facilius deſcendimus, quàm aſcendimus. ¶ Cliuus) aſcenſus, monticulus. ¶ Inertis) immobilis, quæ non ita facile natatur, ſicut aqua mobilis. ¶ Quis credere poſſet?) q. d. nullus: niſi, qui ſciat quanta ſit vis amoris: naturaliter enim omnes libẽter redeunt in patriam. Ouidius: Neſcio qua natale ſolũ dulcedine cũctos Detinet. B ¶ Nunc) cum ad te natare non poſſuz. ¶ Iuncti animis) pares, & coniuncti amore. ¶ Cur ſecernimur) cur ſeparamur. ¶ Vna tellus) eadem terra. ¶ Cur non habet duos?) .i. cur nõ ſumus ambo in eadem terra? ¶ Sumat) pro ſumeret. ¶ Cur confundor) cur perturbor: & moueor animo. ¶ Quoties æquor cõfunditur) quoties mare perturbatur: quod non fieret, ſi eſſemus in eadem terra? ¶ Ventus cauſa leuis) .i. ventus, qui eſt parua cauſa. ¶ Cur poteſt obeſſe) cur poteſt nocere impediendo natationem meã? quod facere non poſſet, ſi eſſemus ſimul. ¶ Curui delphines) piſces ſunt repando dorſo, homini amicum animal: de quorum natura videatur Plinius, & Solinus. C his igitur dicit Leander ſe iam eſſe notum propter frequentẽ natationem ſuam. ¶ Piſcibus) ſcilicet aliis: qui etiã non adeo ſunt familiares hominibus. ¶ Iam patet) hyperbole eſt: hoc enim fieri non poteſt: ſed vt amator dicit, ſe ita crebro ſæpe nataſſe: vt appareat in aquis quaſi limes quidã, quem ſuo corpore fecit: tanq; orbita rotæ, vel via, per quam multæ rotæ incedunt. ¶ Attritus) frequẽtatus. ¶ Solitarum) aſſuetarum meæ natationi. ¶ Multa rota) pro multis rotis. ¶ Quòd mihi non eſſet, &c.) ſenſus eſt. ego ante querebar: ꝙ non poſſem ad te ¶ Iterare) i. venire. ¶ Niſi ſic) ſcilicet natando. ¶ Sed nunc queror hoc) ſcilicet iterare natãdo ¶ Deeſſe) mihi. ¶ Per ventos) .i. cauſa ventorum, qui me prohibent. ¶ Aequora Athamantidos) .i. pontus Helles, quæ, vt dixi, filia fuit Athamanthis. ¶ Canent) ſpumeſcunt. ¶ Immodicis) maximis. ¶ In portu) vbi, vt plurimum ſolet eſſe tranquillitas: quãto ergo minus tuti erunt homines in medio ipſius? ¶ Hoc mare) dicit Helleſpontum ita eſſe cõmotum: vt fuit, quando merſit Hellen & ab ea nomen accepit. ¶ Reor) puto. ¶ Fuiſſe tale) vt nunc eſt i. ita turbatum. ¶ Cum) .i. quando. ¶ Primum) primo. ¶ Eſt nactum) eſt adeptum: eſt aſſecutum. ¶ Nomen de virgine merſa) de Helle ſubmerſa. ¶ Satis infamis) ſatis ad infamiam, & ſæuitiam nominatus. D ¶ Vtq́;) .i. & quamuis. ¶ Parcat mihi) me non ſubmergat. ¶ Habet crimen) habet infamiam. ¶ Nomine) quia appellatur Helleſpontus. ¶ Inuideo Phrixo) optat ſe poſſe tranſuehi vltra mare, ſicut Phrixus tranſlatus eſt ab ariete. ¶ Quem ouis aurea vellere lanigero) .i. ouis, ſiue aries habens pellem auream. ¶ Vexit) vltra mare ſine ſubmerſione. ¶ Nec tamen requiro officium pecoris, aut nauis) .i. non tamen quæro habere, vel vel arietem: vt habuit Phrixus: vel nauem aliquã. ¶ Dummodo) poſſim meo corpore natare. ¶ Nulla arte) tranſeundi, vel naue, vel alio modo. ¶ Modo) tantummodo: vel dummodo. ¶ Copia) facultas. ¶ Idem) ego idez. ¶ Nauigiũ) nauis. ¶ Nauita) qui regam, & agam nauem. ¶ Vector) paſſiue accipitur. i. qui vehar: vt Luca. Cauſa eſt hæc ſola timoris: vectorem non noſſe tuum .i. eum, quem vehis: ſunt enim verba Cæſaris ad Amyclam. E ¶ Nec ſequar) dicit ſe non nauigaturum ad obſeruationem ſyderum, ſicut alii ſolent: dicit enim ſe tantum ſpectare lumen ſui amoris. ¶ Helicen) vrſam maiorem dicit: quam fabulæ ferunt ex Caliſtone a Ioue compreſſa, poſtq; Arcada filium peperit, factam: nam ex puella formoſiſſima à Iunone in vrſam eſt conuerſa: deinde cum poſt quintumdecimum annum filius Arcas in venationem egreſſus matrem occiſurus eſſet ignorans: Iuppiter id ſcelus prohibens, ambos in cœlum tranſtulit: & in ſeptentrionali polo collocauit: ſed Iuno exorauit Tethyn, & Oceanum: ne pellicem ſuam ſuis aquis mergi paterentur: itaq; dicunt eas nunq; occidere: vt Virg. Arctos Oceani metuentes æquore tingi. F Ad harum obſeruationem nautæ nauigare ſolent, ſed Græci obſeruant Helicen: Phœnices vero Cynoſuram, quam dicimus minorem vrſam: de quibus ipſe Ouidius in Triſti. Magna, minorq́, feræ, quarum regis altera graias, Altera Sidonias, vtraq; ſicca rates. Idem lib. iii. Faſt. Eſſe duas arctos, quarum Cynoſura petatur Sidoniis, Helicen graia carina notet. de his etiam ita ſcribit M. Manilius Aſtronomicon lib. j. Summa tenent axis miſeris notiſſima nautis, Signa per immenſum cupidos ducentia pontum: Maioremq́; Helicen maior decircinat Arcton. Septem illam ſtellæ certantes lumine ſignant, Qua duce per fluctus graiæ dant vela carinę. Anguſto Cynoſura breuis torquetur in orbe Tam ſpacio: q; luce minor, ſed iudice vincit Maiorem Tyrio: Pœnis hæc certior author, Non apparentem pelago quærentibus orbem. manifeſte igitur apparet quare dixerit. Aut, qua Tyrus vtitur, Arcton: ſignificat enim Cynoſuram, quam (vt apparet) Tyrii obſeruant: cum altera, hoc eſt Helice, obſeruetur à graiis. ¶ Publica ſydera) quæ omnes aſpicere poſſunt.

ASCEN. ¶ NAVFRAGVS) qui fracta naui, ſiue nandi peritus, ſiue imperitus cogitur, dum poteſt, natare, vt ſe ſaluet, non, vt voluptatem capiat. ¶ Quis credere poſſet?) quia natura cogi-

Andromeden alius ſpectet, claramq; Coronam:
Quæq; micat gelido Parrhaſis Vrſa polo.
At mihi quod Perſeus, & cum Ioue Liber amarunt,
Indicium dubiæ non placet eſſe uiæ.
Eſt aliud lumen * multo mihi certius iſtis:
Non erit in tenebris quo duce noſter amor.
Hoc ego dum ſpectem: Colchos, atq; ultima Ponti,
Quaq; uiam fecit Theſſala puppis, eam.
Et iuuenem poſſim ſuperare Palæmona nando:
Miraq; quem ſubito reddidit herba deum.
Sæpe per aſſiduos languent mea brachia motus:
Vixq; per immenſas feſſa trahuntur aquas.
His ego cum dixi: precium non uile laboris,
Iam dominæ uobis colla tenenda dabo:
Protinus illa ualent: atq; ad ſua præmia tendunt,
Vt celer Eleo carcere miſſus equus.
Ipſe meos igitur ſeruo, quibus uror, amores:
Teq; magis cœlo digna puella ſequor.
Digna quidem cœlo, ſed adhuc tellure moraris:
Aut dic, ad ſuperos hinc mihi qua ſit iter.
Hic es: * & exiguum miſero contingis amanti:
Cumq; mea fiunt turbida mente freta.

A mur amare patriam, vnde eſt illud: Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua. ¶Curui Delphines) ſic etiam implicantur natantes, vt pingi ſolent. dicuntur autem puerorum eſſe amatores, vnde poterant amores noſſe: quanquam ὑπερβολικῶς dictum accipimus. corripitur autem vltima, quia in accuſatiuo Delphinas facit. ¶Hoc quoq; deeſſe) per colliſionem deeſſe biſyllabum fecit, ſicut Iuuen. deeſt monoſyllabum dicens. Non deeſt prolato ieiunus venditor auro. ¶Idem vero nauigium, nauita, & vector) quia ſe traiiciet ſine naui, ac gubernatore. ¶Vrſa Parrhaſis) pro parrhaſia: nomen patronymicum, pro patrio, à Parrhaſio monte Arcadiæ, aut à Parrhaſis populis eiuſdem regionis. ¶Helicen) vrſam maiorem. ¶Nec Arcton) ſcilicet minorem, videlicet Cynoſuram.

HVBER. ¶ANDROMEDEN) ſtellam Andromedes. fuit autem Andromede Cephei, & B Caſſiopes filia in Aethiopia, cuius mater Caſſiope ſe pulchritudine nymphis Nereidibus præferens earum iraq; prouocauerat: quas vt placaret Cepheus, Hammonis oraculum conſuluerat: à quo reſponſum fuerat filiam pro ſuperbia materna belluæ exponendam eſſe, quam Nereides ex mari mittebant: vt illa deuorata tandem placarentur. Quod cum Cepheus feciſſet, & eam in littore ſaxo alligaſſet, caſu quodam ſuperuenit Perſeus filius Iouis, & Danaes: qui ſupra ea loca volans, cum puellam formoſiſſimam aſpexiſſet: eius amore captus, cum eius patre pactus eſt, vt ſibi ſponſa, & vxor daretur, ſi eam liberaſſet. ea igitur liberata, cum Phinea fratrem Cephei eam vxorem volentem, & multos illi auxiliantes in ſaxa vertiſſet: tandem victor Argos cum coniuge reuerſus eſt: quæ poſtea in ſtellam, quæ Andromede dicitur: mutata eſt. eſt autem legendum Andromede per d, non Andromache: nam hæc vxor fuit Hectoris, quæ nunq; mutata legitur. ¶Claramq; Coronam) .i. ſtellam C Ariadnes, de qua diximus in Epiſtola Phædræ: gemmæ enim coronæ Ariadnes, quæ nouem fuiſſe ab Ouidio dicuntur: in ſtellam, quæ Corona dicitur, conuerſæ fuerunt: de qua Virg. libro primo Georg. Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ. ¶Vrſa parrhaſis) .i. Arcadica, nam Parrhaſos vrbs fuit Arcadiæ. ¶Gelido) frigido, ſeptentrionali: & eſt quaſi iteratio eius, quod dixit. Nec ſequar aut Helicen &c. ¶At mihi qđ Perſeus amauit) .i. Andromeden. ¶Et Liber) .i. Bacchus: & ſignificat Ariadnen. ¶Cum Ioue) .i. quam Iuppiter amauit: ſignificat autem Caliſtonem in vrſam mutatam, vt diximus. Eſt autem ſenſus. Nolo habere pro indicio natationis meæ ſtellam Andromedes, vel Ariadnes, vel Caliſtonis .i. vrſæ. ¶Indiciuȝ) demonſtrationem, ſignum, ¶Aliud lumen) ſcilicet quod tu ò Hero in turri tua mihi oſtendis: vel lumen intelligit ipſam amicam. ¶Quo duce) quo regente me. ¶Non erit in tenebris) non ignorabit iter. ¶Dum) .i. dummodo. ¶Spectem hoc) lumen tuum. ¶Eam) paro ire. ¶Colchos, & vltima ponti) .i etiam in extremas, aut periculoſiſſimas partes orbis. ¶Qua) ſcilicet parte. ¶Pinus Theſſala) nauis Iaſonis. ¶Fecit iter) .i. iuit. q.d. per Scyllaȝ, & Charybdin: per Symplegades, &c. ¶Et poſſum ſuperare Palæmona iuuenem nando) .i. poſſum melius natare, quam Palæmon deus maris, de quo talis habetur fabula. Iuno in genus Cadmi irata; poſtq; de Semele ſe vlta eſt; etiam Autonoen eius ſororem in Penthei filii cædem impulit: Ino D nem quoq; aliam ſororem, & Cadmi filiam in cladem deducere ſtatuit. cum igitur videret eam, & marito Athamante, & duobus filii felicem, euocauit ex inferis Erinnyn vnam ex furiis, per quam in furorem Athamanta conuertit: nam in eius pectus ſerpentem, ac virus: quo eius mens alienaretur, iniecit. Qui per inſaniam vxorem feram credēs inſecutus, Learchū filium, quem illa vlnis geſtabat, ſaxo illiſum pro fera interfecit. Qua re viſa, Ino ſiue dolore filii: ſiue veneno furiæ concita, ex ſcopulo ſe cum Melicerta filio præcipitauit: qui Veneris precibus à Neptuno excepti ſunt, & dii maris facti. Ino Leucothoe à græcis dicitur: à Latinis Matuta: vt Ouidius in Faſtis dixit: Leucothoe graiis: Matuta vocabere noſtris. Melicerta vero Portunus latine: græce Palæmon dicitur: queȝ nunc intelligit. ¶Quem herba miraq; reddidit deū) Glau E cum ſignificat: qui cum piſcator eſſet apud Anthedonem Euboicam: & piſces in littore poſitos guſtata quadam herba in mare reſiliiſſe vidiſſet: & ipſe eius herbæ vim experiri decreuit: qua guſtata, ſtatim in mare ſaliit: & deus factus eſt. vnde Ouidius. vii. Meta. Carpſit & Euboica viuax Anthedone gramen, Nondū vulgatuȝ mutato corpore Glauci. idem libro. viii. Ecce fretum ſcindens alti nouus incola ponti, Nuper in Euboica verſis Anthedone membris Glaucus adeſt. dicit igitur Leander: dummodo ſpectet amicam ſuam, poſſe ſuperare nando Palæmona, & Glaucum deos maris. ¶Languent) debilitantur: cadunt. ¶Colla tenenda) .i. amplectenda. ¶Precium non vile laboris) quæ remuneratio veſtri laboris erit digna. ¶Valent) recipiunt vires. ¶Ad ſua præmia) .i. ad te, quæ es præmia ipſorum. ¶Vt celer) comparatio celeritatis .i. ſicut equus in olympiaco certamine celeriter ex carceribus exit. ¶Carcere) improprie, pro F carceribus: nam carcer eſt locus reorum: carceres vnde equi emittuntur ad currendum. Horatius in primo Sermonum: vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ. ¶Eleo carcere) Elis, & Piſa vrbes Arcadiæ, apud quas curulia certamina celebrabantur, & ideo dixit Eleo carcere. Virg. iii. Georg. Seu quis ad Elei metas, & maxima campi Sudabit ſpacia. & Luca. Quantum clamore iuuatur Eleus Sonipes. ¶Seruo) aſpicio. ¶Sequor te) magis, quàm ſydera. ¶Sed adhuc tellure morari) ſcilicet digna: & melius morari legitur, quàm moraris. ¶Aut dic) ideſt aut ſi vis ire in cœlum: dic mihi, quomodo & ipſe poſſim illuc aſcendere. ¶Hinc) ex hoc, quòd es digna cœlo. ¶Raro contingis mihi amanti) raro poſſum tecum eſſe, quia digna, & precioſa difficile conceduntur. ¶Cumq; mea fiunt turbida mente freta) ideſt turbor, cum turbatur mare.

ASCEN. ¶ANDROMEDEN) Perſei vxorem in ſydera tranſlatam. ¶Claramq; Coronam) ſcilicet Ariadnæ à Baccho datam, in qua vna præfulget ſtella. ¶Palæmona) ſcilicet Portunum. ¶Miraq; quem ſubito reddidit herba deum) ſcilicet Glaucum. Omnia protrita, & expoſita ſunt. ¶Sæpe per aſſiduos) Dat brachiis affectionem mentis ſuæ, quæ fictio multum gratiæ habet. ¶Sæpe per aſſiduos) Significat ſpem, vireſq; omnes in illa ſitas, ſermone quidem lepidiſſimo, ſed tam aperto, vt explanatione non egeat.

*a.l. numē

* a.l. hinc eſt: q raro

Quid mihi, quòd lato nō ſeparor æquore, prodeſt?
Non minus hæc nobis tam breuis obſtat aqua.
Num malim, dubito, toto procul orbe remotus
Cum domina longe ſpem quoq; habere meam.
Quo propius nunc eſt, flamma propiore caleſco:
Et res non ſemper, ſpes mihi ſemper adeſt.
Penè manu, quod amo, tanta eſt uicinia, tango:
Sæpe ſed (heu) lachrymas hoc mihi penè mouet.
Velle quid eſt aliud fugientia prendere poma?
Spemq; ſuo refugi fluminis ore ſequi?
Ergo ego te nunquā, niſi cum uolet unda, tenebo?
Et me felicem nulla uidebit hyems?
Cumq; minus firmum nil ſit, quàm uētus, & unda:
In uentis, & aqua ſpes mea ſemper erit?
Aeſtus adhuc tamen eſt: quid, cū mihi lęſerit ęquor,
Pleias, * & Arctophylax, oleniumq; pecus?
Aut ego non noui, quàm ſim temerarius: aut me
In freta non cautus tunc quoq; mittet amor.
Neue putes id me, quod abeſt, promittere tempus:
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor:
Ire per inuitas experiemur aquas.

* Pleiades ortu, & occaſu tēpeſtates faciunt: ſunt autem ſtelle, quæ Taurū pſiciūt præter caput, gręce πλειάδες latine Vergilie. arctophylax ſtella tēpeſtuoſa, q̄ ⁊ Boo tes dī, latine bubulcus, eo ꝙ more Bubulci plauſtrū ſequat.

## HVBERTINVS.

A ¶QVID Mihi) dicit, ꝙ non prodeſt, ꝙ iſtud mare Helleſpontiacum ſit tam ſtrictum: quia tam breuis maris aqua, nō minus ei obſtat, q̃; ſi eſſet mare latiſſimum. ¶Obſtat) affert impedimentum. ¶Num malim) an potius velim? ¶Remotus) ſeparatus. ¶Habere ſpem meam longe cum domina) ideſt dubito, an velim eſſe longe ab amica mea: & habere etiam ſpem meam longe cum ea, quia patientius ferrem: ſi non poſſem ad eam venire. ¶Propior) propinquior: ſcilicet amica eſt. ¶Caleſco) ardeo. ¶Flamma) igne, amore. Teren. Accede ad ignem hunc, & caleſces plus ſatis. ¶Res) cauſa amoris ideſt ipſa amica. ¶Non ſemper) ſubaudi adeſt. ¶Penè) ferè. ¶Tango manu) prouerbialiter dixit. ¶Tanta eſt vicinia) tāta eſt proximitas inter nos. ¶Hoc) ita eſſe propinquos: & non poſſe ſimul eſſe. ¶Mouet lachry.) facit me flere. ¶Velle B quid eſt aliud) cōparat ſe Tantalo: qui in mediis aquis apud inferos ſemper ſitit: neq; poteſt bibere: & habet poma ad os, ⁊ non poteſt ea comedere, aut ore contingere. ¶Quid eſt aliud) quaſi dicat, nihil: niſi quod mihi accidit: qui propinquus amicæ meæ, ea tamē careo. ¶Fugientia) ab ore diſcedentia ¶Sequi ſpem fluminis refugi) ideſt ſequi ſpem aquæ fugientis. Horatius in primo Sermonum: Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina. diximus hanc fabulam in Epiſtola Paridis. ¶Ergo) cum indignatione, & dolore pronunciandum eſt. ¶Niſi cum volet) quaſi dicat, ſtabo ad arbitrium maris: ⁊ non videbo te: niſi cum mare volet me permittere? ¶Nulla hyems) nulla tēpeſtas, ⁊ turbatio maris ¶Videbit me felicem) videbit me cum amica mea. ¶Cumq; minus firmum nil ſit) ideſt ſpes mea erit in rebus leuiſſimis: hoc eſt in vento, & aqua: quibus dicit nihil eſſe infirmius. ¶Adhuc) hactenus. ¶Quid erit) quaſi dicat, multo maior tempeſtas. ¶Cum læſerit) perturbauerit: & C commouerit. ¶Pleias) aut ſingularem pro plurali poſuit: ideſt pleiades: quod ſignum eſt ante genua Tauri: quod ortu ſuo primæ nauigationis tempus oſtendit, vnde dictæ ſunt à πλέω, ideſt nauigo: aut (quod magis placet) Steropes, vnius ex Pleiadibus ſtellam intellexit: quæ ortu ſuo tempeſtatem inducit. Ouidius libro primo Triſtium: Sæpe ego nimboſis dubius iactabar in hœdis: Sæpe minax Steropes ſydere pontus erat. Sed non ſolum huius loci, ſed & aliorum cauſa dicendum eſt aliquid de Pleiadibus. Sunt enim quæ Atlantides dicuntur filiæ Atlantis, & Pleiones in cœlum tranſlatæ, quæ quidem faciunt ſignum, vt voluit Seruius, ante genua Tauri: quæ licet ſeptem fuiſſe dicantur, tamen (vt ſcribit Ouidius libro quarto Faſtorum) ſex tantum apparent. dicit enim Pleiades incipient humeros releuare paternos: Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent. Vna appellata eſt Alcyone, amata à Neptuno: vt in Epiſtola ſequenti videbimus: ex qua Neptunus genuit Lycaona, & Hyrieum patrem Orionis. Taygeta vero ex Ioue peperit Lacedæmona, à quo Lacedæmon vrbs dicta eſt. ex Tantalo peperit Nioben: quæ nupſit Amphioni regi Thebarum: Maia etiam à Ioue compreſſa genuit Mercurium: Electra ex eodem Ioue genuit Dardanum. Ouidius libro quarto Faſtorum: Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum? Scilicet Electram concubuiſſe Ioui? Sterope ex Marte genuit D Oenomaum patrem Hippodamiæ. Celæno à Neptuno amata eſt, vt etiam in ſequenti Epiſtola patebit, ex qua genuit Nycteum, qui cum Nyctimene filia commiſtus eſt. Merope ſola cum mortali concubuit: Nam ex Siſypho genuit Glaucum patrem Bellerophontis. Ouidius: Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit, Pœnitet, & facti ſola pudore latet. de Pleiadibus hæc nunc ſufficiant. Pleias autē hic intelligitur, vt diximus, ſydus Steropes tempeſtuoſum. ¶Arctophylax) ſtella eſt, quæ & Bootes dicitur, ideſt bubulcus, quæ ⁊ tempeſtuoſa eſt: latine poteſt dici cuſtos vrſæ. ¶Oleniumq; pecus) ſcribit Stra. Aegas duas eſſe: vnam in Euboea: Alteram in Achaia: diciq; & Aegam, & Aegas: in quo loco Iouem à capra lactis alimenta ſuſcepiſſe ſcribit. prope eſt Olene, vnde Oleniam capellam dixere. Olenium igitur pecus poſſumus intelligere, vel ſolum ſydus capræ, quod eſt E pluuiale: vt Ouidius libro tertio Metamorpho. Addidici regimen dextra moderante carinæ Flectere: & Oleniæ ſydus pluuiale capellę: vel certe ſydus, & capellæ, & hœdorum ſuorum: nam ob beneficium alimenti à Ioue in cœlum cum hœdis ſuis tranſlata eſt: ex q̄bus factū ſydus, quod nubes, pluuias, & tempeſtates inducit: quod Virgilius oſtendit libro primo Georgicorū: Præterea tam ſunt Arcturi ſydera nobis, Hœdorumq; dies ſeruandi, &c. Manlius aſtronomicus libro primo. Hunc ſubeunt hœdi claudentes ſydere pontum Nubibus, & mundi nutrito rege capella: dicit igitur Leander: ſi nunc ita turbatur mare: quid erit, cum acceſſerint etiam ſydera, quæ natura ſua inducunt tempeſtates? ¶Aut non noui, quàm ſim temerarius) aut non noui temeritatem meam. ¶Aut amor non cautus) qui facit hominem incautum. ¶Tunc) cum ſupradicta ſydera commouebunt mare. ¶Quòd abeſt) quod eſt remotum. ¶Pignora) probationes: certa ſigna. ¶Polliciti) promiſſionis meæ. ¶Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor) ideſt ſi aliquot noctibus duret hæc tempeſtas, F ego experiar venire inuitis aquis.

## ASCENSIVS.

¶QVID Mihi) Ordo eſt. Quid mihi prodeſt, quòd ſeparor non lato, ſed anguſto æquore? quaſi diceret, nihil: quia non minus, & cæt. ¶Num malim) Ordo eſt. ¶Num) ideſt nunquid. ¶Dubito) quaſi dicat, nequaquam dubito: an ſupple, ¶Malim) ideſt magis velim. ¶Longe) ideſt multo: non eſt ergo legendum malum. ¶Remotus) ideſt exiſtens remotus procul toto orbe. ¶Habere etiam ſpem meam cum domina) ſupple mea, ideſt ſpem ſimul cum re. Nam ſpes ſemper illi adhuc præſto eſt: domina non ſemper. ¶Fugientia prendere poma) more Tantali. ¶Refugi) genitiui caſus eſt à nominatiuo refugus, refuga, refugum: & dicitur refugum, quod ſæpe fugit: vt flumen illud, quoties appetitur. vnde in primo Sermonum Horatius: Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina &c.

Aut mihi continget felix audacia ſaluo:
Aut mors ſolliciti finis amoris erit.
Optabo tamen,ut partes expellar in illas:
Et teneant portus naufraga membra tuos.
Flebis enim,tactuq; meum dignabere corpus:
Et mortis dices,huic ego cauſa fui.
Scilicet interitus offenderis omine noſtri:
Literaq; inuiſa eſt hac mea parte tibi.
Deſine parte queri:ſed ut & mare finiat iram:
Accedant quæſo fac tua uota meis.
Pace breui nobis opus eſt:dum transferor iſtuc: *
Cum tua contigero littora:perſtet hyems.
Iſtic eſt aptum noſtræ nauale carinæ:
Et melius nulla ſtat mea puppis aqua.
Illic me claudat Boreas,ubi dulce morari eſt:
Tunc piger ad nandum,tunc ego cautus ero.
Nec faciam ſurdis conuitia fluctibus ulla:
Triſte nataturo nec querar eſſe fretum.
Me pariter uenti teneant,teneriq; lacerti:
Per cauſas iſtic impediarq; duas.
Cum patietur hyems:remis ego corporis utar:
Lumen in aſpectu tu modo ſemper habe.
Interea pro me pernoctet epiſtola tecum:
Quam precor ut minima perſequar ipſe mora.

A HVBER. ℭ AVT Mihi) facit argumentum, quod dicitur Dilema. quod vtrinq; concludit, & probat eſſe eundum. ☞ Audacia felix) cui fortuna, & dii fauebunt. ☞ Saluo) incolumi. ☞ Aut) alia pars: aut, ſi moriar, mors finiet ſolicitudines, & moleſtias mei amoris. ☞ Expellar) à fluctibus proiiciar. ☞ Illas) vbi tu eris. ☞ Naufraga membra) ideſt ego naufragus, & ſubmerſus. ☞ Dignabere tactu) ideſt dignabere tangere. ☞ Cauſa) quia propter amorem meum auſus eſt tam turbidum mare ingredi. ☞ Scilicet) fingit Leander amicam ſuam non audire libenter malum omen de eius morte. ☞ Interitus) mortis ☞ Accedant meis votis) ideſt adiungantur: vt tu facias vota, ſicut ego. ☞ Pace) tranquillitate maris. ☞ Breui) parui temporis. ☞ Perſtet) perſeueret: cum ero apud te. ☞ Iſtic eſt) tranſlatio: ſicut naues bene ſunt: vbi habent portum: ita dicit ſe habere. ☞ Nauale aptũ ſuæ carinæ) ideſt amicam ſuã ſibi aptam. Nauale intelligit B amicam, Carinam vero ſeipſum, quia fungebatur officio carinæ. Tunc cum natabat. ☞ Cautus) quia non diſcedam à te: vt immittam me periculis. ☞ Nec faciam conuicia flucti.) ideſt non incuſabo fluctus. ☞ Surdis) non audientibus. ipſe ſupra. Surdior ille freto, &c. ☞ Triſte) aſperum: aduerſum. ☞ Nataturo) mihi. ☞ Per duas cauſas) per ventos, & lacertos tuos. ☞ Remis corporis) ideſt brachiis ad natandum vtar loco remorum. ☞ In aſpectu) in turri: vt poſſit à me aſpici. ☞ Pernoctet) vigilet. ☞ Ipſe) ego. ☞ Minima mora) breui tempore. D

ASCEN. ℭ ERGO Ego) Bona indignantis particula: vt, Ergo'ne ſupremis potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes? ☞ Cumq; minus firmum nil ſit, quàm ventus) Non eſt legendum nihil: ſed nil, vt monet metrum. ☞ In ventis) lege cum amara interrogatione, quæ vim negandi habet. ☞ Aut ego non noui, quàm ſim temerarius) vim amoris, & dementiam amantium exprimit: nam ſcientes, videnteſq; ſeſe in ſumma pericula mittunt. ☞ Optabo tamen) Moris eſt poetici id in præſagiis ponere, & prædictionibus, quod euenturum ſciunt: vnde Dido. Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena. ☞ Literaq; inuiſa eſt) ideſt Epiſtola. In oratione literæ dicuntur. ☞ Conuitia) à conuito, aut conuituperor: producit enim ſecundam, cum vitium primam corripiat. ☞ Perſequar minima mora) ideſt poſt minimam moram ad finem vſq; ſequar. Et eſt ſumma votorum, quam in fine ferè ponit Ouidius: aut cuius nomine ſcriptam dicit. E

* a.l. dum transfretor iſtuc.

# IN DECIMAMOCTAVAM EPISTOLAM

Argumentum Antonii Volſci.

C SESTON Vrbem Theopompus ſcribit fuiſſe paruam: ſed bene munitam: & quoniam anguſtiarum aditus principatum tenuit: vrbium, quæ in Cheronneſo ſunt, omnium optimam dixerunt: Cheronneſi promontorium eſt Maſtuſia: in cuius fronte Sigeum eſt Achiuorum ſtatio; illic Proteſilai delubrum, & Cynoſema: hoc eſt Hecubæ in canem verſæ ſepulchrum viſebatur: & præterea turris Seſto contigua: vbi Hero accenſas faces erigebat: quas ſecutus Leander enataret: ſed cum ob tempeſtatem dies aliquot natare ceſſaſſet: accepta illius Epiſtola reſpondet. deſidiam interdum accuſat: interdum amoris ſuſpicionem ingerit: demum ſuadet: vt non niſi tranquillo mari audeat enatare. F



IN XVIII. EPIST. ARG.

NON Satis conſtat,cuius ſit hæc Epiſtola cum præcedente, duabusq; ſequẽtibus.Nam nec quæ legitur Leandri ad Hero, nec quæ Herus ad Leandrũ, nec quæ Acontij ad Cydippen, nec quæ Cydippes ad Acontium ab Ouidio vnq̃; ſcriptas fuiſſe, aut à Sabino, ipſemet comprobat in ſecundo Elegiarum ſic ſcribens ad Marcum:

Et quod Penelopes verbis reddatur Vlyſſi
 Scribimus, & lachrymas Phylli relicta tuas.
Quod Paris, & Macharcus, & quod male gratus Iaſon,
 Hippolytiq; parens, Hippolytusq; legant:
Quodq; tenens ſtrictum Dido miſerabilis enſem
 Dictat, & Aoniæ Lesbis amica lyræ. &c.

Reliqua ſtudioſis illic legenda relinquimus: ſatis eſt admonuiſſe.Hero accepta Leandri epiſtola reſpondet,id agens,vt ſe ardenter redamare ſignificet, & ad mutuos amplexus amatorem aduocet.Deſidiam vero interdũ accuſat vt oſtendat,quàm ſyncero,& continuo amore ſemper amet. Aliquando in mare inuehitur.Nonnunquam timet,ne ob aliam fuerit deſtituta.Verum ſtatim amoris ſuſpicionem in amantium conſuetudinem, qui omnia timent, transferendo, coniecturam imminuit. Demum ſuadet vt non niſi tranquillo freto committat.

## HERO LEANDRO.

QVam mihi miſiſti uerbis Leandre ſaluté,
 Vt poſſim miſſam rebus habere: ueni.
Lõga mora eſt nobis oĩs,q̃ gaudia differt:
 Da ueniam faſſæ,non patienter,amo.
Vrimur igne pari:ſed ſum tibi uiribus impar:
 Fortius ingenium ſuſpicor eſſe uiris.
Vt corpus teneris,ſic mens infirma,puellis:
 Deficiam,parui temporis adde moram.
Vos modo uenando,modo rus geniale colendo,
 Ponitis in uaria tempora longa mora.
Aut fora uos retinent,aut unctæ dona paleſtræ:
 Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nunc uolucrem laqueo,nunc piſcem ducitis hamo:
 Diluitur poſito ſerior hora mero.
His mihi ſubmotis, * uel ſi minus acriter urar:
 Quod faciam,ſupereſt,præter amare,nihil.
Quod ſupereſt,facio:teq; ò mea ſola uoluptas
 Plus quoq;,quàm credi quod mihi poſſit,amo.
Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro:
 Quæq; tuum miror cauſa moretur iter.
Aut mare proſpiciens,odioſo concita uento
 Corripio uerbis æquora penè tuis.
Aut,ubi ſæuitiæ * paulum grauis unda remiſit:
 Poſſe quidem,ſed te nolle uenire,queror.
Dumq; queror: lachrymæ ꝑ amãtia lumina manãt:
 Pollice quas tremulo conſcia ſiccat anus.
Sæpe tui ſpecto ſi ſint in littore paſſus:
 Impoſitas tanquam ſeruet arena notas.

A IN XVIII. EPIST. Argumentũ Hubertini.

HERO Epiſtolæ Leandri reſpondens dicit ſe deteriori eſſe conditione, quàm ſit Leander: quia & ſi pares ſint amore, multis tamen de cauſis ipſa minus poteſt amori reſiſtere: & oſtendit, q̃; ſyncero, & continuo amore eum amet: cum dicit ſe cupidam, vt Leander ad ſe veniat: hortatur tamen, vt diligenter aduertat: ne ſe periculis obiiciat: ne ſi moriatur, ſit etiam cauſa mortis ipſius. dicit autem ſe maxime terreri viſo quodam, quod ei in ſomniis apparuit de morte cuiuſdam Delphini arenæ illiſi, & ſtatim B mortui.

HVBER. REBVS) effectu. ⸿Ois mora) quælibet tardatio temporis etiam breuis. ⸿Eſt longa) propter affectum tui. Virgilius in Bucolicis: Si mihi non hæc lux toto iam longior anno. Horatius: Vt nox longa, quibus mentitur amica. ⸿Faſſæ) mihi confitenti amorem meum. ⸿Viribus) robore animi ad reſiſtendum amori. ⸿Ingenium) naturam ⸿Vt corpus) ſcientia phyſica: dicit eniʒ ex imbecillitate corporis imbecillitatem quoque animi fieri. ⸿Deficiam) conſumar. ⸿Vos) ſcilicet viri. C ⸿Ponitis tempora longa in varia mora) ideſt præteritis tempus variis modis. ⸿Modo venando) nam exercitium eſt virile. ⸿Modo) interdum. ⸿Geniale) amœnum, plenum voluptatis: nam Genius deus eſt naturæ, cui voluptati operam dantes indulgere dicuntur. Perſius: Indulge Genio: carpamus dulcia. inde Genialis voluptuoſus dicitur. Virgilius: Inuitat genialis hyems. Iuuenalis: Genialis agatur iſta dies. ⸿Fora) actiones cauſarum, quæ in foro aguntur. ⸿Aut dona) munera, & exercitia. ⸿Paleſtræ) luctationis: ſunt autem hęc officia virilia. Iuuenalis: Nunquid nos agimus cauſas? ciuilia iura Nouimus? aut vllo ſtrepitu fora veſtra mouemus? Fora veſtra dixit, ideſt quæ vos viri D frequentare ſoletis. ⸿Flectitis aut freno colla) ideſt aut exercemini equitando. ⸿Fugacis) velocis, optime currentis. Iuuenalis: Cuius Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis. ⸿Ducitis) capitis. ⸿Diluitur) madeſcit: temperatur. ⸿Serior hora) ideſt ſerum tempus. ⸿Poſito mero) ideſt bibendo. ipſe in Arte: Cura fugit, multo diluiturq; mero. ⸿Semotis) remotis. ⸿Minus) non. ⸿Quod ſupereſt, facio) ideſt amo, quod ſolum reſtat mihi faciendum. ⸿Plus quoqʒ) ordo eſt. amo te, pluſquam id, quod poſſit credi mihi. ⸿Aut ego) dicit, quid agat interea, dum durat tempeſtas: aut enim loquitur de Leandro cum nutrice, aut in mare inuehitur, ſicut & Leander. ⸿Suſurro) immurmuro: & clam, demiſſeq; loquor. E ⸿Moretur) tardet. ⸿Corripio) incuſo. ⸿Pene tuis) quibus tu quoqʒ corripis. ⸿Remiſit) diminuit. ⸿Paulum ſæuitiæ) ideſt paulum perturbationis. ⸿Conſcia) quæ nouit amorem meum. ⸿Tremulo) propter ætatem anilem. ⸿Notas) ſigna: veſtigia pedum.

* a.l.ſemotis

* a.l.ſæuitiam

ASCEN. QVAM mihi miſiſti verbis Leandre ſaluteʒ) Hæc epiſtola reſponſiua Herus ad Leandrum etiam à Sabino dictata creditur: cuius ſubtilis quidem eſt compoſitio, ſed vſqʒ adeo facilis, vt pudeat quicquam ad tantam claritatem lucis adiicere. ⸿Longa mora) Ordo eſt. omnis mora, quæ differt nobis gaudia. F ⸿Eſt) ideſt videtur, & reputatur longam, quantumuis breuis ſit. ⸿Vos modo venando &c.) Artis eſt à ſexu argumentari, ne perſonam lædamus, & ideo pluraliter dicit. ⸿Vos) ſcilicet omnes viri. ⸿De more ponitis) ideſt tranſigitis. ⸿Modo) ideſt aliquando venando & cæte. ⸿Hora ſerior) ideſt tardior. ⸿Vel ſi) ideſt etiam ſi. ⸿Minus acriter vrar) ideſt licet non tam vehementer amem, quid aliud faciam, q̃; amem, cum aliud facere nequeam? ⸿Quod ſupereſt facio) ideſt amo.

Vtq; rogem de te,& ſcribam tibi:ſiquis Abydo
  Venerit:aut,quæro,ſiquis Abydon eat.
Quid referam,quoties do ueſtibus oſcula? quas tu
  Helleſpontiaca ponis iturus aqua?
Sic ubi lux acta eſt:& noctis amicior hora
  Exhibuit pulſa ſydera clara die:
Protinus in ſumma uigilantia lumina turre
  Ponimus,aſſuetæ ſigna,notamq; uiæ:
Tortaq; uerſato ducentes ſtamina fuſo,
  Fœminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tam longgo tempore,quæris?
  Nil,niſi Leandri nomen,in ore meo eſt.
Iam'ne putas exiſſe domo mea gaudia nutrix?
  An uigilant omnes?& timet ille ſuos? *
Iam'ne ſuas humeris illum deponere ueſtes?
  Tingere iam pingui pallade membra putas?
Annuit illa fore: * non noſtra quòd oſcula curet:
  Sed mouet obrepens somnus anile caput.
Poſtq; moræ minimum,iam certe nauigat,inquam:
  Lentaq; dimotis brachia iactat aquis.
Paucaq; cum tacta perfeci ſtamina terra:
  An medio poſſis,quærimus,eſſe freto.
Et modo proſpicimus:timida modò uoce p̄camur,
  Vt tibi det facilesutilis aura uias.
Auribus interdum uoces captamus:& omnem
  Aduentus ſtrepitum credimus eſſe tui.
Sic ubi deceptæ pars eſt mihi maxima noctis
  Acta:ſubit furtim lumina feſſa ſopor.
Forſitan inuitus,mecum tamen improbe dormis:
  Et,quamuis non uis ipſe uenire:uenis.
Nam modo te uideor propè iam ſpectare natantem:
  Brachia nunc humeris humida ferre meis:
Nunc dare, quæ ſoleo, madidis uelamina membris:
  Pectora nunc iuncto noſtra fouere ſinu.
Multaq; præterea lingua reticenda modeſta:
  Quæ feciſſe iuuat,facta referre pudet.
Me miſeram,breuis eſt hæc,& non uera uoluptas:
  Nam tu cum ſomno ſemper abire ſoles.
Firmius ò cupidi tandem coeamus amantes:
  Ne * careant uera gaudia noſtra fide.
Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes?
  Cur toties à me lente natator abes?

* a.l. & timet ille patrem?
* a.l. Annuit illa fere:
* a.l. Nec careant

A HVBER. ¶ROGEM) interrogem. ¶Ponis) pro deponis. exuebat enim ſe, cum erat nataturus, & relinquebat veſtes apud Hero: quas dicit ſe ſæpe oſculari propter amorem eius. ¶Lux) dies. ¶Acta) præterita ſic loquendo de te, & oſculando veſtes. ¶Hora noctis amicior) .i. gratior, vt ſupra alibi. Nox grata puellis, Quarum ſuppoſitus colla lacertus habet. ¶Exhibuit) oſtēdit. ¶Signa notaſq;) Ephexegeſis eſt: nam nota idem eſt, quod ſignum. legendũ eſt autem, ſigna, notaſq; viæ: non, ſignaq; nota viæ, vt quidā male legunt. ¶Torta ſtamina) fila, quæ nendo torquentur. ¶Fallimus) præterimus. Penelope. Nec mihi quærēti ſpacioſam fallere noctem. ¶Fœminea arte) nendo, quę ars fœminarum proprie eſt. ¶Quæris) .i. rogas, & vis ſcire. ¶Iam ne putas) verba Heroos ad nutricē: quibus interrogat, quid de Leandro putet. ¶Mea gaudia) meam voluptatē: ſcilicet Leandrum. ¶Omnes) eius domeſtici. ¶Timet ſuos) ne videant eum exeuntem domo. B ¶Deponere veſtes) exuere ſe: vt natet. ¶Tingere) vnguere. ¶Pallade pingui) .i. oliuo: poſuit autem inuentricē pro inuento. Nam Pallas inuentrix fuit oliuæ, vt Virgil. j. Georg. Oleæq; Minerua inuentrix. Nam cum Neptunus & Minerua (vt fabulæ ferunt) de imponendo nomine Athenis cōtenderent, placuit diis, vt eius nomine ciuitas appellaretur: qui munus melius mortalib⁹ obtuliſſet: Neptunus percuſſo littore equum animal bellis aptum produxit: Minerua iacta haſta oliuam creauit, quæ res eſt melior comprobata, & pacis inſigne: vnde Athenas à nomine ſuo dixit: nam ipſa græce Athena dicitur. C ¶Annuit) nutu, & motu capitis ſignificauit ita eſſe: vt petiueram. ¶Ferè) temperamentum .i. ferè annuit, & nutu affirmauit: quod interrogaui: melius autem ferè, quā fore, legitur: & ratione metri, & ratione ſenſus: nam fore ſemper ſignificat tempus futurum. ¶Noſtra oſcula) noſtram voluptatem. ¶Obrepens) latenter adueniens. Cic. in Cato. maiore, de ſenectute: eā obrepere aiũt, citi⁹ q̄; putaſſent. ¶Mouet caput anile) facit eam annuere. dormientes enim, aut iam declinantes ad ſomnum: ita ſolent mouere caput, vt videantur annuere loquentibus cum eis. ¶Poſt minimum moræ) .i. poſt minimum ſpacium, poſtq̄; ſupradicta dixi. ¶Terra tacta) .i. ſtamina ita longa: vt fuſus tangat terram. ¶Captamus voces) .i. auſcultamus, an aliquam vocem audiamus. ¶Strepitum) ſonitum. ¶Vbi) poſtq̄;. ¶Maxima pars noctis eſt acta) .i. præterita ſic cogitando, & interrogando de te. ¶Furtim) latenter. ¶Subit) ingreditur. ¶Lumina feſſa) oculos meos fatigatos nimium in vigilando. D ¶Dormis mecum) ſcilicet & in ſomnis, vel cogitatione. ¶Improbe) contumelia eſt apta amantibus. ¶Venis) quia ſomnio te venire. ¶Videor) ſcilicet mihi, exiſtimo. ¶Velamina) veſtes. ¶Membris madidis) tuo corpori madido: ſic enim ipſe Leander dixit: Deq; tuis demptos humeris mihi tradis amictus. ¶Nunc) interdum. ¶Fouere) calefacere. ¶Noſtra pectora) vt ipſe. Excipis amplexu. ¶Reticēda modeſta) nó dicenda: vt ipſe etiā Leander. Cætera nox, & nos, & turris conſcia nouit. ¶Pudet referre facta) .i. pudet me dicere ea eē facta à nobis: quæ tamen iuuat feciſſe: & bene oſtendit, multa inter amantis fieri: quæ honeſte referri non poſſunt. ¶Hæc voluptas) ſomnii: ¶Et breuis eſt) quia cito abit: ¶Et non vera) quia deludit me. ſomnia enim imitãtur voluptates, ſed parum durant. Biblis apud Ouid. lib. ix. Met. Gaudia quanta tuli: q̄; me manifeſta libido Contigit: vt iacui totis reſoluta medullis. Vt meminiſſe iuuat: q̄;uis breuis illa voluptas: Noxq; fuit præceps, & cœptis inuida noſtris. E ¶O) .i. vtinam. ¶Coeamus) cóiungamur. ¶Firmius) q̄; per ſomnium. ¶Vera fide) vero effectu .i. vt poſſint credi vera. ¶Frigida) ſola. vt Penelope. Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto. ¶Lente) tarde. ¶Abes) es abſens, & remotus.

ASCEN. ¶QVID Referam quoties do veſtibus oſcula? &c.) Tota epiſtola id agit, vt ſe ardenter redamare ſignificet, & ad mutuos complexus amatorem citius aduocet. ¶Noctis amicior) taceant ergo, inepti, q ab amico amicitior/ ci/ geminato deduci pręcipiunt. F ¶Quid loquar interea &c.) ſubaudi, ſi: vt ſit, ſi, quæris qd ſit, quod loquar interea tam longo tēpore. ¶Nil niſi Leandri nomen in ore meo eſt) .i. nil loquor, niſi de te, dicendo ſcilicet, Iam ne putas &c. ¶Annuit illa fore) .i. nutu capitis ſignificat futurum, non q̄ curet noſtra oſcula, ſed quia ſub. ¶Somnus obrepens mouet caput ſenile) .i. anile. ¶Poſtq; moræ minimum) ideſt immediate poſt. ¶Paucaq; cũ tacta) quia nendo, vt filum longum producant: fuſum in terram vſq; demittunt: texendo autem pedibus terram cōtingunt: vtroq; autem modo intelligi poteſt: Priori, accipiendo ſtamina pro filis in fuſo ad ſtamina conficienda. ¶Forſitan inuitus mecum tamen improbe dormis) Improbus enim eſſet, & immitis, hoc eſt, ſi nollet amari: nam dormit cum ea per phantaſiam. ¶Coeamus) ideſt conueniamus, congrediamur. nam de coitu venereo inhoneſtum eſſet, & indecorum puellæ loqui. ¶Viduas noctes) .i. quæ me faciunt viduam, i. ſine amico, ſeu dilecto meo.

Eſt mare (confiteor) nondum tractabile nanti,
  Nocte ſed heſterna lenior aura fuit.
Cur ea præterita eſt, cur non uentura timebas?
  Tam bona cur periit, nec tibi capta uia eſt?
Protinus ut ſimilis detur tibi copia curſus,
  Hoc melior certe, quò prior, illa fuit.
At cito mutata eſt iactati forma profundi:
  Tempore, cum properas, ſæpe minore uenis.
Hic puto deprenſus, nil, quod querereris, haberes,
  Meq; tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certe ego tunc uentos audirem læta ſonanteis:
  Et nunquam placidas eſſe precarer aquas.
Quid tamen euenit: cur ſis metuentior undæ?
  Contemptumq; prius, nunc uereare fretum?
Nam memini, cum te ſæuum ueniente, minaxq;
  Non minus, aut multo non minus, æquor erat.
Cum tibi clamabam: * ſic tu temerarius eſto,
  Ne miſeræ uirtus ſit tua flenda mihi.
Vnde nouus timor hic? quoue * illa audacia fugit?
  Magnus ubi eſt ſpretis ille natator aquis?
Sis tamē hoc potius: quàm quod prius eſſe ſolebas:
  Et facias placidum per mare tutus iter:
Dum modo ſis idem: dum ſic, ut ſcribis, amemur:
  Flammaq; non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tam uentos timeo mea uota morantes:
  Quàm ſimilis uento ne tuus erret amor.
Et ne ſim tanti: ſuperentq; pericula cauſam:
  Et uidear merces eſſe labore minor.
Interdum metuo, patria ne lædar: & impar
  Dicar Abydeno Seſta puella uiro. *
Ferre tamen poſſum patientius omnia, quàm ſi
  Otia neſcio qua pellice captus agas.
In tua ſi ueniant alieni colla lacerti:
  Sitq; nouus noſtri finis amoris amor.

A HVBER. ¶ EST MARE) ponit reſponſionem, quam poſſet facere Leander: & quam iam fecit. Tractabile) aſperum, inacceſſibile. Heſterna) herina. Lenior) mitior, q̄; nunc. Ea) aura lenis. Cur eſt præterita) cur omiſſa? quare non ea vſus es? vel Ea) ſcilicet nox in qua fuit aura lenior. Ventura) tempora: quia poſſet dicere: expectabam etiam meliora tempora: dicit, quòd timere debuiſſet, ne peiora venirent. Via) cōmoditas vię. Cur periit) cur omiſſa eſt? Vt) quamuis. Copia) facultas. Similis curſus) ſimilis natationis. Detur) cōtingat tibi. Illa) cōmoditas præterita. Fuit) hoc) .i. tanto, vel eò melior. Quò fuit prior) .i. quò antecedebat: nam celeritatis voluptatum magna eſt gratia. At cito) alia obiectio. paruȝ (inquis) durauit illa lenitas auræ, & maris, quæ fuit nocte præterita, & cito mutata eſt. Tempore) reſpōſio Heroos ad hanc obiectionem: dicit,
B cum tu vis cito venire, ſæpe venis breuiori tēpore, q̄; fuit illud: ita q̄ potuiſſes venire
* a. l. non per id ſpacium: quo durauit illa tranquillitas. Deprehenſus) tempeſtate detentus, ne
* a. l. quoq; poſſes redire: nam deprehendi proprie dicuntur nautæ tempeſtate impediti. Virgil. in v. Aenei. Hunc ego Getulis agerem ſi Syrtibus exul, Argolicoue mari deprenſus, & vrbe Mycenæ. Noceret) diſpliceret, eſſet ingrata tibi. Tum) cum eſſes hic mecum. Sonantes) ſtridentes, murmurantes. Aquas) maris. Nunq̄; eſſe placidas) nunq̄; eſſe tranquillas: vt nunq̄; poſſes à me
* a. l. toro diſcedere. Quid tamen) ſuſpicatur Hero, ne Leander metuerit natare: quia aut minus eam amet, aut alii amori forC taſſe indulgeat. Vndæ) maris. Contemptum) à te non formidatum. Iuuen. Contempſit pelagus. Prius) ante, cuȝ ad me ſæpe nataſti. Naȝ memini) dicit eum nataſſe aliàs ad ſe, cum mare non erat multo minus turbatum, q̄; nunc. ordo eſt. Nam memini, cum te Veniente) .i. natante ad me. Aequor erat non minus ſæuum, & minax) ſcilicet q̄; nunc. Aut non multo) correctio eſt, exornatio rhetorica .i. ſi erat minus ſæuum, non erat multo minus. Sic temerarius) ſic audax. Tua virtus) tua animoſitas. Vnde) ex qua cauſa. Nouus) inſolitus. Quoq;) duæ dictiones ſunt. i. & quò. Fugit illa audacia) quam antea habebas. Ille natator) ille Leander, qui non timebat maris pericula. Sis tamen hoc) ſcilicet timidus. Quàm quod ſolebas eſſe) ſcilicet audax. Placidum) tranquillum. Dummodo ſis idem) dūmodo perſeueres in amore noſtro, & ſis idem amator meus, qui ſolebas eſſe. Illa flamma) ille ignis tui amoris. Non fiat frigidus cinis) non extinguatur, & eſt tranſlatio ab igni, qui extinctus fit cinis. Morantes) tardantes. Mea vota) meum deſiderium aduentus tui. Similis vento) inconſtans. Erret) vagetur, & à me ad aliam tranſeat. Ne nunc ſim tanti) ſic legendum eſt, i. timeo, ne nunc me tanti nō æſti-
D mes: vt putes per tanta pericula ad me veniendum, ꝛ ne Pericula ſuperent cauſam) .i. pluris facias pericula, q̄; me: quæ ſuȝ cauſa periculorum: & ne Videar eſſe merces minor labore) .i. præmium minus, q̄; ſit labor tuus. i. vt non videar tibi ſatis digna: quam tanto labore natandi petas. Ne lædat patria) .i. ne noceat mihi imparitas patriæ. Ne ego Seſta) .i. ex Seſto. Dicar impar) inæqualis. Viro Abydeno) .i. tibi, qui es ex Abydo: quæ eſt clarior mea Seſto. Omnia) quæ te morantur. Patientius) melius. Quàm ſi tu captus, neſcio qua) .i. aliqua. Pellice) concubina. Agas ocia) .i. moreris, & ceſſes. In tua) ſubaudi q̄;, Si alieni lacerti) .i. alius mulieris. Veniant in tua colla) te amplectantur. Nouus amor) alius puellæ. Sit finis noſtri) .i. expellat noſtrum .i. ne incipiens aliam amare, me omittas.

ASCEN. E ¶ EST MARE) confiteor. Quia id in omni ferè amore, vitium eſt, vt ſuſpiciones, & ȝelotypiæ ſeſe intermiſceant, facit poeta etiam hanc ȝelotypiam, quaſi vero nouo amore captus immoretur. Cur ea præterita) ſcilicet aura lenior. Cur non ventura timebas) .i. ea, quæ euenire poterant. Protinus vt ſimilis detur tibi copia curſus) ideſt ponamus caſum, vt copia ſimilis curſus detur tibi protinus, Certe illa) ſcilicet via, & aura oblata. Hoc) ideſt hac re: aut tanto fuit melior, quò prior. duplex argumentatio, prior ex eo, q̄ datam occaſionem ſuſcipere debemus, neſcii, an ſimilis vnquam dabitur. Vnde eſt illud: Fronte capillata poſt hęc occaſio calua eſt. Et illud Lucani: Tolle moras, nocuit ſemper differre paraF tis. Altera) quia tametſi ſimilis occaſio redeat, tamē prior, eo q̄ prior, melior eſt. Nam ſicut in malis, ſi euitari nequeunt, non nihil boni eſt, ſi differri poſſunt: ita in bonis nō nihil mali eſt, tametſi certo futura ſunt, ſi differantē. Nil quod querereris) ita legendum eſt, a quererer querereris, &c. Vt ſis metuentior vndæ) genitiuus eſt rectus virtute poſitiui. Nam ſicut dicimus ſum metuēs vndæ, ita dicimus, ſum metuentior vndæ: & metuentiſſimus vndæ. Non minus, aut multo) ordo eſt. Aequor erat non minus ſæuum, & minax, aut non multo minus ſæuum, & minax. Quoq; illa audacia fugit?) Quoqȝ duæ ſunt partes, & ita/quo/producitur: ſignificans, & quò: fugit autem præteriti eſt temporis, ꝛ ideo prior quoqȝ producitur. Ille natator) quaſi diceret, notiſſimus, ꝛ laudatiſſimus, aut audaciſſimus. Flammaq;) .i. ꝛ illa flagrantiſſima amoris flamma. Non fiat cinis frigidus) .i. non reſoluatur in frigidum cinerem, hoc eſt in torporem, aut obliuionem. Et ne ſim tanti) Ordo eſt. Et ego nō timeo tam ventos, quàm ne ſim tanti, ideſt quantum timeo, quòd non reputabor tanti, & quòd pericula ſuperent cauſam, ideſt maiora videantur, quàm cauſa, hoc eſt, quàm ego, pro qua ea debeas ſubire.

Ah potius peream: quàm crimine uulnerer iſto:
  Fataq; ſint culpa noſtra priora tua.
Nec, quia uenturi dederis mihi ſigna doloris:
  Hæc loquor: aut fama ſollicitata noua.
Omnia ſed uereor (quis enim ſecurus amauit?)
  Cogit & abſentes plura timere locus.
Felices illas, ſua quas præſentia noſſe
  Crimina uera iuuat: falſa timere uetat.
Nos tam uana mouet, quàm facta iniuria fallit:
  Incitat & morſus error uterq; pares.
O' utinam uenias, aut hic uentus ſıt, pater ue,
  Cauſaq; ſit tantæ fœmina nulla moræ.
Quòd ſi quam ſciero: moriar (mihi crede) dolendo:
  Iandudum peccas, ſi mea fata petis.
Sed neq; peccabis: fruſtraq; ego terreor iſtis:
  Quoq; minus uenias, inuida pugnet hyems.
Me miſeram, quanto planguntur littora fluctu:
  Et latet obſcura condita nube dies.
Forſitan ad pontum * mater pia uenerit Helles: *a.l. portū
  Merſaq; roratis nata fleatur aquis.
Aut mare ab inuiſo priuignæ nomine dictum
  Vexat in aquoream uerſa nouerca deam.
Non fauet, ut nunc eſt, teneris locus iſte puellis:
  Hac Helle periit: hac ego lædor aqua.
At tibi flammarum memori Neptune tuarum
  Nullus erat uentis impediendus amor:
Si neq; Amymone, nec laudatiſſima forma
  Criminis eſt Tyro fabula uana tui,
Lucidaq; Alcyone, Ceyceq;, & Antone * nata, * a.l. Alymone
  Et nondum nexis angue Meduſa comis,

A HVBER. ¶ VVLNERER) lædar, & accipiam dolorem. tranſlatio eſt: nam vulnus pro dolore ponitur. Virg. Seruans ſub pectore vulnus. ¶ Iſto crimine) iſta tua culpa. ¶ Fata noſtra). i. noſtra mors. ¶ Sint priora tua culpa). i. antecedat culpam tuam. i. vtinam moriar prius, q̄ hoc facias. ¶ Nec quia) dicit ſe hæc dicere: non quia aliquid de eo intellexerit, ſed propter amorē. ¶ Aut ſollicitata). i. incitata. ¶ Noua fama) nouo nuncio, ꝙ ames aliam. ¶ Securus) ſine cura, & timore: nam, Res eſt ſolliciti plena timoris amor. ¶ Locus) remotus. ¶ Felices) dicit felices illas eſſe, quæ ſunt in eodem loco, vbi ſunt amatores ſui. ¶ Sua præſentia iuuat) adiuuat. ¶ Noſſe vera crimina). i. cognoſcere veraſ culpam ſuorum amatorum. ¶ Et vetat) ſcilicet ſua præſentia. ¶ Timere falſa) quia quæ ſunt pręſentes, non timent falſa crimina ſuorum amatorū: vidēt enim quotidie, quid agant. ¶ Nos) dicit ſe ita timere, qđ fortaſſe non facit Leander. B ¶ Iniuria falſa) nō vera. ¶ Taſ mouet) tam ſolicitat me, ⁊ turbat. ¶ Quàſ facta fallit) q̄ ea, q̄ feciſti, ignoratur à nobis. ¶ Vterq; error) ignorātię, aut falſę, aut verę iniurię. ¶ Pares mor.) pares curas, ⁊ cruciatus animo meo. ¶ Hic ven.) q hoc mouet mare. ¶ Aut pr̄) tuus. ¶ Sit cauſa) quare non venias. ¶ Quòd ſi quam). ſ. aliquam mulierē eſſe cām tuæ moræ. ¶ Moriar dolendo) moriar dolore. ¶ Iandudum) valde. Teren. Iandudum illa te amat: vel iandudum, Iandiu, ex quo deſinis ad me natare. ¶ Petis) quæris. ¶ Mea fata) meaſ mortem. ¶ Sed neq; peccabis) dicit ſperare eum permanſurum in amore: tardareq; propter C tempeſtatem maris. ¶ Me miſeram) narrat q̄ turbida ſit tempeſtas. ¶ Planguntur) percutiuntur. ¶ Dies) lux. ¶ Latet condita nube) Virg. Eripiunt ſubito nubes cœlumq;, diemq; Teucrorum ex oculis. ¶ Forſitan) dicit hanc tempeſtatem, forſitan motam eſſe à Nephele matre Helles: quæ venerit ad mare, & fleat filiam ſuam. ¶ Mater Helles) Nephele, vt dictum eſt in Epiſtola Hipſiphyles ad Iaſonem. ¶ Nata) Helle. ¶ Fleatur) pro fleatur. ¶ Aquis roratis). i. effuſis: alluſit autem ad fabulam: quia Nephele dicitur eſſe mutata in nubem: quæ effundit pluuias. ¶ Aut) alia cauſa: quòd Ino conuerſa in Deam maris nomine Leucothoen (vt ſupra dictum eſt) fortaſſe turbauit mare: quod odit: quia nominatur à nomine priuignæ Helles. ¶ Priuignæ) filiæ mariti ſui ex priore vxore. ¶ Nouerca) Ino. ¶ Iſte locus) hic Helleſpontus, ¶ Vt nunc eſt) ideſt ita tumidus, vt nunc eſt. ¶ Non fauet puellis) non eſt puellis bonus. ¶ Hac Helle periit) probat, quod non faueat puellis: quia prius nocuit Helle: nunc autem nocet ſibi. ¶ At tibi) conuertit ſermonem ad Neptunuſ dicens, ꝙ ipſe memor amorum ſuorum, non deberet nunc aduerſari amantibus, & ventis impedire iter Leandro. ¶ Flammarum) amorum. ¶ Si neq;) cōmemorat multas puellas amatas à Neptuno. ¶ Si) pro ſiquideſ. ¶ Neq; Amymone eſt vana fabula). i. falſa fama. ¶ Tui criminis) tui amoris, & concubitus. Amymone vna fuit ex filiabus Danai fratris Aegypti, quā cuſ pater eius aquatum miſiſſet, ⁊ Satyrus viſam inſequeretur: illa D auxilium Neptuni implorauit: qui fugato Satyro eam cōpreſſit: ex qua genuit Nauplium patrem Palamedis. ¶ Nec Tyro) formoſiſſima fuit puella filia Salmonei: qui in Elide imperauit: & quem Virg. in. vi. Aene. à Ioue fulminatū dicit, quæ Enipeum fluuium: qui Alpheum ingreditur, vehementer amauit: vt poeta ait. Illa nimis flagrans dilexit Enipea diuū: hęc poſtea à Neptuno mutato in formaſ ipſius Enipei cōpreſſa eſt: ex q̄ genuit Neleū prēſ Neſtoris: ⁊ Peliā, q regnauit in Theſſalia: vn̄ Proper. Non ſic Hęmonio Salmonida miſtus Enipeo Tęnari⁹ facili preſſit amore de⁹. hęc poſtea nupſit Erichtheo filio Aeoli: ex quo filios procreauit. ¶ Alcyone) hæc non fuit filia Aeoli: de qua in pręcedenti Epiſt. dictuſ eſt: ſed, vt alibi diximus, vna ex Pleiadibus filia Atlantis: ex qua Neptunus genuit Lycaona, & Hyrieum patreſ Orionis: licet de procreatione Orionis Ser. aliter dicat. ¶ Lucida) quia in ſtellā conuerſa eſt. ¶ Ceyce, ⁊ An E tone nata) quæ puellæ hæ fuerint: fateor me nondū potuiſſe percipere: nam textus apud alios habet Ceyne, apud alios Ceyce: ⁊ Antonoe: apud alios Auenone: apud alios Euemone: ita vt difficile ſit iudicare verum. Euemonem quidē ſcribit Stra. filium fuiſſe Ormeni fratrem Amyntoris, & ex Euemone natum Euripylum: ſed eius filiam vitiatam à Neptuno non memini legere: neqſ Ouid. mentionem facit lib. vi. Met. vbi multas amicas Neptuni cōmemorat: videtur tamē fuiſſe eius filia, quā nunc à Neptuno amatā dicit. Ceyne vero non viri, ſed puellæ nomē eſt. ¶ Et nondū ne.) ⁊ Meduſa comis nōdū nexis. i. nōdū im F plicitis. ¶ Angue) ꝓ anguib⁹: ⁊ Meduſa nō fuit vana fabula tui criminis: cū nōdū haberet comas ſerpētinas. hæc aūt filia fuit Phorci, ex Ceto nympha: q̄ cū Euryalē, ⁊ Stheno ſorores pulchritudine ſuparet: Neptuno, ⁊ formæ, ⁊ ꝓcipue capilloꝝ ſpecie placuit, dū ſola in littore ſpaciaref, quā fugiētē inſecutus, tādē in tēplo Palladis deprehēdit, ⁊ cōpreſſit. Pallas indignata capillos eius, quoꝝ pulchritudine Neptuno placuerat, in ſerpētes ꝯuertit. reliq, q̄ de Meduſa dñr, vide apud Oui. li. vi. met.

ASCEN. ¶ F A T Aq;). i. ⁊ fata nr̄a. i. dies mortis meæ. ¶ Sint priora tua culpa). i. ꝓcedāt culpā tuā, qđ optādo dicit. ¶ Nec qa vē.) Amāter purgat, q̄ obiecerat: ne malā opinionē de Leādro ſuo ꝯcepiſſe credatᷓ. ¶ Quis. n. ſecurus amauit?) q̄ſi diceret, nemo: qa, Res eſt ſolliciti plena timoris amor. ¶ Quoq; mi.) ⁊ quo minus: hoc eſt, ⁊ vt nō venias. ¶ Hyems). i. tēpeſtas. ¶ Inuida) .ſ. amātibus. ¶ Pugnat). i. cōtēdit. ¶ Plāgunt). i. feriunt, ſeu ꝑcutiunt. ¶ Forſitā ad pō.) Sciſcitat cās turbationū, q̄ fiebāt i Helleſpōto: q̄s duplices īuenit, aut qa ¶ Mr̄ Helles). ſ. Nephele, cōcubina Athamātis, ⁊ nympha filiā plorās lachrymas ſuas in pluuiā ꝯuertit: aut qa ¶ Nouerca). ſ. Helles, hoc eſt Ino ꝯiux Athamātis ¶ Verſa in deam æquoreā). ſ. Matutā, aut Leucothoen. ¶ Vexat mare dictū à noīe priuignæ, ⁊ ita inuiſo). i. Helleſpontū dictū ab Helle in eo ſubmerſa. ¶ At tibi flāmarū) pulchre incuſat Neptunū, ꝙ q tot amoribus olim arſerit, in amātes mōſęuiat. Amicę aūt Neptuni ſatis explicanf ſupiori cōmētario.

Flauaq; Laodice, cœloq; recepta Celæno,
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certè, pluresq; canunt Neptune poetæ,
Molle latus lateri conſeruiſſe tuo.
Cur igitur toties uires expertus amoris,
Aſſuetum nobis turbine * claudis iter?
Parce ferox, latoq; mari tua prælia miſce,
Seducit terras hæc breuis unda duas.
Te decet, aut magnas magnum iactare carinas,
Aut etiam totis claſſibus eſſe trucem.
Turpe deo pelagi, iuuenem terrere natantem,
Gloriaq; eſt ſtagno quolibet iſta minor.
Nobilis ille quidem eſt, & clarus origine, ſed non
A' tibi ſuſpecto * duxit Vlyſſe genus.
Da ueniam, ſeruaq; duos: natat ille, ſed hiſdem
Corpus Leandri, ſpes mea, pendet aquis.
Interea lumen (poſito nam ſcribimus illo)
Stertuit, * & uobis proſpera ſigna dedit.
Ecce merum nutrix fauſtos inſtillat in ignes:
Cras erimus plures, inquit: & ipſa bibit.
Effice nos plures euicta per æquora lapſus, *
O' penitus toto corde recepte mihi.
In tua caſtra redi ſocii deſertor amoris:
Ponuntur medio * cur mea membra toro?
Quòd timeas, non eſt: auſo Venus ipſa fauebit:
Sternet & æquoreas æquore nata uias.
Ire libet medias ipſi mihi ſæpe per undas:
Sed ſolet hoc maribus tutius eſſe fretum:
Nam cur, hoc * uectis Phrixo, Phrixiq; ſorore,
Sola dedit uaſtis fœmina nomen aquis?
Forſitan ad reditum metuis ne robora deſint:
Aut nequeas gemini ferre laboris onus.
At nos diuerſi medium coeamus in æquor:
Obuiaq; in ſummis oſcula demus aquis:
Atq; ita quiſq; ſuas iterum redeamus ad urbes:
Exiguum, ſed plus, quàm nihil, illud erit.
Vel pudor hic utinam, qui nos clàm cogit amare:
Vel timidus famæ cedere uellet amor.

A
HVBER.

¶LAODICE) duæ fuerunt hoc nomine dictæ, vna filia Agamemnonis, & Clytæmneſtræ: altera filia Priami, de qua nunc puto poetam intelligere, quòd à Neptuno amata ſit. ¶Cœloq; recepta Celæno) Celæno hoc nomine appellata eſt vna ex Harpyis: ſed hæc, de qua nunc poeta loquitur, vna etiam fuit ex Pleiadibus, ex qua Neptunus, vt in præcedenti Epiſtola diximus, genuit Nycteum patrem Nyctimenes, quæ cum patre commiſta eſt. ¶Recepta cœlo) quia diximus has ſorores in cœlum tráſlatas ſydus effeciſſe: quod nauigationis initiū ortu ſuo oſtendere ſolet: has latini appellant Virgilias. ¶Et quarum) ſubaudi, & aliæ, quarum nomina memini eſſe lecta mihi: nam alias amauit Neptunus, & compreſſit: vt Libyam filiam Epaphi: ex qua genuit Buſyrim, & Peribœam nympham Eurymedontis filiam: ex qua genuit Nauſitheum patrem Alcinoi regis Phæacū: amauit etiam Thooſan Phorci filiam: ex qua Polyphemū genuiſſe dicitur: & alias plurimas: & ideo dicit. ¶Poetæ canunt) narrant. ¶Has) ſupra nominatas. ¶Et plures alias conſeruiſſe latus lateri tuo) ideſt tecum commiſtas eſſe: & concubuiſſe. ¶Turbine) impetu ventorum. Virgilius: Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto. ¶Miſce tua prælia mari latoq;) ideſt oſtende vires tuas in mari lato, & amplo: & non in hoc anguſto, & ſtricto mari. ¶Seducit) ſeparat. ¶Duas terras) Aſiam, & Europam: vt diximus in argumento Epiſtolæ. ¶Totis claſſibus) multis nauibus congregatis. ¶Deo pelagi) tibi magno, & potenti. ¶Iuuenem natantem) Leandrum non naui, ſed brachiis per mare euntem. ¶Iſta gloria) quam quæris in hoc breui mari turbando. ¶Eſt minor quolibet ſtagno) ideſt eſt minor, quàm gloria: quam in quolibet ſtagno, & parua aqua poſſes habere ¶Ille) Leander. ¶Nobilis, & clarus origine) ideſt nobili genere ortus. ¶Sed non traxit genus ab Vlyſſe ſuſpecto tibi) ideſt inimico, propterea quod ſcelere Vlyſſis periit Palamedes nepos Neptuni: aut, vt alii volunt: propter Pergama Neptunia, arte & dolis Vlyſſis euerſa. ¶Duos) Leandrum, & me. ¶Natat) mari ſe credit. ¶Sed corpus Leandri, & ſpes mea pendet ex iiſdem aquis) ideſt ſunt in eodem periculo: legendum autem eſt corpus Leandri, & ſpes mea: vt illa copula addatur. ¶Strepuit & lumen) ideſt lucerna fecit crepitum, & ſtridorem. ¶Poſito nam ſcribimus illo) parentheſis. ideſt ſcribimus ad lumen lucernæ. ¶Ecce) dicit nutricem quaſi libaminis, & auſpicii cauſa iniicere vinum in ignem. ¶Fauſtos) bene auſpicatos: felices. à fauendo dicitur fauſtus. ¶Inſtillat) infundit. ¶Plures) quia accedet Leander. ¶Lapſus) tu celeriter progreſſus. ¶Per æquora euicta) tuis lacertis ſuperata. ¶Effice nos plures) fac, vt tu accedas numero noſtrum. ¶Recepte meo corde) ideſt valde infixo animo meo. ¶Deſertor) derelictor: defector: tranſlatio à militibus: qui à ducibus ſuis, & ſociis deficiunt, qui deſertores dicuntur. ¶Medio toro) quod ſolet facere aliquis cum eſt ſolus. nam qui cum alio dormit non in medio, ſed in parte lecti iacere ſolet. ¶Non eſt quòd timeas) ideſt non eſt timendum. ¶Venus ipſa) Dea amoris. ¶Auſo) vel tibi auſo natare: vel auſo, ideſt audaciæ tuæ: vt Tibullus: Audaces adiuuat ipſa Venus. ¶Nata æquore) ſcilicet Venus. ¶Sternet) componet, placabit. Virgilius: Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor. ¶Ire libet) dicit, quod ſæpe habet voluntatem, & appetitum natandi ad Leandrū: niſi ſciret hoc mare nimis periculoſum puellis: quod patuit ex Helle ſubmerſa. ¶Maribus) maſculis. ¶Nam cur) probat exemplo, quod ſit tutius maſculis, quàm fœminis. Cur enim inquit, cum Phrixus, & Helle per hoc mare veherentur: ſola Helle cecidit, & Phrixus euaſit incolumis? ordo. ¶Sola fœmina cur dedit nomen vaſtis aquis) ideſt mari. ¶Phrixo, & Helle vectis hoc) ideſt cum veherentur: vt, Et qua vectus Abas, ideſt vehebatur. nam latini participium præteriti imperfecti temporis à paſſiuo non habent, ſed vtuntur participio præteriti perfecti. ¶Forſitan) obiectionem facit pro Leandro. ¶Robora) vires. ¶Ad reditum) ad reuertendum in Abydon. ¶Gemini laboris eundi, & redeundi. ¶At nos) reſponſio: quaſi dicat, ſi hoc times, natemus ambo, & in medio mari. ¶Coeamus) conueniamus. ¶In ſummis aquis) in ſummitate aquarum. ¶Ita) poſtquam coierimus, & oſculati erimus. ¶Quiſq; ad ſuas vrbes) tu Abydon, & ego Seſton. ¶Illud) oſculari tantū in mediis aquis ¶Eſt exiguū) eſt paruum. ¶Sed erit pluſquam nihil) ideſt erit aliquid. ¶Vel pudor hic vtinam) ſenſus eſt: Vtinam vel pudor, qui cogit nos amare, ſic ita vehementer, & occulte: vellet cedere amori. ¶Vel amor timidus vellet cedere famæ) ideſt non timeret famam: neq; quod dicetur de nobis.

ASCENSIVS.

¶ASSVETVM Nobis turbine) ideſt ò tu turbide: ſed plures codices habent turbine: ideſt perturbatione claudis iter. ¶Interea lumen &c. Perſtrepit, & nobis) alii Stertuit, & vobis legunt: dependet autem ex pyromantia, ſed ſolet hoc maribus. ingenioſa, & apta inuentio exemplis corroborata. ¶Gemini laboris) ſcilicet eundi, & redeundi.

Margin notes:

* a. l. turbide

B

* Sic & in Acontio, Hic facit vt iaceas, & ſis ſuſpecta Dianę: qdā vero legūt deſpecto.

* a. l. Perſtrepit, ſeu ſtrepuit & nobis

* a. l. vect⁹,

* a. l. viduo

* a. l. huc

C

D

E

F

Nunc,male res iunctæ,calor,& reuerétia pugnant:*
Quid ſequar,in dubio eſt:hæc decet:ille iuuat.
Vt ſemel intrauit Colchos Pagaſæus Iaſon:
Impoſitam celeri Phaſida puppe tulit.
Vt ſemel Idæus Lacedæmona uenit adulter,
Cum præda rediit protinus ille ſua.
Tu quàm ſępe petis,quod amas:tam ſępe relínquis:
Et,quoties graue fit puppibus ire:natas.
Sic tamen ò iuuenis tumidarum uictor aquarum,
Sic facito ſpernas,ut uereare,fretum.
Arte laboratæ merguntur * ab æquore puppes:
Tu tua plus remis brachia poſſe putas?
Quod cupis,hoc nautæ metuunt Leandre,natare:
Exitus hic fractis puppibus eſſe ſolet.
Me miſeram cupio non perſuadere,quod hortor:
Siſq; precor monitis fortior ipſe meis.
Dum modo peruenias:excuſſaq; ſæpe per undas,
Iniicias humeris brachia laſſa meis.
Sed mihi,cœruleas quoties obuertor * ad undas,
Neſcio quid pauidum * frigore pectus habet.
Nec minus heſternæ confundor imagine noctis:
Quamuis eſſe ſacris illa piata meis.
Nanqꝫ ſub Aurora,iam dormitante lucerna:
Tempore quo cerni ſomnia uera ſolent:
Stamina de digitis cecidere ſopore remiſſis,
Colllaq; puluino noſtra ferenda dedi.
Hic * ego uentoſas nantem delphina per undas
Cernere non dubia ſum mihi uiſa fide.
Quem poſtquam bibulis illiſit fluctus arenis:
Vnda ſimul miſerum,uitaq; deſeruit.
Quicquid id eſt,timeo:nec tu mea ſomnia ride:
Nec niſi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis:dilectæ parce puellæ:
Quæ nunquam,niſi te ſoſpite,ſoſpes erit.
Spes tamen eſt fractis uicinæ pacis in undis:
Tu placidas toto pectore finde * uias.
Interea,quoniam nanti freta peruia non ſunt:
Leniat inuiſas litera miſſa moras.

¶ CALOR ) amor. ¶ Et reuerentia) .i. verecundia. ¶ Res male iunctæ) quia ſunt contrariæ. ¶ Pugnant) ſunt inter ſe aduerſæ. ¶ In dubio eſt, quid ſequar) dubito quid agam, an obſequar pudori: an amori. ¶ Hæc) reuerentia. ¶ Decet) honeſta eſt: & affert laudem. ¶ Ille) ſcilicet calor, & amor. ¶ Iuuat) delectat. ¶ Vt ſemel) dicit, ꝙ optaret fieri de ſe à Leandro: quod factuʒ eſt ab Iaſone de Medea: qui, vt in Colchos delatus eſt, eaʒ abduxit. ¶ Pagaſeus) à Pagaſe oppido Theſſaliæ: inde ſinus Pagaſeus, vnde Iaſon in Colchos nauigaturus naueʒ ſoluiſſe dicitur. ¶ Phaſida ) Medeam, a Phaſide Colchorum fluuio. ¶ Tulit) abſtulit. ¶ Adulter Idæus) ponit aliud exempluʒ. Paris Troianus ab Ida monte Phrygiæ. ¶ Cum ſua præda) cum Helena. dictum eſt in prima Epiſtola. ¶ Quam petis) .i. me, ad quam ſæpe venis. ¶ Quod amas) .i. quaʒ amas. ¶ Quoties fit graue puppibus) quoties eſt periculoſum nauibus. ¶ Ire) per mare. ¶ Sic tamen) licet conqueſta ſit: ꝙ eam non abducat: hortatur tamen eum: vt ita ingrediatur mare: vt illud timeat. i. vt caute natet. ¶ Victor) ſuperator natando. ¶ Sic ſic) conduplicatio. ¶ Vt vereare) vt timeas. ¶ Arte laboratæ) arguit a maiori: dicit enim, ꝙ naues validiſſimæ, & artificio factæ merguntur ab æquore ita turbato: quanto ergo magis homines? ¶ Poſſe plus remis) .i. habere maiorem vim ſuperandi aquas: quàm habent remi. ¶ Quod cupis) ſcilicet natare. ¶ Hic exitus) ſcilicet natandi per mare turbatum. ¶ Solet eſſe puppibus fractis) .i. ſolet eſſe, quando neceſſitas cogit, nauibus fractis. ¶ Me miſerá) oſtenditur inconſtantia amantis: iam enim incipit hortari: vt veniat. ¶ Non perſuadere tibi, quod hortor) .i. cupio, vt verbis meis non credas: aut pareas: quibus te hortor, ne tali mari nates. ¶ Fortior) animoſior. ¶ Meis monitis) quæ diſſuadent tibi natationem. ¶ Excuſſa) cómota. ¶ Sed mihi) dicit ſe terreri: quoties aſpicit mare ita turbatum. ¶ Obuerſor) permaneo: conuerſor. ſed conuerſor apud idoneos in vſu non reperi. ¶ Neſcio quid pauidum) ordo eſt: pectus pauidum frigore habet neſcio quid .i. timet. legitur etiam: Neſcio qui pauidum pectora frigus habét: & idem eſt ſenſus: nam ex timore ſequitur frigus. Virg. Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra. ¶ Nec minus) dicit ſe etiam terreri ſomnio: quod heſterna nocte ſomniauit. ¶ Imagine) ſpecie, apparentia. nam ſomnia inania ſunt: ſed habent imaginem rerum. ¶ Illa) nox. ¶ Piata) expiata, purgata. ſolebant enim ſomniantes aliqua triſtia diis ſacrificare: vt amouerent illa triſtia. ¶ Nanqꝫ ſub aurora) dicit nunc Hero, quod fuerit ſomnium ſuum. Exiſtimauit enim in ſomniis circa Auroram ſe videre delphina natantem per mare, ab vndis ad littus expulſum, & illiſum: & ſtatim mortuum: veretur igitur, ne Leáder ſit ille delphin. ¶ Sub Aurora) .i. circa Auroram. ¶ Iam dormitante) iam deficiente lumine: nam lucerna, quæ tota nocte fuit accenſa, adueniente Aurora ſolet paulatim diminui, & deficere lumine. ¶ Somnia, quo cerni) eo enim tempore ſomnia ſolere cerni vera exiſtimant: quia videlicet ſtomachus nó ſit vino ciboq; diſtentus, ſed purgatus: tunc enim vera ſomniari putantur: vnde Perſi. Somnia pituita, qui purgatiſſima mittunt. Et Dantes poeta: Ma s'appreſs'al mattin, del ver ſi ſogna. ¶ Stamina) fila. ¶ Remiſſis) reſolutis. ¶ Sopore ſomno. ¶ Ferenda ) ſuſtinenda. ¶ Puluino ) ceruicali. ¶ Hic) tunc. ¶ Ventoſas) vento turbidas. ¶ Non dubia fide) .i. manifeſte. ¶ Illiſit) violenter immiſit, & infixit. ¶ Bibulis arenis) .i. littori. ¶ Vnda ſimul miſerum: vitaq; deſeruit) remãſit in ſicco, & mortuus eſt. ¶ Quicquid id eſt) ideſt quicquid hoc ſignificat. ¶ Nec ride) nec contemne. ¶ Crede) cómitte. ¶ Si non parcis tibi) .i. ſi non habes reſpectum tui: ¶ Dilectæ parce puellæ ) ſcilicet à te.

D

* Nam vt alibi Oui. Non bene cóueniũt, nec in vna ſede morãtur Maieſtas & amor

* a. l. vincuntur

E

* a. l. obuerſor

* a. l. Neſcio quod pauidũ pectora frig[us] habent.

* a.l. Hac

* a.l. ſcinde

B

C

### ASCENSIVS.

¶ LACEDÆMONA) Lacedæmon ciuitas eſt Spartana, cuius accuſatiuus eſt Lacedæmona. Lacedæmonii autem ſunt incolæ illius ciuitatis. ¶ Puppibus ire) ideſt abire, quo verbo arguit eum in abeundo quoqꝫ facilem. ¶ Sic tamen ò iuuenis tumidarum ) ideſt inflatarum aquarum. ¶ Victor) quia voti compos ſæpe pernatauit. ¶ Quamuis eſt ſacris illa piata) ideſt placata. Male autem legeretur placata, quia tam placo, quam paco primam producunt. ¶ Somnia quo cerni) Horatianum quoqꝫ eſt. Putant enim euaporato iam cerebro viſa non ex noxio humore, ſed deorum dari dono, Cætera manifeſtaria ſunt.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

A IN XIX. EPISTO
Argumentũ Hubertini.

CEOS, VT Strabo ſcribit, iſula fuit in mari Aegeo quaternas continẽs vrbes: inde Tetrapolis vocata eſt. Ex hac inſula fuit Acontius, iuuenis amore Cydippes puellæ vehementer accenſus: quam cum ob generis imparitatem non auderet aperte vxorem petere: inuenit viam: qua illam ſibi cõiugio obligaret. Nam in pulcherrimo pomo ſcripſit hos verſus: Iuro tibi ſanè per myſtica ſacra Dianæ: Me tibi venturam comitem: ſponſamq; futuram: & hoc pomum in templo Dianæ ad pedes Cydippes proiecit: quo ac-B cepto illa legit verſus, & inſcia iurauit: cum tamen propoſitum, & intentionem non haberet iurandi, & promittendi Acontio: poſtea cum per parentes inſcios huius rei alii viro deſponſata eſſet: ſubita febre correpta eſt, qua cum vehemẽter vexaretur: Acontius hac Epiſtola conatur ei perſuadere hunc morbum a Diana immiſſũ eſſe propter periurium, & fidem non obſeruatam: qua teſtata fuerat numen Dianæ ſe ſeruaturã. Adducit autem ei in odium eũ, cui poſtea deſponſata fuerat: dicens omnem ægritudinem, & periculum vitæ ei accidere illius cauſa: quem ſi dimiſerit: dicit, quod liberabitur omni morbo: & ipſe conſecrabit in C templo Dianę pomum aureũ, cũ carmine, quod teſtabitur, quæ fuerant ſcripta in pomo lecto a Cydippe, omnia fuiſſe rata: & habuiſſe effectum. Sed ne dubitet, vt iterũ decipiatur epiſt. ſicut decepta fuerat pomo: amouet ei metũ: dicẽs, ne timeat legere: qm̃ nulla eſt hic fraus, neq; iuramentum.

Alii hæc duo prima carmina ñ habent.

*a. I. iurare

HVBER. *Hæc duo carmina q. dam nõ legunt.

PONE METUM) noli timere legere hanc Epiſtolam. Iterũ) ſecundo: vt ſemel iuraſti lectis verſibus pomi. Satis eſt) ſufficit te ſemel mihi promiſiſſe iurãdo. Diſcedat ſic) adiurat eam: vt legat. Sic) ſcilicet ſi legeris. Lãguor) morbus. Iſto) tuo. Qui dolor eſt meus) me tãgit. ſ. Te vlla par.) .i. te habẽte dolorẽ in ali

Hos duos verſus alii nõ habent.

# PVBLII OVIDII NASONIS
## POETAE SVLMONENSIS
### *Heroidum Epiſtola decimanona.*



IN XIX. EPIST. ARG.

PROFECTVS Ad ſacra Dianæ Acontius, quæ in Delo inſula maris Aegei omnium Cycladum clariſſima ex frequenti virginum conuentu celebrabantur, in amo[r]ẽ viſæ Cydippes puellæ nobilis excaluit. Sed cum illam ob generis imparitatem nõ auderet in ſuum amorem ſolicitare, nouam commentus fraudem in pulcherrimo pomo ſcripſit duos hoſce verſus.

Iuro tibi ſane per myſtica ſacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem, ſponſamq́; futuram.

Atq; illud ad pedes puellæ proiecit: quæ fraudis inſcia cum imprudens legeret, viſa eſt ſe vxorem Acontio paciſci. Nam quæ ante ante deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur, rata eſſe debere lex erat. Cum autem paulopoſt pater, huiuſce rei inſcius, illam alij deſponderet, ſubita febre correpta eſt. Quare hac epiſtola Acontius conatur perſuadere hunc morbum à Diana immiſſum eſſe, eo quod non impleuerit, quæ Dea præſente promiſerit. Ne vero dubitet iterum decipi, ab ea exorditur parte, qua maxime hæſitare poterat. Adducit deinde eum in odium, cui deſponſata fuerat, cum dicat omnem ægritudinem accidere illius cauſa.

ACONTIVS CYDIPPE.

Accipe Cydippe deſpecti nomen Aconti
Illius, in pomo qui tibi verba dedit.

Pone metũ, nihil hic iterũ iurabis amãti:
Promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi.
Perlege: diſcedat ſic corpe lãguor ab iſto:
Qui meus eſt, ulla parte dolẽte, dolor.
Quid pudor ora ſubit? nam ſicut in æde Dianæ,
Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas.
Coniugium, pactamq; fidem, non crimina poſco:
Debitus ut coniux, non ut adulter, amo.
Verba licet repetas, quæ demptus ab arbore fœtus
Pertulit ad caſtas me iaciente manus:
Inuenies illic id te ſpondere, * quod opto:
Ni tibi cum uerbis excidit illa fides.
Id metui, diuæ diffuſa eſt ira, decebat *
Te potius uirgo, quàm meminiſſe deam.
Nunc quoq; idẽ timeo: ſed idem tamen acrius illud
Aſſumpſit uires: auctaq; flamma mora eſt.
Quiq; fuit nunquam paruus uel tempore longo:
Ex ſpe, quam dederas tu mihi, creſcit amor.
Spem mihi tu dederas: meus hic tibi credidit ardor:
Non potes hoc factum teſte negare dea.
Me tibi nupturam, felix eat omen Aconti, *
Iuro, quam colimus, numina magna Deæ.
Adfuit: & præſens ut erat, tua uerba notauit:
Et uiſa eſt mota dicta tuliſſe coma.

D qua parte corporis. Quid pu. an. ſu.) .i. cur pudet te? Subit) occurrit. Nã ſuſp.) .i. puto. Genas ingenuas) ſcilicet tuas, quæ es ingenua, & verecunda. Erubuiſſe) ruborem habuiſſe. Sicut in æde Dianæ) ſcilicet erubuerunt Aede) .i. tẽplo. Non crimina) non adulterium, & dedecus tuum. Licet) licitum eſt tibi. Repetas) referas. Fœtus demptus ab arbore) .i. pomũ, quod eſt fœtus .i. fructus arboris. Illic) in pomo. Id, qđ opto) te potius meminiſſe: ſcilicet te futurã ſponſam meã: quod velim te potius meminiſſe. Quàm deam) ſcilicet Dianã: quæ memor illius promiſſionis, quam non præſtas, immittit tibi morbum. Timeo idem) ne Dea meminerit promiſſionis tuæ. Acrius) E vehementius. Aſſumpſit vires) auctum eſt idem illud, qđ timeo. Flãma) amor meus: amor, qui fuit paruus in principio. Non longo) .i. breui tẽpore creuit ex ſpe, quam tu dederas, ſcilicet iurando te futuram ſponſam meã. Meus ardor credidit hoc) .i. amor fecit me tibi hoc credere, quod promiſiſti. Hoc factum) iuramentum. Dea teſte) .i. Diana præſente, & ſciente hoc. Notauit) attendit. Tuliſſe) acce piſſe. Coma mo.) capite moto in ſignum conſentientis.

PONE metuũ) bene a pñcipio monet, metum ponat .i. deponat, quia vero ſimile eſt omnia eius dona illi ſuſpecta, ita vt amplius lectura non ſit eius literas, cuius ſe legẽdo deceptã nouit. Diſcedat ſic cor.) diximus alibi / ſic / aptã eſſe precationi particulã. Debitus vt coniux) id ſummopere aſtruit, quod illa inficias eat, ſi amari nolit. Quæ dẽptus ab arb. fœ.) .i pomũ ab arbore decerptũ. Te poti⁹) ordo eſt. O' virgo Potius) .i. melius ſup. foret. Te me.) .i. executione opis memorẽ oſtẽdere. Quã deã) .i. q̃ꝙ dea te puniẽdo meminit: ſi tamẽ illi verſus, quos cõmentarius ſuperior ſe inueniſſe dicit, adđẽdi ſunt. Ordo manifeſtarius eſt. O virgo decebat potius te meminiſſe. Quàm Deã) ſ. Dianã iratã. Auctaq; flãma mo. eſt) Trãſlatio ab incẽdio. ſic Horat. Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.

ASCEN.

F

LICEBIT)

Deceptam dicas noſtra te fraude licebit:
Dum fraudis noſtræ cauſa feratur amor.
Fraus mea quid petiit,niſi ut tibi iungerer uni?
Id me,quod quereris,conciliare poteſt.
Non ego natura,non ſum tam callidus uſu:
Solertem tu me,crede,puella facis.
Te mihi compoſitis,ſiquid tamen egimus arte:
Aſtrinxit uerbis ingenioſus amor.
Dictatis ab eo feci ſponſalia uerbis:
Conſultoq́; fui iuris amore uafer.
Sit fraus huic facto nomen:dicarq́; doloſus:
Si tamen eſt,quod ames,uelle tenere,dolus.
En iterum ſcribo:mittoq́; rogantia uerba:
Altera fraus hæc eſt:quodq́; * queraris,habes.
Si noceo,quòd amo:fateor,ſine fine nocebo:
Teq́; petam:caueas tu licet,ipſe petam.
Per gladios alii placitas * rapuere puellas:
Scripta mihi caute littera crimen erit?
Dii faciant poſſim plures imponere nodos:
Vt tua ſit nulla libera parte fides.
Mille modi reſtant:cliuo ſudamus in uno: *
Ardor inexpertum nil ſinet eſſet meus.
Sit dubium poſſis ne capi,captabere certe:
Exitus in diis eſt:ſed capiere tamen.
Vt partem effugias,non omnia retia falles:
Quæ tibi,quàm credis,plura tetendit amor.
Si non proficient artes:ueniemus ad arma:
Inq́; mei cupido rapta ferere ſinu.
Non ſum,qui ſoleam Paridis reprendere factum:
Nec quenquam,qui uir,poſſet ut eſſe,fuit.
Nos quoq;:ſed taceo.mors huius pœna rapinæ
Vt ſit:erit,quàm te non habuiſſe,minor.
Aut eſſes formoſa minus:peterere modeſtè:
Audaces facie cogimur eſſe tua.
Tu facis hoc,oculiq́; tui:quibus ignea cedunt *
Sydera:qui flammæ cauſa fuere meæ.

A

HVBERTINVS.

¶LICEBIT) erit tibi licitum,& permittetur. ⸢Feratur)dicatur.i.dummodo dicat tantummodo propter amorem te accepiſſe. ⸢Quid petiit?) quid voluit? q.d.nihil aliud. ⸢Niſi, quòd iungerer tibi vni)niſi,vt eſſem coniux tui ſolius. ⸢Conciliare)coniungere:& concordes reddere,⸢Quod quereris) Quàm rem tu quereris: ideſt hæc fraus,de qua tu quereris: pōt nos conciliare,quia potes intelligere,quòd fuit ſolum ex amore. ⸢Poteſt)legendū eſt, nō potes. ⸢Callidus)aſtutus. ⸢Vſu) experientia, ſed propter amorem tuum: ideo dicit. ⸢Tu facis me ſolertem).i. induſtrium, & ingenioſum. ⸢Te mihi)dicit,quod,ſi aliquo artificio viſus eſt vti ad eam decipiendam, illud artificium fuit amoris,qui dictauit ſibi. ⸢Compoſitis).i.artificioſis. ⸢Ingenioſus) ab effectu. ⸢Sponſalia)ſolēnia verba nuptiarum.nam ſecundum Iuriſconſultos, Sponſalia ſunt mētio,& repromiſſio futurarum

B

nuptiarum. ⸢Ab eo)ab amore. ⸢Vafer) callidus, aſtutus, quaſi valde afer, vt Nonio placet. ⸢Conſulto) interrogato: mihi dante conſilium. nam conſultus dicitur, qui conſulitur: conſultor, qui conſulit. ⸢Sit fraus) ordo eſt. fraus ſit nomen huic facto.i. hoc factum nominetur fraus, ⸢Si tamen)quaſi correctio q.d.cum potius ſit virtus,q̄; dolus,velle tenere,quod amas. ⸢Iterū) ſecundo. ⸢Quod amo)ideſt quia amo te,vel quod.i quia. ⸢Sine fine) perpetuo, & ſemper: quia nunquā deſinam te amare. ⸢Petam te)te optabo. ⸢Licet caueas)vites,ne te petam. ⸢Per gladios) arguit à maiori ad minus:ſi enim licet aliis rapere puellas bello,⁊ pu

C

gnare armis, vt eas habeant: dicit ſibi non fore crimen: ſi ſcriptis voluerit puellam habere. ⸢Placitas puellas) ideſt amatas,⁊ quæ ſibi placuerint. ⸢Plures nodos) plura vincula ad ligandum te mihi. ⸢Libera)ſoluta: ſine obligatione. ⸢Nulla parte) vt non poſſis effugere: quin ſis mea. ⸢Mille modi)ſcilicet capiendi. ⸢Cliuo ſudamus in vno)ideſt in vno tantummodo labore.eſt autem tranſlatio: nam cliuus dicitur aſcenſus,ſiue monticulus aliquis. ergo nos ⸢Sudamus) ideſt laboramus. ⸢In vno cliuo)in vna difficultate. ⸢Ardor inexpertum nil &c.)amor meus faciet me omnia experiri. ⸢Sit dubium)ideſt etiam,ſi ſit dubium. ⸢Exitus)finis. ⸢Eſt in diis).i. Dii ſciunt finem. ⸢Partem)retium,quæ tibi tendam. ⸢Plura) retia. ⸢Artes)doli. ⸢Ad arma)ad vim. ⸢Rapta)abducta per vim. ⸢Non ſum)dicit ſibi placere eos,qui auſi ſunt rapere eas, quas amauerunt. ⸢Factum Paridis)qui Helenā rapuit. ⸢Nec quenq̄;)nec aliquem alium. ⸢Qui fuit vir)qui fortis, & audax fuit,vt poſſet eſſe vir. ⸢Nos quoqꝫ)deeſt verbum,q.d.rapiemus te. ⸢Mors huius) occurrit obiectioni:quia poſſet di-

D

ci:fortaſſe interficieris,ſi me rapueris: dicit ergo. ⸢Mors vt) .i.quamuis ⸢Sit pœna huius rapinę) ſcilicet de te, ⸢Erit minor) ſcilicet pœna: quàm non habuiſſe te:quia plus pœnę mihi eſſet non habere te,quàm mori propter rapinam tui. ⸢Aut eſſes formoſa minus) .i. ſi eſſes minus pulchra: modeſte te peterem,non autem ita ardenter,& audacter. ⸢Facie)forma. ⸢Tu facis) cōmemorat partes pulchritudinis ipſius Cydippes. ⸢Ignea)aut ſplēdida,aut quæ ſecundum quoſdam philoſophos dicuntur eſſe ignea. ⸢Cedunt)ſunt inferiora. ⸢Flammæ)amoris.

ASCENSIVS.

¶LICEBIT) ſic etiam Horatius locutus eſt, vnde patet, licet natura eſſe verbum: licet in coniunctionem,aut aduerbiū transferatur: vt ſit,licebit, ideſt licitum erit:hoc eſt quāuis forſan in futuro dicas te deceptam &c. ⸢Id me ꝙ quereris, conciliare poteſt) ideſt quia per fraudem meam non aliud petii, quàm vt tibi vni iungerer, & fidelis coniux eſſem,quod perfecti amoris indicium eſt:id, quod quereris, poteſt me conciliare tibi,ideſt propterea debeas me redamare, quia te vehementer amo. ⸢Teq́; petam) Ordo eſt: licet tu caueas,ne ſup.petam(ſed vt docet Perottus, caueo plenū eſt ſine ne: vt caue faxis, caue dicas)te. ⸢Ipſe).i. ego petā te.

F

⸢Per gladios alii) Docet, ſiquid peccauit:clementius, & humanius cum amica egiſſe, quā amatores ſoleant,vt nullum querelę locum amicæ relinquat. ⸢Poſſis ne capi)ideſt an poſſis capi,captabere certe. ⸢Exitus in diis eſt) ideſt dii ſciunt, an commodo meo te capiam, ſed vtcunqꝫ erit, capiam te. ⸢Ferere) in futuro indicatiui verbi paſſiui, ideſt tranſfereris. ⸢Non ſum) Ordo eſt. Non ſum, qui ſoleam reprehendere factum Paridis, ideſt raptum Helenes à Paride factum: nec, qui ſoleam reprehendere quenquam, qui fuit vir, ideſt virilis, & animoſus. ⸢Vt poſſet eſſe) perſiſtere, ideſt qui ſentiens amore ſe perire, rapuit amatam, vt ſuperuiuat. ⸢Vt mors ſit pœna huius rapinæ) ideſt licet mori cogar ob raptum tui: tamen ⸢Minor erit) ſcilicet hæc pœna. ⸢Quàm nos te non habuiſſe) ideſt grauius erit te non habita viuere,quàm habita per raptum, ob raptum mori. ⸢Aut eſſes) quia nihil gratius mulieri nouit, laudat eam à forma. ⸢Aut) videtur poſitum pro ſi, vt ſit. Si eſſes: & ita ſcriptum ſuſpicor à poeta, ſed qui non intellexerunt monoſyllaba à vocalibus ſequentibus non abſumi;mutauerunt ſi in aut.

E

* a.l. quoue

* a.l. rigidas

* a.l. cliuo ſudamꝰ in iſto.

* Oculus, vt ait Albert. Mag. verꝰ eſt cordis nútius: ⁊ in oculis aius inhabitat: ſuntq́; i his maxia amoris indicia, iuxta illō Prop. Cynthia p̄ma ſuis miſerū me cepit ocellis.

Hoc faciunt flaui crines,& eburnea ceruix.
Quæq; precor ueniant in mea colla manus:
Et decor,& uultus ſine ruſticitate pudentes,
Et Thetidis quales uix reor eſſe pedes.
Cætera ſi poſſem laudare, beatior eſſem:
Nec dubito,totum quin tua pars * ſit opus.
Hac ego compulſus, non eſt mirabile,forma,
Si pignus uolui uocis habere tuæ.
Deniq;,dum captam tu te cogare fateri:
Inſidiis eſto capta puella meis.
Inuidiam patiar:paſſo ſua præmia dentur:
Cur ſuus à tanto crimine fructus abeſt?
Heſionen Telamon,Briſeida cepit Achilles:
Vtraq; uictorem nempe ſecuta uirum.
Quamlibet accuſes,& ſis irata,licebit:
Irata liceat dum mihi poſſe frui.
Idem qui facimus,factam tenuabimus iram:
Sit modo placandæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat conſiſtere uultus:
Et liceat lachrymis addere uerba meis:
Vtq; ſolent famuli,cum uerbera ſæua uerentur:
Tendere ſubmiſſas ſub tua crura manus.
Ignoras tua iura:uoca:cur arguor abſens?
Iandudum dominæ more uenire iube.
Ipſa meos ſcindas licet imperioſa capillos:
Oraq; ſint digitis liuida noſtra * tuis:
Omnia perpetiar:tantum fortaſſe timebo:
Corpore lædatur ne manus iſta meo.
Sed neq; compedibus,nec me compeſce cathenis:
Seruabor firmo uinctus amore tui.
Cum bene ſe,quantumq; uolet ſatiauerit ira:
Ipſa tibi dices,quàm patienter amat.
Ipſa tibi dices:ubi * uideris omnia ferre:
Tam bene qui ſeruit,ſeruiat iſte mihi.
Nunc * reus infelix abſens agor:& mea,cum ſit
Optima,non ullo cauſa tuente perit?
Hoc, quod amor iuſſit,ſcriptum eſt: iniuria noſtra.
Quod de me ſolum nempe queraris,habes.
Non meruit falli mecum quoq; Delia:ſi non
Vis mihi promiſſum reddere:redde deæ.
Affuit:& uidit,cum tu decepta rubebas:
Et uocem memori condidit aure tuam.
Omnia * re careant:nihil eſt uiolentius illa:
Cum ſua,quæ nolit,numina læſa uidet.

A

HVBER.

❡ FLAVI Crines) pulchri. Flauus aũt color (vt Aul. Gel. ſcribit) conſtat ex albo, viridi, & rufo: vnde dicimus flauas ſegetes, qñ matureſcũt. ⸢Eburnea) candidiſſima, quale eſt ebur. ⸢Manus) formoſę. ⸢Quas precor ve. in mea col.). i. quas precor: vt me amplectantur. ⸢Pudẽtes, ſine ruſt.) i qui hñt pudorem non ruſticũ, ſed ingenuũ. Iuue. Ingenui vultus puer: ingenuiq; pudoris. ⸢Quales vix reor eſſe pedes Thetidis) ideſt candidiſſimos: nam cum ſit dea maris, & aſſidue moretur in aquis: merito debet habere pedes albiſſimos: fuit autem filia Nerei mater Achillis: nam pro vxore Oceani Thetys ſic ſcribitur: & Tethyos facit, & habet primam longam. ⸢Cætera) quæ latent ſub veſtibus. Ouid. j. Meta. Si qua latẽt, meliora putat. ⸢Poſſem laudare) vtpote à me viſa, vel tacta. ⸢Nec dubito) .i. non dubito, quin pulchritudo, quæ eſt in vna parte corporis, ſit in toto. ⸢Tua pars) non intelligamus obſcœne dictũ de pudendis: vt quidã male putant, ſed ſic intelligendũ: non dubito, quin totũ opus tui corporis ſit vna pars. i. tale: q̃lis eſt pars tua: quæ apparet: vel oculi: vel manus &c. vel ſic: quin tua pars ſit totum opus. i. perfectũ opus. i. non dubito, quin pars reſpondeat toti operi. ⸢Pignus) obligationẽ. ⸢Quamlibet) quantũuis. ⸢Frui te irata). i. habere te ita iratã mihi. ⸢Tenuabimus) minuemus: ſi concedatur mihi per te. ⸢Copia) facultas. ⸢Liceat) permittatur: vt veniã ad conſpectum tuum: & poſſim flendo te rogare. ⸢Vtq; ſolent) ordo eſt, & liceat mihi tendere manus. ⸢Submiſſas) ideſt humiles, ⸢Sub tua crura). i. ad tua genua, quod faciunt ſupplicãtes. ⸢Vt famuli, cum verentur). i. timent ⸢Verbera ſęua) rigida ſcilicet dominorũ minantiũ eis. ⸢Ignoras tua iura) .i. neſcis: quid tibi liceat in me. ⸢Voca me) quia non debes damnare, niſi citata parte. ⸢More dominæ) ſicut domina imperat famulo: quia tibi parebo, vt famulus dominæ paret. ⸢Scindas) laceres. licet, inquit, in me ſæuias, & omnia aſpera facias, omnia patiar. ⸢Tantum) ſolummodo. ⸢Ne manus iſta) ideſt tua. ⸢Lædatur meo corpore) ideſt ne fortaſſe noceas tibi, & lædas tuas manus me verberando. ⸢Compedibus) vinculis pedum. ⸢Vinctus) ligatus. q. d. tuus amor ſatis tenebit me. ⸢Cum bene) hęc omnia dicit Acontius, vt flectat eius animũ. ⸢Ipſa) tu. ⸢Qui ſeruit) qui præſtat ſeruitutem tam patienter. ⸢Agor reus) vtitur ſignate verbis iuris, nam reus dicitur, cõtra quẽ agitur; etiã ſi nihil admiſerit. ⸢Nõ vllo). i. nullo. ⸢Eſt iniuria nr̃i) dicitur eſſe iniuria, quã tibi intuli. ⸢Delia) Diana à Delo inſula, in qua & nata eſt, & colebatur præcipue. ⸢Redde deæ) quã teſtẽ adduxiſti. ⸢Rubebas) cum rubore præ pudore vultum oſtẽdebas. ⸢Vocem tuã) verba, per quæ iuraſti. ⸢Omnia re ca.) terret eã cõmemorans ei Dianæ ſæuitiã in vindicãdo ſe. ⸢Omnia) auguria de eius violẽtia, ⸢Careant re). i. effectu. i. vtinã nihil mali tibi diuinẽ. melius legit̃ omnia, q̃; omina. ⸢Violentius) ſæuius. ⸢Illa) Diana. ⸢Quod nolĩ) .ſ. videre, ꝙ tu læſeris eam.

* a.l. tibi par

B

* a.l. facta

C

* a.l. cum videris

* a.l. cur reus infelix agor?

* a.l. Omina

D

ASCEN.

❡ SINE Ruſticitate pudẽtes) quia minus pudor ruſticitatem parere ſolet. ⸢Thetidis pedes) ſecundũ Homerũ argẽtei ſunt: ſecundum Statium in Achilleide, niuei: dicentẽ, Niueas ferunt vada Theſſala plãtas: quod ideo fingitur, qa cũ ſit dea marina, ſemp in aquis verſatur. Eſt autẽ mater Achillis vxor Pelei. ⸢Cætera ſi poſſem) muliebria. ſ. & pudenda: quæ ille nondum viderat, nec cõtigerat. ⸢Nec du. totũ, quin tua pars ſit opus). i. quin totũ ſit tui ſimile, immo ſui ſimile: ⁊ tale, quod nõ videtur, quale quod videtur: aut quin totũ opus ſit tua pars. i. teipſam effinxeris: aut lege: quin tibi par ſit opus. i. nõ dubito, quin totum opus. i. tota factura corporis tui: ſit par tibi. i. ei parti, quã videmus. ⸢Hac ego compulſus) purgat factum ſuum ex eo: ꝙ amore captus id perpetrauerit: quod & fortes viri: ſed queritur ſe infelicioreſ, ꝙ non potiatur ea, ob quam facinus cõmiſit: ſicut Telamon Heſione Laomedontis filia, & Priami ſorore: & Achilles Briſeide: de qua ſuo loco viſum eſt. ⸢Quamlibet). i. quantũlibet accuſes: & ſis irata. ⸢Licebit). i. licitum erit, & permittetur tibi: dũmodo liceat mihi frui ſup. te irata. ⸢Nos iidem, qui facimus iram, factã). i. placabimus te amicabili cõmercio, & dulci attrectatione. ⸢Placãdę tui) elegantius, quã placãdi te. Eſt ergo hic tui primitiuũ à tu: quod omnis generis eſt: hic fœminini. ⸢Ignoras). i. ſi ignoras, aut qa ignoras. ⸢Tua iura). i. ꝙ ſum tui iuris, & tibi dedititius. ⸢Facta liuida) .i. ferè plumbei coloris, qui fit ex verbere: aut cõpreſſione corporum. ⸢Ne iſta). i. tua manus. ⸢Quàm patienter) figurate. i. ò quam. i. quantum patienter amat. ⸢Omnia re careant) ideſt non habeant effectum: quæ ominor de te, ſcilicet Deam de te vindictam ſumpturam: ſicut ſumpſit de cæteris ſui contemptoribus, ſcilicet Calydoniis, Actæone, & Niobe. de Calydoniis dicitur Aeneidos ſeptimo. Conceſſit in iras Ipſe Deum antiquam genitor Calydona Dianæ.

E

F

Teſtis erit Chalydonis aper.nam ſcimus ut illo
Sit magis in natum ſæua reperta parens.
Teſtis & Actæon quondam fera creditus illis,
Ipſe dedit leto cum quibus ante feras.
Quæq; ſuperba parens ſaxo per corpus oborto
Nunc quoqȝ Mygdonia flebilis aſtat humo.
Hei mihi Cydippe,timeo tibi dicere uerum:
Ne uidear cauſa falſa monere mea.
Dicendum tamen eſt:hoc eſt(mihi crede)ꝙ ægra
Ipſo nubendi tempore ſæpe iaces.
Conſulit ipſa tibi:neu ſis periura laborat:
Et ſaluam ſalua te cupit eſſe fide.
Inde fit,ut quoties exiſtere * perfida tentas:
Peccatum toties corrigat illa tuum.
Parce mouere feros animoſæ uirginis arcus:
Mitis adhuc fieri,ſi patiare,poteſt.
Parce precor teneros corrumpere febribus artus:
Seruetur facies iſta fruenda mihi:
Seruentur uultus ad noſtra incendia nati,
Quiq; ſubeſt niueo lenis * in ore rubor.
Hoſtibus,& ſiquis ne fias noſtra repugnat:
Sic ſit,ut inualida te ſolet eſſe mihi.
Torqueor ex æquo uel te nubente,uel ægra.
Dicere nec poſſum,quod minus eſſe uelim.
Maceror interdum,quòd ſim tibi cauſa doloris:
Teq; mea lædi calliditate puto.
Inq; caput noſtrum dominæ periuria quæſo
Eueniant:pœna tuta ſit illa mea.
Ne tamen ignorem,quid agas,ad limina crebro
Anxius huc illuc diſſimulanter eo.

A HVBER.

¶TESTIS Erit) adducit exempla. ¶Aper Chalydonis) aper, quem illa irata Oeneo ad vaſtandam Chalydonem immiſit: quia Oeneus cum ſacrificaſſet aliis Diis, ſola Diana omiſſa, vt alibi plenius diximus, illa Aprum, qui totam regionem vaſtaret, immiſit, qui fuit cauſa mortis Meleagri, vt in Epiſtola Deianiræ dixi. ¶Parens) Althæa, mater Meleagri. ¶Sit reperta magis ſęua in natũ) quia conſumpto torre, in quo eius vita fataliter conſiſtebat: eum interemit: vel eius vitam diris imprecationibus execrata eſt. Hanc fabulam diximus plene in Epiſtola Briſeidis ſuper euȝ locum: Fratribus orba Deouuit nati ſpemq́, caputq́; parẽs. ¶Teſtis & Actæon) is filius fuit Ariſtei, & Autonoes filię Cadmi, qui cum venatione delectaretur, ea feſſus cum ſyluã quietis gratia ingreſſus eſſet: forte vidit Dianam nudam cũ nymphis ſuis ſe lauanteȝ: quæ audacia eius irata, ne id vn- B quam eloqui poſſet: in Ceruuȝ eum mutauit: qui poſtea à canibus ſuis, eum verum Ceruuȝ credentibus dilaceratus eſt. Scribitur hæc fabula plene ab Ouid. lib. iii. Meta. ¶Creditus fera) creditus ceruus. ¶Illis) ſcilicet canibus, vel ſociis ſuis. ¶Cum quibus ante dedit leto feras) .i. cum quibus ante interfecerat feras. ¶Quæq; ſuperba parens) aliud exemplũ Niobes: quæ Tantali, & Taygetes Pleiados filia, ſeptem filiorum totidemq́; filiaruȝ mater ex Amphione Thebano marito ſuo, cum ob alia, tum ob fœcunditateȝ filiorum inſolens, Latonæ, quæ duos tantum peperiſſet, numen aſpernata eſt, & populum ſacrificare volenteȝ impiis verbis deterrere auſa eſt. Quare Apollo, ⁊ Diana Latonę matris in- C iuria moti, & eius precibus incitati nube tecti Thebas venerunt, & Nioben vniuerſa prole ſagittis ſuis confoſſa priuauerunt, quæ dolore materno obſtupefacta in ſaxum conuerſa dicitur, & vt ſcribit Ouid. lib. vi. Meta. In patriam rapta eſt, vbi fixa cacumine montis Liquitur, & lachrymis etiam nunc marmora manant. ¶Mygdonia) regio eſt minoris Aſiæ: quæ & Bithynia dicitur. ¶Nunc quoqȝ flebilis) quia, vt in Metamorphoſi ſcriptum diximus, Lachrymis etiam nunc marmora manant. ¶Monere falſa) dicere non vera, ¶Mea cauſa) mea vtilitate, vt facias, quod peto. ¶Hoc tu mihi crede, quod ægra) ordo eſt. O' Cydippe, quòd tu iaces ſæpe ægra ipſo tempore nubendi, ipſa Dea conſulit tibi.i. facit vtilitatem tuam. ¶Et laborat).i. curat. ¶Ne ſis periura) ne violes fidem, quam promiſiſti: quia per iſtam ægritudinem monet, vt ſerues promiſſa, ¶Saluam) incolumem. ¶Inde fit) inde accidit. ¶Obſiſtere).i. negare promiſſa. ¶Toties corrigat peccatum) quia quando vis negare te non promiſiſſe mihi, & vis alii nubere: tunc facit te grauius ægrotare. ¶Parce) hortatur, vt non iritet Deam. ¶Parce) ſerua, noli iritare arcus, quibus ſe vlciſci ſolet. ¶Mitis) placata. ¶Teneros artus) membra tua. ¶Fruenda) vtenda mihi, ideſt ſeruentur ad vſum meum. ¶Lenis) modicus. ¶Hoſtibus) oſtendit quantum eam amet. Imprecatur enim talem dolorem, & angorem animi hoſtibus ſuis: qui impediunt, ne nubat ipſi Acontio: qualem dolorem dicit ſe experiri ipſa Cy- D dippe ægrotante. Ordo. ¶Sic ſit) ideſt ſic eueniat hoſtibus, ſiquis repugnat, ne fias noſtra, ¶Vt) ſicut. ¶Solet eſſe mihi te inualida) ideſt te infirma. ¶Torqueor) dicit, quod parem habet animi cruciatum, ſiue nubat alii, ſiue ægrotet: nec ſatis ſciret dicere, vtrum horum mallet, quia neutrum vellet. ¶Maceror) affligor. ¶Mea calliditate) mea fraude, qua te decepi. ¶Inq; caput) rogo inquit, vt pœnæ, quas tu ex periuriis pati debes: in me transferantur, & tu ſis libera. ¶Ne tamen) dicit ſe ſæpe venire domum eius, vt intelligat, quid agat. ¶Diſſimulanter) occulte: ne videar venire ob hanc cauſam.

ASCENSIVS.

¶TESTIS, & Actæon) Ordo eſt: ⁊ Actæon eſt teſtis, E quoniam ipſe creditus, ſupple eſt eſſe fera. ¶Illis) ſcilicet canibus ſuis, qui ipſum credentes feram eſſe diſcerpſerunt. ¶Cum quibus) ſcilicet canibus ſociis venationis. ¶Ipſe ante) ideſt prius. ¶Dedit leto) ideſt morti. ¶Feras) ſcilicet beſtias. ¶Hei mihi Cydippe) Argute ad id, quod tota Epiſtola prætendit, peruenit, vt ſcilicet perſuadeat ea de cauſa infirmitate tactam, quia iuſiurandum in conſpectu Deę pręſtitum non obſeruat. ¶Ipſa) ſcilicet Dea. ¶Conſulit tibi) ideſt ſaluti tuæ. non eſt auteȝ legendum conſuluit, ſed conſulit. Et vt Valla docet, ſæpius dicimus de rebus externis, quàm de conſilio dando cõſulere: & eſt quaſi proſpicere, & prouidere, aut commoduȝ ferre, vt conſule honori meo, F vt conſului rebus tuis. ¶Neu) ideſt néue, vel ¶Laborat, ne ſis periura) ideſt ne peieres alteri nubendo. dicimus autem periurium, & periurus periura periurum: Non autem periuro, ſed peiero. ¶Parce monere feros animoſæ virg. &c.) Vult ſuperior eſſe apoſtrophen ad Dianam, ſicut Iuuenalis ad Apollinem: Parce precor Pæan &c. Vt ſit, ò Diana (precor) parce monere feros artus, ideſt indomita membra. ¶Virginis animoſæ) ideſt perſtantis pertinaciter in opinione ſua, quia poteſt adhuc fieri mitis: & patiare: ſcilicet ſuperuiuere, quæ cauſa cur, & Dei, & homines maleficis parcant. & ita legendum eſt, feros artus. Alii habent ferox, & arcus, vt ſit: parce ò Cydippe ferox, monere arcus virginis. ¶Animoſæ) ſcilicet Dianæ, quia ¶Si patiare) ideſt niſi periurio obſt[illegible]s, ¶Dea poteſt fieri adhuc mitis) ideſt placabilis tibi. & hoc modo potius legendum puto, quia ſemper ad Cydippen loquitur dicens. ¶Hoſtibus, & ſiquis) Vbi ordo eſt. Et ſiquis ſupple ex hoſtibus repugnat. ¶Ne) ſcilicet facies tua ſit noſtra. ¶Sic ſit) ſupple: illi, vt ſolet eſſe mihi te exiſtente inualida: hoc eſt ægerrima. ¶Quod minus) orator diceret, vtrum minus eſſe velim, quia de duobus tantum loquitur. ¶Interdum maceror) Sulpitius legit, Maceror interdum, & ita plurimi codices habent, ſed maceror primam corripere ſolet, ſicut macies, & macer.

* In nonnullis obſiſtere, in aliis inſiſtere.

*a. l. leuis ore rubor.

A

Subſequor ancillam furtim, famulumq́;, requirens
Profuerint ſomni quid tibi, quidue cibi.
Me miſerum, q̄ non medicorum iuſſa miniſtro:
Effingoq́; manus, * inſideoq́; toro.
Et rurſus miſerum, quod me procul inde remoui:
Quem minime uellem, forſitan alter adeſt.
Ille manus iſtas aſtringit: & aſſidet ægræ
Inuiſus ſuperis, cum ſuperiſq́;, mihi.
Dumq́; ſuo tentat ſalientem pollice uenam,
Candida per cauſam brachia ſæpe tenet.
Contrectatq́; ſinus, & forſitan oſcula iungit,
Officio merces plenior illa ſuo eſt.
Quis tibi permiſit noſtras decerpere meſſes? *
Ad ſpes alterius quis tibi fecit iter?
Iſte ſinus meus eſt, mea turpiter oſcula ſumis:
A mihi promiſſo corpore tolle manus.
Improbe tolle manus: quam tágis, noſtra futura eſt,
Poſtmodo, ſi facies iſtud, adulter eris.
Elige de uacuis, quam non ſibi uendicet alter,
Si neſcis, dominum res habet iſta ſuum.

B

Nec mihi crediderís, recitetur formula pacti,
Neu falſam dicas eſſe, face * illa legat.
Alterius thalamo, tibi nos, tibi dicimus, exi:
Quid facis hic? exi, non uacat iſte torus.
Nam quòd habes, & tu humani uerba altera pacti:
Non erit idcirco par tua cauſa meæ.
Hæc mihi ſe pepigit, pater hanc tibi primus ab illa,
Sed propior certe, quàm pater, ipſa ſibi eſt.
Promiſit pater hanc, hæc & iurauit amanti:
Ille homines, hæc eſt teſtificata deam.
Hic metuit mendax, & hæc periura uocari,
Num dubitas, hic ſit maior, an ille metus?
Deniq́;, ut amborum conferre pericula poſſis,
Reſpice ad euentus: hæc cubat, ille ualet.
Nos quoq; diſſimili certamina mente ſubimus,
Nec ſpes par nobis, nec timor æquus adeſt.
Tu petis ex tuto, grauior mihi morte repulſa eſt,
Idq́; ego iam, quod tu forſan amabis, amo.

C

Si tibi iuſtitiæ, ſi recti cura fuiſſet:
Cedere debueras ignibus ipſe meis.
Nunc quoniam ferus hic pro cauſa pugnat iniqua:
Ad quid Cydippe littera noſtra redit?
Hic facit, ut iaceas: & ſis ſuſpecta Dianæ:
Hunc tu, ſi ſapias, limen adire uetes.
Hoc faciente ſubis tam ſæua pericula uitæ:
Atq; utinam pro te, qui mouet illa, cadat.
Quem ſi reppuleris: nec quem dea damnat, amaris:
Et tu, continuo certè ego ſaluus ero.
Siſte metum uirgo: ſtabili potiere ſalute:
Fac modo polliciti conſcia templa colas.
NON BOVE mactato cœleſtia numina gaudent,
Sed, quæ præſtanda eſt, & ſine teſte, fide.
Vt ualeant, aliæ ferrum patiuntur, & ignes:
Fert aliis triſtem ſuccus amarus opem.
Nil opus eſt iſtis: tantum periuria uita:
Teq́;, ſimul ſerua, meq́;, datamq́; fidem.

HVBER.

¶ REQVIRENS) interrogans ancillam, vel famulum tuum. ¶ Profuerint ne tibi ſomni) .i. an potueris dormire, & comedere. ¶ Me miſerum) dolet, q̄ non ſit miniſter eius, vt poſſet ad eam ire, & eã tangere, & eius toro aſſidere, vt miniſtri faciũt. ¶ Iuſſa) pręcepta. ¶ Alter, quem minime vellem) qui fortaſſe quærit habere te vxoré. ¶ Adeſt) aſſiſtit tibi. ¶ Inuiſus ſuperis) qa vult à te, quod eſt contra fidé tuã. ¶ Tentat) tangit. ¶ Pollice) digito, vt medici ſolent. ¶ Venã ſalientem) mobilem: qualis ſolet eſſe in febricitãte. ¶ Tenet) manu ſua. ¶ Per cauſam) ſimulans ſe tangere venam. ¶ Contrectat) ſæpe tãgit. ¶ Sinus) pectus. ¶ Iſta merces) .ſ. iungendi oſcula. ¶ Eſt plenior ſuo officio) .i eſt vltra ſuum officiũ: quia, cum ſit medicus: hæc nó ſunt eius officii. ¶ Quis tibi) apoſtrophã facit ad illũ medicũ: qui hæc faciat apud Cydippé, dicens eũ nó habere ius in eã, quæ ſibi ante ſit promiſſa. ¶ Præcerpere) præripere. ¶ Poſtmodo) poſthac. ¶ Si facies iſtud) ſi eã tetigeris, & oſculatus fueris. ¶ Eris adulter) qa cótrectabis alienã vxoré. ¶ De vacuis) de hiis puellis, quæ nó dũ ſunt obligate alicui. ¶ Vindicet) aſſerat: aſſumat. ¶ Dñm ſuum) eſt ſub dñio alterius. eſt tranſlatio à poſſeſſionibus, q̄ dñr eſſe dñii alicuius. ¶ Recitetur) relegatur. ¶ Formula pacti) verba formalia, qbus mihi ꝓmiſit. ¶ Alterius tha.) increpat illũ, vt ab amica ſua diſcedat. ¶ Non va.) nó eſt vacuus. ¶ Nã qđ) rñdet obiectioni. qa poſſet dicere, eã ſibi p̄ pr̃e eiꝰ deſponſatam, dicit plus valere ꝓmiſſioné factã p̄ ſe de ſeipſa teſte dea, q̄ ꝓmiſſioné factã p̄ eius pr̃e. ¶ Primus ab il.) primus poſt illã ¶ Propior ſi.) q̄ pr̃i, qa qſq; ſibi eſt ꝓximꝰ. ¶ Iurauit) qđ plus eſt, q̄ ſimpl'r ꝓmittere. ¶ Ille) pr̃. ¶ Hoies) .ſ. é teſtificatus. i. promiſit in pñtia hoium. ¶ Maior me.) .ſ. mẽdacii, vel piurii. ¶ Euẽtus) exitus. ¶ Hæc) Cydippe. ¶ Cubat) ægrotat. Hor. Cubat hic in valle Quirini. ¶ Valet) ſanus eſt. ¶ Nos) ego, & tu. ¶ Subimus cer.) .i. certamꝰ de Cydippe hñdi vxore. ¶ Diſſimili mẽte) .i. diſſimili ꝓpoſito, & intẽtione. ¶ Ex tu.) qa ſi nó habueris eã, nihil p̄iculi tibi erit. ¶ Repulſa eſt gra. &c.) .i. mihi erit grauius eã nó hr̃e, q̄ ſi morerer.

* Sic. v. Fasto. Ille manus ægras manibꝰ fingebat amicis. & Virg. viii. Aenei. Mulcere alternos, & corpa fingere ligua. a. vero. l. Aſtrigoq́; manus hʒ.

* a. l. præcerpere meſſes?

* a. l. fac

D

¶ Cedere ig. me.) nõ occupare meos amores, q fuerũt p̄ores tuis. ¶ Iniqua) i qua ius nullũ hʒ. ¶ Ad qd re.) q. d. ad malũ tuũ. ¶ Hic facit) nitit̃ adducere illũ in odium Cydippe. ¶ Hoc faciente) .i. hoc exiſtẽte cauſa. ¶ Qui mouet) .ſ. p̄icula. ¶ Cadat) moriat̃. ¶ Quẽ Dea dãnat) quẽ Dea habet inuiſum. ¶ Et tu cõti.) .i. ſtatim, ſubaudi eris ſalua. ¶ Potiere ſta ſal.) .i. habebis ſanitaté ſtabilẽ, ſi ſeruaueris fidẽ. ¶ Colas) venereris. ¶ Nó bo.) & qa poſſet dicere ſe facere ſacrificia multa: dicit deos iſpicere fidé. & nó ſacrificia: vt Eſaię. c. j. Quid mihi in mltitudine victimaꝝ vr̃aꝝ: qa mltiplicaſtis mihi ſacrificium de arietibꝰ, & carnibꝰ hircoꝝ? ego .n. ꝯtẽpſi ſanguinẽ vituloꝝ &c. ¶ Et ſi. te.) .i. ẽt ſi nullus ſciret aliqd eẽ ꝓmiſſum. ¶ Vt va.) arguit à maiori ad minus. ¶ Succus ama.) medicina ex ſucco amararũ herbaꝝ. ¶ Iſtis) ſuccis amaris. ¶ Tantũ) ſolũmodo.

E

ASCEN.

¶ ESSE, fac ip. le.) Sępe apud hunc legit̃ /fac/ corripi, ſed alii face legũt: nihil. eſt ãt toto cótextu faciliꝰ. ¶ Tu pe. ex tu.) qa repulſus nó morieris, vt ego. ¶ Nũc qm̃ ſe. hic &c.) Oẽ crimé reicit in aduerſariũ ſuũ, docẽs eius gr̃a amicã, qcqd patit̃, patit: cũ is eã ſolicitet ad periuriũ, à quo, vt dea eam arceat, febribus torquet. ¶ Ad qd littera noſtra re.) Sunt q intelligũt ſic: ad qd remittis lr̃as noſtras nolẽs eas legere, cũ illi ois culpa iputáda ſit. Sʒ ſi hoc opinaret̃, fruſtra id, niſi i p̄ncipio ſcriberet. Eſt ergo ſenſus. Atté de Cydippe ¶ Ad qd lit. n. re.) .i. qd ſibi velit: qd prętédat: qa vult hoc ſigñar̃, q̄ hic facit, vt iaceas, & ſis ſuſpecta Dianæ. ¶ Reppuleris) gemino /p/ ſcribit̃, qa re corriperet̃ alioquin. ¶ Amaris) pro amaueris. ¶ Siſte) .i. retine, ne augeat̃ metus. ¶ Nó bo. &c.) bona, & ſcã ſnia forte nó i nó ſcó ore. Qualis illa, Thure Deuʒ placa: vitulũ ſine creſcat aratro. & illa: Dicite pótifices, in tẽplo qd facit aurũ? & q̄ ſequunt̃. ¶ Sed q̄ p. é. .i. ẽt ſine te. ſi.) vt ſit ordo: ſed gau. ſi quę &c. Alii tñ vt ornatꝰ expoſtulat, legũt fides, vt ſit: ſed ſup. fide, q̄ fides p̄ſtáda eſt ẽt ſine teſte. vñ de viro fideli dicit Cic. q̄ cũ eo ẽt in tenebris mices. ¶ Vt va. aliæ) Et hęc ſcã adhortatio, q̄ admonemur, vt corpꝰ valeat, aĩaʒ ſanare, & vitia mẽtis fugere. ¶ Tm̃) .i. tm̃mó. ¶ vita) .i. deuita, & fuge piuria.

F

Præteritæ ueniam dabit ignorantia culpæ:
Exciderant animo fœdera noſtra tuo. *
Admonita es modo uoce mea, modo caſibus iſtis:
Quos quoties tentas fallere, ferre ſoles.
His quoq; uitatis in partu nempe uocabis,
Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hæc: repetens quæ ſunt audita, requiret
Ipſa, tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes uotum: ſcit te promittere falsò:
Iurabis: ſcit te fallere poſſe deos.
Non agitur de me: cura maiore laboro,
Anxia ſunt uitæ pectora noſtra tuæ.
Cur modo te dubiam pauidi * fleuere parentes?
Ignaros culpæ quos facis eſſe tuæ.
Et cur ignorant? matri licet omnia narres:
Nil tua Cydippe facta pudoris habent.
Ordine fac referas: ut ſis mihi cognita primum:
Sacra pharetratæ dum facis ipſa deæ:
Vt te conſpecta, ſubitò, ſi forte notaſti,
Reſtiterim fixis in tua membra genis:
Et, te dum nimium miror, nota certa furoris,
Deciderint humero pallia lapſa meo:
Poſtmodo neſcio quà ueniſſe uolubile malum,
Verba ferens doctis inſidioſa notis:
Quod quia ſit lectum ſancta præſente Diana,
Eſſe tuam uinctam numine teſte fidem.
Ne tamen ignoret, ſcripti ſententia quæ ſit:
Lecta tibi quondam nunc quoq; uerba refer.
Nube precor, dicet, cui te bona numina iungunt:
Quem fore iuraſti, ſit gener ille mihi.
Quiſquis is eſt, placeat: quoniam placet ante Dianæ:
Talis erit mater: ſi modo mater erit.
Si tamen & quærat, quis ſim, qualisq;, uideto:
Inueniet nobis conſuluiſſe deam.
Inſula Coryciis quondam celeberrima nymphis
Cingitur Aegæo nomine Cæa mari.
Illa mihi patria eſt: nec, ſi generoſa probaris *
Nomina: deſpectis arguor ortus auis.

A HVBER.

¶ IGNORANTIA) quia tu neſciuiſti te offendiſſe Dianam: & ideo hæc tibi accidere. ¶ Exciderant animo).i. memoria. ¶ Admonita) reducta in memoriam. ¶ Cum iſtis caſibus) iſtis infelicitatibus ægritudinis. ¶ His quoq;) magis etiam terret eam: vt caueat lædere Dianam: quia ſi etiam nunc vitaret caſus febris: tamen adhuc egeret eius auxilio in partu: quia inuocabatur à parientibus. ¶ Luciferas) adiutrices: quæ fœtum in lucem ferant. ¶ Requiret: de quo coniuge partus eat tibi).i. volet ſcire, ex quo marito pepereris: quia ſi ex alio paries, q̄; ex me: dicet te eſſe periuram: & ideo non eſſe iuuandam. ¶ Promittes votuꝫ) quia poſſet dicere, ſe facturam votum: dicit, facies votum falsò: ſicut falsò per eam iuraſti te futuram vxorem meam. ¶ Iurabis).i. ſi iurabis. ¶ Poſſe fallere deos) ſicut ſemel fefelliſti eam. ¶ Laboro) angor. ¶ Maiore cura) q̄; de me. ¶ Cur modo) queritur, quod fuerit in periculo mortis: & non dixerit parentibus ſuis cauſam: quia nihil ſciebant de illo pomo: pudebat enim eam dicere hoc parentibus. vnde hortatur, vt dicat: quia hoc factum nullaꝫ habet turpitudinem. ¶ Dubiam) poſitaꝫ in periculo mortis. Iuuen. Curentur dubii medicis maioribus ægri. ¶ Licet) fas eſt. ¶ Matri) puellæ enim ſolent audacius matri, q̄; patri ſecreta ſua dicere. ¶ Ordine) proponit ei omnia, quæ vult, vt narret matri. ¶ Reſtiterim) pro ſteterim. ¶ Genis) oculis. ¶ Pallia) veſtes. ¶ Deciderint humero) ceciderint ex corpore meo ¶ Nota certa furoris) certum ſignum vehementis amoris: quando aliquis eſt ita abſtractus aſpiciendo amicam: quod non ſentit veſtes cadere ex humeris ſuis. ¶ Poſtmodo) ſcilicet referas. ¶ Malum volubile) pomum rotundum. ¶ Neſcio qua) .ſ. parte templi. ¶ Ferens) habens ſcripta. ¶ Quod) pomum. ¶ Vinctam) obligatam mihi. ¶ Refer verba) dic ei verba formalia iuramenti. ¶ Dicet) mater tua. ¶ Cui) ſcilicet mihi. ¶ Quiſquis eſt) etiaꝫ ſi eſſet mihi ignotus, debet placere mihi: quia placet Dianæ. ¶ Talis) quæ ita tibi ſuadebit. ¶ Si modo mater erit) ſi vere te materno affectu amabit. ¶ Si tamen inquiret) ſi volet ſcire, quis ſim ¶ Inueniet, Deam conſuluiſſe nobis) ideſt nobis prouidiſſe: & non dediſſe tibi maritum indignuꝫ. ¶ Inſula) dicit eſſe ex Cæa inſula: quæ eſt in Aegæo mari: vt ſupra in argumento dixi: quæ probatur non ignobilis: quia olim celebrata fuit à nymphis Coryciis. cauendum, ne legatur Corynthiis: quia nec ſenſus, nec metri ratio patitur: ſed Coryciis, ita dictis à Coryco antro in Parnaſſo: de quo Strabo ſic inquit. Vniuerſus Parnaſſus conſecratus exiſtit: & antra, ⁊ alia loca ſanctitate digna continens: ex quibus celeberrimum, & formoſiſſimum extat Corycium nympharum antrum eodem,

D

quo & Cilicium, nomine nuncupatuꝫ: dicit ergo in Cæa olim fuiſſe nymphas Corycias: de quibus Ouidius libro primo Metamor. Corycidas nymphas: & numina montis adorant: vbi male quidam legunt Corciridas. ¶ Inſula Cæa) adiectiue dixit, ſicut inſula Chia: pro Chios. ¶ Illa) inſula. ¶ Nec ſi generoſa probaris nomina) ideſt ſi etiam placet nobilitas tibi. ¶ Nec arguor) non probor. ¶ Ortus auis deſpectis) ideſt non ſum natus vilibus, & contemptis maioribus.

ASCENSIVS.

¶ HIS Quoqꝫ vitatis) .i. poſito, q̄ etiam hæc mala euaſeris, & alteri incolumis nupſeris: adhuc opus erit tibi opera Dianæ, quia ipſa eſt Lucina, quæ præeſt parturientibus, & in luceꝫ venientibus: vt in Bucol. Caſta faue Lucina, tuus iaꝫ regnat Apollo: ſed ⁊ Iuno Lucina dicitur. vnde Comicus, Iuno Lucina fer opem & cæt. Cum ergo Dianaꝫ inuocabis, quæret è quo: & ita ſi ex alio, q̄; ex me: fiet memor periurii tui, & opem negabit. ¶ Non agitur de me) ideſt cauſa mea, aut de periculo meo: ⁊ id amatorie quidem, quia ſe plus illi, q̄; ſibi timere ſignificat: callide autem, quia nō ſibi ſoli per illud conſulere videtur, vt plenior ſit dictis fides ¶ Cur modo &c.) vult, vt parētes ſciant, quid iurauerit, & vt illi metu mortis filiæ ſuæ inducti conſentiant. ¶ Nota certa furoris) ideſt quæ res eſt, ¶ Certa nota) ideſt certum indicium. ¶ Furoris) ideſt amoris nimii concepti. Et eſt per parentheſim inſertum, & relatiuum, ſicut ſæpe apud Maronem, ſubauditur. ¶ Deciderunt) quidaꝫ textus habent Deciderint, vt ſit modus ſubiunctiuus pro indicatiuo, quia deciderunt penultimam legitime producit. verum poetæ volētes rem ſubitam ſignificare, ſæpe in ea perſona ſyllabam longam corripiunt: vt in Bucolic. Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. Vbi tamen quidam tulerint legunt. & in Georgi. Miſcueruntq; herbas, & non innoxia verba. & in Aeneid. Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit. hic ergo ſubito caſum ſignificat. Sicut & is, qui dicit: Non eodem curſu reſpondent vltima primis. ¶ Poſtmodo) ideſt poſtmodum. ¶ Neſcio qua) ideſt per quam viam. ¶ Lecta tibi quondam nunc quoqꝫ verba refer) Id callidiſſime monet, vt denuo etiam matre teſte ſe iureiurando aſtringat. ¶ Si modo mater erit) ſi materno volet officio fungi. ¶ Si tamen & quærat) Docuit iuſtum, & vtile eſſe, vt ſeruata fide ſibi nubat Cydippe: nunc idem docet, & decens, & vtile: vtile quidem prius docuit, quia ſic mortem euadat: nunc autem, quia generoſum virum, & ſui amantiſſimum obtineat. Cum vero genus ſuum laudare vix audeat, patriam laudat.

* a.l. lecta tuo.

* a. l. Cur modo te dubii pauidam

* a.l. probatis, ac ſi dicat: tu, tuiq; oēs ꝓbatis ſtēmata in cōiuge.

B C E F

Sunt & opes nobis:ſunt & ſine crimine mores:
 Amplius utq; nihil,me tibi iungit amor.
Appeteres talem,uel non iurata,maritum:
 Iuratæ,uel non talis,habendus erat.
Hæc tibi me in ſomnis iaculatrix ſcribere Phœbe:
 Hæc tibi me uigilans ſcribere iuſſit amor.
E' quibus alterius mihi iam nocuere ſagittæ:
 Alterius noceant ne tibi tela,caue.
Iuncta ſalus noſtra eſt:miſerere meiq;,tuiq;:
 Quid dubitas unam ferre duobus opem?
Quod ſi contigerit:cum iam data ſigna ſonabunt:
 Tinctaq; uotiuo ſanguine Delos erit:
Aurea ponetur mali felicis imago:
 Cauſaq; uerſiculis ſcripta duobus erit.
Effigie pomi teſtatur Acontius huius:
 Quæ fuerint in eo ſcripta,fuiſſe rata.
Longior infirmum ne laſſet epiſtola corpus:
 Clauſaq; conſueto ſit tibi fine:uale.

A HVBER. ¶ SVNT Et opes) laudat ſe à reliquis: quibus amantes ſolent ſe laudare. ¶ Vtq;) nihil. ¶ Vt) ideſt quamuis nihil iungat me tibi amplius. ¶ Amor eſt mihi) ideſt certe amo te. ¶ Appeteres) ideſt appetere deberes. ¶ Vel) ideſt etiam. ¶ Non iurata) ſine iuramento. ¶ Hæc tibi) dat authoritatem ſuis ſcriptis, dicens ſe ſcripſiſſe monitu Dianæ, & amoris. ¶ E' quibus) Diana, & Amore. ¶ Sagittæ alterius) ſcilicet Amoris. ¶ Nocuere mihi) quia percuſſerunt me. ¶ Tela alterius) ſcilicet Dianæ. ¶ Iuncta ſalus noſtra) ideſt mea vita eſt coniuncta cum tua: ita, vt te periclitante, ego etiam ſim periclitaturus. ¶ Duobus) tibi, & mihi. ¶ Quod ſi contigerit) vt feras opem ambobus, ideſt vt mihi nubas. ¶ Cum iam data ſigna ſonabunt) dicit quando celebrabuntur feſta Dianæ in Delo, & offerentur ei ſacrificia votiua, tunc Acontius ſuſpendet in templo Deæ effigiem pomi aurei, in quo duobus verſiculis teſtificabitur Cydippen ſeruaſſe, quæ in eo pomo ſcripta legerat, & iurauerat. ¶ Cum data ſigna ſonabunt) quia ſonitu tubarum vocabantur ad ſacrificia. ¶ Delos) inſula, vbi colitur Diana. ¶ Erit tincta) ideſt maculata ¶ Sanguine votiuo) ſanguine victimarum ex voto interfectarum. ¶ Rata) valida, habuiſſe effectum. ¶ Longior) dicit ſe nolle plura ſcribere, ne prolixitate fatiget, & afficiat moleſtia ipſaʒ Cydippen ægrotantem, & infirmam. Ordo eſt. vale o Cydippe, ne Epiſtola longior laſſet corpus tuum infirmum. ¶ Et vt ſit clauſa) ideſt conclusa. ¶ Fine ſo.) quia finis epiſtolarum ſolet eſſe, vale. D B

ASCENSIVS.

¶ AMPLIVS vtq; nihil) ideſt ꝛ vt nihil amplius ſupplefit mihi, quod cõmendes, me tibi iungit amor. ¶ E' quibus alterius) ordo eſt. ¶ E' quibus) ſcilicet dictis duobus numinibus Diana, quæ & Phœbe, & Luna, & Proſerpina, & Hecate, & Lucina dicitur, ſicut & Triuia, & Delia, & aliis epithetis: & Amore, ideſt Cupidine. ¶ Sagittæ alterius) ideſt Amoris. ¶ Nocuere iam mihi) quia amore langueo, & vulneratus ſum ſagittis Cupidinis: & caue tibi, ¶ Ne tela alterius) ſcilicet Phœbes, quæ eſt ſoror Phœbi, hoc eſt Dianæ, noceant tibi. ¶ Clauſaq; conſueto ſit) ideſt vt ſit clauſa fine conſueto, quia in fine ſolet ſcribi, vale. E

## IN VIGESIMAM EPISTOLAM

### ARGVMENTVM HVBERTINI.

LICET Quidam addiderint multa carmina, quæ in multis codicibus reperiebantur: puto tamen illa carmina non eſſe Ouidii: nam ex eadem officina exiſſe non videntur, & ægrotantem puellam veriſimile eſt breuiter reſpondiſſe: itaqʒ non interpretabor ea, quæ dicta ſunt: quæ tamen ſiquis velit videre; non habent multum difficultatis: &, quoniam ſunt reſponſiua ad præcedentem Epiſtolam, facile intelligantur. Reſpondet autem Cydippe, ſe præ timore non auſam fuiſſe legere Epiſtolam Acontii verbis clare prolatis: ne iterum iuraret, ſicut quando legit pomum: & dicit ſe fuiſſe in voluntate non legendi, niſi, quod dubitauit, ne Diana magis iraſceretur: quam dicit nimium fauere ipſi Acontio: cum æquius eſſet, quòd ſibi faueret: quia virgo deberet fauere virgini. F

C

A

# PVBLII OVIDII NASONIS

## POETAE SVLMONENSIS

### *Heroidum Epiſtola uigeſima.*



## IN VIGESIMAM EPISTOLAM ARGVMENTVM.

CVM EXCEPISSET Cydippe hanc ſibi febrem Dianæ indignatione contigiſſe, in Acontij vota contra paternam voluntatem condeſcendere maluit, quàm diutius torqueri. In primis reſpondet ſe non auſam fuiſſe Epiſtolam ſuam clara voce exprimere, ne vt in pomo, iterum iuraret. Deinde narrando qualiter inſidioſum illud pomum acceperit, in ipſum Acontium inuehitur. Verum illud non duxi ſilentio prætereundum, in hac Epiſtola addidiſſe aliquem quicquid ſequitur poſt illum verſiculum, Quos vereor paucos ne velit eſſe mihi. Quod non ſolum videtur adulterinum, imo tota Epiſtola. Cum nuſquam conſtet, vt iam diximus, Ouidium neq; Sabinum ſcripſiſſe Epiſtolas Leandri, Herus, Acontij, Cydippes. Quas ſi Ouidius compoſuiſſet, ne ſuo labore priuaretur, certe meminiſſet, ſicut de reliquis. Si de Sabino contendas, videas quæſo, ſi bene cum Sabini ſtylo conueniant.

## CYDIPPE ACONTIO.

PErtimui, ſcriptumq; tuum ſine murmure legi,
Iuraret ne quos inſcia lingua deos.
Et puto captaſſes iterum: niſi, ut ipſe fateris,
Promiſſam ſcires, me ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui: ſed, ſi tibi dura fuiſſem,
Aucta foret ſæuæ forſitan ira deæ.
Omnia cum faciam, cum dem pia thura Dianæ,
Illa tamen iuſta plus tibi parte fauet.
Vtq; cupis credi, memori te uindicat ira,
Talis in Hippolyto uix fuit illa ſuo.
At melius uirgo fauiſſet uirginis annis:
Quos uereor paucos ne uelit eſſe mihi.

### HVBERTINVS.

PERTIMVI) cū mihi reddita eſt Epiſtola tua. ¶ Sine murmure) ſine probatione verborum, ſed tantum oculis, & animo percurrens. ¶ Captaſſes) decepiſſes. ¶ Vt ipſe fateris) nam dixit, Promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi. ¶ Dura) aſpera in non legendo ſcriptum tuum. ¶ Sæuæ) iratæ. ¶ Cum faciam omnia) in honorem Dianæ, & propter ipſam. ¶ Dem pia thura) ideſt faciam ei ſacrificia thure. ¶ Fauet tibi plus iuſta parte) ideſt plus æquo tuetur partes tuas. ¶ Vindicat te) facit vindictā pro te. ¶ Vt cupis credi) quia tu dicis mihi, quod hæc eſt cauſa, quare ægroto. dixit enī ipſe. Dicendum tamen eſt, hoc tu (mihi crede) quod ægra Ipſo nubendi tempore ſæpe iaces. Conſulit ipſa tibi. ¶ Talis in Hippolyto) non tantum fauit Hippolyto ſuo: quem etiā ſecundum quoſdam per Aeſculapium à morte ad vitam reuocauit: vt Virgilius ſcripſit: licet Horatius aliter dicat. ¶ Talis) tam fauorabilis. ¶ In ſuo Hippolyto) pro in ſuum Hippolytum. Archaiſmos, ſic Virgilius: Talis in hoſte fuit Priamo. ¶ Melius) iuſtius. ¶ Virgo) ipſa Diana virgo. ¶ Fauiſſet annis virginis) mei Cydippes, quæ etiam ſum virgo. ¶ Quos) annos, ¶ Vereor) timeo. ¶ Ne velit eſſe paucos mihi) quia timeo, ne velit me cito mori. Sed nequis putet me prætermiſiſſe eorum, quæ ſequuntur explanationem propter difficultatem, aut ignorantiam locorum: exponam locum, qui omnium difficillimus putatur, de quo à multis rogatus ſum: qui ſe viros doctos fruſtra conſuluiſſe dicerent, quibus iam viua voce dixi, quid ſentirem. Is locus eſt. ¶ Miror & innumeris ſtructam de cornibus Aram, Et de qua pariens arbore nixa Dea eſt.) Aram ſtructam de cornibus, Aram Dianæ intellexit: quæ ita erat ſtructa, quoniam ipſa eſt Dea venationis: cuius indicia ſunt cornua ferarum: aut de cornibus tantummodo ceruorum factam intelligit, qui ſunt in tutela Dianæ. Arbor de qua Dea pariens eſt nixa, quæ ſit: ipſe Ouidius aperte declarat libro ſexto Metamorphoſeos his verſibus. Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ, Edidit inuita geminos Latona nouerca. Arborem igitur palmæ, & oliuæ ſignificat: cui incumbens Latona Dianam, & Apollinem peperit: hoc autem in Delo fuit.

B

C

D

### ASCENSIVS.

PERTIMVI) breuis eſt hæc Epiſtola, aut quia reſiduum periit: aut quia plura ægrotantem ſcribere non decuit. ¶ Sine murmure) ideſt ſine voce, Iuraret nequos inſcia lingua deos. ¶ Aucta foret ſæuæ forſitan ira deæ) hoc dicto conſentit in ſententiam Acontii. Nam ſibi perſuaſum ſignificat febrem illam à Dea irata illatam. ¶ Illa tamen iuſta) honeſtatis gratia dicit ſe coactam, vt conſentiat Acontio contra voluntatem paternam. ¶ Memori ira) ſic Maro. memorem Iunonis ob iram. ¶ Talis in Hippolyto vix fuit) Bene dubitat. Nam Virgilius dicit eum reuocatum à morte Pæoniis herbis. Horatius autem inquit. Neq; enim Diana pudicum liberat Hippolytum. ¶ Quos vereor paucos ne velit eſſe mihi) ergo quaſi plura ſcribere nequiens, ſic artificioſe Epiſtolam clauſiſſe potuit.

E

F

¶ IN Heroidas hæc habuimus: vt ad te quàm emendatiſſima mitteremus: quæ (vt in Academicis Varro) quoniam indocti doctiq; non forent probaturi: edere non dubitauimus. Cupimus enim inuidi beneuoliq;, qualeſcunq; legant: illi, vt aliena ex merito, ſiqua eſt, laude rumpantur: hi vero tecum meis vigiliis, & laboribus gratulentur.

A

* Omnia hæc carmina ſequétia nó legútur in antiquis exéplarib⁹, neq; ea Planudes tráſfert: atq; ió nó ſunt fortaſſe ipſius Ouidii,

Languor enim cauſis non apparentibus hæret: *
 Adiuuor & nulla feſſa medentis ope.
Quàm tibi nunc gracilem uix hæc reſcribere: q̄q;
 Pallida uix cubito membra leuare putas?
Nunc timor accedit, nequis, niſi conſcia nutrix,
 Colloquii nobis ſentiat eſſe uices.
Ante fores ſedet hęc: quid agamq; rogantibus inter,
 Vt poſſim tuto ſcribere: dormit, ait.
Mox, ubi ſecreti longè cauſa optima ſomnus
 Credibilis tarda deſinit eſſe mora:
Iamq; uenire uidet, quos non admittere durum eſt:
 Excreat: & ficta dat mihi ſigna nota.
Sicut eram, properans uerba imperfecta relinquo:
 Et tegitur trepido littera cauta ſinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat:
 Quantus ſit nobis, aſpicis ipſe, labor.
Quæ peream, ſi dignus eras, ut uera loquamur:
 Sed melior iuſto, quamq; mereris, ero. *

* a.l. ego.

Ergo te propter toties incerta ſalutis
 Commentis pœnas, doq;, dediq; tuis.

B

Hæc nobis formæ te laudatore ſuperbæ
 Continget merces: & placuiſſe nocet.
Si tibi deformis, quod mallem, uiſa fuiſſem:
 Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo: nunc me certamine ueſtro
 Proditis: & proprio uulneror ipſa bono.
Dum neq; tu cedis: nec ſe putat ille ſecundum:
 Tu uotis optas illius: ille tuis:
Ipſa uelut nauis iactor: quam certus in altum
 Propellit Boreas: æſtus & unda refert.
Cumq; dies charis optata parentibus inſtat:
 Immodicus pariter corporis ardor ineſt.
Et mihi coniugii tempus crudelis ad ipſum
 Perſephone noſtras pulſat acerba fores.
Iam pudet: & timeo, quamuis mihi conſcia non ſim
 Offenſos uidear ne meruiſſe deos.
Accidere hoc aliquis caſu contendit: & alter
 Acceptum ſuperis hunc negat eſſe uirum.

C

Neúe mihi credas in te quoq; dicere famam:
 Facta ueneficiis pars putat iſta meis.
Cauſa latet: mala noſtra patent: uos pace mouetis
 Aſpera ſummota prælia: plector ego.
Dicam nunc, ſolitoq; tibi ne deſpice more:
 Quid facies odio? ſic ubi amore noces.
SI LÆDIS, quod amas: hoſtem ſapienter amabis:
 Me precor, ut ſerues, perdere uelle uelis.
Aut tibi iam nulla eſt ſperatæ cura puellæ:
 Quam ferus indigna labe perire ſinis.
Aut, dea ſi fruſtra pro me tibi ſæua rogatur:
 Quid mihi te iactas? gratia nulla tua eſt.
Elige quid fingas: non uis placare Dianam:
 Immemor es noſtri: non potes: illa tui eſt.
Vel nunquàm mallem, uel non mihi tempore in illo
 Eſſet in Aegæis cognita Delos aquis.
Tunc mea difficili * deducta eſt æquore nauis:
 Et fuit ad cœptas hora ſiniſtra uias.

*a.l. difficilis

D

Quo pede proceſſi? quo me pede limine moui?
 Picta meæ tetigi quo pede texta ratis?
His tamen * aduerſo redierunt carbaſa uento:
 Mentior ah demens. ille ſecundus erat.

* a.l. Bis tamen

Ille ſecundus erat, qui me referebat euntem:
 Quiq;, parum felix impediebat iter.
Atq; utinam conſtans contra mea uela fuiſſet:
 Sed ſtultum eſt uenti de leuitate queri.
Mota loci fama properabam uiſere Delon:
 Et facere ignaua puppe uidebar iter.
Quàm ſæpe, ut tardis, feci conuitia remis:
 Quæſtaq; ſum uento lintea parca dare.
Et iam tranſierá Myconen, iam Tenon, & Andron:
 Inq; meis oculis candida Delos erat.
Quam procul ut uidi: quid me fugis inſula dixi?
 Laberis in magno nunquid, ut antè, mari?.
Inſtiteram terræ: cum iam propè luce peracta
 Demere purpureis ſol iuga uellet equis.
Quos idem ſolitos poſtquam reuocauit ad ortus:
 Comuntur noſtræ matre iubente comæ.

E

Ipſa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum:
 Et ueſtes humeris induit ipſa meis.
Protinus egreſſæ, ſuperis quibus inſula ſacra eſt:
 Flaua ſalutatis thura, merumq; damus.
Dumq;, parens aras uotiuo ſanguine tingit:
 Feſtaq; fumoſis ingerit exta focis:
Sedula me nutrix alias quoq; ducit in ædes:
 Erramusq; uago per loca ſacra pede.
Et modo porticibus ſpatior: modo munera regum
 Miror: & in cunctis ſtantia ſigna locis.
Miror & innumeris ſtructam de cornibus aram:
 Et de qua pariens arbore nixa dea eſt:
Et quæ præterea (neq; enim meminiue, libetúe,
 Quicquid ibi uidi, dicere) Delos habet.
Forſitan hæc ſpectans, à te ſpectabar Aconti:
 Viſaq; ſimplicitas eſt mea poſſe capi.
In templum redeo gradibus ſublime Dianæ:
 Tutior hoc ecquis debuit eſſe locus?

F

Mittitur ante pedes malum cum carmine tali:
 Hei mihi iuraui nunc quoq; penè tibi.
Suſtulit hoc nutrix mirataq;, perlege dixit,
 Inſidias legi magne poeta tuas.
Nomine coniugii dicto, confuſa pudore
 Senſi me totis erubuiſſe genis.
Luminaq;, in gremio ueluti defixa tenebam:
 Lumina propoſiti facta miniſtra tui.
Improbe quid gaudes? aut quę tibi gloria parta eſt?
 Quidúe uir eluſa uirgine laudis habes?
Non ego conſtiteram ſumpta peltata ſecure:
 Qualis in Iliaco Pentheſilea ſolo.
Nullus Amazonio cælatus balteus auro,
 Sicut ab Hippolyto, præda relata tibi eſt.
Verba, quid exultas, tua ſi mihi uerba dederunt?
 Sumq;, parum prudens capta puella dolis?
Cydippen pomum, pomum Schœneida cepit:
 Tu nunc Hippomenes ſcilicet alter eris.

A At fuerat melius,ſi te puer iſte tenebat:
Quem tu neſcio quas dicis habere faces:
More bonis ſolito ſpem non corrumpere fraude:
Exoranda tibi,non capienda fui.
Cur,me cum peteres,ea non profitenda putabas?
Propter quæ nobis ipſe petendus eras?
Cogere cur potius,quàm perſuadere uolebas:
Si poteram audita conditione capi?
Quid tibi nunc prodeſt iurandi formula iuris?
Linguaq; præſentem teſtificata deam?
Quæ iurat,mens eſt:nil coniurauimus illa:
Illa fidem dictis addere ſola poteſt:
Conſilium prudensq; animi ſententia iurat:
Et niſi iudicii uincula nulla ualent.
Si tibi coniugium uolui promittere noſtrum:
Exige polliciti debita iura tori.
Sed ſi nil dedimus,præter ſine pectore uocem:
Verba ſuis fruſtra uiribus orba tenes.
Non ego iuraui:legi iurantia uerba,
B Vir mihi non iſto more legendus eras.
Decipe ſic alios:ſuccedat epiſtola pomo:
Si ualet hoc,magnas diuitis aufer opes.
Fac iurent reges ſua ſe tibi regna daturos:
Sitq; tuum,toto quicquid in orbe placet.
Maior es hac ipſa multo(mihi crede)Diana:
Si tua tam præſens littera numen habet.
Cum tamen hæc dixi:cum me tibi firma negaui:
Cum bene promiſſi cauſa peracta mei eſt:
Confiteor,timeo ſæuæ Latoidos iram:
Et corpus lædi ſuſpicor inde meum.
Nam quare,quoties ſocialia ſacra parantur:
Nupturæ toties languida membra cadunt?
Ter mihi iam ueniens poſitas Hymenæus ad aures
Fugit:& è thalami limine terga dedit.
Vixq; manu pigra toties infuſa reſurgunt
Lumina uix moto corripit igne faces.
Sæpe coronatis ſtillant unguenta capillis:
Et trahitur multo ſplendida palla croco:
C Cum tetigit limen,lachrymas mortiſq; timorem
Cernit,& à cultu multa remota ſuo.
Proiicit ipſe ſuas deducta fronte coronas:
Spiſſaq; de nitidis tergit amoma comis.
Et pudet in triſti lætum conſurgere turba:
Quiq; erat in palla,tranſit in ora rubor.
At mihi uæ miſeræ torrentur febribus artus:
Et grauius iuſto pallia pondus habent.
Noſtraq; plorantes uideo ſuper ora parentes:
Et face pro thalami,fax mihi mortis adeſt.
Parce laboranti picta dea læta pharetra:
Daq; ſalutiferam iam mihi fratris opem.
Turpe tibi eſt,illum cauſas depellere leti:
Te contrà titulum mortis habere meæ.
Nunquid,in umbroſo cum uelles fonte lauari:
Imprudens uultus ad tua labra tuli?
Præterii ne tuas de tot cœleſtibus aras?
Atq; tua eſt noſtra ſpreta parente parens?

Nil ego peccaui,niſi quòd periuria legi: D
Inq; parum fauſto carmine docta fui.
Tu quoq; pro nobis,ſi non mentiris amorem:
Thura feras:proſint,quæ nocuere,manus.
Cur,quæ ſuccenſet,quòd adhuc tibi pacta puella
Non tua ſit:fieri ne tua poſſit,agit?
Omnia de uiua tibi ſunt ſperanda:quid aufert
Sæua mihi uitam,ſpem tibi diua mei?
Nec tu credideris illum,cui deſtinor uxor,
Aegra ſuperpoſita membra fouere manu.
Aſſidet ille quidem quantum permittitur ipſi:
Sed meminit noſtrum uirginis eſſe torum.
Et quoq; neſcio quid de me ſenſiſſe uidetur:
Nam lachrymæ cauſa ſæpe latente cadunt.
Et minus audacter blanditur,& oſcula rara
Accipit,& timido me uocat ore ſuam.
Nec miror ſenſiſſe,notis cum prodar apertis,
In læuum * uerſor,cum uenit ille,latus. *a.l.dext.
Nec loquor,& tecto ſimulatur lumine ſomnus,
Captantem tactus eiicioq; manum. E
Ingemit:& tacito ſuſpirat pectore:meq;
Offenſam,quamuis non mereatur,habet.
Si mihi,quòd gaudes,& te iuuat iſta uoluptas:
Si mihi,quòd ſenſus ſum tibi faſſa meos:
Si mihi lingua foret:tu noſtra iuſtius ira,
Qui mihi tendebas retia,dignus eras.
Scribis,ut inualidum liceat tibi uiſere corpus:
Es procul à nobis:& tamen inde noces.
Mirabar quare tibi nomen Acontius eſſet:
Quod faciat longè uulnus,acumen habes.
Certe ego conualui nondum de uulnere tali,
Vt iaculo,ſcriptis eminus icta tuis.
Quid tamen huc uenias?ſanè miſerabile corpus,
Ingenii uideas bina trophea tui.
Concidimus macie:color eſt ſine ſanguine:qualem
In pomo refero mente fuiſſe tuo.
Candida nec miſto ſublucent ora rubore:
Forma noui talis marmoris eſſe ſolet. F
Argenti color eſt inter conuiuia talis:
Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.
Si me nunc uideas:uiſam prius eſſe negabis:
Arte nec eſt,dices,iſta petenda mea.
Promiſſiq; fidem,ne ſim tibi uicta,remittes:
Et cupies illud non meminiſſe deam.
Forſitan & facies,iurem ut contraria rurſus:
Quæq; legam,mittes altera uerba mihi.
Sed tamen aſpiceres uellem,prout ipſe rogabas:
Et diſcas ſponſæ languida membra tuæ.
Durius & ferro cum ſit tibi pectus Aconti:
Tu ueniam noſtris uocibus ipſe petas.
Ne tamen ignores:ope qua reuelaſcere poſſim,
Quæritur à Delphis fata canente Deo.
Et quoq; neſcio quantum nũc uaga fama ſuſurrat:
Neglectum queritur teſtis habere fidem.
Hoc deus,& uates,hoc & mea carmina dicunt:
At deſunt uoto carmina nulla tuo.

Vnde tibi fauor hic? niſi ꝙ noua forte reperta eſt,
  Quæ capiat magnos littera lecta deos.
Teq; tenente deos, nomen ſequor ipſa deorum:
  Doq; libens uictas in tua uota manus.
Faſſaq; ſum matri deceptæ fœdera linguæ:
  Lumina fixa tenet plena pudoris humo.
Cętera cura tua eſt: plus hoc quoq; uirgine factum:
  Non timuit tecum quod mea charta loqui.
Iam ſatis inualidos calamo laſſauimus artus:
  Et manus officium longius ægra negat.
Quid, niſi quod cupio me iam coniungere tecum?
  Reſtat ut aſcribat littera noſtra? uale.

## AD FRANCISCVM ARAGONIVM FERDINANDI REGIS NEAP. F. DOMITIVS CALDERINVS SALVTEM.

MIRIFICVM Eſt ſtudium meum Franciſce, ⁊ voluntas quædam egregia in eos, qui de ſe ſpem aliquam probitatis, & indolem præbent: neqȝ vllum finem facio cogitandi de iis, quæ ad eos vel iuuandos, vel ornandos pertinere arbitror. Quod cum de omnibus facere ſoleo: tamen me id in primis debere exiſtimo iis, qui vel populis aliquando præfuturi ſunt: vel nationum clientelas habituri. Video enim Platonem philoſophorum, vt ille ait, Deum: cum de ciuium ſuorum educatione multa ſapienter, eloquentiſſimeq; præcepiſſet: vnumq; iuuentutis moderatorem compluribus ſatis eſſe monuiſſet: in filiis regis quatuor educationis magiſtros requiſiuiſſe, moribus, & doctrina inſignes. Nimirum maiore cura cenſuit Plato formandum: quod multorum oculis aliquando exhibiturus erat: nam bonus princeps tam omnibus communis eſt: quàm lex ſanctiſſima, & æquabili ciuium ſocietati accommodata. Incredibilem tu regis potentiſſimi filius de te expectationem concitaſti: & cum iſta ætate, veluti in tenellis arboribus, floribus contenti eſſe ſoleamus: tu nobis iam formatos virtutum fructus produxiſti. In quo planè declaras te paternæ gloriæ magnitudinem, & ſplendorem, nulla omnino ex parte ignorare: cum ad eam vel aſſequendam: quod optabile eſt: vel ſuperandam: id quod ipſe fortaſſe cupiat: nos certe vix ſperare audemus: tantis iam famæ, laudumq; præſidiis te compares, & contendas. Hæc cum ex aliis accipio: tum ex Coreſio, multiſq; ampliſſimi, diuiniq; principis Cardinalis tui Neapolitani neceſſariis. Hi enim, ſiue quòd domi te ſæpe audiant: ſiue quod in te præcipuam, immortalemq; obſeruantiam contulerunt: de te mecum & frequenter, & honorifice loquuntur: in primiſq; de literarum ſtudio. Quo in genere cum ab ineunte ætate verſatus ſim, ſtatui eſſe cum inſtituti mei: quod initio propoſui: tum ſuſceptæ de te opinionis aliquid mittere: quod per ætatem in tua iſta felici Campania aliquando leges: non tam quidem, quòd hæc boni principis animum formare poſſint, quàm relaxare. Scio enim placere iis, quos tecum habes: vt vel luſibus animum interdum, grauiorumq; ſtudiorum curam remittas. Vbi vero tu, aut libentius velis conquieſcere: aut honeſtius poſſis, quàm in literis, habes nihil. Quod vt neqȝ hoc tempore alienum videatur, neqȝ ætate tua: efficere ſtudui. Itaqȝ accipies à Domitio tuo hanc elucubratiunculam in Sappho Ouidii, obſcurioraq; Propertii loca: in quibus ſi quid præterea deſiderabis: dabis operam, vt ſciam. Ego enim tam libenter perficiam: quàm ſtudioſe incepi. Simul agnoſces ciuem tuum Papinium Poetam: quem proximis vigiliis omnibus priſtinæ dignitatis, famæq; ornamentis reſtituendum curaui.

Vale ex Vrbe.

## DOMITII IN SAPPHO OVIDII

### ARGVMENTVM.

CALLIAS Methymneus nulla lucubratione nobilior fuit, quàm interpretatione poematum Alcæi, & Sapphus: tanta erant æſtimatione eius mulieris ſcripta: quod Papin. in patris Epicedio ſatis teſtatus eſt: cum eam locauerit inter antiquos vates. & Strabo rem mirabilem eam appellat: nullamq; in poetice cum ea conferri poſſe arbitratur. dederunt quidem operam poeticæ præter hanc tres Corynnæ: de quibus in Syluarum commentariis ſcripſimus: Erynna quæ concubina Sapphus fuit: vt Euſtachius ſcribit. Ea Lesbia, vt alii putant, Rhodia: vel Teia, poema compoſuit lingua Dorica. ccc. verſibus opus abſoluit: quorum dignitas cum Homero contendit: in eam illud Epigramma græcum editum eſt: Ἐννέα τὰς μούσας φασίν τινες ὡς ὀλιγώρως: ἠνὶ δὲ καὶ Σαπφὼ λεσβόθεν ἡ δεκάτη. Theano præterea mulier Locris Lyrica fuit, & Mœro: quæ hymnum in Neptunum compoſuit: & Charixena, & Praxilla. De Sappho hęc Suidas apud Græcos. Sappho Simonis: vt alii putant Eunomini: vt alii Erigyi: vt alii Ecryti: vt alii Semi: alii Camonis: Etarchi alii: nonnulli Scamandronimi: quibus aſtipulatur Herodotus, matre Clide: Lesbia ex Ereſo, Lyrica, nata quadrageſimaſecunda Olympiade: quo tempore, ⁊ Alcæus, & Steſichorus, & Pitthacus: tris fratres habuit Larichum, Charaxum, Eurygium: Cereolæ viro Andrio ditiſſimo nupſit: cui filiam peperit Clida nomine: amicas tris, Atthidem, Teleſippam, & Megaram habuit: quibus ad libidinem vſa dicitur. Diſcipulas Anagoram, Mileſiam, Gongylam, Colophoniam, Eunicam Salaminiam. ſcripſit libros Lyricos nouem. Prima Plectrum reperit: ſcripſit Epigrammata: Elegias, Iambos, & Nænias. Sappho Lesbia ex Mytilene, Pſaltria: hæc amore Phaonis Mytilenei ex Leucade ſe deiecit: nonnulli huic carmen Lyricum tribuunt hæc Suidas græce. huius poemata laſciua fuiſſe indicat Ouidius: Lesbia quid docuit Sappho, niſi amare puellas? & in Arte amandi. Nota ſit & Sappho: quid enim laſciuius illa? Horatius. Viuuntq; commiſſi calores Aeoliæ fidibus puellæ. Viro Cereola mortuo & Clide filia ſuperſtite relicta, in amorem Phaonis incidit: quod Plinius herbæ tribuit. xxii. naturalis hiſtoriæ: vbi de Centum capita ita ſcribit. portentoſum, quod de ea traditur: radiceȝ eius alterutrius ſexus ſimilitudinem referre, raram inuentu: & ſi viris contigerit mas; amabiles etiam fieri: ob hoc & Phaonem Lesbium dilectum à Sappho: multæq; circa hanc non magorum ſolum vanitates, ſed etiam Pythagoricorum. hæc Plinius. quamuis mendoſe in nónullis codicibus ita ſcriptum ſit. ob hoc Phaonem, & Lesbium dilectos Sappho: ſed ita legenda ſunt verba Plinii: vt nos recitauimus. iterum enim dilexit Phaonem mortuo viro: vt etiaȝ Plautus ait in milite: Nulli mortali ſcio obtigiſſe hoc: niſi duobus, tibi, ⁊ Phaoni Lesbio. gręco deniqȝ Epigrammate ab Antipatro Sidonio: tanquam decima muſa ornatur: poemata illius extant nulla. Epiſtola hæc Ouidii eſt aliis Heroidum inſerta: quod in Corynna ſua teſtatur ad Macrum ſcribens: cum Heroidum nomine, ſe ad viros ſcribere ait: Quodq; tenens ſtrictum Dido miſerabilis enſem Dictat, & Aoniæ Lesbis amica lyræ: & cum nomine virorum Epi-

A ſtolas finxit Sabinus poeta: Phaonis quoq; nomine ſcripſit ad Sappho: de quo Ouidius. Quam cito de toto rediit celer orbe Sabinus: Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis. & paulopoſt: Triſtis ad Hipſiphylem ab Iaſone littera venit: Dat votam Phœbo Lesbis amica lyram, ideſt accipit literas à Phaone Sappho cum non rediturum: quare ſe de Leucade deiecit: atq; ita amore liberata lyram dicauit Phœbo: quam vouerat. nam ita ſcripſit: Inde Chelyn Phœbo communia munera ponam: Et ſub ea verſus vnus & alter erit. Hæc autem Epiſtola ab Ouidio compoſita affectus, qui mitiores ſunt, copioſius exprimit: quàm vlla alia: nam eam locupletauit poeta ex poematis Sapphus: quæ molliſſima ſunt: vt etiam de Homero multa tranſtulit, & ex Odyſſea in Penelope: & ex Iliade in Briſeide. Tantum autem abeſt: vt hanc Epiſtolam putem à Sappho ſcriptam: vt etiam ſtatuam inſeri oportere epiſtolis Ouidii: & ſtatim locandam poſt Didonem: nam eo ordine poeta ſcripſit: ſiquidem eius verſibus credimus pauloante à nobis recitatis. ſed cum aliis mollior eſſet: varietateq; blandiretur: dum ſeorſum à nonnullis ediſcitur, ſcribiturq;: ſola, libelli nomen meruit: ⁊ authoris fidem inuenit mulieris lugentis: cum lachrymas, & amantis decorum omni ex parte impleat. de huius ſaltu ad Leucada: de Charaxi amore in Rhodopen, ſuis locis dicemus. Interea illud obſeruandum eſt: partes laſciuiores, & impudica

D verba huic attribui: nam ſupra muliebrem conditionem in amores ardebat: cum non modo virum perdite amauerit: ſed aliarum quoq; mulierum tribas fuerit: hoc eſt inſultando illas fricaret: nam τρίβειν fricare eſt: quod apud Iuuenalem, & Martialem diximus: & ab Horatio maſcula Sappho appellatur, ea de cauſa: quamuis Porphyrio eum locum interpretans ambigendo ſcribat maſculam dici: vel quòd operam poeticæ dederit, quod eſt viri: vel quòd & tribas fuerit: quod & ipſa ingenue fatetur, quamuis mutatis amicarum nominibus: nam, quas amauit, præcipue tres fuerunt: Atthis, Teleſippa, & Megara: ſed de his ſuo loco. Phaon in Siciliam diſceſſerat: puella amoris ignibus incenſa, & plene ardens: cum ab illo ſe ſperni vereretur: ſtatuit etiam capitis periculo furorem lenire demiſſo corpore ex Leucade: ſed antequam illud accedat, per inconſtantiam muliebrem tentans, quod deſperauerat: hac Epiſtola eum reuocare ſtudet, faciens abſenti inuidiam ſuæ conditionis, & calamitatis: quam omnibus incommodis miſerabilem oſtendit: dum & voluptates omnes ſe abieciſſe ſcribit Phaonis cauſa: in tanto dolore carmen non ſuccurrere, ſe ludibrio eſſe fratri: filiam paruam ſuperſtitem: deniq; omnes miſericordiæ articulos excutit: non ſexus, non fortunæ mutatio: non habitus, non rerum omnium deſperatio: non quicquid mite eſt, & mouet: prætermittitur.

B E

## IN SAPPHVS EPIST. EGNATIVS LECTORI.

CONTVLIMVS Olim in hanc Epiſtolam aliquantò plus induſtriȩ, ac curæ: tum ꝙ cæteris corruptior hæc erat, tum ꝙ tametſi cum reliquis ab Ouidio ſcripta videtur, illam tamen doctiſſimus quiſq; ita ſemper admiratus eſt, vt ſecernendam ab aliis conſuerit, ac ſi inter illos minores patritios allecta communem ſortem non ferat, emineretq; ſtatim inter cæteras debeat. Quare & Calderinus, & ante illum Merula, ueluti in Olympio ſtadio celebres athletæ, non citra pulueris (quod aiunt) tactum deſudarunt, ⁊ vt coronam reportarent, contenderunt, ac ſi Pythia illa ac Nemea, vel ſi qua alia in terra Græcia celebrabantur olim, non veram, cumulatamq; victoribus gloriam afferrent. Et ſanè vt illa quidem ſacra omnia erant, & Olympicus Agon, vel Iouis maieſtate, vel Herculis, qui primus inſtituit, authoritate, vel etiam loci magnitudine, ac claritate cætera terræ Græciæ præſtabat, in hac Epiſtola, tametſi cum reliquis ſcripta ſit, & authoris ipſius maiore quodam ſtudio, & perſonæ, quam ſuſtinet, grauitate, ⁊ euentu maxime memorabili digna ſemper eſt viſa, quæ & principem ſibi locum vendicaret, & maiorem diligentiam expoſceret. In qua ſi à viro in primis erudito, ac de ſtudiis noſtris optime merito diſſentire in paucis videbor, ignoſcet ille cum cæteris, cum in nõ paucioribus illum ⁊ ſequar, & laudem. Vtinam q; eius literas, ac ſtudium æmulatione multorum digna iudico, tam poſſem & cætera his æmulanda proponere.

Sappho Phaoni. Non ingratam tibi lector futuram fabellam exiſtimo non animaduerſam ab vtroq; commentatore, quam primo adoleſcentiæ noſtræ tyrocinio ex Græcis ſcriptoribus in racemationum noſtrarum capite vulgauimus. Tu, ſi vacat, inde eam petas.

Nunquid vbi. Alii, Ecquid vt, emendarunt. Sed ipſi viderint: mihi vetus lectio non immutanda eſt viſa, vbi præſertim auribus illa obſequatur magis, & conſenſu etiam probetur eruditiorum.

Elegeia flebile carmen. Et hæc lectio mihi ſemp viſa probabilior q; elegi verbũ, aut elegi quoq;, quod ſubſtituere quidam, id quod inconcinnum abſurdumq; videtur, nec ingenio poetæ congruens: qua autem ratione fiat, vt ſyllaba ea longa ſit, & authorum vſu probatur, & à ratione non abhorret.

Nec mihi Pyrino ſubeunt Mnais ue puellæ,
Nec me Leſiadum cætera turba iuuat.

Neq; accuſare quempiam eſt animus, nec tantum mihi aſſumo, vt ſi quid alii diuerſum à me ſenſerint, id ego ſtatim ad inuidiam meam traham. Sua cuiq; placent, ego mea vt non multum admiror, ſic vbi melius nihil habeo, nõ facilè contemnere aut damnare ſoleo. illud tamen in bonam partem dictum à me accipiant velim, ꝙ immutarint lectionem, totamq; inuerterint, non mutaturos fuiſſe, ſi rem cõſideratius expendiſſent. Qui enim quæſo Pyrrhiades à Pyrrha, aut à Methymna Methymniades deduci poſſunt? Aut vnde hæc tã inſolens, tamq; abſurda deductio? dicimus quidem Lesbiadem, Pelaſgiadem, Acheiadem, Heliconiadem, & cætera id genus, ſed vt ratione non careant, non tamen Pyrrhiadem, Methymniadem non magis q; Mithyleniadem, Romaidem, aut Cyrrhiadem, quod nec vſus, nec ratio patiatur. Vnde enim patronymicum hoc muliebre formatur, aut quomodo? Si enim Pyrrhæus, vt Methymnæus eſt nomen poſſeſſiuum, vt ſunt, nullo pacto poteris inde hoc patronymicum deducere, aut enim Pyrrhæas faciet, aut per diſſolutionem Pyrrhaias: vtrum autem dixeris, & duriter & inſolenter id deduxeris, quod ſi Pyrrhæades legeris, ſyllaba claudicet neceſſe eſt. Nos igitur à veteri ſtabimus lectione. examinent illi rem totam, vt ingenio excellunt, ⁊ eruditione præſtant, facilè (vt opinor) recantabunt.

Quas hic ſine crimine amaui. Non diſpliceret ea lectio, quam aſtruxere, quas non ſine crimine amaui. Sed interim ampliari iudicium poſtulo.

EX SAPPHO.

Nec me deſpicias, ſi ſum tibi corpore parua, Menſuramq; breuis nominis ipſa fero. Diuerſa longe eſt lectio, quæ nunc circunfertur, ſcilicet,

Sum breuis, at nomen quod terras impleat omnes
Eſt mihi, menſuram nominis ipſa fero.

Sed vos erronem tellure. Alii ò vos erronẽ. vetus lectio,

Nec vos erronem tellure admittite noſtrum,
Niſiades matres, Sicelideſq; nurus. Alii,
Niſiades matres, Niſiadeſq; nurus, vt ſit geminatione iucundius carmen.

Tu quoq; quæ immites celebras. Alii ſic emendarunt, Tu quoq; quæ montes, ſed viderint illi, ne montanum ac ſub agreſte quid oboleat hæc emendatio.

Non Arabum noſter rore capillus olet. Alii,

A Non Arabum noſter dona capillus olet.

Non vt ames oro, verum vt amare ſinas.

Sic corriges quemadmodum id quod ſequitur,

Admonuit: quamuis Alii, Admonear.

Per tibi qui nunquàm longe diſcedat amorem. Alii omnes diſcedit. Nos ex affectu optantis fœminæ illum modum ſubſtituimus. ac ſi dicat, qui vt nunquam diſcedat, & abeat à me, opto.

Poſtquàm ſe dolor imminuit, mea pectora planxi. Alii, Nec pectora plangi. vbiq; tamen Ouidius priore verborum forma hanc ſententiam contexuit, vt Canace,

Exieram thalamo, tunc demum pectora planxi. & Medea,

Protinus abſciſſa planxi mea pectora veſte. Adde ꝙ vix dicatur nec puduit plangi pectora, ſed plangere, vt exululare.

Frondibus & nullæ dulce queruntur aues. Vbi olim mille nullo ſenſu, emendabis nullæ, aliter & ſyllaba nutet, & ſenſus non quadret.

Grata prius lachrymas cum bibit herba meas. Omnes hactenus combibit legere: mihi/cum bibit/non diſplicet, vt hic planè ſit ſenſus, incubuiſſe ſe in locum frequentius, vbi antè iacuerant, cum interim herba, locusq; antè illi gratus exciperet ſuas lachrymas, quæ fluerent ad Phaonis memoriam, ſi quis tamen & combibit probat, non admodùm repugnem.

B Sola virum non vlta pie. Emendabis pie. prius, enim caſſa vox ſemper viſa eſt, ac nihili.

Eſt nitidus vitreoq; magis perlucidus amne Fons ſacer. Alii aliter, Eſt nitidus vitroq; magis perlucidus amnis.

Vna nemus. Quid enim ſibi velit vetus lectio non video, vnda nemus, quando & Domitius iam antè id agnouit, & ſenſus vnà expoſcit.

Ante oculos viſa eſt Nais adeſſe meos. Non poſſum non admirari tantam lectionis varietatem in codicibus deprehendi, vetus enim lectio ſic ferme habet:

Formoſus puer eſt viſus adeſſe mihi: nunc alii diuerſe legunt: Conſtitit ante oculos Naias vna meos. Vbi miror, quid ſibi velit hoc nomen quod quidam legunt per ypſilon. Manu ſcriptus codex noſter ſic habuit, vt emendauimus. Quam igitur malint, eam ſequantur. Illud teſtari poſſum, veteri ſi lectioni ſteteris, diſſentire à ſeſe Ouidiũ, quia ſtatim non ad Cupidinem, ſed ad Nympham, ideſt, hanc Naiada conuerſam Sappho faciat, cum inquit: Ibimus ô Nymphe: quo in verſu grauis inſederat error, vt Nymphas alloqui videretur, cum Naiadem Nympham, quæ oculis obiecta illi fuerat, alloquitur, & ſic Nymphe vocandi caſus erit, Græcorum more vnitatis numero.

Nec mora iuſſus amans tenuit lectiſſima Pyrrhæ

C

D Pectora, Deucalion igne leuatus erat Admonuimus iam alias varietatem lectionis incredibilem deprehendi in hac Epiſtola. Nam quidam adeo diuerſi abeunt, vt nec verba, nec ſenſus cum veteri lectione conueniant. Mihi non tantum animi fuit, vt tantam immutationem admitterem, integrum relicturus aliis, quid magis illi probaturi ſint, alii igitur fortaſſe non male.

Nec mora, verſus amor fugit, lentiſſima merſi

Pectora, Deucalion igne leuatus erat.

Ibimus ô Nymphe. Vocandi caſus eſt vnitatis numero, & Græco more enunciatus.

Grata lyram poſuit tibi Phœbe poetica Sappho. Domitius, & alii poetica Sappho, ignoſcant illi, tam perperam legunt, q̃; malè interpretantur: nemo enim neſcire poteſt, qui vel Græcis elementis imbutus ſit, non dici ſubſtantiue vnquam ſic poeticam, dicimus enim poeticam artem, vt Horatii ars poetica, ſed poetriam muliebri genere, vt poetam, quod Græcis in primis peculiare eſt. Nomina nanq; hac forma apud illos multa, vt ψάλτρια, μαθήτρια, ποιήτρια.

Lesbides æquoreæ nupturaq;, nuptaq; proles.

Sic omnino melius, vt illud etiam quod ſequitur, amatæ potius quàm amare.

E Me miſeram dixi quem modo penè meus. Male vetus lectio quæ, nos verò quem, alii quam.

Ecquid ego hæc precibus? Alia lectio, Ecquid ego precibus? Puppiq; tuæ votiua paramus. Quis non videt etiam reclamante codicum fide legenduȝ paramus, non paratur, ex amantis affectu? ſignificare enim voluit nuncupata à ſe ipſa vota pro Phaonis reditu.

Non tamen inuenies cur ego digna fuga.

Hic verſus per parentheſim omnino legendus eſt.

Hæc ſunt Bartuti optime, quæ à nobis ſummo ſtudio, ac diligentia in hanc Epiſtolam iampridem elucubrata, breuiſſime, vti vides, complexi ſumus. Tu (vt ſpero) non parum voluptatis iam ex hac lectione capies, cæteri etiam emolumentum, Epiſtola omnium elegantiſſima, iam nunc legetur, vt intelligi poſſit. Quin etiam, & Domitio ipſi viro planè erudito, & in hoc commentandi genere facilè principi non paruam opeȝ attulimus, quippe qui labores hominis partim neglectos, partim etiam fœdatos, ita reſtituimus, vt ipſe cum ſuo Naſone percipi tandem queat. Nam præter alia ſanata vlcera, Græca omnia, quæ deſiderabantur teſtimonia ſubtexenda in eius commentariis curaui. Bene vale, nec quæ alii nuper emendarunt, contemne: multa enim in illis bonæ frugis inuenies, vt induſtriæ illorum non parua habenda ſit gratia.

ℭ NVNQVID

F



IN OVIDIANAM SAPPHO ARGVM.

TRADVNT Suidas & Aelianus, Græci ſcriptores, duas hoc nomine Sappho extitiſſe: quarum altera Ereſia, poetria percelebris, quæ Alcæi & Pittaci atq; Tarquinij Priſci tempore claruit, quæ etiam plectrum prima adinuenit. Huic nonnulli carmen lyricum tribuũt. Altera Mitylenea longe iunior, quæ pſaltria, & meretrix fuit. Scripſit multa, & præclara apud Græcos poemata, adeo vt decima muſa dicta ſit. Quare autem in Phaonis amorem inciderit, Plinius herbæ tribuit lib. xxiij. Sed Baptiſta Egnatius, vir noſtræ tempeſtatis linguæ græcæ atq; Latinæ ſtudioſiſſimus hanc fabulam ab eodem e Græco in Latinum nuper traductam recitat. Aelianus omnimodæ hiſtoriæ libro. xii. deſcribit pulcherrimum mortalium omnium Phaonem a Venere olim lactucis occultatum, eſſe vero & alios aliter qui ſcripſerint, fuiſſe Phaonem ex eorum hominum genere, qui traijciendis vltro citroq; viatoribus nauigiolis impenſiorem dantes operam, victum ſibi diurnum quæritarent: acceſſiſſe tandem, & Venerem, quæ, ſe vt in alteram tranſportaret ripam, nulla interim promiſſa ſtipe, rogaret. Quod cum ille libentius effeciſſet, neſcius quam tranſueheret deam eſſe: tum vero a Venere longe prætioſius accepiſſe munus, quám ſi vel ampliſſimum manu precium exegiſſet. Alabaſtrum nanq; cum accepiſſet vnguine quodam plenum, quo ſemel perunctus, formoſiſſimus repente mortalium cũctorum apparuit, mulieres omnes Lesbias in eius exarſiſſe cupidinem. præ cæteris vero impatientiſſime atque ardentiſſime a Sappho adamatum. hæc ille. Cum vero Phaon in Siciliam forte diſceſſiſſet, Sappho amoris ignibus incenſa, & plane ardẽs, ſe ab illo ſperni timens, ſtatuit etiam capitis periculo furorem lenire, demiſſo in mare corpore ex Leucate Epiri promontorio. Sed antequam illuc accedat per inconſtantiam muliebrem tentans quod deſperauerat, hac epiſtola eum aduocare ſtudet: faciens abſenti inuidiam ſuæ conditionis, & calamitatis, quam omnibus incommodis miſerabilem oſtendit. Deniq; omnes miſericordiæ angulos excurrit, nec aliquid quod moueat prætermittit. Nulla autem in epiſtolis mitiores, ac laſciuiores amoris affectus, quam in iſta expreſſit Ouidius, eo quod ſupra muliebrem cõditionem in amores aſſerit Sappho, cum non modo virum perdite amauerit, ſed aliarum quoq; mulierum tribas fuerit, ideſt, inſultando illas fretaret. Vnde ab Horatio maſcula Sappho vocata eſt. Multi tamen putant hanc eſſe Sappho, quam diuinus Plato ſapiẽtem vocat, De ea autem ſic cecinit Antipater Sidonius.

Dulcia Mnemoſinæ demirans carmina Sapphus,
Quæſiuit decima Pieris vnde foret. — Auſonius.
Lesbia Pierij Sappho ſoror addita muſis, &c. — Papinius.
Steſichorusq; ferox, ſaltusq; ingreſſa viriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho. — Horatius.
Viuuntq; commiſſi calores Aeoliæ fidibus puellæ.

SAPPHVS PHAONI

NVNQVID, ubi * aſpecta eſt ſtudioſæ littera dextræ:
Protinus eſt oculis cognita noſtra tuis?
An, niſi legiſſes authoris nomina Sapphus:
Hoc breue, neſcires, unde mouetur opus?
Forſitan & quare mea ſint alterna requiris
Carmina: cum lyricis ſim magis apta modis?

A DOMI. NVNQVID vbi aſpecta eſt) Principiũ aũt ep̃le interrogationẽ h̃ẽt, ⁊ qdẽ figuratá: ná ĩ ſtádialiqñ gr̃a iterrogam⁹: vt, Quouſq; tádẽ abutere patiẽtia nr̃a Catilina? nõ. n. illic Ci. iterrogat, vt ſciat: ſed vt ita acri⁹ vrgeat: interrogam⁹ ẽt qõ negari non poſſit: aut vbi reſpondendi difficilis eſt ratio: aut inuidiæ gr̃a, vt illud Medeę apud Senecam. Quas peti terras iubes? aut miſerationis: vt illud Sinonis: Heu quæ me tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt Accipere? Deniq; multis figuris interrogamus. Hæc autem Sapphus interrogatio ironiam q̃dam ſuboſtendit, & infenſa Phaonis crudelitati

B ſui obliuionem expoſtulat, atq; accuſat: nihil enim aliud ſignant quatuor primi verſus, niſi ſe iam deſeri, dũ ambigũt: an ſtatim ille agnouerit literá: an neſcierit, niſi legiſſet nomẽ, quod. ſ. exciderat. ¶ Litera ſtudioſæ dextræ) doctrinam ſuá indicat: cum (inquit) videres characteres tá ſtudioſe, & docte formatos: an cognouiſti eſſe epiſtolá à me? ¶ Studioſæ) ſtudioſi boni dicuntur, & literis eruditi: mihi adeo late patere vr̃: vt diligentẽ in ſuo genere artificẽ ſignificet ſtudio-

C ſum, librarium, pictorem, atq; id genus. ¶ Sapphus authoris) ideſt niſi legiſſes me eſſe eá, q̃ mitteret epiſtolá (nam ita inſcripta erat: Sappho Phaoni) penitus ignorabas, à quo mitteretur? Author nõ eſt, qui tãtũ facit, ſed qui princeps eſt, & p̃mus iubet, vt aliqd fiat, multaq; fieri p̃nt ab aliquo, alio t̃n authore, q nihil in his agat: inde illud apud Liuium frequenter, vt p̃res fiant authores, vt p ĩde accipiát: ac ſi ipſi iuſſiſſẽt. & ad militiam tráſlatũ authorare format, qõ eſt eligere in militiá: ex eo tractũ, ꝙ niſi imperatores ſenatu authore bellũ gererent, triũphũ nõ merebant: cum aũt illis authoribus bellum gerebant: quaſi authorati ab illis nauabát operá: & miles authorat⁹ ab impator̃ ei operam p̃ſtabat: receptus. ſ. in munera militaria, & impatoris fidẽ. Inde exauthorar̃, diminuere ẽ: ⁊ authorametũ ſignat illá aſcriptionem ſimpl̃r. Dabũt veniá mães Laurẽtij: nõ. n. video q̃re ille authoramẽtũ ꝑ ſtipendio accipiat: & ne auide hæc agere videar: nõ refellá oia illi⁹ teſtimonia: vnũ illud ſatis non mõ ĩfirmũ ẽ ꝑ illo, ſed ꝑ nobis firmiſſimũ: quod ex Quintiliãi declama. affert nec difficilẽ ſanè ſub illo p̃ſerti authoramento miſſionem habuiſſe: ſed voluit gladiator viuere, dicat obſecro, an authoramẽtum illic ꝑ ſtipẽdio accipiat: non. n. gladiator illic faciebat ſtipẽdiũ,

D ſed p̃ſtás operá vicariá obijciebat arenæ. habuiſſet, inqt, miſſionẽ ſub illo p̃ſerti authoramẽto. i. cũ ita eẽt aſcriptus in gladiaturá: ná ꝑ altero eũ acceperat munerarius, vt parua ei videret̃ futura iactura, ſi iuueni miſſionẽ dediſſet. Authorat ergo ĩpator militẽ, cũ eũ aſcribit: ná qcqd deinceps agit miles authorat⁹, ad ĩpatorẽ refert̃: cui victoriá parat. ita qcqd ex. Liuio ille affert et Se. ad hác ſentẽtiá nr̃á deducit̃: vt in li. nr̃aꝝ obſeruationũ oñdim⁹ ¶ Sapphus) gtũs græcus ẽ. Fabi⁹ qdẽ ĩ. i. iſtitutio. ita ſcribit. Nũc recẽtiores iſtituerũt græcis noib⁹ græcas declinatiões

E potius dar̃: qõ t̃n ipſũ nõ ſemp fieri põt: mihi át placet latiná rõnẽ ſeq, quouſq; patit̃ decor. Neq;. n. iá Calypſonẽ dixeri, vt Iunonẽ: q̃; q̃; apd̃ antiquos Cęſar vtit̃ hac rõne declinádi: ſed authoritatẽ ꝯſuetudo ſupauit. In cæteris, q̃ poterunt vtroq; mõ nõ idecẽter efferri: q gręcá figurá ſeq malet, nõ latine qdẽ ſed citra rep̃hẽſionẽ loq̃t̃, qb⁹ ex verbis dicim⁹ Cæſarẽ fuiſſe dicturũ Sapphonis potius: q̃; Sapph⁹, ſed t̃n hoc nõ idecẽter efferri ſẽtit Qui. vt Ionẽ legis apud Pla. qõ grámatici quoq; nr̃i obſeruarũt. ¶ Carmia mea al.) elegiaca, ná alternis numeris ſuccedũt heroicis, ĩ qb⁹ claruerũt apd̃ gręcos Callimach⁹ Philetas, Alexander Aetolus: Antimachus: Callinus Mimermn⁹, Thyrthe⁹ Lacedemoni⁹.

F Inſtituti Elegi primũ deflẽdo deſiderio mortuorũ: mox ad amores traducti: ſed nomẽ t̃n retinuerũt à miſerabili cátu, quẽ oli fũdebát ná ἐλεεῖν ẽ miſerari. ¶ Lyricis mo.) ná & ſi elegiá attigerat aliqñ Sappho: t̃n lyricis numeris p̃ſtabat. De lyricis át poetis, & carmine require, quæ elucubrauimus pauloante in vltimo Sylua.

NVNqd vbi aſpecta ẽ) Quia oia ad vnguẽ, & ꝑquamgraphice a Calderino declarát̃: fruſtra longus ſim: ne t̃n nihil dicá: ſcies hác epiſtolá, vt cæteras, ab Oui. cõpoſitá: nec verſá, ſeu tráſlatá: ſed excogitatá: licet Sappho multa carmina ſcripſerit: nec ei⁹ gñis ſolũ, qõ ab ea Sapphicũ dr̃, ſ; ⁊ alia multa, uerũ qa græce, nõ latine ſcripſit, iſaniũt, q hác ep̃lam, vt ẽ, ab ea cõpoſitá ſõniát. ¶ Nũqd). q. d. puto, ꝙ nõ, cũ tamen dẽat. ¶ Vbi). i. ſtatĩ, poſt q̃;. ¶ Lr̃a) metri cá ſingul̃r ꝑ ep̃la põit̃: ſicut ꝯtrà, noia ꝑ eo, qõ ẽ nomẽ, põit. ¶ Authoris Sa.) Ergo author ab authoritate còis ẽ gñis. vñ Iuno apd̃ Vir. Author ego audẽdi. ¶ Sapph⁹) grec⁹ gtũs, q̃ libẽti⁹ vtar, q̃; latino ĩ ꝯſimili dictione græca, Hẽm⁹ át: vt Ser. docet ad illd̃. vii æneì. Luctificá Alecto: fris caſus in vſu, gtĩ ĩ vs: ⁊ actũm, ⁊ vtm̃ ntõ ſilẽ ĩ o ¶ Car. al.). i. hexametra cũ pẽtametris.

ASCEN. * a. l. Ecqd vt

Flendus amor meus eſt:elegeia flebile carmen: *
Non facit ad lachrymas barbitos illa meas. *
Vror,ut,indomitis ignem exercentibus Euris,
Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.
Arua Phaon celebrat diuerſa Typhoidos Aetnæ:
Me calor Aetnæo non minor igne tenet.
Nec mihi,diſpoſitis quæ iungam carmina neruis
Proueniunt,uacuæ carmina mentis opus:
Nec mihi Pierides ſubeunt,Dryadesue puellæ, *
Nec me Lesbiadum cætera turba iuuat.

DOMITIVS.

A ¶FLENDVS Amor) rationem affert, quare à lyricis ad elegos tranſierit. ait enim argumento operis ſe impelli. Poſſem,inquit,lyricis amores etiam includere,ſed lachrymis non conuenit:quibus elegia manare ſolet. ¶Elegia flebile carmen) ambitus eſt recurrẽtis in ſe ſyllogiſmi. Tu,inquit,fortaſſe quęris,quare ſcribaʒ elegos:amor meus deflendus eſt: Elegia eſt carmen flebile: propterea nũc mihi magis conuenit,q̃ lyricum. elegi verbum non placet: frigidum enim eſt. elegia ratione ſyllabæ non offenditur: cum eodem iure alibi defendatur. Ouid. in Corinna: Venit odoratos elegia nexa capillos.& alibi.Flebilis indignos elegia ſolue capillos. ¶Non facit) non ſatis eſt,nec ꝓuenit. ¶Barbitos)Heſychius verborum Græcorum interpres docet Barbiton eſſe genus citharæ lyricæ: vel ipſam lyram. Pollux locat eam inter inſtrumenta, quæ manu pulſantur. Stra. vero author eſt nomen eſſe barbarũ:nam qui Helicona muſis conſecrarunt,Thraces fuerunt,& antiqui vates,Ephorus,Orpheus,Muſæus,Thamyris: qui Baccho item Aſiam conſecrarunt in Indiam vſqʒ, barbari:vnde multa muſica inſtrumenta barbaris nominibus deſignantur, vt nabla, ſambuca, magades, barbitos. ¶Barbitos) i. vllum carmen lyricum. vario autem genere profertur: B maſculino ab Hora. Age dic latinum barbite carmen Lesbio primum modulate ciui.Fœminino ab Ouidio hic: neutro ab aliis.multis chordis fuiſſe indicat Theocritus, qui eam πολύχορδον appellat. ¶Ager fertilis)plenus ſegete. ¶Ardet)ardere ſolet.¶Exercentibus)diuerſas in partes iactantibus. ¶Phaon) nomen liberti Neroniani,cuius meminit Trãquil.Phaon Lesbius inſignis forma:delitiæ Sapphus:carmine tantum amicæ nobilis ¶Celebrat)tenet,& colit.¶Aetnæ)Aetna mons Siciliæ notiſſimus,ſortitus nomen ab Aetna heroe, vt Caſtor ſcribit,numine loci: cuius filium Lucius quidam tẽporibus Tiberi ſe profeſſus loca finitima latrociniis infeſtauit,ſed Romam ductus pœnas dedit.Catane item oppidum Siciliæ,Aetna oliʒ dicebatur,quod nomen incolis expulſis Hieron rex dedit. de monte nunc intelligit:ſub quo Typhoeum fulmine ictum eſſe poetæ fabulantur. Virg. Illic dixit eſſe Enceladum. Silius:Typhoeum ſub Inarime inſula Campaniæ ponit. non ardentem ſortita Typhoeum Inarime.Luca. Conditus Inarimes æterna C mole Typhoeas. Idem Hora. Sed libet hoc loco ambigere de noſtris ſcriptoribus:qui vbi Home.dixit: ἐιν ἀρίμοις.i. in Arimis Arimos pronuncians:noſtri coniunctim cuʒ in præpoſitione flexerunt,Inarimen vſurpantes.Homerum vero de inſula Campaniæ intellexiſſe,vel ille locus Plinii indicat. Home. Inarime dicta,à Græcis πιθήκουσα, non à ſimiarum multitudine, vt aliqui exiſtimauere:ſed à figlinis doliorum:nimirum id deſignans,quod Stra.ſcribit his verbis de Typhoeo loquẽs ex Arimis: vbi ſtratuʒ dicunt eſſe Typhoea. Quidam hanc fabulam in Sicilia fingunt:quidam Pithecuſis,præſertim,qui ſimias dicunt Arimos ab Hetruſcis vocitari: Pindarus certe in Sicilia, vt etiam Ouid.ſcribit,Typhoeum excruciari ait his verſibus.Illum Aetna vinculis fortiſſimis arctat Immẽſum pater, centimanumq́; Typhoeum. Typhon vero pater Harpyiarum fuit, vt eſt apud Vale. Flac. ¶Typhoidos)forma patronymica eſt à voce græca deducta. τύφων vnde Typhonides,⁊ Typhonis formatur. ¶Euris indomitis) vehementibus,& ferocibus. ¶Arua diuerſa)remota,& procul poſita. ¶Nec mihi diſpoſitis neruis)concinnatæ citharę,in qua olim quatuor erant nerui.Sed Terpander Lesbius ſeptem compoſuit:octauam Simonides,nonam Timotheus:inde diſtichon in Terpandruʒ. Hos tibi mutari chordarum quatuor vni : Nonaq́ per ſeptem modulamur carmina neruos. ¶Iungam)iungaʒ cum ſono citharæ. Amphion autem primus cum cantu cithara vſus dici- D tur:antea Thamyras ſine voce:qui autem ſimul canunt cum cithara pſallocithariſtæ dicuntur. ¶Nec mihi Pie.)hunc locum multi negligenter fortaſſe legunt,cum tamen enarratione indigeat.hunc autem ſenſum ego eſſe arbitror:cum Sappho oſtẽdere velit ſe ad carmen non moueri vlla ex his cauſis: quibus olim ſolebat: triplicem canendi cauſam ait ſibi fuiſſe:aut cũ furore poetico ageretur, aut cum relaxans animum in ſyluis ſine curis vagaretur inter Dryadas,⁊ Hamadryadas:aut cum puellis:quas amabat, blãdiretur,quę ſibi Theſpiadum, & muſarum inſtar erant.nunc (inquit) ¶Nec pierides ſubeunt).i.furor poeticus. ¶Nec Dryades).i. nec relaxatio animi in ſyluis iter Dryades prouocat me ad carmẽ. ¶Nec cætera turba Theſpiadum ) nec amicæ, quæ tertia, & reliqua carminis cauſa mihi erant:iam exhilarãt aut delectant:atqʒ ita omnis canendi ratio mihi periit. ¶Pierides)græci fabuloſiora quædam de hoc nomine tradiderunt.Strabo vero hiſtoriã E ſecutus ita ſcribit:nam id planuʒ ex locis:in quibus cultæ ſunt muſæ:Piera enim & Olympus,& Pimpla:& Libetrum quondam loca fuere Thraciæ,& montes,quos nũc Macedones poſſident, quiq́ muſis Helicona conſecrarunt, Thraces fuerunt. ¶Theſpiadum) Theſpias prius,inquit,Stra. nobilitauit Cupido Praxitelis opus ab eo ſculptũ dono vero conſecrauit,Theſpienſibus Glyceriũ meretrix:in quo plus apud me valet Pauſaniæ authoritas,qui Phrynen id dediſſe affirmat, vt in commenta.Syluarum recitauimus,cum præſertim verſu græc. vulgatum φρύνη τὸν πτερόεντα, τὸν ευτέχνητον ἔρωτα μισθὸν ὑπὲρ τεκνᾶν ἄνθετο θεσπιάσι, de quo Plin ita ſcribit.xxxvi.natur. hiſto. de Praxitele tradens eiuſdem eſt Cupido obiectus à Cicerone Verri illi:propter quem Theſpiæ viſebantur,nunc Octauiæ ſcholis poſitus : tres autem fuiſſe muſas tantum ſcribunt nonnulli:quibus Varro aſſentitur:is enim tradit earum ſimulachra multiplicata fuiſſe, quod in ancilibus accepimus : atqʒ ita habitas eſſe nouem.Home.certe. & Heſiodus huic numero adſtipulantur. Homerus numerum tantum nouem proferens: Heſiodus vero addens ſingularum nomina. Alcmæon poeta cœli & terræ filias putauit : alii Iouis , & memoriæ : nobili certe pictura. Fuluius Nobilior Romam eas tranſtulit ex Ambracia.

ASCENSIVS.

F ¶ELEGIA) alii legunt : elegiaq́ : alii elegeia. nam duæ primæ ſyllabæ corripiuntur. ¶Vror vt indomitis)docet cur barbito, ideſt plectro, aut inſtrumento quouis muſico, non leuetur à curis, & lachrymis : quia, inquit ¶Vror, vt ager fertilis ) ideſt qui denſas profert ſegetes : ardet ¶Meſſibus) ideſt ariſtis, & ſegetibus ad meſſem perductis, accenſus, & hoc ¶Euris) ideſt ventis illis indomitis, ideſt quaſi furentibus. ¶Exercentibus ignem) ideſt flammam, vt ſecundo Aeneidos. In ſegetem veluti cum flamma furentibus Euris Incidit. ¶Phaon celebrat arua diuerſa) ſcilicet ab aruis noſtris : quia arua ¶Aetnæ Typhoidos ) ideſt in qua Typhoeus ſepultus dicitur:ſed ¶Calor non minor Aetnęo igne tenet me) ideſt quamuis non ſim in Aetna, non minus tamen ardeo, ſed amoris igne. loquitur autem quaſi de abſente : cum tamen ad Phaonem ſcribat : & ſiquis dicat, cum cantatrix ſit optima : nihilq́ animum magis leniat, quàm cantica : cur non occupet ſeſe carminibus : reſpondet, carmina non amplius prouenire, quia neqʒ ¶Pierides) ideſt poetici furores. ¶Subeunt ) ideſt latenter ſubintrant pectora. ¶Nec puellæ Dryades) ideſt Deæ nemorum : quæ nos ad cantum prouocent,& cætera.

* a.l. elegi quoqʒ flebile carmen:
* a. l. vlla meas.i. nulluʒ carmen lyricum
* Nec me pyrrhiades Methymniadesue puellæ, Egnati' ṽo Nec mihi Pyrino ſubeũt,Mnaiſue puellę. Nec me Lesbiadum.

## DOMITIVS.

Vilis Amythone,* uilis mihi candida Cydno:
  Non oculis grata eſt Atthis,ut antè,meis:
Atq; aliæ centum: quas non ſine * crimine amaui:
  Improbe,multarum quod fuit,unus habes.
Eſt in te facies,ſunt apti luſibus anni,
  O facies oculis inſidioſa meis.
Sume fidem, & pharetram:fies manifeſtus Apollo:
  Accedant capiti cornua,Facchus eris.
Et Phœbus Daphnen,& Gnoſida Bacchus amauit:

* a.l. Vilis Anactorie

* a.l. quas hic ſine crimine

A ¶ VILIS Amythone) ingenue, hic fatetur ſe tribadem fuiſſe, & impudice amaſſe nonnullas, de quarum numero diſſentit ab eo,quod ſcribit Suidas. ille eniʒ tres fuiſſe ſcribit:quibus ad libidinē vſa dicitur Sappho, Teleſippam, Megarā, Atthidem:ſed duarū nomina mutantur:quas hæc appellat Amythonem, & Cydno: ille Teleſippam,& Megaram:de tertia conuenit. Nam ab vtroqʒ Atthis dicitur, quamuis per mendam ſit inuerſum: nos vero emendantes ita legimus. Nec grata eſt oculis Atthis, vt ante,meis:nam ſi ita leges, Nec grata eſt oculis Atthios ante meis: & nomen puellæ deprauas, & nullum colligit ſenſum. ¶ Aliæ centum) mille,centum,⁊ ſexcenta ſępe pro infinito numero accipiuntur. Cice. ad Atticum ſcribens ſexcenta accepit pro infinito:mille,alij ſcriptores, poetæ præſertim: centum hoc loco Sappho: nam non centum, ſed multas habuit puellas Lesbias: B quibus non ad libidinem vtebatur, ſed eas erudiebat cithara: ex qu.bus tres claruerunt in primis eius diſcipulæ: Anaxagora Mileſia,Gongyla,Colophonia, Eunica Salaminia, vt ex Suidæ monumentis ante recitauimus; aut eas in quotidianam conſuetudinem, & familiaritatem acceperat. Hora. Et popularibus gaudente Sappho puellis. omnino ita intelligendum eſt, ante nominatas, concubinas fuiſſe Sapphus: quas vero nunc deſignat,fuiſſe diſcipulas, & ſine infamia fuiſſe amatas. ¶ Sine crimine) ſine criminatione, & reprehenſione, qua non caruit in illis tribus: hic oſtendit ſe de popularibus ſuis intellexiſſe. ¶ Improbe) dicimus improbum non tantum malum, ſed nimis auidum: nec contentum etiam re immodica. ¶ Improbe) qui non contentus es tanto amore meo. ¶ Vnus habes) ſolus poſſides. ¶ Quod fuit multarum) ideſt affectus meos amatorios,quos in multas puellas diſpenſaueram, pudiceq; alias: alia impudice amando: in te vnum contuli: & quod multis ſatis erat, tibi vni eſſe non potuit. ¶ Eſt in te facies) ætate,& forma amabilis quiſpiam eſſe poteſt, quod vtrunqʒ cum in Phaone ſit: laſciua Sappho,formam, & faciem tantum ſuſpirat. ¶ Anni apti luſibus) ludos publicos dicimus numero multitudinis, & ſpectacula: ludus numero vnius pro exercitatione gymnaſtica, vt ludus paleſtræ, ludus pilæ: C deniqʒ ludus dicitur, cum multorum conuentus ab vno eruditur præceptore, vt ludus gladiatorius: ludus literarius: luſus vero ad voluptatem comparati ſunt ſine vlla arte: & puerorum proprie dicuntur, contra vbi ars eſt, & præmium ludus appellatur: vt ludus aleæ: quaſi in ludo à pręceptore traditus certa diſciplina. Fabius. Nec me offenderit luſus in pueris:& eſt hoc ſignum alacritatis, vt, inquit, & formoſus es, & ea ætate, qua luſus non aſpernatur, vt propterea ſis etiam iucundior. ¶ O facies)cum duo propoſuerit iucunda in Phaone:alteruʒ,quo magis allici.batur,repetit,& ingemiſcendo auget. alibi Ouidius. O facies oculos nata tenere meos. In arte autem amandi luſus ineſſe oportere oſtendit. Ludendo ſæpe paratur amor. ¶ Fidem) ideſt Citharam.fides autem proprie Citharæ neruos ſignificat, ſed pro Cithara accipitur,vt etiam à Papin.Tentat audaci fide Mantuanæ Gaudia famæ: fidicula item neruus eſt,.ſed proprie,quo ad tormenta vtebantur:pro neruo ſimpliciter Tranquillus in Tiberio: Veretris deligatis fidicularum ſimul, vrinæq; tormento diſtenderet, eam enim colligationem Tiberius ad ſupplicij acerbitatem excogitauerat. Apollo autem lyram a Mercurio accepit: vnde etiam ad Amphionem peruenit.Hora.Mercuri (nam te docilis magiſtro Mouit Amphion lapides canendo.) ¶ Et pharetram)nam hæc duo inſignia ſunt Apollinis. ¶ Accedant capiti cornua Bacchus eris) cur Bacchus cornua geſtaret, & cum his pingeretur, vnus Diodo.ex omnibus ſcriptoribus, quos legi: probabiliorem ex hiſtoria tradidit rationem,ita enim in quarto hiſtoriarum ſcribit. Traditur Hammon galea in bellis vſus,cuius inſigne fuerit Arietis caput: ſunt,qui ipſum dicant in temporibus paruula habuiſſe cornua: propterea filius eius Bacchus eodē fuiſſe aſpectu,poſteriſq; traditu; deum hunc cornua geſtare: vnde ⁊ bacchę, κεϱατώδες. i.cornigeræ dicuntur:quòd numinis perſonam imitantes cornua ſumebant. ¶ Et Phœbus Daphnen) etſi (inquit)formæ dignitate accedis ad Bacchum, ⁊ Apollineʒ: tamen non ſum à te ſpernenda.Nam vterqʒ Deus puellam amauit me inferiorem. Daphne Ladonis, vt Aphthonius ſcribit, filia: vt noſtri aiunt, Penei: vt Parthenius in volumine,quod de amantibus cōpoſitum eſt: Amycleſi filia fuit. Sed ne per vim Deus ſtupraret,Iuppiter in laurū cōuertit:quę arbor idcirco Apollini grata eſſe exiſtimatur:quoniā, vt ſcribit Plinius in Parnaſſo mōte ſpectatiſſime vireat,vnde Apollo Daphnites apud Syracuſanos colebatur: vt Heſychius refert.Daphne oppidum Syriæ vt refert Strabo. Daphnen præterea amauit Leucippus Oenomai filius,vt ſcribit Pauſanias:quam cum habitu muliebri cognitus in venatione ſequeretur: proditus eſt ſexu ad Ladoneʒ: dum lauaretur,& necatus à virginibus ¶ Et Gnoſida)Gnoſus vrbs Cretæ in plano ſita, ambitu triginta ſtadiorum emporium habuit Heraclium:Ceratiſq; antea appellabatur à præla-bentis fluuii nomine, regia Minois patris Ariadnes, quæ rapta eſt à Theſeo, cui Oenopionem, & Staphylum peperit, vt nonnulli ſcribunt.& ne fabuloſa diu conſecter:locum tantum Plutarchi, male in latinum conuerſum emendabimus: ne aliquis literarum græcarum ignoratione teſtimonium ex eo ſcripto accipiens, falſa aliquando, & ridicula pronunciet: quod multis accidiſſe video:vbi in Theſeo,& Ariadna omnem gręcorum ſcriptorum turbam citat, atqʒ ita ait: τὸν δὲ δάμαξεν ἔρως ἡδὺς πανοπηίδος Αἴγλης: quem locum ita latinum facere potes. Gratus enim eum domabat amor Panopeidos Aegles. Hunc autem verſum ex Heſiodo Piſiſtratum exemiſſe ait Hereas Megarenſis: quemadmodum contra euocationi manium Homericæ idem inſeruit: Perithoum, Theſeumq; deorum iuſtiſſimam prolem:vt id gratificaretur Atheniēſibus.cuʒ autem hæc ipſa verba quidam tranſtulerit,planè cognoſces:ſi aliquando Theſei vitam in manibus ſumes, vbi ita ſcriptum reperies:grauiter enim amore Aeglidis Theſeus excutiebatur: hoc verbum vt Nerea Megarenſis refert, ab Heſiodo Piſiſtratus remouit:quemadmoduʒ alias Homeri funeralia inuadens: Theſeum,Pirithoumq; deorum generoſam prolem exemit: vt Athenienſibus rem gratam conficeret:mitto hiantem compoſitionem, verba inculta. nonne ſenſum totum inuertit: cum contraria tranſtulerit?omitto infinitos pene illius errores cuʒ in hac vita Theſei,tum in aliis:non enim cum accuſabo,queʒ nolo nominare:tu authorem agnoſes,ſi inſpexeris inuicem, à quo Theſei vita traducta ſit.ſed vt ad amorem Bacchi,& Ariadnæ redeamus: omittamuſq; multa,quæ Plutarchus ſcribit: Diodorus tradit Theſeum eam reliquiſſe in Naxo admonitum per ſomnum,⁊ quidem minis à Baccho,vt ea dimiſſa inde abiret: Bacchumq; eam tuliſſe in montem, qui appellatur Dryops. Naxon inſulam prius Strongylem dixerunt, antea Diam dictam: cum ducentum annis tenuiſſent Thraces: Cares deinde occuparunt ex Lamia aduecti, quibus Naxus Polemonis filius imperans pro Dia à ſe Naxon nuncupauit. Strabo Diam appellat. Ouidius. Diæ telluris ad oras. alibi: Qua breuis æquoreis Dia feritur aquis,

D E F

## ASCENSIVS

A ❡ATQVE aliæ centum quas hic ſine crimine amaui) er-
go priores cum crimine: niſi ſit, Amithone, Cydno, At-
this, atq; aliæ centum quas omnes ſine crimine amaui: mihi
viles ſunt. ☞ O facies) Comicus dicit: O faciem pulchram,
tribus enim caſibus iungitur
o. Cætera conſtant, dummo-
do norit puer ☞ Gnoſida)
eſſe patronymicum à patria,
quod declinatur hæc Gnoſis,
huius Gnoſidos &c.

excesſit, & palmum. De Perſeo multa recitauimus ex græ-
cis authoribus in commentariis Syluarum, in eum verſum: D
Fluctiuagus volucrem comebat Perſea Dyctis. illud adde,
quod Pherecydes ſcripſit Perſeum Argos rediiſſe cum Cy-
clopibus, matre Danae, & Andromede vxore: & cum pa-
trem ex Lariſſa accerſeret: iactu diſci eum vulneraſſe: mor-
tuumq; humaſſe ibidem.
☞ Et variis albæ) Ariſtote-
les in ſeptimo de hiſtoria ani
malium docet, quæ animalia
inter ſe amica ſint, quæ item
inimica. vnde Plinius finem
decimi naturalis hiſtoriæ tra-
duxit eo capite, vbi agit de
amicitiis, & inimicitiis ani-
malium, vbi ita ſcribit: Rur-
ſus amici pauones, & colum-
bæ: turtures & pſitaci, me-
rulæ & turdi, cornix & ar-
deolæ: vbi quod de turture
& pſitaco ſcribit, ex ſe tradit:
ab Ariſtotele certe non acce-
pit. Ouidius idem in pſitaco
Corynnæ: Omnes, quæ li-
quido libratis in aere curſus: E
Tu tamen ante omnes turtur
amice dole. Plena fuit vobis
omni concordia vita: Et ſtetit ad finem longa: tenaxq; fides.
Ariſtoteles in ſeptimo de hiſtoria animalium ita ſcribit: Aſi-
nus & Spinus inimici inter ſe ſunt. & mox. & merula quoq;
turturem amat: Plinius Pſitacum dixit: quemadmodum,
quod Plinius tradit eodem libro de Egitho, & Aſino: Ari-
ſtoteles de Acanthide & Aſino ſcribit: non de Egitho: cuius
alias meminit. hinc Sappho oſtendit aliorum amantium exem
plo ſe, quamuis nigra ſit, à Phaone candido amari poſſe:
cum aues diuerſorum generum, & coloris naturali quadam
iungantur amicitia, vt columbæ, & pauones. ☞ Iungun-
tur variis) ſcilicet auibus: aues autem variæ ſunt pauones
varietate colorum diſtincti: nam de his omnino eſt intelli-
gendum: cum diuerſi generis coniungantur: vt etiam pſita-
cus & turtur, quod ſequitur. ☞ A' viridi aue) à pſitaco: qui
ex India mittitur viridis toto corpore: vt ſcribit Plinius, tor-
que tantum miniato. De pſitaco plura leges apud Plinium
decimo naturalis hiſtoriæ: eundem Ariſtoteles ψιττάκην ap-
pellat genere fœminino.

Nec norat lyricos illa, uel illa modos.
At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant:
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus Alcæus conſors patriæq;, lyræq;
Laudis habet: quamuis grandius ille ſonet.
Si mihi difficilis formam natura negauit:
Ingenio formæ damna rependo meæ.
Nec me deſpicias, ſi ſum ubi corpore parua, *
Menſuramq; breuis nominis ipſa fero.
Candida ſi non ſum, placuit Cepheia Perſeo
Andromede, patriæ fuſca colore ſuæ.
Et uariis albæ iunguntur ſæpe columbæ:
Et niger à uiridi turtur amatur aue.

*a.l. Sum breuis: at nomen, q͞d terras impleat oés, Eſt mihi: menſuram nominis ipſa fero.

## DOMITIVS.

❡MODOS lyricos) for-
mæ damna doctrina emen-
dat: qua potiſſimum gloria-
tur. ☞ Pegaſides) de Pegaſo,
& Muſis lege, quæ luculentiſ-
ſime dictauimus in eum ver-
ſum Ouidij. Pegaſis Oenone
Phrigijs celeberrima ſyluis,
cum ſuperiori anno heroidas
B profiteremur. ☞ Dictant) nam
muſæ mihi ſcribenti dictare carmina videntur. Dictare au-
tem eſt enunciare, quod alius excipiat, vnde dictata nó in lite-
ris tantum, ſed in alijs quoq; artibus appellamus: ut illud:
Peragit dictata magiſtri: & Gladiatores meditantur dictata
laniſtæ. frequentatiuum autem eſt à dico, nam quæ docemus,
ſæpe inculcamus: vt penitus excipiantur, & ediſcantur. ☞ Nec
plus Alcæus) Alcæus Omphales. & Herculis filius: Alcæus
Athenienſis tragicus. Alcæus comœdiæ veteris ſcriptor, à
quo editæ ſunt decem fabulæ. Alcæus Mityleneus fratrem
Antimenidem habuit, quem à virtute bellica laudat: oppreſſa
autem patria à tyrannis poemata lyrica aduerſus eos edidit,
quæ στασιωτικά, ideſt continentia ſeditionis inſcribuntur: pro
pterea aureo plectro dignus cenſetur: elocutione magnificus,
& diligens, ſed ad luſus, & amores deſcendit: cum tamen eſ-
ſet maioribus aptior, hæc ex diuerſis ſcriptoribus græcis ex
Fabio accepimus. Hora. Et te ſonantem plenius aureo Alcæe
plectro. ☞ Conſors patriæq;) nam & ipſe Mitylenæus fuit.
☞ Conſors lyræq;) & ipſe lyricus: hunc (vt ille ait) næuus
delectauit in facie pueri. ☞ Grandius) nam, vt diximus ex Fa-
C bio, magnificus eſt eloquentia: & grandiloquus. Sappho ſe
inferiorem eſſe negat: quia ſcilicet tantum aſſequatur ſuaui-
tate carminis: quantum ille granditate. ☞ Si mihi difficilis)
omnia ſingulatim diluit, quæ obiici poterant, vt non amaret:
aliaq; exemplis defendit: alia ratione contraria. Incipit ab eo,
quod firmiſſimum eſt in aduerſario, quòd formoſa non ſit:
quod diluit, & transferendo crimen in naturam, quæ ſibi for-
mam negarit: & opponendo ingenij laudem, quæ plus amari
poteſt, q̄ ipſa forma. ☞ Nec me deſpicias) hic oſtendit, quo-
modo rependit, & reparat: nam breuitatem formæ, famæ (vt
ait) celebritate extendit: quanquàm alluſio videri poteſt non
debuiſſe maius corpus formari ſub biſyllabo nomine: & tam
breui, vt quod certa ratione excuſare non poteſt: ingenua
quadam vrbanitate eleuet. ☞ Candida ſi non ſum) Andro-
mede Cephei Aethiopum regis filia à Perſeo, notiſſima fa-
bula, amata eſt: & ipſa liberata nullis precibus parentum po-
tuit retineri (vt ſcribit Hyginus) quo minus Perſeum libe-
ratorem ſequeretur, relata in cœlum Mineruæ beneficio: ve-
ſtigia vinculorum, quibus expoſita fuit monſtro, ætate ſua
permanſiſſe ſcribit Plinius in Iope portu, vbi illud mon-
ſtrum fabuloſum celebratur: cuius oſſa Romam relata fuiſſe
idem eſt author. Alibi Ouidius: Andromedam nigris Per-
ſeus portauit ab Indis. Andromede præterea liberta Iuliæ
Auguſtæ paruitate corporis inſignis; nam duos pedes non

F

## ASCENSIVS.

❡AT MIHI Pegaſides) Natura magiſtra, qua quiſq;
re maxime præſtat: ea ſe potiſſimum commendat: vt Sap-
pho hic ab arte poetica, & muſica vena. Pegaſides ſunt mu-
ſæ dictæ: quæ poetis, & poetriis carmina dictare, ideſt ſcri-
benda pronunciare finguntur: quòd mortalibus ignota, aut
tanquam ignota à poetis produntur. ☞ Ingenio formæ)
vnde ille: Ingenio pollet: cui vim natura negauit. ☞ Men-
ſuram nominis) quia biſyllabum habet nomen, quaſi præſa-
gio quodam inditum ſit: ſicut Hippolyto: quia equis ſol-
uendus. vnde dici ſolet. Conueniunt rebus nomina ſæpe
ſuis. ☞ Candida ſi non ſum) docet exemplis: quod ille mo-
net, qui dicit: O' formoſe puer nimium ne crede colori.
Alba liguſtra cadunt, vacinia nigra leguntur. ☞ Et variis)
ideſt variorum colorum columbis. ☞ Et niger à viridi tur-
tur amatur aue) Eſt ergo turtur ſub incerto articulo epicœ-
num, dum auem ſignificat: nam de piſcibus dicit Plautus
obuſtos turtures, genere maſculino: quod ſequemur.

Si, niſi quæ facie poterit te digna uideri,
Nulla futura tua eſt: nulla futura tua eſt.
At mea cum legeres, etiam formoſa uidebar:
Vnam iurabas uſq; decere loqui.
Cantabam memini (meminerunt omnia amantes)
Oſcula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hæc quoq; laudabas: omniq; à parte placebam,
Sed tunc præcipuè cum fit amoris opus.
Tunc te plus ſolito laſciuia noſtra iuuabat,
Crebraq; mobilitas, aptaq; uerba ioco:
Et, quod, ubi * amborum fuerat confuſa uoluptas:
Plurimus in laſſo corpore langor erat.
Nunc tibi Sicelides ueniunt noua præda puellæ:
Quid mihi cum Leſbo? Sicelis eſſe uolo.
Nec uos * erronem tellure remittite noſtrum
Niſiades matres, Niſiadesq; nurus. *
Nec uos decipiant blandæ mendacia linguæ:
Quæ dicit uobis, dixerat antè mihi.
Tu quoq;, quæ montes * celebras Ericyna Sicanos,
Nam tua ſum: tuati conſule diua tuæ.
An grauis inceptum peragit fortuna tenorem?
Et manet in curſu ſemper acerba ſuo?
Sex mihi natales ierant: cum lecta parentis
Ante diem lachrymas oſſa bibere meas.

A DOMI. ¶NVLLA Futura tua eſt) prior pars huius verſus ſub cõditione profertur: altera ſub affirmatione. ¶Si, inquit, nulla tua eſt futura) hoc eſt nullam amabis. ¶Niſi quæ facie). i. præſtantia formæ. ¶Poterit videri digna te). i. conuenire formæ tuæ: ¶Nulla futura tua eſt) affirmando negat. i. nullam omnino amabis, nulla enim tam formoſa eſt, q̃; tu: tu; præcipue his verſibus laſciuiam ſuam ingenue profitetur, & ſe tribadem fuiſſe: vnde impudicos corporis motus didicerat, & illecebritatem gãnitus. ¶Cum Leſbo) Leſbos inſula quaſi metropolis Aeolicaru; vrbium nobilis vinetis, & vini præſtantia, nomen ſortita à Leſbo Lapithæ filio: Hermete prius, Laſia: Pelaſgia: Aethiope: Aegira: Macaria deniq; appellata. eandem μακάριον ἕδος. i. beata ſedes, vrbem per circunductionem dixit Home. quo loco Crates: Ariſtarchus: & Euſtathius ambigunt: quem locum poeta deſignet. Strab. in viii. Leſbon affirmat. Macar enim inſulam tenuit ante Leſbon regem, quod etia; Diod. tradit, q̃;uis eum Macareum nominet. huius filiæ fuere Methymne, & Mitylene: à quibus duæ in inſula vrbes cognominatæ ſunt. Patriæ autem charitatem Sappho amori poſtponit. ¶Nec vos errorem) qui erronem legunt, ſenſum non percipiunt: & planetæ cognomen ineptæ huc transferunt. Remittere eſt condonare: vt, remiſi tibi iniuriam. i. condonaui. Remittere item eſt ad

B

negligentiam deſcendere: vt, animum remittere dicimus, cum deponimus curas, & negligimus: cui contrarium eſt intendere, ex tranſlatione ab arcu. Monet itaq; Sappho Siculas mulieres ne remiſſæ, & negligentes in errorem labantur: putantes ſoli & patriæ mutatione Phaonem eſſe ſui diſſimilem. Nam ait, idem eſt, & tam idoneus ad decipiendum, q̃; fuit in Leſbo, cum me decepit. ¶Nec remittite) nec condonate errorem noſtrum. ¶Tellure) quia Phaon tellurem mutauerit. ¶Quæ dicit nobis) per rationem ſubiungit. ¶Niſiades matres) Neſis inſula Campaniæ: cuius meminerunt Papin. & Luca. Neſeidem, ſiue Niſidem dixerunt Scyllam poetæ. Ouid. in remediis. Prçterita cautus Niſeide nauita gaudet. Tu loca, quæ nimium grata fuere: caue, vt legere poſſes ¶Neſiades matres). i. Siculæ media ſyllaba per ſynæreſim producta. Neſea præterea regio eſt iuxta Aetnam montana: vt Stra. ſcribit. Cum ergo ante dixerit ad Aetnam eſſe Phaonem: appellat mulieres Siculas, Neſiadas regione proxima. hæc ſententia magis placet. ¶Sicanos immites) à Sicano rege appellatos Siculos, de quo hiſtoriam lege apud Diony. Alicarnaſſeum in primo: vnde Solinus quçdam accipit. Thucydides quoq; in. vi. hiſto. ſcribit: σικανοὶ δὲ μετ᾽ αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοικισάμενοι ὡς μὲν αὐτοί φασι καὶ πρότεροι. ¶Immites) crudeles in me, cum retineant Phaonem delitias meas: nam eſt epitheton non perpetuum Siculorum, ſed conueniens præſenti affectui Sapphus. ¶Erycina) de felicitate templi Veneris Erycinæ: & de mulieribus eius miniſterio dicatis, diximus in cõmenta. Syluarum. inuocat autem Venerem, quoniam poetæ, qui amatoria ſcribunt: ſunt in Veneris tutela. vt Plato ſcribit, poeſim dicatam eſſe Muſis, ſed amorem Veneri. & Papin. de Stella ad Venere;. Hic tibi plectra dedit, mitiſq; incedere vates Maluit. propterea ſequitur, Vati

C

conſule Diua tuæ. ¶An grauis) nimirum, inquit, in hanc calamitatem delapſa ſum: quoniam fati tenor, & ſeries, quæ mala in me eſſe cœpit: non deſinit. An, non tam interrogantis eſt, quàm ſuccenſentis pertinaciæ fatorum. Alibi Briſeis. An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget? Nec venit inceptis mollior aura meis? ¶Natales) anni. à ſexto (inquit) anno per mala, tanquam per articulos producta ſum. natales pro conditione ortus, & generis. Iuuen. vero pro celebritate diei natalis protulit. Palmam inter dominas virtus natalibus æquat. ideſt non aliter ea victoria exhilaratur, quam diei natalis celebritas. Sed plura illic leges in commentariis. hic natales pro annis accipiuntur. Tot enim dies natales celebrantur: quot aguntur anni. & victoria illa apud Iuuenalẽ, ſingulis annis, tanquam dies natalis, colitur. ¶Oſſa lecta) Seruius neſcio quis paru; vtiliter ſe grammaticum profeſſus, illud Virgilianum exponens, Oſſaq; lecta cado: fabuloſum confingit morem. Neſcio quid ambigit. legebantur oſſa, ideſt cineres, cum flamma rogi ſubſederat, non ꝙ legerentur, vt ille putat, ſed colligebantur: hoc autem verbu; eſt pontificale, & ex lege duodecim tabularum: lex hoc carmine ſcripta erat. Homini mortuo ne oſſa legito: quo poſt funus faciat.

D

* a.l. Atq; vbi

E

* a.l. O vos

* a.l. Siceli desq; nur᷑.

* a.l. immites

ASCEN. ¶SI, niſi quæ facie) vt laudari mereatur, illum laudat à forma vultus. Quod autem bis dicit: Nulla futura tua eſt: ſic conſtruitur. ¶Si nulla futura eſt tua) ſcilicet amica, aut coniux: niſi ea, ¶Quæ poſſit videri facie) ideſt per faciem digna te: ¶Nulla eſt futura tua) quia nullam talem inuenies. ¶At me cum legeres) ideſt eligeres. ¶Cu; fit amoris opus) cum impudicitiæ notata ſit mulier, ſatis impudice laſciuiam ſuam fatetur: quod in muliere pudica indecorum foret. ¶Puellæ Sicelides) ideſt Sicilienſes. ſic Maro. Sicelides muſæ paulo maiora canamus &c. ¶Nec vos errorem) Ordo eſt. ¶Nec vos ò matres Neſiades) ideſt quæ Neſam regionem iuxta Aetnam colitis. ¶Et nurus) ideſt ſponſç, aut matronæ Sicelides. ¶Remittite) ideſt condonate, & abolete. ¶Noſtrum errorem) ſcilicet, ꝙ Phaonem amauimus, aut que; Phaon in nos commiſit. ¶Tellure) ideſt propter tellurem: hoc eſt, nolite excuſare errorem noſtrum propter terram, dicentes videl;, nos ſtulte amaſſe: quia Phaon non eſt de patria mea, ſicut eſt de veſtra: & ideo vos non errate, quæ eum in patria ſua amatis, & retinere poteſtis: quia Quæ dicit vobis, dixerat ante mihi. ¶Tu quoq;) implorat auxilium Veneris: cuius prçclarum erat in Eryce monte Siciliæ templum, eiuſq; ſe vatem dicit, eo, ꝙ ſæpe laſciuos cantauerit amores. Oſtẽdit præterea, quod & ſuperiores ferè Heroides, malorũ ſuorum ſeriem, quaſi generi ſuo fatalem. ¶Sex mihi natales) Ordo eſt. ¶Sex natales) ſcilicet dies, ideſt ſex anni. ¶Ierant) ideſt tranſierant mihi. ¶Cum oſſa pa). i. patris mei. ¶Lecta). i. collecta ex rogo. ¶Bibere meas lachry.) quas. ſ. infudi. ¶Ante diem). i. maturum tẽpus. ſicut, Sed cadat ante diem. Aenei. iiii. ¶Quaſq; male amiſit: nunc male quærit opes) Id vſu venire ſolet: vt in filio prodigo nobis depinxit Saluator. Et ideo, quia (vt dicit alibi) Nõ minor eſt virtus, q̃; quærere, parta tueri: monendi ſunt iuuenes: ne ſua dilapident, aut prodigant.

F



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Arſit inops frater uictus meretricis amore:
  Miſtaq; cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops,agili peragit freta cœrula remo:
  Quaſq; male amiſit,nunc male quærit opes.
Me quoq;,quod monui bene multa fideliter,odit:
  Hoc mihi libertas,hoc pia lingua dedit.
Et tanquàm deſint,quæ me ſine fine fatigent:
  Accumulat curas filia parua meas:
Vltima tu noſtris accedis cauſa querelis:
  Non agitur uento noſtra carina ſuo.
Ecce iacent collo ſparſi ſine lege capilli:
  Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veſte tegor uili nullum eſt in crinibus aurum:
  Non Arabo noſter rore capillus olet. *
Cui colar infelix?aut cui placuiſſe laborem?
  Ille mei cultus unicus author abeſt.
Molle meum leuibus cor eſt uiolabile telis:
  Et ſemper cauſa eſt,cur ego ſemper amem.
Siue ita naſcenti legem dixere ſorores:
  Hæc data ſunt uitæ fila ſeuera meæ.
Siue abeunt ſtudia in mores,arteſq; magiſtras:
  Ingenium nobis molle Thaleia dedit.*
Quid mirum,ſi me primæ lanuginis ætas
  Abſtulit,atq; anni,quos uir amare poteſt?
Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora,timebam:
  Et faceres:ſed te prima rapina tenet.
Hunc ſi conſpiciat,quæ conſpicit omnia,Phœbe:
  Iuſſus erit ſomnos continuare Phaon.

A DOMI.

℃ARSIT Inops frater) Sappho tris fratres habuit: vt ante diximus: Larycum: Eerigyium: Charaxum: qui Rhodopin meretriculaȝ amauit. Nam Xanthus Samius Rhodopin puellam Thraciam in Aegyptum detulit,quæ antea Iadmoni ſeruierat vnà cum Aeſopo fabularum ſcriptore: ibiq; proſtabat illecebriſq; meretriciis magnum fecerat quęſtum:adeo vt Strabo, & Plin. ſcribant Pyramidem ab ea fuiſſe erectaȝ,quod tamen Herodotus temporuȝ ratione refellit,cum alioquin ingentes opes illius fuiſſe cócedat: teſtimoniumq; afferat ex decima ab ea perſoluta verubus ad torrédos boues Delphis dicatos. Tam autem gratæ libidinis fuit: vt in Græcia eius nomen celebre fuerit: vt poſtea Archidices,quę tamen ad illius famam non acceſſit. Charaxus cum vinum Lesbiuȝ ad Naucratim comportaret: eius amore captꝰ é:redemitq; in libertatem grandi pecunia: tandem ipſe in patriam eſt reuerſus, puella in Aegypto permanſit. Sappho(vt Strabo ſcribit) eam Doricam appellat: addens id,quod ipſe quoqȝ fabuloſum eſſe ait: de calceo ab Aquila delato Memphim, qđ ſi voles leges,in decimoquinto illius operis. ⸢Inops) redempta in libertatem meretricula. ⸢Male) turpiter: & per infamiam. ⸢Male quærit)magno diſcrimine,& incommodis. ⸢Monui multa)immo lacerauit fratrem multis carminibus: nec tantum, vt ſcribit Herodotus in ſecundo hiſtoriarú: χάραξος δὲ ὡς λυσάμενος ῥοδῶπιν ἀπενόστησε ἐς μιτυλήνην,ἐν μέλει πολλὰ σαπφὼ κατεκέρτόμησέ νιν. ⸢Ling.pia) ab eo loco,qui pręter ſpem dicitur:& miſerationem mouet,& fratrem trahit in odium:cum ſibi aliter eueniſſe oſtendit,quàm oportuerat. ⸢Filia parua) hanc peperit Cercola Andrio coniuge iam mortuo:puellaq; appellabatur Clis: quod Suidas ita ſcribit: καὶ θυγατέρα ἐποιήσατο ἐξ αὐτοῦ, ἡ κλεὶς ὠνομάσθη. ⸢Non agitur)per interrogationem legendum eſt.nam cum propoſuerit fortunam aduerſam in ſe pertinacem eſſe, enumeratis ſingulis incommodis,quaſi probauerit,quod propoſuit: per interrogationem acclamat: ⸢Non'ne noſtra carina) ideſt noſtræ fortunæ curſus ⸢Agitur) ideſt percellitur ⸢Suo curſu)ſua pertinacia, & ſerie malorum ? nam ad id refertur, quod dixerat: An grauis inceptum peragit fortuna tenorem ? Et manet in curſu ſemper acerba ſuo? ⸢Non agitur) interrogatiue: quaſi dicat,agitur. nam etiam ita interrogamus. non feci? perinde eſt,ac ſi diceres,feci. Vel, Non potui abreptum diuellere corpus? cum autem dicimus,egi: negamus. ⸢Ecce iacent)miſericordiam mouet ab habitu. ⸢Capilli ſparſi ſine lege) mulieribus fortunæ miſeratio ſparſi capilli,& funebris propè dolor. ⸢Sine lege)incompti,& ſine ordine. ⸢Nec premit articulos) annulum etiam, inquit, depoſui. nam in dolore abiiciebatur etiam à viris:quod fecit omnis nobilitas,cum Cn. Flaminio Libertino patre ædilis creatus eſt, Caio Petilio conſulis filio præterito: equites vero non annulum: ſed phaleram deponebant in mœrore publico. ⸢Aurum in crinibus) Homerus in xvii.Iliados ſcribit Euphorbum Panthi filium habuiſſe implicitos crines auro, & argento. Propterea Plinius dubitat an vſus auri cœperit à viris,an mulieribus:cum de viro illud Homerus affirmet:nec antiquius extet in muliere exemplum: ipſe tamen Homeri carmen non indicat, nec nominat Euphorbum. ⸢Rore Arabo)ideſt myrrha, qua vncti crines myrrhei dicuntur.Horatius: Dic & argutæ properet Neeræ Myrrheuȝ nodo cohibere crineȝ. de myrrha alibi diximus. ⸢Siue ita naſcé.)ex diſciplina mathematicorum: qui dicunt homineȝ ſortiri vitam ab ineunte ætate. ⸢Sorores)parcæ,quæ tres ſunt notæ carmine Heſiodi,& noſtrorum conſenſu.pro fatis ab Homero accipiuntur & alibi:& vbi Alcinous ait: τρεῖς δὲ αὐταὶ ἦσαν κλωθὼ, λαχέσις, καὶ ἡ τρίτη ἄτροπος. quod Plato quoqȝ in legibus oſtendit. ⸢Abeunt ſtudia in mores) ideſt ſiue formamus mores ſtudiis: in quibus verſamur. ⸢Thalia)ſtudium poetices. Muſæ Ardalides etiam appellatæ ſunt,vt aliquid afferamus non omnibus notum, ab Ardalo Vulcani filio: qui cum ad Thoerenios tibiam,⁊ muſas detuliſſet:eas ita appellauit. Arcades negant Erato eſſem muſam:ſed vatem fuiſſe aiunt,quę nupſerit Arcadi Caliſtus filio. Aegyptii tres tantum vates colunt, Sibyllam, Herophilen, & Saben. ⸢Fila ſeuera) alluſio eſt ad parcas, quæ vitam humanam nere dicuntur. ⸢Seuera) pertinacia. ⸢Abſtulit)rapuit allectam in amorem,deiecitq; mentem,& conſilium. ⸢Raperes) nam Aurora Cephaluȝ,cuius amore capta eſt,rapuit: abduxitq; per auras.Ouidius: Lutea mane videt pulſis Aurora tenebris,Inuitumq; rapit.ea deſerta ad Procrin eſt reuerſus: quam inſcius interemit.nota fabula,Ouidii præſertim carmine in fine Artis. Hyginus quædam fabuloſiora addit,quamuis ex hiſtoria videantur. ⸢Hunc ſi conſpiciat)alludit ad fabulam Endymionis, qui quoniam primus curſum Lunæ deprehendit (vt ait Plinius)dictus eſt dilectus fuiſſe à Luna,quem dormiétem oſculabatur. huius ſepulturam oſtendi, ait Strabo, ad Latmium montem Cariæ in quodam antro,vbi eſt mons pediculorum,vt ſcribit Hecateus.plura de hoc in commentariis Syluarum diximus. ⸢Iuſſus erit continuare ſomnos) curabit enim Luna, vt ſemper dormiat Phaon, qui formoſior eſt, vt hunc oſculetur.Nimirum hunc locuȝ accepit Ouidius ex poemate Sapphus:nam apud græcum ſcriptorem ita legitur, περὶ δὲ τῆς σελήνης πρὸς αὐτὸν ἐρωτος καὶ σαπφοῦς ἔρως γένσης αὐτοῦ καὶ κατέρχεσθαι πρὸς αὐτὸν τοῦ νυκτῶαν τὴν εἴτε κιίμενον ὕπνον ϑυμαίϑεν ται διαπάντος ϑέλει αὐτόν.

B

*a.l. Non Arabuȝ nŕ dona capillus olet.

*a.l. facit.

C

D

E

F

ASCEN.

℃ECCE Iacent) vt cómiſerationem excitet,recitat negligétiam cultus ſui. ⸢Rore Arabo)ideſt myrrha. dicitur auteȝ hic Arabus.a.um.& Arabs,ſed hic Gentile nomé pro patrio vſurpauit.i.pro Arabico. ⸢Cor eſt violabile &c.)hic patet monoſyllabum cor aliquando produci. ⸢Siue abeunt ſtudia in mores)quia conſuetudo eſt altera natura:ſtudendum eſt ergo q̃primum rebus honeſtis:quod ſeſe non feciſſe fatetur,& dolet. ⸢Quid mirum &c.)Purgat errorem ſuum cum laude Phaonis;tam enim illum formoſum,atqȝ amabilé prędicat,vt non

A

potuiſſet eum non amare, in ea præſertim ætate: qua etiam ab Aurora amari potuiſſet vt Cephalus: ⁊ à Luna, vt Endymion: & à Venere, vt Mars.

## DOMITIVS.

¶ CVRRV Eburno) argenteum currum tribuunt Lunæ poetæ: quoniaꝫ illi argenteũ dicatũ ſit, vt ſcrib. Euſtathi⁹: eburnum Veneri. ebur autem Aethiopibus etiaꝫ in precio, qui regibus Perſidis vicenos dentes elephantorum ſingulis annis pendebant, vt Herodotus ſcribit: id auteꝫ fuit. ccc. decimo anno ab vrbe condita. ¶ Huc ades) blandientis eſt mulieris, & amanter geſtientis. ¶ Rorantur) guttis humectantur: id enim proprium eſt rorare hoc loco. non dixit, aſpice quantum multa litura. nam dicere ſolemus, & debemus, ꝗ multa litura. ¶ Hoc loco) hac parte epiſtolę, quæ obliterata eſt manantibus lachrymis. Plinius. profecto in oculis animus inhabitat, ardent, incenduntur, humectant, conniuẽt, hinc illæ miſericordiæ lachrymæ: hos cum oſculamur: animum ipſum videmur attingere: hinc fletus, ⁊ rigantes ora riui. quis ille humor eſt in dolore tam fœcundus, ⁊ paratus? Superiorem autem verſum ita leges mea quidem ſententia: Non vt ames oro, ſed te vt amare ſinas. ¶ Lachrymis obortis) inter ſcribenduꝫ exortis: ita illud Virgilii de Didone, Sinus lachrymis impleuit obortis: in ſermone ſcilicet. ¶ Si tam certus eras) accuſat ruſticitatem, ꝗ ſe diſcedens ne ſalutauerit quidem. ¶ Lesbi puella) hæc erat appellatio ſine vllo amoris indicio: ſaltem ſi non proprio nomine, aut amicaꝫ appellans, dixiſſes, Lesbi puella vale. ¶ Oſcula) & in iis ſua eſt laſciuia, cum oſcula columbarum dixit Martialis, impudicum oſculum intellexit. nam columbæ oſculantur proprio ritu, antequam miſceantur: ratio (inquit) familiaritatis hoc ordine abs te implenda fuit, vt ſalutares, tum noſtra acciperes oſcula: deniqꝫ munera. ¶ Quod dolitura fui) non timui diſceſſum tuum: ob quem eraꝫ dolitura. ¶ Iniuria) quod ſcilicet me, deſeruiſti. ad concubitum referre non placet: eo enim Sappho alibi geſtit: & in mœrore eius memoriam repetit. ¶ Nec te admoneat, quod, tu munus amantis habes) cãm oſtendit, quare munera diſcedentibus amicis dari, accipiq; ſoleant: vt ſcilicet ſint monumenta amici abſentis: cuius repræſentent memoriam: ſed nec tu (inquit) reliquiſti mihi aliquid diſcedens præter iniuriam: quæ ſum deſerta: nec à nobis accepiſti, quod te admonere poſſit mei abſentis. Itaqꝫ leges: Admoneat, vt dicat: nec te poteſt admonere. ¶ Amantis) .i. mei munus, quod habes: nullum enim diſcedens accepiſti: ad coitum referre non placet. Quid enim ſenſus eſt? nec ego admonui te: quod tu habes munus amantis, ideſt coitum: neceſſe eſt ſuperioribus conueniat: vbi ait, eum nihil ſibi reliquiſſe, & hic dicat eundem nihil à ſe accepiſſe, quod abſentis monumentuꝫ ſit. ¶ Per tibi, qui nunꝗ) iurat per numina proxima: qui ac primum in inuidiam obiicit: Iuro, inquit, tibi per amorem, qui nunquam longe diſcedit; vt ad id referatur: quamuis ipſe procul diſcedas: hic ſemper proximus eſt: nam ſemper amo ¶ Per) eſt iurantis particula: quæ nunquam ſine accuſatiuo effertur. nam illud Virgilianum: Per, ſiqua eſt, quæ reſtet adhuc mortalibus. vſquam Intemerata fides: idem eſt, ac ſi dixiſſet, per fidem, ſiqua eſt &c. ſed antiqua ſimplicitate relatiuum, nomenq; conſonant. ¶ Cum mihi) ſimplicitate narrationis fidem: quam iuramento parauerat: omni ex parte implet: naꝫ ita narrat: vt nõ aliter accidiſſe crebile ſit. ¶ Non aliter) per cõparationem doloris magnitudinem exprimit, & quaſi rei probatæ cumulum addit. ¶ Pia mater) non tantum mater, ſed quæ pia etiam eſt, & vnice filium amauit. ¶ Corpus inane) cadauer vacuum anima. ¶ Rogos extructos) rogus conſtruebatur lignis congeſtis in vnum: vnde ſtrues lignoruꝫ dicitur: de quo hoc carmen extat legis duodecim tabularuꝫ Hoc plus ne facito: rogum aſcia ne polito. Olim in terra ponebantur mortui: etiã apud Romanos: & poſtea, quamuis cremari inſtitutum ſit, multæ familiæ priſcum ritum ſeruabant, vt Cornelii patricii, ex quorum familia nemo crematus eſt ante Syllam: qui id de ſe iuſſit, veritus ne cadauer erueretur à Marianis: naꝫ ipſe C. Marii ſitas reliquias apud Anienem victor diſſipari iuſſerat: hoc eſt quod Plinius ſub obſcure in ſeptimo ſcribit: apertius Cicero in legibus. ¶ Gaudet, & è noſtro) mouet miſericordiã: cuꝫ oſtendit fortunam ſuam ludibrio eſſe aduerſariis. ¶ Creſcit) exhilaratur, ſumit animos.

Hunc Venus in cœlum curru uexiſſet eburno,
Sed uidet & * Marti poſſe placere ſuo.
O nec adhuc iuuenis, nec iam puer, utilis ætas:
O decus, * atq; æui gloria magna tui.
Huc ades, inq; ſinus formoſe relabere noſtros,
Non ut ames oro, ſed te ut amare ſinas. *
Scribimus, & lachrymis oculi rorantur obortis,
Aſpice quàm ſit in hoc multa litura loco.
Si tam certus eras hinc ire, modeſtius iſſes,
Si mihi dixiſſes, * Lesbi puella uale.
Non tecum lachrymas, non oſcula ſumma * tuliſti,
Deniq; non timui, quod dolitura fui.
Nil de te mecum eſt, niſi tantum iniuria, nec te
Admoneat quod, tu munus * amantis habes.
Non mandata dedi, neq; enim mandata dediſſem
Vlla: niſi, ut nolles immemor eſſe mei.
Per tibi, qui nunquam longe diſcedit, * amorem,
Perq; nouem iuro, numina noſtra, deas.
Quum mihi neſcio quis, fugiunt tua gaudia, dixit,
Nec me flere diu, nec potuiſſe loqui.
Et lachrymæ deerant oculis, & lingua palato,
Aſtrictum gelido frigore pectus erat.
Poſtquam ſe dolor imminuit, mea pectora planxi, *
Nec puduit ſciſſis * exululare comis:
Non aliter, quàm ſi nati pia mater adempti
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet, & è noſtro creſcit mœrore Charaxus *
Frater: & ante oculos itq;, reditq; meos.

¶ LITVRA) à lino ſupinum litum corripitur: vnde & litera corripi debuit: ſed t geminatur ſicut in quattuor, quottidie, rettulimus: eadem de cauſa. ¶ Modeſtius iſſes) ideſt ire potuiſſes, aut debuiſſes. ¶ Lesbi puella) vocatiuus eſt à nominatiuo Lesbis Lesbidos: ⁊ ita corripitur vltima: quę genitiui caſus à nominatiuo Lesbos produceretur. ¶ Deniqꝫ non timui, quod dolitura fui) Sic quarto Aeneidos Dido. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem: Et perferre ſoror potero. Quia vt dicit diuus Gregorius: Tela præuiſa minus lædere ſolent. ¶ Per tibi qui nunquam longe diſcedit, amorem) Iuramenta ſolent à poetis deligi apta perſonis, & negociis: vt nautæ per maria, vt Palinurus: Maria aſpera iuro. Parentes per ſalutem filiorum: vt Per caput hoc iuro: per quod pater ante ſolebat: viri fortes per dexteram: & hic amans per amorem: quem dixit nunquam longe diſcedere: aut quem eum ſibi præſto habet: aut quia ſubito puniat perfidos. ¶ Perq; nouem iuro numina noſtra deas) quia & ipſa vates per muſas iurat. ¶ Quum) antiqui u in o vertebant: vt voltis, vortex, vorto: ſed nunc volunt temporis quum ſcribi: cum tamen antiqui nunquam u geminarent, ſcribentes in nominatiuo ſeruos, dauos, auos & cætera. Nec peccet, qui indifferenter /cum/ ſcribat. ¶ Planxi) ideſt percuſſi. ¶ Creſcit noſtro mœrore) vnde Sinon Aeneidos ſecundo: Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ. Grauis enim dolor eſt, cum mala noſtra inimicis gaudio ſunt; & nos illis ludibrio: ait ergo Charaxus.

B

* Sic & in canace, tũc demuꝫ pectora planxi, ⁊ Medea. Protin⁹ abſciſſa pláxi mea pectora veſte. a. vo. l. nec pectora plã gi.

C

D

* a. l. haud

* a. l. O de⁹

* a. l. veruꝫ vt amare ſinas.

* a. l. Et modo dixiſſes:

* a. l. noſtra

E

* a. l. Admonui, qꝺ tu pignus

* Aliq legunt diſcedat, ex affectu optãtis fœminæ, ac ſi dicat, qui vt nũꝗ diſcedat, & abeat à me, opto.

* a. l. ruptis

* a. l. Charaxes.

ASCEN.

F

CEN.

A DOMI.

❡ Q V I D Dolet hæc?) verba Charaxi inſultantis ſorori, & acerbe obiurgantis amoris turpitudinem. ¶ Filia) ad id refert, quod dixit antea, ſe non minus dolere, quam quæ luget filium amiſſum: cui addit teſtimonium fratris. Is enim cum videat tantum eius mœrorem, quantus in filii funere eſſe ſolet: innuens eam alia de cauſa dolere, quæ quidem turpis eſt. Non debet, inquit, tantopere angi: nec hic mœror eſt pro filia, quæ quidem viuit: hæc autem fuit filia Cercolæ, & Sapphus. ¶ Non veniunt in idem) eſt præmunitio eorum, quæ dictura eſt, ſententia ſimplex. eadem ſolet proferri cum ratione, vt illud. In omni certamine, qui opulentior eſt, etiam ſi accipit iniuriam: tamen quoniam plus poteſt, facere videtur: Duplex eſt, vt illud Terentianum, Obſequium amicos, veritas odium parit. In oratione autem ſententiæ ſunt tanquam lumina, minus crebrę apud antiquos, ſed poſtea corrupta eloquentia nimis vſurpatæ ſunt: quod inuidioſe in Senecam, vt puto, dixit Fabius. ¶ Veniunt in idem) ideſ non poteſt pudoris habere rationem, & dare operam amori. alibi Ouidius in Epiſtola Phædræ. Quid deceat, non videt vllus amans. ¶ Omne vulgus videbat) ſcilicet me, & tamen ſupple ego negligebaſ: non enim poteram ſeruire pudori: cum tam perdite amarem. ¶ Tu mihi cura Phaon) ideſt negligo omnes: nec me eorum pudet: tui enim amoris legibus indulgeo Phaon. ¶ Illic te inuenio) in ſomniis ſaltem te amplector: ſomnia interpretari Plin. ſcribit Amphictyonem docuiſſe: de qua ſcientia Chryſippus, & Antipater libros ediderunt, vt ex interpretatione Antiphontis apparet: qui hæc exponebant, coniectores ſunt appellati. ¶ Non ſatis longa) nam ſtatim expergiſcor. Idem Hero ad Leandrum: Me miſeram breuis hæc eſt, & non vera voluptas. Quam Epiſtolam non eſſe Ouidii, certa ratione docuimus: nam nec, quæ legitur Paridis ad Helenam: nec quæ Helenæ ad Paridem: nec quæ Leandri ad Hero: nec quæ Herus ad Leandrum: nec quæ Acontii ad Cydippen: aut Cydippes ad Acontium: ab Ouidio vnquam ſcripta fuit: quod ipſe aperte teſtatur: nam ad Macrum ſcribens ait ſe dictaſſe literas nomine Heroidum, Helenæ, Medeæ, Canaces, & aliarum: Quod Paris, & Machareus, & quod male gratus Iaſon: Hippolytiq; parens: Hippolytusq; legat: nomine vero virorum Sabinus epiſtolas confinxit: quod ibidem teſtatur, Quam cito de toto rediit celer orbe Sabinus: Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis: ſi ergo prius ſcripſit Helena ex Ouidio: poſteaq; reſpondit Paris ex Sabino: quomodo poſſunt eſſe Ouidii? nam Helena hic non ſcribit, ſed reſpondet: & Paris non reſpondet, ſed prior ſcribit: nimirum hæ Epiſtolæ adulterinæ ſunt: & eodem penè ſtylo ab aliquo ſciptæ, quo reliquæ, quæ falſo ad Ouid. referuntur. ¶ Ora vigilant ſenſibus meis) non aliter, inquit, loquor, & exprimo, quod ſentio: quàm ſi vigilarem: nam reliqua corporis ſopita: os vigilat ad verba exprimenda. ¶ Senſibus) ſenſus, & ſenſa dixerunt antiqui: quæ animo concipimus: author Fabius. ¶ Titan) Sol à Titea matre: vt nonnulli putant. Idem Hyperion à patre Hyperione: author Diodorus. ¶ Antra: nemusq;) per commemorationem loci miſerationem facit: qui locus frequētiſſimus eſt apud Virg. ¶ Proſint) lenire poſſint deſideriuſ meum. ¶ Inops mentis) amēs. ¶ Erichthò) maga celebrata etiam carmine Luca. incantatione potentiſſima: ante idem nomen ab Ouidio vſurpatuſ. ¶ Pendentia) ſublimia. ¶ Inſtar) non minoris precii apud me erant. ¶ Marmoris Mygdonii) Mygdonia Phrygiam terminat à meridionali latere: vnde Mygdoniū pro Phrygio accipimus. Papin. in Syluis de Tithono: Mygdonii, Piliiq; ſenis. marmor itē Mygdonium Phrygium intelligimus: quod precii magni erat; & idem Sinaticum dicebatur. de hoc plura ſcripſimus in cōmentariis Syluarum. Mygdoniam item coniungit Plinius cum Macedonia. erat pręterea lapis Phrygius gleba, quædaſ pumicoſa: quæ vrebatur perfuſa vino apta tingendis veſtibus. Sappho marmoris Lesbii non meminit. nam id liuidius erat, verſicolores maculas habens. ¶ Coma) multis frondibus: tranſlatio eſt gratiæ pulchritudinis. ¶ Dos erat) ideſt precium loci. ¶ Grata prius) à mutatione fortunę excitat miſericordiam. ¶ Poſitis frondibus) huius carminis hic mihi ſenſus videtur, omnia mœrēt: & ſylua: quæ in doloris indiciuſ frondes depoſuit: & aues, quæ ne vocem quidem emittunt conquerendo calamitatem noſtrā: vt eo ſilentio maior dolor deſignetur. ASCē.

❡ Q V I D Dolet) ſcilicet ſoror mea: quæ meos amores olim tam ſeuere taxauit: atqſ vituperauit? certe non dolet mortem filiæ: quia filia viuit. q. d. agnoſco eam amore perditam. Et ſi dicat Phaon, eam ſibi hunc dolorem feciſſe, quia non texerat amores: reſpondet, Non veniunt in idē pudor, atqſ amor. ¶ Tu mihi cura Phaon) docet, vt redametur, ſe vehementiſſime amare: ita vt, ſicut Terentianus Phædria à Thaide expoſtulat: Nihil aliud expoſtulet: nec vigilans cogitet. Vehemētis autem amoris indicium eſt: cum & in ſomnis occurrit dilectus. ¶ Formoſo die) qa luce nihil pulchrius, aut amabilius: & tamē quia per noctem fruitur per imaginationem præſentia amici: præfert noctem diei. legendum puto formoſo non formoſa: non ꝙ diem etiam nocti condiſtinctum non inueniam in fœminino genere. Nam Maro dicit lib. v. Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat Clara dies &c. ſed quia vnius vocalis ſic vitatur concurſus. ¶ Cōmittere linguæ) vt ſcilicet laſciuius exequatur, quæ cōfeſſio in fœmina pudica indecora eſſet. ¶ Conſueras) pro conſueueras: nec verſus patitur: vt conſueueras legatur. ¶ Omnia fiunt) etiaſ coitus. ¶ Antra, nemusq; peto, tāq̄

Vtq; pudenda mei uideatur cauſa doloris:
Quid dolet hæc? certe filia uiuit, ait.
NON VENIVNT in idē, pudor, atq; amor: oē uidebat
Vulgus: eram lacero pectus aperta ſinu.
Tu mihi cura Phaon: te ſomnia noſtra reducunt,
Somnia formoſo candidiora die.
Illic te inuenio: quanquam regionibus abſis:
Sed non longa ſatis gaudia ſomnus habet.
Sæpe tuos noſtra ceruice onerare lacertos:
Sæpe tuæ uideor ſuppoſuiſſe meos.
Oſcula cognoſco: quæ tu committere linguæ,
Aptaq; conſueras accipere, apta dare.
Blandior interdum: uerisq; ſimillima uerba
Eloquor: & uigilant ſenſibus ora meis.
Vlteriora * pudet narrare: ſed omnia fiunt:
Et iuuat: & ſine te non licet eſſe mihi.
At cum ſe Titan oſtendit, & omnia ſecum:
Tam cito me ſomnos deſtituiſſe queror.
Antra, nemusq; peto: tanq̄ nemus, antraq; proſint:
Conſcia delitiis illa fuere meis.
Illuc mentis inops, ut quàm furialis Erichthò
Impulit: in collo crine iacente feror.
Antra uident oculi ſcabro pendentia tofo.
Quæ mihi Mygdonii marmoris inſtar erant.
Inuenio ſyluam: quæ ſæpe cubilia nobis
Præbuit: & multa texit opaca coma. *
Sed non inuenio ſyluæ dominumq;, meumq;:
Vile ſolum locus eſt: dos erat ille loci.
Cognoui preſſas noti mihi ceſpitis herbas:
De noſtro curuum pondere gramen erat.
Incubui: tetigiq; locum, qua parte fuiſti:
* Grata prius lachrymas combibit herba meas.
Quin etiam rami poſitis lugere uidentur
Frondibus: & nullæ * dulce queruntur aues.

B

* a. l. Vlterius pudet hic narrarē:

* a. l. & mītis preſſit opaca comis.

C

* a. l. mille

D

E

F

* Aliq cuſ bibit legūt vt ſit ſenſus icubuiſſe ſe in locū frequētius vbi ante iacuerat, cū interim herba, locusq; aī illi gratus excipet ſuas lachrymas, q̄ fluerēt ad Phaonis memoriam.

Sola uirum non ulta piè * meſtiſſima mater
Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn.
Ales Ityn, Sappho deſertos cantat amores:
Hactenus: ut * media cætera nocte ſilent.
Eſt nitidus, uitreoq́; magis perlucidus amne, *
Fons ſacer: hunc multi num en habere putant.
* Quem ſupra ramos extendit aquatica lotos
Vna nemus: * tenero ceſpite terra uiret.
His ego cum laſſos poſuiſſem flebilis artus:
* Conſtitit ante oculos Naias una meos:
Conſtitit: & dixit, quoniam * non ignibus æquis
Vreris: Ambracia eſt terra petenda tibi.
Phœbus ab excelſo, quantum patet, aſpicit æquor:
Actæum populi, Leucadiumq́; uocant.
Hinc ſe Deucalion Pyrrhæ ſuccenſus amore
Miſit: & illæſo corpore preſſit aquas.
Nec mora iuſſus amans tetigit lætiſſima Pyrrhæ *
Pectora, Deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet: pete protinus altam
Leucada: nec ſaxo deſiluiſſe time.
Vt monuit: cum uoce abiit. ego territa ſurgo:
Nec grauidæ lachrymas continuere genæ.
Ibimus ò Nymphe: monſtrataq́; ſaxa petemus:
Sit procul inſano uictus amore timor.
Quicquid erit, melius quàm nunc erit: aura ſubito:
Et mea non magnum corpora pondus habent.

A nemus) ſic Maro in Bucol. Iam mihi per rupes videor: lucosq́; ſonantes Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula: tanq̃; hæc ſit noſtri medicina furoris. ☞ Vt q̃;). i. vtpote, q̃; furialis Erichthò. i. venefica, & incantatrix illa: aut illius ſimilis impulit. ☞ Scabro topho) ſic in Georg. Et tophus ſcaber: qui quia ſcaber, & aſper eſt: purgandis vaſis conuenit. ☞ Inſtar). i. in ſtatum, & valorē, aut æqui pollentiaʒ. ☞ Marmoris Mygdonii). i. Phrygii. ☞ Multa coma). i. fronde, quæ arborum coma eſt. ☞ Dos loci). i. decus, & precium. ☞ Queruntur). i. querulaʒ vocem edunt. ☞ Dulce). i. dulciter, ac cum dulcedine: vt mirum ſit etiam querelas in auibus ſuaues eſſe: ſicut lachrymæ in formoſo vultu decoræ. DOMITIVS.

❡ S O L A) reliquæ aues ſilent: ſola Philomela conqueritur, dolens ſcilicet quòd virum Tereum non potius interfecerit, q̃; Ityn filium. eundem Itylum appellat Catullus: Qualia ſub denſis ramorum concinit vmbris Daulias abſumpti fata gemens Ityli. Varro, & noſtri omnes aiunt Philomelaʒ verſam eſſe in luſciniam: & Prognen matrem Itys in hirundinem. Ouid. hic accipit Prognen verſam eſſe in Philomelam: quod prætere Græci nonnulli tradunt: ꝛ Probus grammaticus in Bucol. Virg. ☞ Daulias ales) Thucidides in. ii. hiſto. ſcribit Tereum imperiū tenuiſſe in Phocide: vnde (vt ait) Philomela, à multis poetis Daulias cognominata eſt. Daulia autem oppidum appellatū eſt à denſitate arbuſtorum: nam δαῦλον denſum ſignificat. Homerus non Dauliam, ſed Daulida ſcribit. Strabo Thucydidi aſſentitur: ſed eum varia ſenſiſſe, putat, ait enim illum ſcribere rem geſtam fuiſſe ad Megaram, In quo veniam dabit ſi Thucydidis verbis refelletur: is enim ita ſcribit in ſecundo hiſtoriaruʒ: ἀλλ' ὁ μὲν ἐν δαυλίᾳ τῆς φωκίδος νῦν καλουμένης γῆς ὁ Τηρεὺς ᾤκει, τότε ὑπὸ θρακῶν οἰκουμένης. Et in carmine ad Liuiam, Talis in vmbroſis mitis: nunc deniqʒ ſyluis Defiet Threicium Daulias ales Ityn. ☞ Non vlta prius) quòd potius non interfecerit Tereum maritum: quam Ityn filium. ☞ Hactenus vt media) ideſt vſqʒ ad mediam noctem, donec omnia ſilent. ☞ Numen) genium: qui tam loci, quàm hominis Deus eſt. ☞ Lotos) arbor in Africa inſignis: de qua Plinius multa. eius fructu veſcuntur Africæ populi Lotophagi inde nominati. obliuionem is cibus facit, inde diſcedendi: quod nonnullis ſociis ſuis accidiſſe Vlyſſes refert apud Homerum: eadem aptiſſima eſt tibiis: inde apud Propertium, Silium Italicum, Martialem, Loton pro tibia expoſuimus. Lotos item (vt idem ſcribit) herba: quæ ſubnaſcitur deorum voluptati: eandem dixerunt fabam græcam. De ſex lotis, quæ in ædibus Craſſi erant: vnde nobile illud iurgium cum Cn. Domitio refertur: diximus in commentariis ſyluaruʒ. ☞ Aquatica) quę gaudet aqua. alibi Ouidius: Amnicolæq́; ſimul ſalices, & aquatica lotos. ☞ Vna nemus) ideſt ſola Lotos facit nemus ramis ſuis. ☞ Phœbus) ad templum Actiacum: quod in ſinu Ambracio eſt, petra prærupta eſſe ferebatur: vnde qui ſe demitterent in mare, amoris flamma leuarentur: id egit prima Sapphō: vt ex Mænandri teſtimonio Strabo affirmat, nam Mænander ita ſcribit: Præruptam nacta in tranſitu petram Cupidinis œſtro percita è ſummo præceps ruit ex animi tui ſententia rex imperioſe, Alii Cephalum Athenis profugum, Deionei filium tyrannum Acarnanum captum amore Ptaolæ Deïonei filiæ: primum id egiſſe autumant. Ouidius Deucalioni id tribuit: mos certe patrius Leucadis manſit: vt in Apollinis ſacrificio ſontem aliquem è ſpecula deiicerent: auertendæ numinis iræ gratia: ſed pennas addebant, multisq́, nauiculis cadentem conabantur excipere: vt ita ſeruatum, & incolumen extra patrios fines mitterent. ☞ Phœbus) ex templo ſuo. ☞ Actæū) à littore: Actiacuʒ à promontorio. leges plura de hoc apud Strabonē, & Plutarchū. Plinius ita ſcribit: Acarnania ante Curetis: & in ora ipſa colonia Auguſti: Actium cum templo Apollinis nobili, ac ciuitate libera Nicopolitana. & paulopoſt: Leucadia ipſa peninſula quondam Neritus: huius ante meminerat Homerus ex perſona Laertis: & affirmauerat Strabo. ☞ Nec mora) & ſtatim. ☞ Lætiſſima pectora) quę prius cōtemnebant amantem, ideſt viciſſim Pyrrha cœpit amare Deucalionem iam vacuum flāma: vnde ipſa torquebatur. ☞ Abiit cum voce) ideſt ſiluit: nec poſtea vſquam apparuit. ☞ Timor) deiiciendi ſe de ſaxo. ☞ Quicquid erit) non vult ſibi ominari mortē ſed tamen eam poſtponit prę ſenti calamitati. ☞ Aura ſubito) per auerſionem miſericordiam mouet, cum & abſentes appellat, & non reſponſuros. ☞ Subito) corpus, cum demittetur. ☞ Et mea non magnum) à poſſibili ſeu facili ſuadet: potero, inquit, ſuſtineri: nam corpus leue eſt: & ſum parua.

*In nõnullis expēdit, in aliis expandit: *Ante oculos viſa eſt Nais adeſſe meos In aliqbus & legitur, Formoſus puer eſt viſus adeſſe mihi.

B

C

D

*a. l. vlta prius

*a. l. &

*a. l. amnis,

*Domiti⁹ agnouit vnda nemus.

*a. l. quid nunc. Vel quæ nunc

E

*a. l. Nec mora: verſus amor fugit lentiſſima merſi

A S C E N S I V S.

❡ S O L A) ordo eſt. ☞ Sola Daulias ales) ideſt auis, videlicet Progne, ſecundum hunc locum, exiſtens mater mœſtiſſima. ☞ Non vlta prius virum) ideſt quia non prius animaduertit in virum, quàm filium illi epulandum occiderit. ☞ Concinit) ſcilicet querula. ☞ Ityn) ſcilicet filium. ☞ Iſmarium) ideſt Thracium. ☞ Ales Ityn) ſupple decantat: ab inferiore ʒeugma. ☞ Eſt nitidus, vitroq́; magis perlucidus, amnis) Per phantaſiam dicit ſibi ad fontem decūbenti apparuiſſe formoſum puerū, videlicet Cupidinē, ſeu amorem cohortanteʒ: vt ſe præcipitem daret de rupe in mare Ambracium: quod etiam feciſſe legitur amoris impatientia. Fingitur autem is locus eius naturæ: vt qui ſe illinc præcipitem dederit, cura leuetur amorum: quod re vera his contingit: qui ſibi necem conſciſcūnt: quia mors vltima cura rerum eſt. ☞ Ibimus ò nymphæ) nam ad fontem dormiens id dixit: vbi nymphas ſemper eſſe putantur. Et ſi dicatur dubius eſſe euentus rei: cuʒ & necari vero ſimilius: quàm leuari curis, ſit: reſpondet. ☞ Quicquid erit, melius, quàm nunc erit) quia etiam mori melius erit: quàm in tali cura viuere. ſed ex Homero Virgilius ſexto Aeneidos de iis, qui ſeſe interemerunt: dicit cum admiratione: Quam vellent æthere in alto Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Fata obſtant &c.

F

A

DOMITIVS.

¶TV QVOq; mollis amor) Cupidinem inuocat: non tam numen propitium, quàm ad hiſtoriam alludens: de qua ante dictum eſt. nam Leucadii cum ſontem demittebant, addebant pennas: ne caſu periret. ⸢Ne ſim crimen aquæ) inuidia, & infamia. ⸢Mortua) ſi moriar. ⸢Inde Chelyn Phœbo) Chelyn citharam dixerunt, quoniam ἐκ χελώνης .i. teſtudine primum eam formauerit Mercurius: vnde & teſtudo dicitur. hi autem duo verſus dum parum intelliguntur erroris cauſam præbuerunt nonnullis legentibus Ouidii verſum ad Macrum: vbi cum de Sabini epiſtola ſcriberet nomine Phaonis ad Sappho ita ait: Dat votam Phœbo Lesbis amica lyram. ideſt Sappho accepit literas à Phaone eum nõ rediturum: propterea ſe deiecit ex Leucade: & amore liberata dedit lyram Apollini: quam ei nuncupauerat: his ſcilicet duobus verſibus. ⸢Communia) conuenientia mihi, & Phœbo. ⸢Poetica) à græcis ποιητρία dicitur: ab Herodoto ita ſcribitur: ἐν μέλει σάπφω πολλὰ κατεκερτόμησέ νιν. ⸢Grata) quòd tuo nomine ſeruata eſt incolumis, & amore liberata vates tua. ⸢Lyram) primus fecit Mercurius, vt ante diximus: quam tradidit Orpheo, ex teſtudine: vt Eratoſthenes ſcribit authore Hygino. Ea relata eſt in cœlum mortuo Orpheo fauore Apollinis: quem plurimum apud inferos laudauerat, & voluntate Iouis: qui id conceſſit Calliope filiæ, matri Orphei. ⸢Lesbides æquoreæ) & hac appellatione miſerationem mouet: dum ſe veteri voluptate carere oſtendit: & iucundam olim conſuetudinem abdicat: auxit affectum compoſitione: vno verbo ſæpe repetito: quod nõ modo ad lachrymas facit: ſed ad indignationem aliquãdo. ⸢Aequoreæ) inſulares. appellat autem prius diſcipulas, quas olim erudiebat: in his tres claruerunt, vt ante diximus: deinde eas, in quarum amore infamia libidinis non caruit: de quibus Suidas πρὸς ἃς καὶ διαβολὴν ἔσχεν αἰσχρᾶς φιλίας. ⸢Aeolia lyra) ideſt Lesbia: nam Lesbos inſula Aeolica eſt: immo Aeolicarum fermè vrbium Metropolis: vt ſcribit Strabo: qui author eſt Aeolicam gentem magnam fuiſſe: & per totam fermè Græciam euagatam: & Dionyſius Aeolidam inſulam appellat Lesbon: vnde & lingua Aeolica originem ſortita eſt. ⸢Lesbides infamem) nunc concubinas ſuas appellat Teleſippam, Megaram, & Atthidem. ita lege hunc verſum: Me miſeram dixi: quàm modo penè meus: vt coniungas, quàm pene dixi meus Phaon: & non quem. ⸢Pectus ne agreſte?) pectus frequenter pro animo apud poetas: caput pro vita: caput autem aperiri aſpectu magiſtratuum, non venerationis cauſa iuſſerunt antiqui: ſed, vt Varro author eſt, valetudinis: quo firmius conſuetudine ea fieret. Plinius idem repetit. quod autem cauſa valetudinis fuit inſtitutum, ad venerationem traduximus. Plutarchus vero in quæſtionibus ad hiſtoriam hoc refert. Nam quærit. διὰ τί τοὺς θεοὺς προσκυνοῦντες ἐπικαλύπτονται τὴν κεφαλὴν: τοῖς δὲ ἀνθρώποις ἀξίοις τιμῆς ἀπαντῶντες κἂν τύχωσιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντες θοιμάτιον: ἀποκαλύπτονται: cur quando vero incidunt in homines veneratione dignos, ſi etiam forte opertum habuerint: caput aperiunt? deniq; ait inſtitutum: vt ita Deos veneremur: vt oſtendit Seruius in tertio Aeneidos de Aenea: qui inter ſacra caput operuit: ne Diomedem hoſtem videret: quando autem hoc Deorum ſit: homines contrà aperto capite venerantur: ne eodem cum diis honore cenſeri videantur. Caſtor addit, neſcio quid Pythagoricum: quod illic leges, quando voles. ⸢Si ſaperes) ſi humanitatem, & rectum officium retineres, me noſſes delitias tuas. ⸢Siue redis) ideſt ſi cogitas de reditu. ⸢Votiua munera) ſoteria. ⸢Ratem) vt ex parte totum intelligamus: vel ex ſpecie genus: vel ex præcedentibus ſequentia: liberius eſſe poetis, quàm oratoribus: nam oratores mucronem quidem dicunt pro gladio: & tectum pro domo: non tamen puppim pro naui: vel abietem pro tabellis: nec ferrum pro ſpiculo: nec quadrupedem pro equo. ⸢Venus orta mari) ita Hero, Quod timeas non eſt, auſo Venus ipſa fauebit: Sternet & æquoreas æquore nata vias. Ex Ioue Venus creata eſt, & gratiæ, Lucina, Diana: eiusq; tutelæ data eſt matura virginum ætas: multa in nuptiarum ritu à locis, quæ tenuit Erycina, Paphia, Syria, cytherea dicta: ex maris ſpuma nata dicitur. notiſſima fabula. ſed cum quatuor Veneres tradiderit antiquitas, hæc eſt ſecunda: quam exeuntem mari ἀναδυομένην appellatam inſigni laude pinxit Apelles, quam tabellam Auguſtus in delubro patris Cæſaris dicauit.

Tu quoq; mollis amor pennas ſuppone cadenti:
Ne ſim Leucadiæ mortua crimen aquæ.
Inde chelyn Phœbo, communia munera, ponam:
Et ſub ea uerſus unus & alter erit.
Grata lyram poſuit tibi Phœbe poetria Sappho: *
Conuenit illa mihi: conuenit illa tibi.
Cur tamen Actiacas miſeram me mittis ad oras?
Cum profugum poſſis inde referre pedem.
Tu mihi Leucadia potes eſſe ſalubrior unda:
Et formæ meritis tu mihi Phœbus eris.
An potes ò ſcopulis, undaq; ferocior illa,
Si moriar, titulum mortis habere meæ?
Ah quanto * melius iungi mea pectora tecum,
Quàm poterant ſaxis præcipitanda dari.
Hæc ſunt illa Phaon: quæ tu laudare ſolebas:
Viſaq; ſunt toties ingenioſa tibi.
Nunc uellem facunda forem: dolor artibus obſtat:
Ingeniumq; meis ſubſtitit omne malis.
Non mihi reſpondent ueteres in carmina uires:
Plectra dolore iacent: * muta dolore lyra eſt.
Lesbides æquoreæ, nupturaq; nuptaq; proles:
Lesbides Aeolia nomina dicta lyra:
Lesbides, infamem quæ me feciſtis amatæ: *
Definite ad citharas turba uenire meas.
Abſtulit omne Phaon: quod uobis antè placebat:
Me miſeram, dixi quem * modò penè, meus.
Efficite ut redeat: uates quoq; ueſtra redibit:
Ingenio uires ille dat, ille rapit.
Ecquid ago precibus? * pectus agreſte mouetur?
An riget: & Zephyri uerba caduca ferunt?
Qui mea uerba ferunt, uellem tua uela referrent.
Hoc te, ſi ſaperes, lente decebat opus.
Siue redis: puppiq; tuæ uotiua paramus *
Munera: quid laceras pectora noſtra mora?
Solue ratem: Venus orta mari, mare præſtat amãti:
Aura dabit curſum: tu modo ſolue ratem.

* a.l. poetica Sappho,
* a.l. At quanto
* a.l. tacẽt
* a.l. amare,
* a.l. quã
* a.l. Ecqd ego hęc precibus?
* a.l. parãtur
* Sic Terẽtius. Dicitẽ eadẽ pręclara poetria Sappho.

B

C

D

E

F

ASCEN.

¶HÆC SVNT Illa Phaon) ſcilicet pectora. ⸢Subſtitit) ideſt repreſſum eſt: alludit ad venam eloquii, quæ fluere ſolet: ſed malis repreſſa eſt: vt ſubſtet. ⸢Veteres in carmina) ideſt ad carmina conficienda priores, ac ſolitæ vires. ⸢Lesbides) ideſt mulieres ex Lesbo: appoſitorie ⸢Nomina dicta) læta: & laudata: vt, Prima dicte mihi: ſumma dicende camœna. & cætera. ⸢Me miſeram) minor eſt excandeſcentia, quàm ſi dicat ò me miſeram. ordo tamen eſt. ⸢O me miſeram) aut miſeram, ideſt miſerandam me cenſeo. ⸢Quàm) ideſt quantum putas. ⸢Penè) ideſt quaſi. ⸢Dixi meus) ſcilicet Phaon abſtulit. ⸢Efficite vt redeat) ſcil. Phaon. ⸢Ecquid ego) ſupple precor: vt ſit. ⸢Quid) ideſt ad quid? ego hæc precor. ⸢Hoc opus) ſcilicet redire. ⸢Lente) ideſt pigre, & tarde ad reditum.

DOMITIVS.

PELASGIDA) nam Pelaſgi ( vt Ephori, Heſiodi, Homeriq́; teſtimonio docet Strabo) per vniuerſam fermè Græciam vagi, & errabundi rem militarem exercuerunt: locis, in quibus fuerunt, nonnullis dederunt nomina. Nam Peloponneſus Pelaſgica ab his dicta eſt. Argos item Pelaſgicuꝫ, & Lesbos Pelaſgica. Plinius tamen, cuius verba ante recitauimus: Pelaſgiam ſcribit: iidem ab Athenienſibus appellati ſunt πελάργιοι: immutata litera: ideſt ciconiæ, ob aſſiduos errores: iidem aliquando fuerunt in Italia, quod Strabo refert: & affirmat Dionyſius Alicarnaſeus. Genus autem duxerunt ex Arcadia ex Pelaſgo filio Iouis, & Niobes. Iuuat) ſeu tibi conſilium eſt. Fugiſſe Pelaſgida Sappho) ideſt Sappho Lesbiam. Non tamen inuenies) hic totus verſus per interpoſitionem legendus eſt: atqꝫ ita coniungendum: ſi iuuat fugiſſe Sappho: O' ſaltem crudelis epiſtola dicat. Fata) miſerabiliter ſaltum Leucadium iam, fatum, & mortem ſuam appellat, & ſi Straboni credimus, inde ſe deiecit, quod & Ouidius innuit eo verſu, quem pauloante recitauimus: Dat votam Phœbo Lesbis amica lyram. Claruit autem cum Alcæo Olympiade ante Tarquinii Priſci arcum ædificatum: vt Euſebii recenſent tempora. Vale.

Ipſe gubernabit reſidens in puppe Cupido:
Ipſe dabit tenera uela, legetq́; manu.
Siue iuuat longe fugiſſe Pelaſgida Sappho:
(Non tamen inuenies, cur ego digna fuga.)
O ſaltem * miſeræ crudelis epiſtola dicat:
Vt mihi Leucadiæ fata petantur aquæ.

* a. l. Hoc ſaltem

ASCENSIVS.

FVGISSE Pelaſgida Sappho) qui neſciunt græca in o habere accuſatiuum in on; legunt Sappho: ſed & Sapphon, & Didon in accuſatiuis legimus. Siue iuuat) Ordo lõgus eſt: ſiue redis &c. Quid laceres &c.) ideſt cur non cito redis, ſi rediturus es? Siue iuuat fugiſſe Sappho Pelaſgida) ideſt græcam mulierem. Longe) ideſt ſiue nunquam rediturus abiiſti. O') optantis eſt, ideſt vtinaꝫ. Epiſtola) ſcilicet tua, qua meis literis reſpondebis. Dicat ſaltem miſeræ) ſcilicet mihi: vt Saxa aquę Leucadię) ideſt præcipitia maris Leucadici Petantur mihi) vt ſcilicet ſic finiam aut amores, aut cum amoribus vitam. Et ita oratorie ſummum, & grauiſſimum pondus votorum in fine ponit, vt ipſum memorem commiſerari faciat. Hæc ſunt, quæ in epiſtolas Ouidianas quanta potui breuitate, & commoditate annotaui.

## GEORGII MERVLAE IN EPISTOLAM SAPPHVS CONTRA DOMITIVM ANNOTATIONES.

QVID Igitur petulans & nimiæ licentiæ literator primum damnat? Nempe quod Franciſcum Philelphum in Sapphus vita declaranda, ceu græca ignorem, ſecutus fuerim: ſed quod mihi vitio obiicit, id laudi maxime duco: neqꝫ enim gloria ſua defraudandi ſunt præceptores noſtri: quoties vera docent. Sed minime miror, ſi omnium ingratiſſimus eius me accuſat, in quo ſe plerunqꝫ iactare ſolet. Quid? quod plane hic ignorat, quorſum Franciſci Philelphi teſtimonium ſpectet. illud etiam deprehendiſſe ſe dicit: ꝙ filiam, non filiuꝫ ex Cercola Sappho genuerit, me vero pro filia filium ſcripſiſſe: quaſi non hoc ſit frequens impreſſorum vitium, qui modo præpoſteras & inuerſas, modo alias pro aliis literas collocent. Quam hominum indulgentiaꝫ, ne dixerim inſcitiam, vix diligens pręfectorum, & corrigentium cura emendare poteſt. Vnum tamen eſt, quod velut ignotum, atqꝫ abſtruſum: cognouiſſe atqꝫ eruiſſe dictitat ſuper his verſibus. Nec mihi Pierides ſubeunt, Dryadesq́; puellæ: Nec me Theſpiadum cætera turba iuuat) Hoc eſt triplicem cauſam dicendi, cum aut furore poetico ageretur, aut cum relaxans animum in ſyluis ſine curis vagaretur inter Dryadas, & Hamadryadas: aut cum pueris, quos amabat, blandiretur, qui ſibi Theſpiadum & muſarum inſtar erant: Nunc, inquit, nec Pierides, ideſt furor poeticus, nec Dryades, ideſt relaxatio animi, in ſyluis inter Dryades prouocant me ad carmen, nec cætera turba Theſpiadum: nec amicæ, quę tertia & reliqua carminis cauſa erant: me delectant. Næ literator egregie de penitiſſimis (vt aiunt) muſarum antris hunc ſenſum eduxiſti. dic quæſo, an non plena ſunt huiuſmodi dèarum appellationibus carmina? ex quibus in tales allegorias quicquã transferre, vt ab Euſtathio traditũ eſt, parum conueniens ſenſit Ariſtarchus: q̃; nimiam grãmaticorum diligentiam, vtpote odioſam, Seneca & Quintilianus in Didymo damnauerunt. porrò q̃; contentioſe & inſulſe oppugnas ſuper hos verſus interpretationem noſtram? Et variis albæ iunguntur ſæpe columbæ: Et niger à viridi turtur amatur aue) Nam cum vim huius comparationis ex præceptis Varronis excuſſerim, hoc eſt per varias aues genus illud agreſte columbarũ accipi, quod ferè eſt albo vario: niteris perabſurde nimis, atqꝫ illepide probare per varias aues pauonem intelligi, parum conſiderans: ſi de columba & pauone intelligeretur, à puella inſipidam, & parum efficacem comparationem fore: quippe quæ nec ſuperiora, nec rem ipſam, de qua agitur: reſpiceret. illud ſanè, duplex illa comparatio, breuiter docet diſpares formas, & diſparia auiũ genera vi amoris plerunqꝫ copulari: nec deformitatẽ, aut impar genus amantes à ſeipſis auertere. Quid enim vult exemplum Perſei & Andromedes, aut columbarum diuerſitas, niſi formam in multis, haud magni momenti eſſe? immo Hercule contra mulierem ſtaret ſua comparatio: ſi formoſæ aues quales albæ columbæ, & pauones habentur: iungi hac in parte traderentur: ꝙ vero ais amicos eſſe inter ſe pauones, & columbas, vt naturales ſcribunt: ad præſens negocium non pertinet: abſurde nimirum omnia exponis: quemadmodum & illud. Non agitur vento noſtra carina ſuo) Vt ſub interrogatione hæc dicat puella, quæ diſceſſu Phaonis, & amiſſa omni ſpe potiundi, quem amabat: in mare ſe præcipitare ſtatuat. Cauillatur, & illud. Si, niſi quæ facie poterit te digna videri, Nulla futura tua eſt: nulla futura tua eſt) Sic exponens, ſi nullã es amaturus, niſi quæ dignitate formæ tuæ conueniat, nullam amabis: quaſi dicat, nulla eſt tam formoſa, q̃; tu. Nos contra ad delitias amatoris omnia referenda dicimus: qui non contentus quotidiana forma, perquam formoſam optet: in quo maior vis doloris puellæ oſtenditur, ꝙ is impoſſibilia appetat, qui ea ſpernit. Verior itaqꝫ eſt hæc ſententia teſtimonio Ouidii confirmata. Forma Dei munus, forma quota quæqꝫ ſuperbit, quaſi dicat, raram vel nullam es amaturus. Hic ego aliquid ſubiungam ex occultis græcorum commentariis ſumptum, conduplicationem iſtam non tam ad emphaſim eſſe factam ab Ouidio, q̃; vt geminando eadem verba characterem Sapphus demonſtraret: quæ (vt Demetrius Phalereus author eſt) gratiam ſuis carminibus ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεως quæſiuit. Nam vbi περὶ χάριτος λόγου præcepta tradit: de charactere Sapphus hæc ſcribit. Sermonis gratiæ, quæ per figuras fiunt: manifeſtæ, & plurimæ ſunt apud Sappho: quemadmoduꝫ anadiploſis, vbi nympha ad Partheniam ait. παρθενία παρθενία τοὶ μὲ λιπους ἀοίχῃ. Quæ reſpondet ad eam per eandem figuram οὐκέτι ἥξω πρός σὲ, οὐκέτι ἥξω: Maior enim gratia apparet, q̃; ſi ſemel eſſet dictum, & ſine figura. ſed cum vir improbus nos inſectetur, noſtraq́; iniquo animo perlegat: non tam reddendæ ſunt homini vices, vt eum ſuæ petulantiæ pœniteat: q̃; bonis ac ſtudioſis iuuenibus conſulendũ, qui pluſq̃; conueniat, interpretationibus Domitii fidei adhibentes in grauiſſimos errores incidunt.

# IN IBIN A D

## ARGVMENTVM ZAR OTI

SCRIPSIT Ouidius in Ponto in Ibidem
inuectiuam:cuius opuſculi argumentum per
peram nonnulli interpretantur:cum Ouidiũ
Callimachum poetam imitatum dicant, qui
in Apollonium Rhodium diſcipulum inue-
ctus eſt:quem Ibidem appellat:vt ipſum Ale-
xandrinum indicaret.nã Ibis Aegyptia auis
eſt?quam ſane hoc deridendum ſit:quis tam indoctus eſt,om-
niſq; veri iudicij expers,qui non intelligat,Dum argutuli qui-
dam nouarum rerum,quæ nuſquam ſunt, indagatores noua
cudere poſteritati volunt:in veterrima nimis:⁊ á veritate alie
niſſima dilabuntur.Dicát nobis hi nouatores,quod dedecus,
quænam infamia Apollonio fuiſſet:vt Alexandrinus Callima
cho diceretur?nonne ex Aegypto illuſtres habentur viri do-
ctrinis eruditi varijs:ac excellentes?quæ etiam Apollonio ve
ra indicatio ſub Ibidis nomine fuiſſet:cum non tantum in Ae
gypto huiuſmodi auium genus (teſte Plin.) reperiatur? Si igi-
tur Apollonio Callimachus Ibidis nomen indidiſſet, vt eum
tantum indicaret:non dubio,ſed notiori vocabulo appellaſ-
ſet.Quæ nam ergo relicta nobis ratio eſt:cur Ibidem Apol-
B lonium Callimachus appellauerit?hæc nempe:& eſt ſententia
Vallæ præceptoris mei omnium doctiſſimi.Plini.lib.viii.ſuę
naturalis hiſtoriæ de Ibide hęc ſcribit.Volucris in Aegypto,
quę uocatur Ibis,roſtri aduncitate per eam partem ſe perluẽs,
qua reddi ciborum onera ſalubre maxime eſt.Cum igitur tan-
ta ſit huius ſpurcitas:vt proprio ore ventrem purget,quod eſt
fœdiſſimum,⁊ ſpurciſſimum:ſi rem,non naturam ſpectes:hunc
& omni pudore carentem,atq; elegantia primum,q̃uis ſe po
ſtea probabilé reddiderit, ⁊ ingratiſſimum diſcipulum Calli-
machus oſtendit,Ibidem appellauit:nam & in ſermones incõ
petiſſimum Apollonium fuiſſe,⁊ eius bis á Criticis repudia-
tum opus memorant:inde correctum acceptum, vt Quintili.
tra didit:ad cuius Ouidi. imitationem inimicum quoq; ſuũ
in hoc opere Ibidem vocitauit:utq; etiam hominem nullius
decoris,& commoditatis ſignificaret.Huius autem maledicé
tiæ cauſas has fuiſſe ipſemet aperit. Solicitabat vxoré poetæ:
dum in Ponto exulabat:quidam,qui,dũ fortuna Ouidio fuit,
ab ipſo inter amicorum numerum céſebatur haud poſtremus.
fracta autem fortuna fidem violare non puduit,linguæ vene-
na inſuſurrans Auguſto,vt diutius in exilium ipſum remora- E
retur. q̃re laceſſitus has deprecationes,deuotioneſq; in ipſum
perfidum Ibidem compoſuit.quis vero hic fuerit Ibis:à nobis
deprehendi non poteſt,cùm ipſe nuſquàm aperiat.Opus vide-
bis elegiaco metro paucis carminibus abſolutum:ſed ſua cum
fabularum, tum hiſtoriarum obſcuritate quàmlongiſſimum:
ad cuius iam expoſitionem deuenio.

## ARGVMENTVM

ANNVM Agens Naſo quinquageſimum,ab
Auguſto imperatore in Pontũ relegatus eſt.
Cuius quidem exilij cauſa non facile depre-
hendi poteſt,cum & ipſe multis in locis quo
dam carminis inuolucro diuerſam inter-
pretibus coniecturam afferat.Satis tamen cõ
ſtat duas fuiſſe cauſas,quarum alteram vbiq;
fatetur: alteram, vero, ne Auguſtum offenſiorem reddat,
ſemper ſubticet.Sic enim ait in ſecundo de Triſtibus, Perdide
rint cum me duo crimina,crimen,& error, Alterius facti cau-
ſa ſilenda mihi. Perſæpe itaq; libros de Arte amandi compo-
ſuiſſe dolet,q̧ propterea Auguſto odio eſſe cœperit:⁊ aliquid
vidiſſe per errorem,vt ob id in Scythiam perpulſus fuerit.Sic
enim ſcribit in.ij.de Ponto:Neue roges quę ſit,ſtultam quam
ſcripſimus artem:Innocuas nobis hæc vetat eſſe manus, Et qd
præterea peccaui,quęrere noli: Vt pateat ſola culpa ſub arte
C mea.Et paulo poſt:Naſo parum prudés artem dum ſcribit amá
di,Doctrinæ preciũ triſte magiſter habet.Hoc idem ait in.iij.
ad amorem,& in.iiij.ad Carum.Item.i.de Triſtibus: Cur ali-
quid vidi?cur noxia lumina feci?Cur imprudenti cognita cau
ſa mihi eſt?Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianá, Præda ſuis
canibus nõ minus ille fuit.Verum ſi quis hæc curioſius ſcire
affectat,eius & de Triſtibus,⁊ de Ponto libros legat.Dum au
tem exularet inter reliqua ſua opera,inuectiuam in quendam
edidit,quem proprio nomine ſuppreſſo, Ibin appellat. Sicut
Callimachus,qui etiam ſub hoc nomine Apollonium Rho-
dium eius diſcipulum diris imprecationibus deuouit. De
Ibide autem ita ſcribit Plinius libro.viij.c.xxxij.Simile quid-
dam,⁊ volucris in eadem Aegypto monſtrauit,quæ vocatur
Ibis,roſtri aduncitate per eam partem ſe perluens, qua reddi
ciborum onera maxime ſalubre eſt. Herodotus vero duplicẽ
eſſe dicit,alteram nigram, alteram ciconiæ non abſimilem,
ſed tamen diuerſam.de hac etiam Cicero lib.ij.de natura deo
rum ſic ait:velut Ibes maximam vim ſerpentium conficiunt,
cum ſint aues excelſæ,rigidis cruribus,corneo, proceroq; ro- F
ſtro,auertunt peſtem ab Aegypto,cum volucres angues ex va
ſtitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt, atq; conſu-
munt:ex quo fit vt illæ viuæ nec morſu noceant, nec odore
mortuæ.Hæc ille.Cum itaq; tanta ſit huius auis ſpurcitas, vt
proprio ore ventrem purget: Callimachus aduerſarium tan-
quam fœdiſſimum,vt hominem nullius decoris, & commen-
dationis ſignificet,hoc nomine vocitauit:ad cuius imitatio-
nem Ouid.inimicum quoq; ſuum Ibin nominauit.Cauſam au
tem huiuſce maledicentiæ hanc fuiſſe ipſemet aperit.Solicita-
bat poetæ vxorem,& linguæ venena Auguſti auribus ſuſurra
bat, vt diutius illum in exilium remoraretur.

¶TEMPVS

A ZARO.

TEMPVS ad hoc luſtris) In hoc principio Ouid. auditorem attentum facit, docilem, & beneuolum: quod ab omnibus doctis obſeruari ſolet: ut inde lubentius opus legatur: idq; maxime ab Ouid. non fuit prætermittendum in carmine maledico: à quo omnes genere carminis ſolent abhorrere, & oſtendit nunquam antea in quenquam alium ſe inuectum: ut patebit. ¶ Tempus) à temperato tenore ſolis, & Lunæ tempus Varro dici uoluit: eſſeq; interuallum mundi, & motus. ¶ Bis quinque luſtris) quinquaginta annis: tot, cuȝ hoc compoſuit opuſculum, natus erat annos. Luſtrum quinquenniū à luendo, ideſt ſoluendo dictum: ut Varro aſſerit: quòd quinto quoqȝ anno uectigalia, & ultro tributa per cenſores perſoluebantur. Liuius autem de Seruio Tullo loquens ait: Ibi īnſtructum exercitum omnem

B ſue: oue, tauris luſtrauit: idq; conditum luſtrum appellatū: quia in cenſendo finis factus eſt. Græci huiuſmodi annorūȝ ſpatium ὀλυμπιάδας appellant. ¶ Carmen inerme) non maledicum, metaphorice dictum. ¶ Sanguinolenta) maledica. ¶ Niſi me) nam miſſus ſum in exilium libris de arte amandi editis. ¶ Vnus) Ibis. ¶ Mei candoris) meæ gratiæ, & beneuolentiæ erga omnes. ¶ Inaſſuetas) inhabiles carmini maledico. ¶ Relegatū) præſcriptis finibus in exiliuȝ miſſum. ¶ Vexat) diſtrahit, moleſtia afficit: à uehendo uexare uerbum deducitur. iſq; dicitur uexari, qui atqȝ motu ultro citroq; uehitur, ⁊ eſt pluſq; vehi, & mille alia, auth. Gel. ¶ Iactat) īmoderate, ꝓfuſeq; obloquiť. ¶ Verba ca.) quare ṽba canina: ipſe paulo poſt oſtēdit: ſumptū etiā uideri poteſt à rabidis canibus, quorū rabies Sirio ardēte

C (teſte Pli.) hoi mortifera eſt. ¶ Foro) forū, ut tradit Feſt. ſex modis intelligiť: pro loco negociationis hic accipe. ¶ Sociatam) vxorē dicit: quā ad extremū uſqȝ diem approbauit, ſuorumq; fecit conſiliorum participem. notiſſima differentia inter ſociū comitem, & ſodalem: à quibus etiam ueeba habentur.



# OVIDIVS IN IBIN

TEMPVS Ad hoc, luſtris mihi iam
bis quinque peractis,
Omne fuit muſæ carmen inerme
meæ.
Nullaq;, quæ poſſit, ſcriptis tot millibus extat,
Litera Naſonis ſanguinolenta legi.
Nec quenquam noſtri, niſi me, læſere libelli,
Artificis periit cum caput arte ſua.
Vnus (& hoc ipſum eſt iniuria magna) perennem:
Candoris titulum non ſinit eſſe mei.
Quiſquis is eſt (nā nomen adhuc utcunqȝ * tacebo)
Cogit inaſſuetas ſumere tela manus.
Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus
Non ſinit exilio delituiſſe meo.
Vulneraq; immitis requiem quærentia uexat,
Iactat & in toto uerba canina foro.

* a.l. uerūqȝ uel uitiūqȝ

IODOCI BADII ASCENSII OPVSCVLI
Ouidiani in Ibin familiariſſima explanatio.

TEMPVS, &c.) Opus inſcribitur Ouidij in Ibin. i. carmen imprecatoriū, atqȝ maledicuȝ in quendam aduerſariū ita merito criminandū: quēadmodū Callimachus criminatus eſt Apolloniū, quē Ibin uocauit, quaſi auē externam, cū ſe Rhodiū mētireť, quēadmodū is, quē Oui. criminať, ſe Romanū mētiebať. Nō tñ eū noiat: aut qa famoſos libellos edere lege vetitū erat proprio ꝑſertim noie expreſſo: aut qa ſe inuite maledicere oñdat: & ſūmopere ꝓuocatū vix regerere cōuitia: aut pares referre uices. Intētio aūt eſt aio ſuo morē gerere: qa dulcis eſt nōnullis uindicta: quę maledicēdo fit: ſed ea & turpis & ſceleſta Chriano fugiēda eſt. Aut ut minādo, ⁊ imprecādo aduerſariū à maledicēdo, ⁊ ꝓuocādo ulterius reuocet. niſi. n. interdū ſtultis, & maledicis reſiſtať: nullus eēt in eis maledicēdi modus. Vn monet comicus aduerſarios ſuos, ceſſent maledicere: malefacta ne noſcant ſua. Et hęc quidē intētio, ⁊ modus obſerueť honeſtior, ⁊ Chriano dignior ſit. Et licet Ouid. Chrianus nō fuit, eadē tñ uirtus illi cognita fuit: vñ conať ſe cādidū. i. ſine liuore aſtruere: Qualitas carminis eſt elegiaca: ea. n. ꝑcipue ualuit, & ideo plurimū uſus eſt: ſm tñ materię exigentiā iambica eſſe debuit. Liber unus eſt, nec is ſanè magnus, ſed ſanè q̄; difficilis: quia oium, quos infortunatos nouit, in aduerſariū ſuū mala imprecatur: niſi deſiſtat ab incepto, & ita eorundē inquiſitio difficultateȝ affert. In quare, quia diligētiſſimus fuit Calderinus, ſatis erit ordinē cum familiari explanatione præter eū cōtexuiſſe. Nā poetæ uitam ante epiſtolarū explanationeȝ, ⁊ exilij cauſam ante hoc opus uidimus. Ordo igiť eſt. ¶ Omne car. meę mu.) .i uenę, aut in

E uentionis meę. ¶ Fuit iner.) .i. ſine maledictione, imprecatione, aut inuidię telo. ¶ Vſqȝ ad hoc tp̄s) & hoc. ¶ Bis qnqȝ) .i. decē. ¶ Luſtris) .i. qnquēnalibꝰ tēporibus, hoc eſt qnquaginta uitæ meæ annis iam peractis. ¶ Et nul. li.) .i. ne minima quidē ꝑticula. ¶ Naſonis) .i. mea, aut operis mei, q Naſo uocor: extat ſup. ¶ Tot mili. ſcri.) i. licet tot millia ſcripſerim, nam ſi intelligatur in: ut ſit in tot millibus, diceret ſcriptorum. ¶ Quæ) .ſ. litera: hoc eſt particula ¶ Poſſit legi ſang.) .i. ſanguinis appetēs: aut hoſtilis, ſiue maledica. ꝑſtat in Metaphora: quia dixerat inerme. ¶ Nec no. li. læ. quē. ni. me) .ſ. unū, qui in exiliū miſſus ſum ob lib. de Ar. amā. Bene aūt dicit noſtri libelli pluraliter, qa licet modeſtiæ gratia de uno pluraliter in prima ꝑſona loqui, & tñ ſingulariter addit me: qa ſe ſolū uult ſignari læſum. Vnde licet potuiſſet, noluit tñ dicere, niſi nos. ¶ Cū) .i. quādo. ¶ Caput arti.) .i. meū. ¶ Perijt) .i. exilio dānatū fuit. ¶ Arte ſua) .i. ꝓpter arteȝ

F ſuā, ⁊ à ſe inuētā. ¶ Vnus) .ſ. aduerſarius, maledicus, ⁊ inuidus. ¶ Et hoc ip.) .ſ. q ille unus id facit, qa nō iure, ſed iniuria: ¶ Eſt iniu. ma.) ¶ Nō ſi.) i. nō patiť. ¶ Titulū cā. mei) .i. puritatis meę ab oi inuidia. ¶ Eſſe perē.) .i. ꝑpetuū uſqȝ ad finē uitę. ¶ Quiſquis) .i. quicūqȝ eſt. ¶ Nā no. utrūqȝ) .i. tā ꝓpriū, q̄; cognomen eius latebit. ¶ Adhuc) i. donec uidero, an reſipiſcere uelit. ¶ Is co. ma. ina.) .i nullo mō aſſuetas. ¶ Sumere te.) .i. ſcribere carmina maledica: metapho. ab hoſtili bello. ¶ Ille relegatum) docet cauſam querelæ ſuæ in aduerſariū eſſe iuſtiſſimam, cū ille miſerū, ⁊ exulē indignis iniurijs ꝑſequať: quē merito ꝓtegat, ⁊ defendat. Vñ ordo eſt. ¶ Ille) .ſ. aduerſarius, q me cogit tela ſumere. ¶ Nō ſi.) ſup. me. ¶ Relegatū) .i. miſſuȝ in exiliū. ¶ Ad or. ge. Aqui.) .i. ad Pontū iuxta Getas ad frigidā ȝonā. ¶ Delituiſſe) .i. ꝑfecte, ⁊ q̄ſi incognitū ad finē uſqȝ latuiſſe, ſup in exilio meo. ¶ Et ipſe immitis) ideſt immanis, & crudelis. ¶ Vexat) ideſt moleſtat. ¶ Vulnera quærentia requiem) ideſt mala refricat, hoc eſt innouat, quæ neglecta requieſcere, hoc eſt requiem ſumere uelint, ¶ Et iactat uerba canina) ideſt detractoria, & iritatiua, ac maledica more canum. ¶ Toto foro) ideſt ubi eſt plenus conuentus hominum.

Perpetuoq; mihi ſociatam fœdere lecti
Non patitur miſeri funera flere uiri:
Cumq; ego quaſſa meæ cõplectar membra carinæ,
Naufragii tabulas pugnat habere mei.
Et qui debuerat ſubitas extinguere flammas,
Hic prædam medio raptor ab igne petit.
Nititur, ut profugæ deſint alimenta ſenectæ.
Heu quanto eſt noſtris dignior ille malis.
Dii melius, quorum longè mihi maximus ille eſt,
Qui noſtras inopes noluit eſſe uias.
Huic igitur meritas grates, utcunq; licebit,
Pro tam manſueto pectore ſemper agam.
Audiet hæc Pontus, faciet quoq; forſitan idem
Terra ſit ut potior * teſtificanda mihi.
At tibi, calcaſti qui me uiolente iacentem,
Quàm licet, & miſero debitus hoſtis ero.
Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor,
Iunctaq; cum Luna lumina Solis erunt:
Parſq; eadem cœli Zephyros emittet, & Euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus:
Et noua fraterno ueniet concordia fumo,
Quam uetus accenſa ſeparat ira pyra:

* a. l. propior.

ZARO. A ¶ PERPETVO fœ.) ad differẽtiam illarũ uxorũ, quas repudiauit: utq; etiã amorẽ ſuũ indicaret, ut inde iuſtior ira uideatur. Fœdus appellatũ ab eo: ꝙ in paciſcendo fœdata hoſtia necaret. Virg. Et cęſa iungebant fœdera porca: uel quia in fœdere interponat fides, ut ait Feſt. ⸢Nõ pati.) nõ ſinit ſua moleſtia, & iniuria. ⸢Flere) lamẽtari, & eſt proprie lachrymis. ⸢Funera uiui viri) calamitatem, & me uiuum perinde, ac mortuũ funere proſequi. Funus (inquit Dona.) eſt põpa exequiarũ à funalibus: etenĩ noctu efferebãtur ꝓpter ſacrorũ celebrationẽ diurnã. Legit̃ ꝛ Miſeri, ꝛ notũ eſt. ⸢Cũq; eg. q̃ſ.) ſũptũ ab ijs, qui naufragiũ faciũt. ⸢Tabulas) trãſlatio ſumpta à naufragiũ faciẽtibus: q procũbẽtes tabulę nauis è tẽpeſtatibus conãtur euadere. ⸢Subitas ex. flã.) mihi opitulari: ſicut ſolẽt incẽdijs hoĩes extinguẽdo ignẽ auxiliũ pręſtare. ⸢Hic præ.) præda hoſtib⁹ capta, qđ manu parta, ut ait Var. ⸢Profugæ) profugus inqt Ser. proprie dr̃, qui ꝑcul à ſuis ſedibus vagat̃: quaſi porrò fugatus: multi tñ ita diffiniũt, ut ꝓfugos eſſe dicãt eos, q excluſi neceſſitate de ſuis ſedibus adhuc uagant̃: ꝛ ſimul ac inuenerint ſedes, nõ dicant̃ profugi, ſed exules: ſed vtrũq; falſum eſt. nã & ꝓfugus lectus eſt, qui iam ſedes locauit: ut in Luc. Profugiq; à gente uetuſta Gallorũ Celtę miſcẽtes nomẽ Iberis: ꝛ exules, qui adhuc vagant̃: ut in Sall. Qui nullo certo exilio vagabant̃: adeo exiliũ eſt ipſa uagatio. ⸢Senecta) ſenecta eſt ſenilis ętas. ⸢Dij me.) ſ. agũt. ⸢Ille) Germ. cui ꝛ Faſt. lib. inſcripſit. ⸢Inopes vi.) uiaticũ. n. dedit. ⸢Agã me. g.) ſolẽt poetę ita uti, cũ oratores gr̃as dicãt. differũt inter ſe hr̃e gr̃am: referre, ꝛ agere. agere v̑bis ꝓprie eſt, q aũt hꝫ apud ſe gr̃am: nõdũ retulit, q retulit deſtitit hr̃e. Don. eſt author. ⸢Audiet hæc Põ.) põtus mare antea, ut ſcri. Pli. ab ihoſpitali feritate Axenos appellatus eſt, ꝛ Põtus nõ à ποντίζω: ſed poti⁹ uerbũ à noĩe factũ, prius. n. fuit Põtus, quã q̃ſq; in eo mergeret̃, ſed poti⁹ q̃ſi πνευμάτων. i. flatibus, ꝛ ꝓcellis plenus. ⸢Idẽ) Germanicus. ⸢Teſtificãda) numerãda inter cętera bñficia. ⸢Calcaſti) inſultaſti. ⸢Quali.) q̃cũq; parte licuerit. ⸢Hoſtis) apđ antiquos peregrinus hoſtis dicebat̃, ꝛ q nũc hoſtis, ꝑduellio, authore Feſt. ꝛ Mac. vnde Plau. in Cur. Siue ſtatus cũ hoſte itercedit dies: dixit. ⸢Deſinet eſ. p.) adeo iniuria affectus eſt poeta, ut nũq̃ ſe amicũ Ibidi futurũ dicat: idq; p ſimilitudinẽ à rebus ꝯrijs oñdit, quæ minime ꝯuenire poſſunt: humor. n. utpote frigidus, & humidus arido igni aduerſat̃, qa ꝯrius: ita ꝛ Solis tp̃s cũ Lunę. Soles aũt plures fuiſſe. Cic. in lib. de nat. Deo. oñdit: ait. n. Cũq; tu ſolẽ, qa ſolus eẽt, appellatũ eẽ dicas. Soles ipſi q̃; multi à theologis ꝓferunt̃: un⁹ ex Ioue natus: nepos Ætheris: alter Hyperione: tertius Vul. Nili filio: cui⁹ vrbẽ Ægyptij uolũt eẽ eã, q̃ Heliopolis appellat̃. Quartus is, quẽ heroicis tp̃ibus Acãto Rhodi peperiſſe dr̃ auũ Ialyſi, Camiri, ꝛ Lindi. Quitus, q Colchis fert̃ Æetã, ꝛ Circẽ ꝓcreaſſe. Luna dr̃, ꝙ ſola lucet noctu, ſi Var. credimus: vnde Catul. Dictaq; à lumine Luna. ⸢Parſq; ea. cœ.) Zephyrus, ꝛ Eurus uẽti inuicẽ ſibi ꝯrij, ut oñdimus. ⸢Axe) axis (inqt Fe.) quẽ gręci ἄξονα dicũt: plures hꝫ ſignationes. nã ꝛ pars cœli ſeptẽtrionalis, ꝛ ſtipes teres, circa quẽ currus rota uertit̃, eſt: & tabula ſectilis. ⸢Et no. fra.) Laius Thebarũ rex ex Iocaſta Oedipodẽ filiũ habuit, q ex matre ſuſtulit filios: Eteoclẽ, Polynicẽq; uirilis ſexus: fœminas uero Antigonẽ, ꝛ Iſmenen. ſed poſtq̃ reſciuit Oedipus cũ mr̃e ſe ꝯcubuiſſe; ſibi oculos eruit, relictis in D regno Eteocle, & Polynice filijs: q inter ſe pacti ſunt, ut ſingulos ſibi cedẽdo annos alternis regnarẽt. ſorte prior Eteocles regnat, q pacto exacto tp̃e fratri cedere noluit: idignatus aũt Polynices tãta affectus iniuria à fratre, Thebas cũ exercitu vnà cũ vij. regibus uenit: quo in bello mutuis Eteocles, ꝛ Polynices cecidere uulneribus: quorũ corpa in pyrã cõiecta de more ſunt: cuius fumus in ꝑtes ſciſſus eſt, ut ẽt & ipſorũ mortuorũ oſtẽderet odiũ. plures hui⁹ rei meminerũt authores, ꝛ in primis in The. Sta. ⸢Pyra) pyra eſt lignorũ congeries. Vir. xj. Æne. Cõſtituere pyrã, & ἀπὸ τοῦ πυρὸς. i. ab igni uenit: teſte Seru. ⸢Et uer) uer, ꝙ tũc uirere incipiunt uirgulta ac uertere ſe tẽpus anni: niſi ꝙ Iones dicunt id tempus uer. Var. author.

ASCEN. ¶ ET nõ pa. ſo. mi. per. fœ. le.) i. legitimã ꝯiugẽ meã. ⸢Flere fu.) i. exilia funeri cõparanda. ⸢Viri m.) qa vexãdo eã cogit eã aliud cogitare, & agere, ſ. de aduerſario ꝯqueri ⸢Cũq;) i. ꝛ cũ. ⸢Ego cõ. mẽ. meę ca. q̃ſ.) i. ꝯcuſſa, ꝛ fracta, hoc ẽ reliqas E naufragij, ꝛ ifortunij mei. ⸢Ille p.) i. cũ pugna ꝯtẽdit. ⸢Habere ta.) i. ultimas opes: ſicut, dũ nudi in tabula enatam⁹, nihil ꝑter tabulã hẽmus. tabulas ergo mei naufragij. i. ultimas opes mihi relictas. ⸢Et q de. extingue. flam. ſubi.) i. incendia ſubito orta. i. amouere mala mihi ſubito uenientia, hic exiſtens ⸢Raptor) i. uiolẽtus alieni boni inuaſor. ⸢Petit pręd. ab igne me.) i. è maximo infortunio meo emolumẽtũ capit. Nititur. n. ut alimẽta deſint. ⸢Senectę pro.) i. ꝓfugatę. ⸢Heu quã. di.) ſup. ſit ipſe. ⸢Nr̃is ma.) ſup. q̃; nos. q. d. mlťo. ⸢Dij me.) ſup. mecũ agũt, q̃; ipſe. ⸢Quorũ) ſ. deorũ: hoc eſt diuorũ. ⸢Ille) ſ. notiſſimus in terris, uidelicet diuus Auguſtus, q viuus pro deo habitus eſt, unde Hor. Præſenti tibi maturos largimur honores. ⸢Eſt mi. lõ. ma.) i. præcipuus. ⸢Qui no. no. ui. eſ. ino.) i. noluit exulẽ ſpoliare, ẽt opib⁹ ſuis. ⸢Igit̃ ego agã ſem. huic) ſ. Deo. ⸢Grates) i. gr̃as. ⸢Meritas) ſ. q̃s meruit. ⸢Quaſcunq; li.) i. licitũ erit: aut dabit̃ mihi agere. ⸢Pro tã mã. pe.) quo in me uſus ẽ, cũ ẽt bona oĩa potuiſſet abſtuliſſe. ⸢Põtus) i. regio, F in qua mihi exiliũ ẽ, ubi Barbari ꝛ ſęui habitãt hoĩes. ⸢Audiet hęc) i. has gr̃arũ actiones meas: ꝛ hęc merita Auguſti in me. ꝛ ⸢Idẽ) ſ. põtus (ꝯm quoſdã) faciat quoq; i. ẽt ut ſit potior terra. ⸢Teſtificãda) i. in teſtimoniũ gratitudinis citãda. ⸢Mihi) i. uidẽs me gratũ Auguſto, merebit̃ ꝯ me, ꝛ me ſibi obnoxiũ faciet. Vñ p ꝯriũ ſubdit. ⸢At ti. ꝛc.) Calder. aliter intelligit. ſ. ⸢Idẽ) ſ. Auguſtus. ⸢Faciat quoq; ut ter. ſit po. teſti. mi.) i. ut in exilio de Cęſa. triũpho ſcribã. ⸢At ti. cal. &c.) incipit imprecari in aduerſariũ à ſimili ferè dicẽdi figura: ut Vir. in Diris utens. Ordo eſt. ⸢At) i. ſed. ⸢O vio.) i. iniuſte oppreſſor. ⸢Qui calca.) i. ſuppeditaſti. ⸢Me iacẽ.) i. ꝓſtratũ. ⸢Heu) dolẽtis eſt iteriectio eius uidelicet, q inuit⁹ cogit̃ ad ultionẽ, aut exprobrãtis, ſicut illõ: Heu ſtirpẽ inuiſam: heu igit̃. ⸢Ego ero ho. de.) i. uti debeo: ⸢Quod) i. quæ res ⸢Licet) i. ꝑmittit̃. ⸢Miſero) ſ. mihi miſeratione digno. Nã miſeros ferè bonos dicim⁹. ⸢Deſinet eſ. p.) ſic in Diris Maro ꝯria naturæ prius fore ꝓcat̃. Quàm deſit (inquit) nr̃is deuotũ carmẽ auenis. Ordo eſt. ⸢Humor) ſ. aqueus deſinet prius ꝯrius eẽ ignib⁹. ⸢Et lu. ſo. erũt mi. cũ Lu.) i. in cõiunctione uidebit̃ Luna luminoſa nobis: aut erũt in eadẽ ſphęra. ⸢Et ea. pars cœ. imi. Zephy. ꝛ eu.) Zephyros, qui flãt ab occidẽte. dñr latine Fauonij: ꝛ Euros, q flãt ab oriẽte. ⸢Et notus) i. uẽtus meridionalis. ⸢Tepidus) qui trãſit torridam zonam:

B C

Et Ver Autumno, brumæ miſcebitur Aeſtas,
 Atq; eadem regio ueſper: & ortus erit:
Quàm mihi ſit tecũ poſitis, quæ ſumpſimus, armis
 Gratia, commiſſis improbe rupta tuis.
Quàm dolor hic unquàm ſpatio euaneſcere poſſit,
 Leniat aut odium tempus, & hora meum.
Pax erit hæc nobis (donec mihi uita manebit)
 Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.
Prima quidem cœpto comittam prælia uerſu,
 Non ſoleant quamuis hoc pede bella geri.
Vtq; petit primo plenum flauentis arenæ,
 Nondum calfacti Velitis haſta ſolum:
Sic ego te ferro nondum iaculabor acuto,
 Protinus inuiſum nec petet haſta caput.
Et neq; nomen in hoc, nec dicam facta libello,
 Teq; breui, qui ſis, diſſimulare ſinam.
Poſtmodo ſi perges, in te mihi liber Iambus
 Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.
Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
 Hoc ego deuoueo teq; tuoſq; modo.
Vtq; ille, hiſtoriis inuoluam carmina cæcis,
 Non ſoleam quamuis hoc genus ipſe ſequi.

¶Flabit ab axe gelido)ſcilicet ſeptentrionali, vbi eſt altera frigidarum ȝonarum, & perpetuum ferè gelu. ¶Et noua concordia veniet fumo fraterno).i.quando fratres.ſ.Eteocles, & Polynices cõcremabuntur: qui cũ eſſent in uita inter ſe ſæuiſſimi: dum rogo imponerentur: diuiſus eſt rogus: quaſi cadauera adhuc inimicitias agerent, vnde addit. ¶Quaȝ).ſ.concordiã fratrũ. ¶Vetus ira ſeparat pyra).i.rogo funebri. ¶Incenſa).i.dum incenſa eſſet.nã diſſoluerunt corpora cum flammis. ¶AVTVMNO) autumnum quidaȝ dictũ exiſtimant: ꝙ tunc maxime augeantur hominũ opes coactis agrorũ fructibus, ut author eſt Fe. ¶Brumæ)dicta bruma, ꝙ tunc breuiſſimus eſt dies. Var. author, ¶Æſtas) ab æſtu æſtas: hinc æſtiuus: niſi forte à gręco αἴθεσθαι, authore Varr. ¶Armis) imprecationibus. tranſlatio à militibus, qui armis inimicos petunt: arma ab armis.i.humeris dependentia: vt ſcutuȝ: gladius, pugio, ſica, & ea quę procul pręliant̃ tela. Fe. ¶Gratia) pax, & concordia. ¶Improbe) probi, uelut prohibi: qui ſe à delinquẽdo prohibent: improbi, qui ſe nõ prohibent. Fe. author. ¶Tuis cõ.) quia dignus es. ¶Quàm do.) ſenſus eſt, tẽpus, quo omnia cõſumuntur, nequaq; odiuȝ, & iram meam finire poterit. ¶Pax) à pactione dicta: ut ait Fe. ¶Cum pe.) pecus ab eo, ꝙ paſcebant: à quo pecora uniuerſa, quod in pecore pecunia tũ paſtoribus conſiſtebat. Varro. Diciturq; pecus omne animal humana carens effigie: teſte Lactan. ⁊ pecus pecudis dicimus, & ris, & pecuare pecuaris, ⁊ pecu pecu indifferenter: non ut imperitorũ grammaticorũ multitudo falſò docet. ¶Lupis) in Martis tutela eſſe dicũtur lupi. λύκος, græce dicitur. ¶Cœpto uer.) nam pollicetur ſe editurũ proprio carmine maledico opus in inimicũ: ut in fine operis patebit. ¶Cœpto er. uer) hoc carmine, quod erit principiuȝ imprecationis, & dixit pręlia, ut oſtenderet etiam non pro meritis in pręſentia deuouere. pręliũ eſt armorũ certamen: bellum uero tum pugna, tum totũ tempus: quo in militia ſumus. ¶Hoc pe.) nam Iambo metro uti ſolemus. ¶Vtq; pe pri.) per comparationem dicit ſicuti leuis armaturæ milites ſolent antea, q̃; in bellum prodeant, ſe experiri in arena: ita hoc opus edere, ut inde facto periculo, acrius inimicum vulneret. ¶Velitis) more ueterum ueloeiſſimi cum ſcutis leuibus: ait enim de uelitari Cice. Pedites ad hoc ipſum exercitati ijſdem miſcẽdi: quos expeditos quaſi uolitantes uolites nominabant. ij autem, ſi Liuio credimus, haſta inhabili utebantur. ¶Breui) tempore. ¶Diſſimulare) ſimulamus falſa, diſſimulamus uera, teſte Ser. ¶Liber Iãbus) Iambus pes ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν: ideſt à contumelijs iactandis: ꝙ maledici genere hoc carminis utebantur: huius autem origo uerbi ex nomine Iambes famulæ Celei nominatur, quæ Cererem filiam quærendo ad Meganiram coniugem Celei delatam cum uidiſſet ſolicitam male tractauit: alii Iambum quaſi triambum, à triumphatore Libero cognominatum: à Marte alij. huius carminis præcipui ſcriptores apud græcos Archilochus, & Hipponax, apud Romanos Lucilius, Catul. & Hora. Bibaculus, ut ſcribit Diome. ¶Tincta Lycambeo ſanguine) Lycambes filiã Neobulen Archilocho poetæ promiſit: quam poſtea turpi ipſius cõmotus facie negauit daturum: indignatus inde Archilochus Iambo carmine aſperrime in Lycambẽ ſocerum, & filiam eius Neobulen inuectus eſt: quos pudore confuſos laqueo finire uitam compulit; unde Hor. in Epodo, caue caue, nanqȝ in malos aſperrimus parata tollo cornua: Qualis Lycambæ ſpretus infido gener. & in poetica, Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Hunc ſocci cępere pedem, grandeſq; cothurni. floruit Tulli Hoſtilij tẽporibus: autho. Cornelio Nepote. ¶Nunc quo) quomodo ueteres deuotionem facerent pluribus uerbis in tertio Satur. docet Macrob. plurimaqȝ uerba dicebant: quæ omnia ex Samonici Sereni teſtimonio ponit. q̃re dicit nũc Oui. non eo modo, quo priſci ſolebant, te deuoueo, ſed ſicut Callimachus, qui inimicum ſuum Apollonium Rhodium deuouit. ¶Battiades) Battus Polymneſti filius Cyrenas primus ædificauit. quatuor auteȝ fuere Batti, & omnes Cyrenenſes: quemadmodum Proclus docet in Pindarum, eius meminit Calli. qui extruxit Cyrenas, de laudibus locutus Apollin. ex cuius uerbis docemur Battiades omnes Cyrenenſes appellatos. quamobrem etiaȝ Ouidius ab ipſo commonitus Callima. Battiadẽ eum uocat, quòd fuerit Cyrenẽſis: ne quorundam nugas ſequentes, aliter interpretemur. ¶Vtqȝ ille, hiſtorijs) obſcuriſſimis hiſto. reconditiſqȝ fabu. Calli. opus ſuum abſoluit, quod ita facere pollicetur poeta. Hiſto. inquit Cice. eſt res geſta, ſed ab ætatis noſtræ memoria remota. licet Ser. & alij ab ἱστορεῖν quod eſt uidere, dici putarint hiſtoriaȝ. quid annales ab hiſto. differant abunde Gel. docet. ¶Non ſoleaȝ quamuis hoc genus ipſe ſequi) ubiqȝ facilis in cæteris operibus eſt, & nunquam carmen maledicum antea compoſuit.

ASCENSIVS.

ET VER miſcebitur Autumno) inter quæ eſt æſtas, & hyems. ¶Et brumæ miſcebitur æſtas) inter quas eſt uer, & Autumnus. ¶Atqȝ eadem, & cæ.) patet ordo. ¶Commiſſis) ideſt o improbe. ¶Quæ nos ſumpſimus tuis commiſſis) ideſt propter commiſſa tua. ¶Tempus, & hora) quæ tamen plurimum ualere ſolent ad delendum odium, unde in odium Iunonis dicit Venus in quinto Æneidos, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla. ¶Cum pecore infirmo) agnino, aut caprino. ¶Prima quidem cœpto uerſu) ideſt quali incœpi tecum loqui, hoc eſt elegiaco. ¶Non ſoleant, & cæte.) Quia Iambico geri uolunt. unde Horatius in arte: Archilochum proprio rabies armauit Iambo. ¶Velitis haſta) ueles eſt leuis armaturæ miles. is autem præludens haſtam ſolo arenoſo infigit, quam poſtmodum ſuccenſus in hoſtem ingerit, ſi peritus eſt. ſic & poeta dicit ſe primum non acri pede geſturum bellum. ¶Poſt modo ſi perges) aut ordo eſt: poſt, ſi modo: aut poſtmodo, una eſt dictio pro eo, quod eſt poſtea: aut poſtmodum. ¶Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit) ideſt tam uehementer, & execrabiliter in te inuehetur carmen meum Iambicum, vt Archilochi in Lycamben ſocerum ſuum ex ſponſione, qui eum ad laqueum compulit. Iambus autem debet proferri triſyllabum, ſicut græcum ἰάπτω, ideſt noceo. ¶Nunc quo Battiades, & cætera) Ordo eſt: Ego deuoueo, ideſt in perniciem, & mortem uoueo, & addico diis inferis nunc te, & tuos hoc modo. ¶Quo Battiades) ſcilicet Callimachus. ¶Deuouet Ibin) ideſt Apollonium, quem Ibin, ideſt auem Alexandrinam appellauit. ¶Non ſoleam quamuis, & cętera.) quia facilis, & apertus in reliquis eſſe conatur, hic ex induſtria difficilis, & obſcurus.

Illius ambages imitatus in Ibida,dicar
Oblitus moris iudiciiq́; mei.
Et quoniam,qui ſis nondum quærentibus edo,
Ibidis interea tu quoq; nomen habe.
Vtq́; mei uerſus aliquantum noctis habebunt,
Sic uitæ ſeries tota ſit atra tuæ.
Hæc tibi natali facito,Ianiq́; calendis
Non mentituro quilibet ore legat.
Dii maris,& terræ,quiq́; his meliora tenetis
Inter diuerſos cum Ioue regna polos:
Huc precor,huc ueſtras omnes aduertite mentes:
Et ſinite optatis pondus ineſſe meis.
Ipſaq́; tu tellus,ipſum cum fluctibus æquor,
Ipſe meas æther accipe ſumme preces.
Syderaq́;,& radiis circundata ſolis imago,
Lunaq́;,quæ nunquam,quo prius,ore micas:
Noxq́; tenebrarum ſpecie reuerenda tuarum,
Quæq́; ratum triplici pollice netis opus:
Quiq́; per infernas horrendo murmure ualles
Imperiuratæ laberis amnis aquæ:
Quasq́; ferunt torto uittatis angue capillis
Carceris obſcuras ante ſedere fores:

ZARO. ❡ AMBAGES) Ambages ait Var. apud Lucilium: Quid
A tibi ego ambages ambiui? profectú à uerbo ambio:quòd ineſt
in ambitu, & ambitioſo.ambages dicit Ser.circuitus. Ibidis
interea tu quoq; nomé habe)eo nomine appellaberis,quo Cal
limachus,quem imitamur:inimicum ſuum Apollonium nun-
cupauit. Noctis)difficultatis,& obſcuritatis. Atra)obſcura,
& perinde infelix. Hæc tibi
natali faci.)tuo natali die.ſo-
lebant priſci multum natales
ſuos celebrare, & in maximo
honore habere:quibus diebus
lęta omnia peragebant:quare
nunc Ouid. infauſtum inimi-
co imprecatur natalé. Ianiq́;
ca.)Cal.Ian.maiores obſerua-
bant:in quibus unuſquiſq; ali
qd agebat: Totus ab auſpicio
ne foret annus iners: Quiſq;
ſuas artes ob idé delibat agen
do: Nec pluſq́; ſolito teſtifica
tur opus:ait in Faſt.Oui. Cur
quoq; celebrarent Calé.Ianu.
ex Varr. lectione licet cogno
ſcere: inquit.n.Calen.& nata-
les Ianu.antiq obſeruabant:ne
B mala omina audirét: & ueſtes
ueteres nouis mutabant:eodé
die mulieres annulum ſeruis,
ſicut uiri Saturnalibus,dabát:
& quiſq; ſuas pro bono omi-
ne artes exercebat. plurib⁹ no
minibus Ianum appellatu; ab
antiquis,Var.Macro.& in Fa
ſtis Oui. docent:cui.xij.erant
aræ. Dij maris,& terrę) núc
in auxilium Deos omnes uo-
cat:ut inde facilius poſſit imprecationibus uti Dij maris)dij,
qui mare incolitis, & qui in terris degitis. Quiq; his mel.
tene. Inter diuerſos cum Ioue regna polos) i.uos etiam inuo-
co:qui meliora regna habetis,cœlum tenentes:q̄; maritimi,ter
reſtresq; dei:& tandem omnes:qui eſtis inter arcticú,& antar-
cticum polum.Polus,ait Varro,græcú. id ſignificat circú cœ
li. Mentes)à uerbo memini mens deſcendit: & mentio:uel à
meter:ſiue μήνη.i.Luna: quia ſicut Luna creſcit,& decreſcit:ita
hominú mentes uarijs modis hebeſcunt,& augentur:diuus Au
guſtinus eſt author. Ipſaq; tu tellus) eade; & Ops eſt:quæ nu
C men quoq; habere dicitur:teſte Plin. Æquor)mare ab æqua-
litate dictum:ut author eſt Varro. Æther) ait Ariſto.in eo,
quem de mundo compoſuit,libro:Cœli aút, & aſtrorum ſub-
ſtantias æthera nuncupamus:non(ut quidam)q; cú ignea ſint:
urantur,errantes in nimiu; alteratú ab igne uerticem: ſed quia
ſemper currant circumacta. Plato in Epinomide æthera cœlú
dicit:dum quinq; oſtendit eſſe elementa:& poſt ignem æthera
collocauit. Syderaq́.)ſydera, quod inſidunt, atq; ita ſignifi-
cant quid in terra perurendo. Varro. Quæ nunq̄; quo pri.
ore micas)nam modo pleniluniú:modo interluniú:itaq; ſem
per diuerſo modo aſpicitur ab interlunio ad pleniluniú:econ
trario uarias figuras admittendo:ut unuſquiſq; per ſe cogno-
ſcere poteſt. Quiq; per infer.)Stygem paludem dicit Ache-
rontis,& terræ filiá:per quá dij peierare prohibentur:ut Virg.
tradit:Stygiamq́; palude;,Dij cuius iurare timent,& fallere nu
men:qui enim peieraſſet nectareo poculo per nouem dies pri-
uabatur. Victoria autem ipſius Stygis, ac Acherontis filia cu;
bonam operam in bello giganteo nauaſſet, & Ioui auxilio ue-
niſſet:ab ipſo impetrauit ut per matré Dij iurarét: peierátesq́;,
qua diximus,pœna mulctarétur: qđ à Ioue facile cóceſſu; eſt.
De Styge etiá palude:ubi de Alex. morte narrabimus:aliquid
dignú cognitu docebimus. Imperiuratæ)quá Dij timét peie
rare. Amnis)ab ambitu dictus. Var. Noxq; te.)nox qa grę
ce dicitur νύξ,in gtó noctis:quia gręce νυκτὸς,ut recte ꝯmonet
Priſcia.fallitur ergo Seruius,qui,q; oculis noceat,dictá exiſti-
D mauit:nullum nanq; uerbum latinum ita declinatur:aut enim
in gis faciunt genitiuú ut lex gis:aut in cis, ut nux cis.excipiun
tur ſenex,,quod facit ſenis:& ſupellex, quod facit ſupellectilis.
Quæq́;)parcas inuocat,quæ tres eſſe peribentur ab autho-
ribus:Clotho,Lacheſis,& Atropos:quas Cic.in.ij.de nat.deo.
Erebi & noctis filias fuiſſe ſcri.Hę mortaliú uitam in ſua ptáte
hře dnr,quaꝝ Clotho baiulat:
Lacheſis filat. Atropos ſilú frá
git:vñ Sen.Ducút uolété fata:
nolenté trahút:& rurſus in ea,
quá Oedipodé uocat, tragœ-
dia.Fatis agimur: cedite fatis:
Nó ſolicitę pñt curę Mutaŕ ra
ti ſtamina fuſis. Quicqd pati-
mur mortale gen⁹, Quicqd fa
cimus, uenit ex alto, Seruatq́;
ſua decreta col⁹, Lacheſis:dura
reuoluta máu,Oia certo trami
te uadút, Primuſq; dies dedit
extremú. Nó illa Deo uertiſſe
licet: q̄ nexa ſuis currút cauſis:
It cuiq; ratus, p̄ce ń ulla Mobi
lis ordo:multis ip̄; timuiſſe no
cet.mľti ad fatú Venere ſuú,dú
E fata timét,& q̄ ſequúŕ.Oui.q̄q;
í Met. de pcis loquiŕ. Ratú)
firmú,& ſtabile:eſtq; iuriſ.v̂bú.
Triplici pol.) ná tres núero
ſunt,ut docuim⁹.Pollex (inqt
Macr.)nomé ab eo,q; polleat,
accepit:nec í ſiniſtra ceſſat:nec
min⁹ q̄; tota man⁹ ſp in offó
eſt:vñ apô gręcos ἀντιχεὶρ uo
caŕ,q̄ſi manus altera. Opus)
inter opus, & operá differétiá
hác facit Vulp.inquiés:operæ
ſunt diuinú offiñ:opus eſt finis,fructusq; operę:ſed hęc ſępiſſi
me cófunduntŕ apud authores:ut apud Virg. Mollibus è ſtra-
tis opera ad fabrilia ſurgit:q̄ſi ad operas. Quasq; fe.tor.)nó
prætermiſit Oui.furias:q̄s tres tradunt fuiſſe Alecto,Tiſipho-
né,& Megerá,Acherótis, & noctis filias.Pluribus aút uerſibus
eas Virg.Oui.& Claud.deſcribút.nec immerito Acherótis, &
noctis eſſe filias uoluit antiqtas:cú rebus minime ex uoto ſuc-
cedétibus, & róne cedéte métis perturbationé naſci neceſſe ui-
deaŕ:quę nó abſq; métis cęcitate iudicij perſeuerat, & perſeue-
ratione fit maior,donec erumpat in actú:qui abſq; ratione fa-
ctus furioſus appareat:neceſſe eſt.diuerſis noibus núcupátur:
F ut paſſim apud poetas eſt legere. Vittatis) ſumptú hic à uiti-
bus:q̄ pedamétis alligant. Carceris)carcer eſt cuſtodia noxio
rú,à coercendo:q; coerceat,quos exire prohibet.carceres equo
rum terminus:unde currere incipiunt:ut Var.teſtatur.
❡ IN Ibi.)rarú é.Ná authore Ser.q̄ nó ſemp creſcút,nó ubiq;
creſcút:qa tm̄ in gtó,& datiuo ſingularib⁹.qa ergo dŕ Ibis,hu- ASCEN.
ius Ibidis,uel Ibis.dixiſſet Ibin:ſed ab Ibidos in gtó: dicit Ibi-
da in actó. Nódú quę.edo.)pódus h;,q; ne q̄rétibus qdé edat
.i.loquaŕ,& exprimat. Tu quoq;).i.ét tuæ ſicut Apolloni⁹ h;
apud Callimachú. Aliquátú no.).i.obſcuritatis. Atra)aut
ignobilis:aut poti⁹ infauſta, atro lapillo notáda,more Thra-
cú,aut Cretéſiú. Hęc).ſ.imprecatoria legaŕ tibi eo die:quo ti
bi bona cóprecari debeát. Æther ſum.).ſ inter eleméta:aut p
cœlo poſuit.nec legendú eſt ſume,ſ; ſúme in vctó à ntó ſúm⁹.
Vŕ aút de igne poti⁹ loq:qa addit,Syderaq;,&c. Quęq;).i.&
uos ò parcę,q̄ netis. Op⁹ ra.).i.ſtabile,& fatale. Triplici p.)
qa tres ſút.vñ v̂ſiculus ple.é:Clotho colú baiulat:Lacheſis tra-
hit:Atropos occat. Amnis a. im.).i.Stygię paludis.Ná Styx
triſtitiá ſigñat.q̄ dijs ꝑria é:ſút.n.ſp lęti. Quaſq;).i.& uos o
dirę,ſeu furię iſernales, Quas fe.).i.dicút. edere añ o.f.c.)
.ſ.infernalis,Erebi.ſ.aut Tartari.vñ Æne.vj.Tiſiphonéq; ſedés
palla ſuccincta cruenta Veſtibulum inſomnis ſeruat, nocteſq;
dieſq;.& paulo poſt, Cernis cuſtodia qualis Veſtibulo ſedeat?
habent autem furiæ pro capillis angues.

Vos quoq; plebs ſuperum Fauni, Satyriq;, Lareſq;,
Fluminaq;, & Nymphæ, ſemideumq; genus.
Deniq; ab antiquo diui ueteresq;, nouiq;,
In noſtrum cuncti tempus adeſte Chao. * a.l. chori.
Carmina dum capiti malefido diro canuntur,
Et peragunt partes ira dolorq; ſuas.
Annuite optatis omnes ex ordine noſtris,
Et pars ſit uoti nulla caduca mei.
Quæq; precor, fiant: ut non mea dicta, ſed illa
Paſiphaes generi uerba fuiſſe putet.
Quasq; ego tranſiero pœnas, patiatur & iſtas, * a.l. illas.
Plenius ingenio ſit miſer ille meo.
Ne'ue minus noceant fictum execrantia nomen
Vota, minus magnos commoueant'ue deos:
Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin,
Qui ſe ſcit factis hæc meruiſſe ſuis.
Nulla mora eſt in me, peragam rata uota ſacerdos.
Quiſquis ades, ſacris ore fauete meis.
Quiſquis ades, ſacris lugubria dicite uerba,
Et fletu madidis Ibin adite genis.

## ZAROTVS.

¶ VOS quoqȝ plebs ſuperum) hos Deos, quos nunc memorat, plebem appellat. nam ſicut in unaquaqȝ ciuitate nobiles, & patricij à plebe diſcernuntur, populo inquã minuto: ita à Dijs ij ſemidei ſegregantur: plebs uero dicitur, authore Gellio, in qua gentes ciuiuȝ patriciæ nõ inſunt: & dicitur recto caſu plebs, & plebes, ut ueteruȝ exẽplis ſatis conſtat. ⸢Fauni) Dij ſunt ſylueſtria incolẽtes: à fando dicti: ut, ait Feſtus. ⸢Satyriqȝ) Satyris ait Plinius in. v. præter figuraȝ nihil moris humani, & in Æthiopia inueiuntur: de quibus quid diuus Hier. in uita Pauli primi Eremitæ dicat, utpote memoratu dignũ apponeř uolui. De beato Antonio loquitur Hieronymus: qui Centauruȝ fuerat allocutus: nec multo poſt ſe ei Satyrus obiecit, ait itaqȝ: Nec mora inter ſaxoſam uallem non grandem homunculum uidet, fronte cornibus aſpera, aduncis naribus, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat: ad hoc Antonius ſpectaculum, ſcutum fidei, & loricã ſpei bonus prœliator arripuit: nihilominus memoratum animal palmarum fructus eidem ad uiaticum, quaſi pacis obſides ferebat: quo cognito gradum preſſit Antonius, & quiſnam eſſet interrogans, hoc ab eo reſponſum accepit: mortalis ego ſum: unus ex accolis eremi: quos uario deluſa errore gentilitas coluit. Faunos, Satyroſq., & incubos uocant. dicti autem ſunt Satyri à σατὺ, ideſt mentula, teſte in primo Saturnalium Macro. inde Saturnus, quòd ei fuerit amputatum ſeminale membrum. ⸢Lareſq.) habes apud Ouidiũ in Faſtis hanc pluribus carminibus Larium fabulam explicatam: quam breuibus ſtringemus. Flagrabat amore Iuppiter Iuturnæ Turni ſororis, quem etiam nymphis detexit: Almonis autem filia Lar ſiue Larlar dicta, hoc Iunoni manifeſtauit: quare indignatus Iuppiter Lari linguam præcidit, & Mercurio ad ſtygem paludem ducendam tradidit, ut meritas ibi lueret pœnas: at Mercurius inuitam Larem cõpreſſit, dum eam ad ſtygem duceret: ex quo compreſſu gemini nati ſunt nomine Lares, à matre ita nuncupati: unde Ouidius, Fitq; grauis, geminosq; parit: qui compita ſeruant, Et uigilant noſtra ſemper in urbe Lares. ij compita ſeruant, inde compitalia feſta, & dies attributi Laribus: quibus in cõpitis ſacrificabatur. de Laribus hæc Cice. refert in libro de uniuerſitate, cuius hæc ſunt uerba: Reliquorum autem, quos græci dęmonas appellant, noſtri (ut opinor) Lares, ſi modo hoc recte conuerſum uideri poteſt. in Aulularia quoqȝ Plau. meminitq; Apuleius, & meminit etiam Auguſti. in lib. de ciuitate Dei: aiuntq; ueteres putaſſe animas hominum, fieri dæmonas: quòd ſi bonorum fuiſſent meritorum Lares appellarentur: ſin malorũ, tum lemures, tum laruæ: quod ſi incertum fuiſſet bonorum ne, an malorum eſſent meritorũ: tunc appellari manes. ⸢Flumina) à fluendo dicta. Varro. ⸢Et Nymphæ) aquarum deæ, quaſi lymphæ dictæ. ⸢Semideumq; genus) indigetes, qui Semidei ſunt nati ex deo, uel dea, & mortali: ut Æneas, qui Iuppiter indiges eſt appellatus: & ab indigeo uerbo indiges dicitur teſte Seruio. ⸢Diui ueteresq;) qui iampridem in deorum numero eſtis collocati. ⸢Nouiq;) ut Cæſar, & alij, qui nuper relati ſunt inter Deos. ⸢Et peragit) perficit. ⸢Paſyphaes generi) Theſeus Ægei Athenarum regis filius in Cretam ad occidendum Minotaurum iuit, cuius amore capta Ariadna Minois, & Paſiphaes filia, eum quonam modo Minotaurum ſuperaret, docuit: inde votis compos Theſeus Ariadnam rapuit pariter & eius ſororem Phædram: ſed (ut tradit Plutarchus) Ariadnen in Cypro inſula, reliquit, ubi partu extincta eſt, At Homerus in Dia inſula non Cypro, obijſſe ſcri. Diod. uero in Naxo relictam, & inde à Baccho in monteȝ, qui Dryops dicit̃, perductam memoriæ prodidit. nupſit inde Theſeo Phædra, quæ Hippolyti amore flagrauit: at ex Hippolyte amazone, Theſeoq; natus erat Hipp. qui uenator egregius, ac pulcherrimus fuit: interpellanteȝ de ſtupro Hippolytus cum contempſiſſet Phædram: falſo ipſa conuerſo crimine ad patrem ipſum detulit: qui nimis credulus Ægea parentem eſt precatus, ut filium perimeret: immiſſis autem phocis, uitulis inquam marinis, ab Ægeo: qui equos terrerent: Hippolytus diſcerptus eſt, quẽ ab Aeſculapio ad uitam reſtitutum authores tradunt Dianæ precibus: qui inde Virbius dictus eſt, quaſi bis in uitam prolatus, ut in decimo quinto Metamorphoſe. Ouidius, & in ſeptimo Æneidos, Seruius docent. ⸢Pœnas) octo pœnarum genera in legibus Cicero. tradit, damnum, ignominiam, ſeruitutem, uincula, uerbera, talionem, exilium, & mortem. ⸢Neue minus noceant) neceſſe erat in deuotionibus proprium nomen exprimere: nam aliter deuotio fruſtra fieri credebatur: quod Romani intelligentes, urbis nomen incognitum eſſe uoluerunt. Id autem quandoque quidam plebeius (ſi Varroni credimus) enunciare auſus in crucem leuatus eſt: hunc Solinus Valerium Soranum nominat: quare Angerona (ut idem Solinus, & Macrobius teſtantur) à Romanis colebatur: cui ante diem decim. ſecund. Calendas Ianuarias ſacrificabatur: habebat'que etiam ſimulachrum occluſo, obſignato'que ore. ⸢Execrantia) deuouentia. ⸢Fictum nomen) inimicum: quem improprio nomine Ibidem uocat. ⸢Magnos commoueant'ue deos) magni Dij ſunt Iuppiter, Minerua, & Mercurius, qui Romæ colebantur: penates etiam dicuntur, ut ſcribit Varro. ſed quia colebantur penates apud Laurolauinium; non eoſdem, qui magni Dij, penates eſſe Seruius credit. ⸢Ore fauete) Silete. ſilentium enim in ſacris adhibebatur, ut Macrobius docet. ⸢Lugubria) luctuoſa, à lugeo uerbo lugubris uenit. ⸢Genis) gena membrana illa eſt, qua oculus tegitur: cum aperitur, & clauditur: ut Plinius ſignificare uidetur, & Feſt. Pompeius: mala etiam ab antiquis dicebatur.

## ASCENSIVS.

¶ SED ILLA Paſiphaes generi) ideſt Theſei, qui imprecatus filium coegit mori. ⸢Quaſque ego tranſiero) ideſt & quas dixero, & quas non dixero, hoc eſt omnes. ⸢Plenius ingenio) ideſt quàm excogitare, aut eloqui queam, ſis miſer: infortunatus. ⸢Qui ſe ſcit factis has) ſcilicet pœnas meruiſſe, & cætera. ⸢Nulla mora eſt in me) Continuo imprecatur in aduerſarium. hiſtoriæ autem à Domitio explicantur, & contextus facilis eſt; quocirca breuis ero.

ZARO.

A ¶OMINIBVSq; ma.) augurijs.omen,ait Feſtus,velut ora men,quod fit ore:augurium vero,quod auibus,alio ue modo fit. ☞Lęuis pedibus) aduerſis. vnde Vir. Sæpe malum hoc nobis,ſi mens non læua fuiſſet. ☞Et ni.ve.) quæ ſolent in rebus triſtibus adhiberi. vnde Iuue. Pullati proceres:differt vadimonia prętor. & Perſius:Pullatis ne mihi nugis pagina turgeſcat, ideſt tragicis: apud quos res triſtes deſcribūtur. ☞Ferales) mortiferas,letales, vnde Iuue. Feralis cœna patella. ☞Tedas) græce dicuntur δᾶδες mutato d in t,ſicut etiā docet Priſcia. ☞Ara) dicta ab ἀρῶμαι:id eſt precor: vnde κατάρα,imprecatio. Pompa: ἀπὸ τοῦ ἐπιπέμπειν.i.emittēdo,vbi longus ordo emiſſorum ē, & apparatus. ☞Hoſtia) Hoſtibus à victis hoſtia nomē habet,in faſtis Oui. ☞Dira) triſtis, īfeſta:dirus dei ira natus. Feſtus. ☞Terra tibi) incipit nunc poeta in Ibidem imprecari, optatq;, vt ſuas ei fruges terra nō prębeat. ☞Fruges à fruendo dictæ: Varro.

B ☞Aura) mitior vēto ſpiritus. Aura item à Cephalo amata eſt, & aura popularis fauor. ☞Nec ſe Vulca.) ab ignis maiore vi,ac violētia Vulcanus dictus,authore Varronē, quā uis à volando dictum dixerit Cic. ☞Exul) extra ſolum poſitus. ☞Limina) limen omnis ingreſſus eſt, vt ait Nonius. ☞Luſtres) luſtrare multas habet ſignificationes, vt Nonius de indagine doctorum virorū oſtēdit, eſt circuire, vt hoc loco, ſequi, perſpicere, expiare, circumſpicere, & patefacere. luſtrare quoq; idem, ꝙ ſcortari, ſæpe ſignificat, à luſtris ſumptum. ☞Miſer) triſtis, & flebilis. is miſer dicitur, authore Donato,

C cui animæ miſeria ineſt: vnde miſerabilis venit. ☞Plura) nomen eſt, & à pluri venit. nam hic & hæc pluris & hoc plure dicebatur apud antiquos. vnde plurima. in compoſitum com pluris:plus vero comparatiuum eſt:cuius raro ſingulare inuenitur:& poſitiuum multus:ſed plurale, vt plures, & plura inquam:& à pluri plurimus ſuperlatiuum factus eſt: vt docet Priſcianus. Aulus Gellius in .vii. noctium Atticarum de hoc multa memoriæ reliquit. ☞Defœta) vacua. ſicut fœta plena. ☞Inuidioſa) inuidioſus,& qui inuidet,& cui inuidetur, dicitur: vt formidoloſus, ambitioſus, gratioſus, & mille alia, vt ſcri. Gelli. ☞Solito fauore) nā miſeri,& laboribus ꝑſſi ab omnibus adiuuari debēt. ☞Eueniēt) mos apud priſcos fuit: vt omnia auſpicato agerent: quòd ſi bonum habuiſſent augurium: conceptum peragebant:ſin malum, deſiſtebant: dicit ergo nūc Ouid. huiuſmodi à Phœbo: qui augurijs præeſt, oſtenſa ſigna, quibus haud dubitat firmam, ad votumq; ſuam imprecationē futuram. ☞Et à leua mœ. volauit au.) mali ominis auis à læua parte volauit: ſignum peſſimum. quæ eſſent aues mali ominis Plin. facile docet in .x. ☞Perfide) qui fidem violaſti: & à fide venit. infidus vero, cui non eſt fidendum, dicitur: & à verbo fido deſcēdit: quod primam habet longam. ☞Olim) quandoq;, multa ſignificat olim: vt Seruius, & Donatus docent; & apud authores eſt cognoſcere vbiq;.

Ominibuſq; malis,pedibuſq; occurrite læuis,
Et nigræ ueſtes corpora ueſtra tegant.
Tu quoq; quid dubitas ferales ſumere uittas?
Iam ſtat (ut ipſe uides) funeris ara tui.
Pompa parata tibi eſt,uotis mora triſtibus abſit.
Da iugulum cultris hoſtia dira meis.
Terra tibi fruges,amnis tibi deneget undas,
Deneget afflatus uentus & aura ſuos.
Nec tibi Sol clarus,nec ſit tibi lucida Phœbe.
Deſtituant oculos ſydera clara tuos.
Nec ſe Vulcanus, nec ſe tibi præbeat aer,
Nec tibi det tellus,nec tibi pontus iter.
Exul inops erres,alienaq; limina luſtres,
Exiguumq; petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo,nec mens uacet ægra dolore,
Noxq; die grauior ſit tibi,nocte dies.
Siſq; miſer ſemper,nec ſis miſerabilis ulli:
Gaudeat aduerſis fœmina,uirq; tuis.
Accedat lachrymis odium,dignuſq; puteris,
Qui mala cum tuleris plurima,plura feras.
Sitq; (quod eſt rarum) ſolito defecta * fauore
Fortunæ facies inuidioſa tuæ.
Cauſaq; non deſit,deſit tibi copia mortis:
Optatam fugiat uita coacta necem.
Luctatuſq; diu cruciatos ſpiritus artus
Deſerat,& longa torqueat antè mora.
Euenient,dedit ipſe mihi modo ſigna futuri *
Phœbus,& à lęua mœſta uolauit auis.
Certe ego quæ uoueo,ſuperos motura putabo,
Speq; tuæ mortis peſſime ſemper alar.
Finiet illa dies,quæ te mihi ſubtrahet olim:
Finiet illa dies,quæ mihi tarda uenit.

* al's defœta,i, euacuata.

* Tib. Euenient, dat ſigna deus.

ASCENSIVS.

D ¶TV Quoq;) ò Ibis,quid dubitas? q.d. non decet dubitare, cum de te deuoto ſacrificium fiat: nec de alio. quid dubitas, inquit, ſumere vittas ferales.i. ſerta: ferales.i. mortem prætendentia? ſed cum fera primam corripiat, feralis primam producit, vt hic, & Æneí 4. Solaq; culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. ☞Vittas ad caput hoſtiæ, quæcunq; eſſet, ſiue homo, ſiue pecus: circumligari docet Sinon Virgilianus Aenei. ii. dicens, Mihi ſacra parari: Et falſæ fruges, & circum tempora vittæ. ☞Pompa parata tibi) non ad lętitiam, aut vtilitatem tuam, ſed eorum, q videbunt. ☞Da iugulum cultris) loquitur de more ſacrificantiū. nam in ſacrificijs omnia debebant eſſe libera, & voluntaria vſq; adeo: vt ne hoſtia quidem ligari poſſet, quæ volens mori ſignificetur. ſupponebant cultros, in quos ipſa ibat ſuæ mortis author.

E bene ergo dicit, Da iugulū cultris: nam, iugulus pars colli ē: quæ ſanguinem inciſa reddit. ☞Dira) Ideſt execrabilis, & qſi deorum ira nata. ☞Terra): deprecatur ipſi omnium elementorum, & quęcunq; vſui eſſe poſſent, vſum: hoc precatur, ne habeat. ☞Nec ſe Vulcan°).i. ignis, cui Vulcanus præeſt. Nam deorum, dearumq; nomina vſurpamus per metonymiam pro rebus, quibus præſunt. ☞Pontus) ideſt quodlibet mare: & mare, ideſt quælibet aqua. ſpecies pro genere. ☞Noxq; die, &c.) Ideſt ſemper nox ſequens ſit grauior die ꝑcedente, & dies ſequens nocte pręcedente. nam aliter fieri nō poteſt, vt vtrunq; alterum ſuperet.

F vult ergo, vt in dies creſcat malum eius. ☞Nec ſis miſerabilis) Ideſt talis, cuius quem vis miſereat: aut nec videaris dignus miſeratione. Sic Aeneidos. iii. Troianas vt opes, & lamentabile regnum. ☞Accedat lachrymis odium) dira imprecatio, cùm lachrymæ cōmiſerationem mereri ſoleant. ☞Sitq;) ordo eſt. ☞Et facies fortunæ tuæ defœta) Ideſt euacuata: ſicut mulier enixa: & nullum fœtum habens in vtero: fauore ſolito ☞Sit inuidioſa) Ideſt cui pleniſſime inuideatur: aut plena inuidiæ, paſſiue. ☞Quod eſt rarum) Ideſt quæ res raro contingit; quia ſumma petit liuor. Liuor enim, ideſt inuidia nō ſolet eſſe, niſi de rebus proſperis. & ergo dicit Martial. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi: quia ſic omnes eſſent beati præter ipſum ſolum. ☞Cauſaq; non deſit) Ideſt tormentum tam graue, vt mori poſſis: neq; tamen mori permittaris: quod damnatorum in inferno malum eſt: qui ſemper mori cupiunt, & moriuntur: neq; vnquàm mortui ſunt. ☞Auis mœſta) Ideſt mœſtitiæ index. ſ. cornix, quæ à læua .i. ſiniſtra ratum facit augurium: vt graues atteſtantur authores. ☞Speq; tuę mortis peſſime) non dices, ſpe mortis tuæ peſſimæ: non enim eſt genitiui caſus: ſed vocatiui ſic: o peſſime, ego alar ſemper ſpe tuæ mortis. ☞Finiet illa dies. ſ. ſpem: quia ſpes euacuatur, cum euenit, quod ſperabatur.

ZARO.

¶PETITAM) percuſſam. multis hoc verbum petere modis accipit: vt docet Noniꝰ. ¶Pugnabūt Ia.)ꝑ cōparatione ſe nūq̃ i concordiā cū Ibide venturum dicit. ¶Dum Thraces)ſunt populi feroces inter omnes Europæ gentes : qui vitam facile contemnunt: dum putant nonnulli eorum obeuntium animas reuerti:alij non extingui:ſed magis beatas fieri: vt de mirabilibus mūdi ſcri. Solinus. Tradit aūt Hero. Scythas olim Thraces habitos, qui eadē lingua omnes vtebantur, præter Getas,⁊Trauſes. diuiſam Thraciam in ſtrategias quinquaginta tradit Plin. iaculis in bello vtebantur. iaculum cum amēto Ætolus Martis filius inuenit, teſte Plini. in. vii. ¶Iapydes arcu.) arcum & ſagittam Scythen Iouis filium inueniſſe Pli. docet. ſcri. quoq; nonnullos uoluiſſe à Perſe filio Perſei ſagittas inuentas. ſunt autē Iapydes populi iuxta Carnorum regionem. ad Timauū habitant: unde regio Iapydia: aut Iapygia Apulia ab Iapyge Dędali filio: unde rurſus Feſt. Inſula ſe grādi Diomedis gurgite promit Italiam ſpectans, & Iapygis arua Timaui. licet à uento alij. Stra. Herodotus, Solinus, & Maro autores. ¶Dū tepidus Ganges) maximus inter orbis terrarum fluuius Gāges Indię habetur: qui incertis fontibus naſci: Nili modo inundare regionem perhibetur. Alij à Scyticis montibus exoriri ipſum uolūt: in quem. xix. influunt amnes: quorum multi nauigabiles: ubi minimus, latitudine. viii. mil. paſ. ubi modicus, ſtadiorum. c. altitudine nuſq; minore paſſuum. xx. ut Pli. Stra. & Soli. prodidere. Tepidus autem, quia ab oriēte calidiſſima mundi plaga uenit. ¶Frigidus Iſter erit) Iſter flu. celeberrimus in iugis Germanicis oritur montis Abnobæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, per innumeras laſpus gēte Danubius nuncupatur: cum primum autem Illyricum alluit, Iſter appellatur. lx. amnes in ſe recipit, omnes ferme nauigabiles: ſeptem hoſtijs ponticum mare ingreditur: ut Plin. Strab. ⁊ Solinus meminerunt: ideo, frigidus: quia ex ſeptentrione dilabit. ¶Tiberis) Romam urbem ſecat: & à Thuſcia uenit: pluribus nominibus appellatus. nam prius Albula: deinde à Tyberino Albanorum rege, ut tradit Liuius, Tyberis dictus: Tyberinus poſtea nuncupatus: uel, ut tam Seruius, q̃ quidam alij exiſtimant: à Tyberide Siciliæ fluuio: ad quem cum ꝑueniſſet Hercules ab Erethria ab occidente abducens boues: cum per hyemem multam ibi perpeſſus eſſet iniuriam, fluuio nomen dedit: quaſi iniurioſo ἀπὸ τῆς ὕβρεως: Thæteus autem ait à contumelia Syracuſanorum ita fuiſſe appellatum: quod apud fluuium crebras facerent aduentantibus iniurias. Aſclepiades uero Mityleneus per d. exiſtimat hoc nomen ſcribendum: aitq; priſca Siculorum lingua Dybrin eſſe nominatum à ſua magnitudine, uel impetu fluctuoſo: quod Dymbris mare nominetur. Contendunt nonnulli ſcribendū eſſe Tymbris ſine aſpiratione, & m ante b, in qua fuiſſe grammaticus Ariſtophanes perhibetur ſententia: tametſi uideo Ser. foſſam dicere: quam ob tueudo mœnia ſua Syracuſani fodiſſent, appellatam Tyberim eſſe, per hoſtiū pœnam, & iniuriam factā ἀπὸ τῆς ὕβρεως. inde Siculos cum perueniſſent ad eam partem, ubi Roma eſt: tenuiſſentq;: Tyberim appellaſſe: & in ſacris q dem ait Tiberinum dici: in Zenolexia Tyberim: in poemate Tybrim. ¶In ma.) contra manes. Manes teſte Seruio, animę ſunt corporibus exutę: ſi uero Acronem ſequimur, dij boni. ¶Nexæq; colubris) furiæ infernales: quæ intortos anguibus capillos habent: & tres eſſe docuimus: de quibus hęc Cice. in ea quam pro ſexto Roſcio oratiōe habuit, dicit: Nolite putare quemadmodum in fabulis uidetis eos, qui aliquid impie, ſceleratéq; cōmiſerunt, agitari, & perterreri tedis ardētibus: ſua quemq; fraus, ⁊ ſuus error maxime uexat. ſuū quēq; ſcelus agitat, amentiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæq; animi terrēt: ę ſunt impijs aſſiduæ, domeſticæq; furiæ: quæ dies, noctesq; parētum pœnas à ſceleratiſſimis filijs repetant. ¶Tardus trahet ilia uultur) uultur dicitur, uulturis: & uulturius. præualent uulturū nigri. in excelſiſſimis rupibus nidificant: oua. xiii. pariunt, ſi Vmbritio peritiſſimo haruſpici credimus. triduo ante, aut biduo, ubi futura ſunt cadauera, uolant putarunt nō nulli ipſos ex alieno orbe uolare falſō, ſatis autem liquet neminem ipſorum nidos attingere: ut in. x. natura. hiſto. author eſt Plin. ¶Tardus) perſeuerans. nā, teſte Nonio Mar. tardus piger dicitur: & diuturnus, ꝑſeueransq́: ut apud Vir. ii Geor. Media fert triſtis ſuccos, tardumq́, ſaporem: ⁊ hoc loco magis ſenſui conuenit: ut tardus pro perſeuerante accipias, q̃ quod nonnulli interpretantur, producēs morſum. ridiculum enim eſt illa dicta abina, quæ pars chartæ eſt tenuiſſima: ut Feſtus ſcribit.

Sed prius hanc animam nimium mihi ſæpe petitam
Auferet illa dies, quæ mihi ſera uenit:
Quàm dolor hic unquam ſpatio euaneſcere poſſit,
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iazyges arcu,
Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit:
Robora dum montes, dum pabula mollia campi,
Dum Tyberis liquidas Thuſcus habebit aquas:
Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras,
Sæua ſed immanis manibus arma dabo.
Tunc quoq; cum fuero uacuas dilapſus in auras,
Exanimis manes oderit umbra tuos.
Tunc quoq; factorum ueniā memor umbra tuorū,
Inſequar & uultus oſſea forma tuos.
Siue ego (quod nollē) longis conſumptus ab annis,
Siue manu facta morte ſolutus ero:
Siue per immenſas iactabor naufragus undas,
Noſtraq; longinquus uiſcera piſcis edet:
Siue peregrinæ carpent mea membra uolucres,
Inq; meo tingent ſanguine roſtra lupi:
Siue aliquis dignatus erit ſupponere terræ,
Et dare plebeio corpus inane rogo:
Quicquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris,
Et tendam gelidas ultor in ora manus.
Me uigilans cernes, tacitis ego noctis in umbris
Excutiam ſomnos uiſus adeſſe tuos.
Deniq; quicquid ages, ante os, oculosq; uolabo,
Et querar, & nulla ſede quietus eris.
Verbera ſæua * dabunt ſonitum, nexæq; colubris *a.l.torta.
Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.
His uiuus furiis agitabere, mortuus iiſdem,
Et breuior pœna uita futura tua eſt.
Nec tibi continget funus, lachrymæq; tuorum,
Indeploratum proiicere caput:
Carnificisq; manu populo plaudente traheris,
Infixusq; tuis oſſibus uncus erit.
Ipſę te fugient, quæ carpunt omnia flammæ,
Reſpuet inuiſum iuſta cadauer humus.
Vnguibus & roſtro tardus trahet ilia uultur,
Et ſcindent auidi perfida corda canes.
Deq; tuo fiet (licet hac ſis laude ſuperbus)
Inſatiabilibus corpore rixa lupis.

ASCEN.

¶PETITAM tibi) ideſt à te. ¶Tempus ⁊ ho.) ſic. v. Aenei. Quam nec lōga dies: pietas nec mitigat ulla. Omnia enim in tempore labaſcere ſolent. ¶Pugnabunt iaculis) Dicit ⁊ mores hominum, & rerum naturam prius immutari poſſe, q̃ pectoris ſui odium aboleri. ¶Dum) ideſt donec: aut quamdiu. ¶Iapyges) ideſt Appuli populi Italiæ arcu ualentes. ¶Ganges tepidus) quia inter torridam & frigidam ʒonam. ¶Iſter frigi-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

A dus) quia ad glacialem Oceanum vergit. ¶ Robora) Ideſt q̄rcus illas: aut quaſuis robuſtas arbores. ¶ Tyberis Thuſcus) qa per Thuſciam, ſeu Hetruriam fluit. ¶ Sed in manis) puto duas eſſe dictiones, vt ſit: ego dabo manibus: ſcilicet meis ideſt ſpiritibus à corpore ſeparatis (eſt enim à nominatiuo manes, non à manus: quia primam producit) in. i. contra manis. ſ. tuos: qa dicimus in accuſatiuo manis, & manes. ¶ Sæua arma) quibus ſcilicet manes tuos pſequantur. ¶ Oſſea forma) Iuuena. dicit ſaty. iiii. Aut nigri manus oſſea Mauri: Et cui per mediam nolis occurrere noctem: Cliuoſæ veheris dum per monumenta Latinæ. Mortui enim oſſa abſumpta. ſ. carne occurrere putantur: dicit autem Virgiliana Dido idem ſic: Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas. ¶ Siue ego (quod nollem) quaſi vindictæ appetens, aut ſenectutis incommoda abhorrens. ¶ Piſcis: longinquus) ideſt in longinquo mari degens. ¶ Edet (ideſt deuorabit noſtra viſcera, poſtquā. ſ. ſubmerſus ero. ¶ Et breuior vita) ordo eſt: & vita tua futura eſt breuior pœna tua: quia pœna durabit etiam in morte: & poſt mortem. ¶ Indeploratum) ideſt non deploratum. ¶ Carnificiſq; manu populo plaudente traheris) ſcilicet ad ſupplicium: aut potius ad buſtum: quia ſequitur: Ipſæ te fugient, & cætera, hoc modo ad ſupplicium nonnulli Chriſtiani ſub Domitiano poſtea tracti leguntur infixo vnco gutturi. ¶ Ipſæ te fugient) precatur, vt tractum indigniſſime ad vſtrinam, & impoſitū rogo flammæ: eius cadauer non abſumant, ſed iaceat præda vulturibus, & canibus. ¶ Licet hac ſis laude ſuperbus) ideſt quamuis glorieris, q ſis cauſa rixæ inter me, & coniuges, & amicos, vt eris inter lupos. videtur enim tibi glorioſum induxiſſe diſcordiam, & ita malim dicere, quá licet, ideſt licitum eſt: vt ſit permittentis. D

In loca ab Elyſiis diuerſa fugabere campis,
Quaſq; tenet ſedes noxia turba, coles.
Siſyphus eſt illic ſaxum uoluenſq;, petenſq;,
Quiq; agitur rapidæ uinctus * ab orbe rotæ.
Quæq; gerunt humeris perituras Belides undas,
Exulis Aegypti turba cruenta nurus.
Poma pater Pelopis præſentia quærit, & idem
Semper eget liquidis, ſemper abundat aquis.
Iugeribuſq; nouem ſummus qui diſtat ab imo,
Viſceraq; aſſidue debita præbet aui.
Sic tibi de furiis ſcindat latus una flagello,
Vt ſceleris numeros confiteare tui.
Altera tartareis ſectos dabit anguibus artus,
Tertia fumantes incoquet igne genas.
Noxia mille modis lacerabitur umbra, tuaſq;
Aeacus in pœnas ingenioſus erit.

* a. l. uectus.

ZARO. ¶ IN Loca ab Elyſijs) de cāpis Elyſijs diuerſa ab authoribus traduntur: nam alij fortunatas inſulas eſſe volunt: ut Hora. q ita in Epodo ait: Manet Oceanus circumuagus arua beata. Petamus arua, diuites & inſulas: Reddit vbi Cererem tell⁹ inarata quotannis: B Et imputata floret vſq; uinea. has etiam Saluſti. in Oceano eſſe refert. Diod. autem in meridiano Oceano poſitas ſcribit: Ibiq; eſſe res admirandas tradit. ſi vero Lucanum ſequimur, Elyſios cāpos circa lunarem circulū eſſe dicemus. Ait enim. Quodq; patet terras inter, lunæq; meatus. Non illic auro poſiti: nec thure ſepulti Perueniunt. Tūc genus omne tuum, & quæ dentur mœnia, diſces. quod etiam Seruius ſuper eo Virg. verſiculo in. vj. Aeris in campis: eſt interpretatus. Cum ergo bonorum animę corpore migrabant, hæc petere dicebantur loca: ubi plauſus choreæ, & lętitię ſunt: hinc Tibul: Hic choreæ, cantuſq; uigēt, paſſimq; vagantes Dulce ſonant tenui gutture carmen aues. Fert caſiam non culta ſeges, totoſq; per agros Floret odoratis terra benigna roſis. & quæ ſequuntur. ¶ Tartarus) malarū ſedes animarum erat: ubi perpetuæ tenebræ, luctus, & miſeriæ erant, ut ipſe quoq; in eadem docet Elegia Tibullus: At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda Abdita: quam circum flumina nigra ſonant: & reliqua. ¶ Siſyphus eſt illic) Aeoli filius Siſyphus: teſte in. vi. Ilia. Home. Iſthmō latrocinijs occupabat, ita vt Anticliā Autolyci filiam, Laertæ deſponſatam arripuerit, quam & compreſſit: vnde Vlyſſes natus creditur, quod in. xiii. C Meta. Ou. videtur oſtendere: Quid ſanguine cretus Siſyphio: furtiſq;, & fraude ſimillimus illi, Inferis Aeacidis alienæ nomina gentis? hunc Theſeus interfecit: qui apud inferos hac afficitur pœna: vt ſemper cogatur ſaxum ad montis apicem voluere, quod cū primū in cacumine montis perduxit: ad ima relabitur: ut in eodem loco ſcri. Oui. Aut petis, aut vrges rediturum Siſyphe ſaxum. & in Hercule furente Seneca: Ceruice ſaxū grande Siſyphea iacet. Lucretius autem fabulæ huius figmentum aperit: vt per teipſum videre poteris. ¶ Quiq; agitur rapidę) Ixion Antionis, & Melatæ Amythoni filius (alij autem Phlegiæ volunt) Deioneo filiam Diam plurima dona pollicitus deſpondit: ex qua Pirithous natus. ſed cum Ixion pollicitis minime fidē ſeruaret: eius Deoneus equos cæpit: Ixion autem accerſito genero, cui quod fuerat pollicitus, dixit ſeruaturum: ipſum in foueā coniecit: cumq; à Ioue purgatus eſſet (nā à quoq; alio nō poterat purgari) Iunonē ſtupri auſus eſt interpellare: quod cū Iuppiter cognouiſſet, in formam Iunonis nubem interpoſuit: cum qua Ixion concubuit; vnde Centauri nati ſunt. Poſt tñ meritas Ixionē Iuppiter pœnas luere voluit: namq; apud inferos rotæ alligari iuſſit: quę perpetuo voluitur: ut in. v. Diod. ſcri. & Tibullus quoq; ait: illic Iunonē tentare Ixionis auſi Verſantur celeri noxia membra rota. E ¶ Quæq; gerunt humeris) Beli Danaus, & Aegyptus filii fuere: quorum alteri. l. natæ ſunt ex pluribus mulieribus filiæ: totidemq; alteri virilis ſexus filii: acceperat ab Apolline Danaus fore, vt à filio fratris pariter & genero eſſet occidendus: quare diu fratri aduerſatus eſt, qui in connubiū neptes filiis dari volebat. tandem Danaus penè coactus fratri morem geſſit, inſidiis confidens, quod monuerat oraculum, euaſurum: etenim gladiū unicuiq; filiarum dedit, qua cum uiris nocte concumbendum erat, ut omnes tollerent. impia omnes parentis iuſſa executæ ſunt, præter unam Hypermneſtram minorem natu, quæ Lynceo pepercit, à quo poſtea Danaus occiſus eſt: qui & Armeus quandoq;, teſte Euſeb. dictus eſt: ideoq; apud inferos hac pœna torqueri hæ iuuenes phibentur, ut in humeris aquam cribro ſemper gerant: quoad F urnam impleāt. Vnde Tibullus. Et Danai proles, Veneris quę numina læſit, In caua lętheas dolia portat aquas. & i Metam. Oui. Moliriq; ſuis letum patruelibus auſæ, Aſſidue repetunt: quas perdant Belides undas: & in Hercule furente Seneca, Vrnaſq; fruſtra Danaides plenas ferūt. & in Medea, Voſq;, quas vrnis foratis, irrit⁹ ludit labor, Danaides coite: ueſtras hic dies quęrit manus. Quid autem Lucret. velit ſub hac fabula intelligi per tete inſpicito. Aegyptum regioni nomen dediſſe, quæ Aeria vocabatur, nunc Aegyptus: Euſebius tradit, qui ibi expulſo Danao regnauit. ¶ Exulis) ideo quia Danaus Argos ſibi uindicauit, vt refert Euſebius expulſo Aegypto. ¶ Poma pater Pelopis) Tantalus Iouis ex Plote nympha filius fuit, Pelopis pater, Mœones uocitatus, in Phrygia regnum habuit, bellumq; Tro. indixit ob raptum filium eius Ganymedem: ut Euſeb. eſt author: qui Deos hoſpitio ſuſcepit, quibus Pelopem filium epulandum appoſuit, alias mentitus eſſe carnes. Dii omnes ab huiuſmodi ſe epulis abſtinuerunt, vna excepta Cerere, quę humerum comedit: inde eburneum humerum Pelopi Iuppiter fecit: vt in. iii. Geor. Vir. Humeroq; Pelops inſignis eburno. Tātalus autem tāto perpetrato facinore à Ioue ad inferos detruſus eſt, vbi vſq; ad labia in aqua merſus eſt, quæ, cum eā haurire vult, effugit. Porro pomorum arbores ad os uſq; inclinari, quæ comedere minime poteſt, & hoc ſemper detorq̄tur Tantalus cruciatu: hinc in Herc. furente Seneca: In amne medio faucibus ſiccis ſenex ſectatur vndas; Abluit mentum la

D rex,eidemq́; cum iam Sæpe decepto dedit:perit vnda in ore: Poma deſtituunt famem,& pluribus in locis Oui.tum in lib. de fine titulo.Quærit aquas in aquis,⁊ poma fugacia captat Tantalus:hoc illi garrula lingua dedit, Lactan. etiam addit nonnullos dicere ideo Tantalum eo,quo diximus, modo tor queri:quia Deorum conuiua eorum hominibus prodiderit ſe creta:ideoq́; Statius.Et ſæuæ perijt iniuria menſæ. ⸿Iugeribusq; nouem) Tityus Iouis ex Helara Orchomeni filius fuit: nouem iugerum magnitudine,à terra nutritus,q̄uis alij terrę filium dixerint.hic ab Appolline telis confoſſus eſt: eo ꝙ Latonā amarat:dānatusq́; eſt ea lege apud inferos:vt eius iecur vultur ſemper exedat:vt in.vj. Aenei.ſcri. Vir.licet Hom. viciſſim dicat duos vultures ſibi in eius pœnam ſuccedere: vnde etiam Tibullus:porrectusq́; nouem Tityus per iugera terræ: Aſſiduas atro viſcere paſcit aues.Lucre. autem hanc moraliter eſt interpretatus fabulam.Iugerum dictum à iunctis duobus actibus quadratis,qui colligunt.ccxl.pedes in longitudine:in latitudine vero dimidium,ut Varro.tradit:& Quinti. lib.i.Inſti.Iugeri quoq; Plin.in.xviij.natura.hiſto.lib. Cato.&
B L.Columella in.vj.meminerunt.⸿Aeacus in pœnas)hic,Minos,& Rhadamanthus Iouis & Europæ filij apud inferos iudices ſunt,ut in.vj. Aenei.Ser.docet.
ASCEN. ¶SISYPHVS eſt illic) hæc omnia Macrob.in de ſomnio Scipionis late exequitur,& habentur etiam.vj.Aenei ⸿Quiq́;) ideſt ⁊ qui.ſ.Ixion.⸿Belides) Beli neptes.⸿Nurus Ægypti) quia filijs eius nupſerant,ſed interfecerunt.⸿Pater Pelo.)ideſt Tantalus:qui ſecundum Home.ad naſum vſq; habet dependentia fragrantiſſima poma:& ad labia uſq; aſcendentia dulciſſima flumina:quæ dum captantur,effugiunt.vnde de flumi nibus dicit Hora.Sermonū primo:Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina.quid rides?&c. ⸿Iugeribus nouem) ideſt Tityus:de quo ſexto Aeneid. Necnon, & Tityon terræ omniparētis alumnum Cernere erat:per tota nouem cui iugera corpus Porrigitu .Ordo autem textus eſt. ⸿q́.) pro &,is D ſupple.⸿Qui ſummus) ideſt ſuprema parte ſui,⸿hoc ē vertice:diſtat ab imo) .i.ab ima parte ſui.ſ.à planta pedis nouē iugeribus:& præbet aui uulturi.⸿Aſſidue) ideſt ſine intermiſſione rodenti:ſequitur Maronem dicentem in.vj. Roſtroq́; immanis vultur adunco Immortale iecur tondens,fœcūdaq́; pœnis viſcera rimaturq́; epulis:habitatq́; ſub alto Pectore,nec fibris requies datur vlla renatis.dico Maronem imitari: nam Home.duos vultures ſibi inuicem ſuccedentes dicit.⸿Viſcera debita).ſ.talibus cruciatibus eſt ſupple illic.⸿Vna de furijs) tres enim ſunt:Tiſiphone,Alecto,& Megæra. loqui videtur de Tiſiphone:de qua Aenei.vj.Continuo ſonteis vltrix accincta flagello Tiſiphone quatit inſultans. ⸿Altera).ſ. Alecto. ⸿Tertia).ſ.Megæra.⸿Aeacus) Tres quoq; dicuntur apud inferos iudices,qui ſeueriſſimi in Creta iudices fuiſſe leguntur: Rhadamanthus,Minos,& Aeacus.Rhadamanthus autem dicitur inquiſitor: vnde Aenei.vi.Gnoſius hęc Rhadamanthus habet duriſſima regna:Caſtigatq́;:auditq́; dolos, ſubigitq́; fateri: Quæ quis apud ſuperos furto lętatus inani Diſtulit in ſeram commiſſa piaculo mortem.Minos iudex.Vnde Hora.Et de te ſplendida Minos fecerit arbitria.& in eodem.vi.Quæſitor Minos vrnam mouet.Aeacus vero executor.Vnde Iuu. E in prima.Quas torqueat vmbras Aeacus.Et hoc loco: verū hæc officia confunduntur:ita vt ſingulis oia cōueniāt.⸿Aeacus trāſcribet in te pœnas infernales).i.trāsferri faciet in te.

In te tranſcribet ueterum tormenta uirorum:
Manibus antiquis cauſa quietis eris.
Siſyphe cui tradas reuolubile pondus,habebis:
Verſabunt celeres nunc noua membra rotæ.
Hic erit,& ramos fruſtra qui captet,& undas,
Hic inconſumpto uiſcere paſcet aues.
Nec mortis pœna,mors altera finiet huius,
Horaq́; erit tantis ultima nulla malis.
Inde ego pauca canam,frondes ut ſiquis ab Ida,
Et ſummam Libyco de mare carpat aquam.
Nam neq; quot flores Sicula naſcuntur in Hybla,
Quod'ue ferat dicam terra Ciliſſa crocos:
Nec (quum triſtis hyems Aquilonis inhorruit alis)
Quàm multa fiat grandine canus Athos.
Nec mala uoce mea poterunt tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Tot tibi uæ miſero uenient,talesq́; ruinæ,
Vt cogi in lachrymas me quoq; poſſe putem.
Illæ me lachrymæ facient ſine fine beatum,
Dulcior hic riſu tunc mihi fletus erit.

ZARO. ¶IN Te tranſcribet) tranſducet.verbum antiquū eſt trāſcribo,ad colonias attinens. Virg.in.vii.Aenei.Et tua Dardaniis tranſcribi ſceptra colonis.Ser.tranſcribi tradi ſermo autem hic tractus eſt de pecunia.nam ſcribi eſt dari, Horat. Scribe decem Cenio: non eſt ſatis:adde Cicutæ.reſcribi vero,reddi.Horatius: dictantis, quod tu nunq̄; reſcribere poſſis. Terentius: Argentum illud denuo reſcribi iube Phormio.⸿Frondes vt ſiquis ab
C Ida) mons, & ſylua in Phrygia Ida dicitur.Home.viii.Iliados ferarum parentem dixit ⁊ locum,quem Gargarum vocant:item Ida in Creta. Ouid. Faſtorum lib.v.Et Creta nobilis Ida. ⸿Et ſummam libyco de mare) libycum mare idē, quod Aphricanum in Aegyptum vſq; protenditur:pauciſſimos ſinus in ſe recipit: vt Pl. in.v.tradit: libycum à Libye Epaphi filia nomē habet:Africanum vero ab Africa,cui ab Afro Libys Herculis filio nomē ē inditū,ſi Solino credimus. Andronicus vero Alicarnaſeus ait Oceanū cōpreſſiſſe nymphas duas Ponpholygē,& Parthenopē.ex Parthenope qdē Europē habuiſſe filiā:ex Pympholōge vero Aſiam,⁊ Libyā:vñ orbis partes ſunt appellatæ.⸿Hybla) Siciliæ oppidū,qđ nūc Megara dr̄,ab Hyblone rege dicta:teſte Thucydide: florū copia,ac p̄ſtātia nobiliſ:qbus mel optimum conficitur.eſt etiam mons eiuſdem nominis in Attica regione, vel Sicula thymo abundans.de melle Attico legas Plin lib.xxi. ⸿Terra Ciliſſa crocos) circa Corycium Ciliciæ crocum optimum habet,inter cæteros electiſſimum: vt Soli. refert:ibi Corycos oppi.eſt & ſpecus. Crocum autem adoleſcentem fuiſſe poetarum fabulæ oſtendunt in florem ſui nominis tranſmutatum. ſunt tamen: qui Crocum dictum putent à Coryco Cilicię oppi.vt teſtatur Strabo in.ix. Parnaſſum celeberrimum Corycium nympharum antrum continere: idq́ & Ciliſcum nuncupatum. ⸿Hyems) quod tunc multi imbres. hinc hybernaculum hybernum,vel ꝙ anima,qua flatur,omnium apparet:ab hiatu hyems,ut Varro. eſt author. ⸿Canus Athos) Macedoniæ mons Athos, vt tradit Plini.etſi Thraciæ quādoq; ab authoribus ponatur,
F ſæpe & Aemoniæ. Seneca in Medea. Aemonius illas contulit peſtes Athos. altiſſimus autem, cuius vmbra ad Lemnon vſq; inſulam protendit, quæ.lxxxvi.mil.paſ.à Macedonia ſeparat:hinc lib.v.Thebai. Stati.Ingēti tellurē ꝓxim⁹ vmbra Veſtit Athos:nemorumq; obſcurat imagine pōtū:à planicie i mar̄ excurrit.lxxv. mil. paſ.ambitus radicis.cl.mil colligit.hūc Xerxes pſarū rex ↄtinēti abſcidit i lōgitudie mil.paſ. ASCEN.
¶ET Eris manibus) ideſt inferis ſpiritibus: aut animis, ſeu ſi mauis animabus antiquis,cauſa quietis.quia. ⸿O Siſyphe)erit ſup.tunc,quando Ibis apud inferos: ſuppl. aliquis. ⸿Cui tradas).i.tradere poſſis. ⸿Pōdus reuolubile).i.ſaxū aſſidue reuoluēdū.⸿Hic).ſ.Ibis.⸿Erit).ſ q Tātali pœnas dabit. ⸿Hic icōſūpto ⁊c.).ſ.loco Tityi.⸿Nec mortis pœ.)Q̄ ŏ m̄ hūc iprecat̄ poeta,nimiū veꝝ experiūt̄ dānati:q de calor̄ nimio trāsferūt̄ i aq̄s nimiū frīdas,⁊nouo gener̄ mortis cruciāt̄:nec finit̄ mors morte: ſed continuat̄. ⸿Inde).ſ.de ifinitis malis.⸿Libyco de mar̄) ſic legēdū ē:nō mari,pp v̄ſū:qđ idē alibi quoq; iuenies. ⸿Terra cil.)ꝓCilicia,facto diminutiuo gręco ⸿Athos)mōs iter Thraciā,⁊ Macedoniā aſſidua grādine,aut niue pulſatus.

Natus es infelix (ita Dii uoluere) nec ulla
Commoda naſcenti ſtella, leuis' ue fuit.
Non Venus affulſit, non illa Iuppiter hora,
Lunaq; non apto, Sol' ue fuere loco.
Nec ſatis utiliter poſitos tibi præbuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maia Ioue.
Te fera nequicquam placidum ſpondentia Martis
Sydera preſſerunt, falciferiq; ſenis.
Lux quoq; natalis (ne quid niſi triſte uideres)
Turpis, & inductis nubibus atra fuit.
Hæc eſt in Faſtis, cui dat grauis Allia nomen,
Quæq; dies Ibin publica damna tulit.
Qui ſimul impurę matris prolapſus ab aluo eſt,
Cinyphiam fœdo corpore preſſit humum.
Sedit in aduerſo nocturnus culmine bubo,
Funereoq; graues edidit ore ſonos.
Protinus Eumenides lauere paluſtribus undis,
Quà caua de ſtygiis fluxerat unda uadis.
Pectoraq; unxerunt Erebeæ felle colubræ,
Terq; cruentatas increpuere manus.
Gutturaq; imbuerunt infantia lacte canino:
Hic primus pueri uenit in ora cibus.
Perbibit inde ſuæ rabiem nutricis alumnus,
Latrat & in toto uerba canina foro.
Membraq; uinxerunt * tinctis ferrugine pannis, (a.l, iũxerũt)
A'male deſerto quos rapuere rogo.
Et ne non fultum nuda tellure iaceret,
Molle ſuper ſilices impoſuere caput.

A ZARO. ¶ NATVS es infelix) teſte Ariſto. hæc inferiora ſuperioribus coniuncta ſunt, à quibus gubernantur. nam qui ſub bono Planeta natus fuerit, felicitatem habet: ⁊ contra ſub malo, infelicitatem; ideo dicit poeta Ibidem infeliciſſime natum; in cuius ortu ſtella nulla propitia fuit. ☞ Stella) Stellæ ſunt ſingulares, & erranticæ quinq; vt docet Macro. & cæteræ, quæ non admiſtæ alijs ſolæ feruntur. ☞ Nó Venus affulſit) infra Solem Veneris ſydus eſt: cuius naturam prius Pythagoras Samius deprehendit, vt placet Plin. eſt autem Venus frigida ⁊ humida, quæ ſi in natiuitate alicuius victrix apparuerit, felicitatem illi portendit: vt Haly. tradit: ãbitũ ſigniferi tricenis ⁊ duo de qnquagenis diebus peragit, ut in.ij. Plin. ſcri. ☞ Non illa Iuppirer hora) infra Saturnum Iuppiter eſt, qui æqualis eſt, temperatus, in natiuitatibus ſi bñ affulſerit: felicitaté facit: mala auerſatur, ideoq; Saturno contrarius duodenis annis curſum ſuum B perficit, ut tradit. Plini. ☞ Lunaq; non apto) Lunæ ineſt frigida, & humida natura, quæ vt cœleſtibus ſignis coniungitur: ita operatur, in omnibus namq; geminorum partibus, paupertatem, miſeriam, membrorumq; mutilationé facit: malum ⁊ in Virgine portendit, ſicut ⁊ in ſcorpione, vt Haly. tradit. curſum peragit ſuũ vicenis ſeptenisq; diebus, & tertia diei parte, ſiue eclipſim dicit. quoties Lunæ eſt eclipſis in alicuius ortu, malum ei imminet. ☞ Sol' ue fuere loco) omnium planetarum Sol eſt optimus, per eum enim omnia generantur, ⁊ felicitatem mortalibus tradit: in Sagittario malus. ita ⁊ in Ariete: vel etiam eclipſim. potes intelligere, quæ interuentu Lunæ fit. Sulpitius autem Gallus, ſi Pli. credimus, apud Romanos cum tribunus militum eſſet contra C Perſem regem: Lunæ Soliſq; rationem defectus inuenit: apud Græcos vero Thales Mileſius ☞ Nec ſatis vtiliter) Mercurii. ſydus dicit admodum humano generi nociuum, ſi in Ariete fuerit: in Geminis: in Cancro, in Sagittario: ac in Capricorno. ☞ Quem peperit Maia) notum pene omnibus Iouem Atlantis filiam Maiam compreſſiſſe, unde & Mercurius natus eſt. ☞ Spondentia Martis) planetam peſſimum, bella, internetiones, & litigia amat: ⁊ quando alicuius præeſt natiuitati, malũ ſignificat, niſi aſpectum cum Ioue, aut Venere habuerit. ☞ Falciferiq; ſenis) Saturnus frigidæ, & ſiccæ naturæ malũ ferè ſemper facit, ſi in alicuius ortu regnauerit. ☞ Hæc eſt in faſt. cui dat grauis Allia nomen) atri dies habebantur poſt Kalendas: idem & nonas, poſtriduani appellati. namq; Licinius aruſpex ex ſenatus præcepto retulit Q. Sulpitium tribu pleb poſtridie idus quintiles contra Senones dimicaturum ſacrificaſſe: ita & ad Cremeram, multiſq; alijs in locis infeliciter dimicatum: quare hi dies infauſti habiti ſunt. Aliam autem Plutar. nobis atrorum dierum rationem reddit, dicit enim patrios menſium dies dijs ſuperis ſacratos, ſequentes vero inferis, quibus purgationibus maiores quibuſdam vtebantur, ⁊ mortuis parentabant: ſic & dies illos tris in menſibus principes feſtos, & ſtatos poſuerunt; eos autem, qui ſequuntur tris dijs manibus attributos religioſos, ⁊ infauſtos habendos exiſtimarunt: D ait Varro, Dies Allienſis ab Allia. fl. dictus, nam ibi ⁊ exercitu noſtro fugato Galli obſederunt Romam, idemq; Liui. in. v. ab vrbe condita. ⁊ Virgi. in. vij. docent. eſt autem allia fl. xi. lapide via Tiburrina ab vrbe diſtãs, è montibus Cruſtumerijs in Tyberin defluens. ☞ Cyniphiam fœdo) Cynips Garamantum. fl. eſt teſte Hero in iiii. à Charitone colle proflués in Libycum mare: inter duas Syrtes cadit: paſcitq; hircos maximos: quibus & nomen à ſe dedit: nam Cyniphii dicuntur. Vir. Geor. iii. Nec minus interea barbas, incanaq; menta Cyniphii tondent hirci, ſetasq; comantes Vſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis. Cynips auté in genitiuo facit Cyniphis: & ſunt tria tantum, quæ cum faciunt nominatiuum in pſ. genitiuum mittunt, non vt cætera per b, vel per p, ſed per f, Cynips phis, catelips phis, ſciraps phis. ☞ Nocturnus cul. bu.) Aſcalaphus Orphnes, & E Acherontis filius, vt in. v. Metamor. Ouid. ſcrib. Proſerpinam apud inferos comediſſe accuſauit, quarẽ in bubona verſus eſt. Bubo auté funebris eſt auis, & maxime abominatus publicis pręcipue auſpicijs, noctisq; mõſtrum, nec cantu aliquo vocali, ſed gemitu. Capitolii cællam intrauit Sex. Papellio Iſtro. L. Pedanio conſ. quamobrem nonis Martiis eo anno vrbs luſtrata eſt: ſi Plin. credim⁹ in. x. ſic tradẽti. ☞ Protinus Eumenides) infernales furiæ, quæ Eumenides κατ' ἀντίφρασιν appellãtur: ideſt immites. ☞ Lauere pa. vn.) nam aqua paluſtris maculat: viua vero lauat. Virgilius, Donec me flumine viuo Abluero. ☞ Erebeæ co.) furias etiam dicit: quæ crines anguibus intortos habent. Erebus autem Tartarus in viſceribus terræ eſt: vbi furiarum ſedes. ☞ Terq; cruẽtatas) ternarius numerus perfectiſſimus habetur, ac (ut Ariſt. F inquit, in primo de cœlo, & mundo) diis immortalibus deputatus ☞ Vixerunt) ligarunt. ſolebant priſci natum infanté pannis inuoluere, quam conſuetudinem adhuc obſeruamus. ☞ Ferrugine) mortuorum colore: ferrugo enim eſt coloris genus vicinum purpuræ ſubnigræ, vt tradit Ser. hinc Vir. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera, & alibi. Et ferruginea ſubuectat: corpora cymba. Ferrumen vero, vt ſcri. Pli. bitumen eſt, ferruminatis Babylonis muris, vt dixit Plinius: & ferruminare eſt conglutinare. ☞ Male) valde. male, ⁊ bene, inquit Donatus, pro valde ponitur ſæpiſſime. male etiam pro non, & magno legimus apud Plau. ☞ Rogo) rogus eſt cum ardere cœperit. Teren. Circum accenſos decurrere rogos. ☞ Silice) ſilex lapis: ex qua ignis excuditur, ⁊ communi genere inuenitur. Iuue. Nec mollior ſilicem pedibus quoq; conterit atrum. Ou. autem fœminino genere dixit. Stabat acuta ſilex præciſis vndiq; ſaxis. ignem ex ſilice primus inuenit Pyrodes Cilicis filius, vt Plini. ſcrib. in. vii.

ASCEN. ¶ NATVS es infelix) docet ex mathematicorum, atque aſtrologorum diſciplina infeliciter natum, ⁊ infauſto horoſcopo, quam diſciplinam cum diu Augu. in lib. de ciui. Dei, tũ Picus Mirandula in opere contra aſtrologos ualidiſſimis ra-

A

tionibus impugnant, immo expugnant. ☞ Stella commoda) ideſt vtilitatem afferens, vel. ☞ Leuis) ideſt non aggrauãs: hoc eſt nulla commoda fuit, ſed quælibet grauis. ☞ Quem peperit) ſcilicet Mercurius filius Iouis ex Maia Atlantide. ☞ Hæc eſt &c.) docet atram. i. infauſtã fuiſſe, qua natus eſt, diem. Ordo eſt. ☞ Hæc) ſcilicet natiuitatis tuæ eſt dies. ☞ Cui Allia) fluuius ille. ☞ Grauis) .i. moleſtus, & infauſtus. ☞ Dat nomen) qa, dicitur Allienſis. ☞ In faſtis) ideſt libris faſtorum, ſeu feſtorũ, vbi dies atri notati erant: ſicut nonnulli Chriſtianorum veteri ſuperſtitione inducti dies Ægyptios notant. ſcribitur autem Allia ſemper gemino ll, & primam producit. licet Ser. aliter ſentiat male allegans illud Lucani: Atq; aliæ clades: nam ibi aliæ adiectiuum eſt ab alius. a. vm: vt docet Beroaldus in eundem. & hæc eſt dies: ☞ Quæ tulit Ibin) appoſitorie. q. d. exiſtentem publica damna. Nam quocunq; die reſp. grauia dãna perpeſſa eſt: is ater habitus eſt. ☞ Cyniphiam &c.) Bonæ ſunt Calderini rationes. Nã illic hirci abũdant: vnde in Geor: Cyniphii tondent hirci. Errantes autem olentes dicuntur hircum olere. Horatius primo Sermonum. Paſtillos Ruffinus olet Gorgonius hircum. ☞ Paluſtribus undis) quæ non purgant, ſicut aquæ currentes: quas viuas vocat Maro dicens Ænei. ii. Donec me flumine viuo Abluero. ☞ Quæ vnda caua) ideſt obſcura, & nubila, aut euaporata extracta pura aqua per exhalationem. ☞ Erebeę) Erebus dictus eſt locus obſcurus inferni, aut ipſe infernus, & ſcribitur à doctoribus ſine h. ☞ Gutturaq; imbuerunt) docui alibi hoc/e/in hac tertia perſona ſæpe correptum inueniri, ſed quandam celeritatem figurari. vt in Buco. Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes: in Geor. Miſcueruntq; herbas: & non inoxia verba: & Ænei. Obſtupui, ſteteruntq; comæ &c. non eſt autẽ legendum imbuerint, vt alia docẽt ꝟba. ☞ Pãnis tinctis ferrugine) ferrugo ẽ purpurę Hiſpanicæ gen⁹, coloris fuſci, atq; ſubnigri ☞ Rogo male deſerto) ſ. priuſq̃; cadauer hoĩs dãnati penitus exuſtũ eſſet. Vñ pãniculos ſemiuſtos, & fumoſos: atq; ob id ferrugineos, nutricẽ Ibidis ſubtraxiſſe dicit. ☞ Caput molle) qa ĩfãtis: ſ; id q̃q; notã hẽt. ſilices autem duriſſimi ſunt lapides: vnde ignis excuti ſolet.

D

Iamq; receſſuræ uiridi de ſtipite factas
Admorunt oculis uſq; * ſub ora faces.
Flebat, ut eſt fumis infans contactus amaris,
De tribus eſt quum ſic una locuta ſoror.
Tps in immenſum lachrymas tibi uouimus * iſtas:
Quæ ſemper cauſa ſufficiente cadant. *
Dixerat, & Clotho iuſſit promiſſa ualere,
Neuit, & infauſta * ſtamina pulla manu.
Et ne longa ſuo præſagia diceret ore,
Fata canet uates qui tua, dixit, erit.
Ille ego ſum uates ex me tua uulnera diſces,
Dent modo dii uires in mea uerba ſuas.
Carminibuſq; meis accedant pondera rerum,
Quæ rata per luctus experiere tuos.
Ne ue ſine exemplis æui cruciere prioris,
Sint tua Troianis non leuiora malis:
Quantaq; clauigeri Pœantius Herculis hæres,
Tanta uenenato uulnera crure geras:
Nec leuius doleas, quàm qui bibit ubera ceruæ,
Armatuſq; tulit uulnus inerme potens. *
Quiq; ab equo præceps alienis decidit aruis,
Extio facies cui ſua penè fuit.
Id quod Amyntorides uideas, trepiduſq; miniſtro
Prætentes baculo luminis orbus iter:
Nec plus aſpicias, quàm quem ſua filia rexit,
Expertus ſcelus eſt cuius uterq; parens.

ZARO. ¶ STIPITE, ſtipes ſtipitis trũcus eſt arboris. Ci. Nullius autem agricolę culta ſtips tam diuturna, quam poetæ uerſu ſeminari poteſt: græce dicitur ϛύπος, ut eſt apud Orpheum μέσον δ' ἠερόμηκες ἐπὶ ϛύπος ἄλσει πολλῷ. ſtipem vero nummum ſignatum eſſe Var. & Feſtus docent, à quo ſtipendium deductũ. ☞ Detri.) tres ſorores eſſe poetæ tradunt, in quarum manibus fata hominum ſunt conſtituta, quas parcas κατ' ἀντίφρασιν appellant: ſingulę vero, quod peragant, habẽt. Clotho baiulat, Lacheſis filat atropos autem filũ frangit, ita, vt cũ alicuius fila diſruperit, morte moriat̃. Dictaq; eſt Atropos ab à priuatoria particula: & τροπὴ conuerſio, quaſi ad nullius conuertatur preces. ☞ Mouimus) ad mouimus, vel excitamus. ☞ Clotho) quę vna eſt ex parcis, ut docuimus. eſt & nympha marina eiuſdem nominis apud Virg. Magniq; iubebo Æquoris eſſe deas: q̃les Nereia Clotho, Et Galatea ſecant. ☞ Stamina) à ſtando ſtamen appellatur, ꝙ ſtat in tela uelamẽtum. Var. ☞ Præſagia) diuinationes: ſagis dicit Lact. diuinis. hinc præſagia mentis diuinationes. Sagum genere neutro eſt genus panni. Sagariã factitare apud Iuriſ. eſt vendere, & ſagaria apotheca. dicitur pręſago gis. dicit Caper. Cic. autem præſagio. Saga, inquit Feſtus, dicitur mulier perita ſacrorum, ut vir ſapiens producta à ſyllaba propter ambiguitatem euitanda. ſagaces dicuntur, ſolertis acuminis: vt etiam canes indagatores ſagaces ſunt appellati. ☞ Vates an.) poetas vates appellabãt à verſib⁹ viẽdis ĩ poematis. Cum ſcribam: oſtendam corpore tartarino prognata paludeuirago. Va. ☞ Rata:) firma: ſtabilia. ☞ Æui,) ęuũ ab ętate omnium annorum: hinc æuiternum græci dicunt αἰών: vt ſcrib. Var. ☞ Troianis ma.) notũ eſt Troiæ excidium ex lectione tũ græcorum: tum etiam Latinorum, quare prætereundam hiſt. cẽſeo. ☞ Herculis:) Her. Iouis ex Alcmẽa filius fuit dictuſq; Her. quaſi ἥρας κλέος ideſt Iunonis gloria. ☞ Pœantius Her.) Philoctetes Pœantis filius ex Melibœa vrbe compulſus ab Her. iurare corporis ſui reliquias non indicaturũ, ab ipſo pro munere ſagittas felle hydræ intinctas accepit: ſine quibus Troia capi non poterat. inuentus eſt Philoctetes haſce habere ſagittas, & coactus, Herc. tumulũ manifeſtare: locum autem, ne peieraret, pede percuſſit a. Grę corum itaq; ducibus Troiam ductus eſt Philoctetes: ſolus enim huiuſmodi ſagittis vti poterat. forte per ſagittam ipſius eſt pes uulneratus, vel, ut alij, crus, quo ex vulnere intollerabilis effluxit fœtor: q̃; obrẽ Græci authore Vlyſſe, ipſum in Lemno reliquerunt: quod Ouid. tetigit in Meta. alii ictũ ſerpente tradunt: & à Machaone curatum. Properti. Tarda Philoctetę ſanauit crura Machaon. nõnulli telo pcuſſum, à Machaoneq; ſanatũ, & Troiam profectũ volunt: alij poſt Troię euerſionem Calabriam veniſſe affirmant: & Petiliam, ac Turinam condidiſſe. Virg. Hic illa ducis Melibœi Parua Philoctetę ſubnixà Petilia muro: & alia Sagius Proclus, & Por. Ho. commen. ſcri. de Philoctete quoq; Sopho. & Ser. ☞ Crure) crura partes tibiarũ anteriores, ſicuti poſteriores ſuræ. ☞ Nec leuius doleas) apud quendam vetuſtiſſimum interpretem legere eſt: Calydonem, & Dareum fratres fuiſſe, Thaletis filios. ſolebat Dareus lacte ceruæ homines interficere: à ſuis poſtremo armis circumſeptus eodẽ genere mortis: quo multos enecauerat: & ipſe coactus eſt mori. Idq; approbat Euphorionis teſtimonio: cuius ſunt uerſus. Lac ceruæ potãdo ſuos Dareus perimebat: Exemploq; ſuo potu percptus eodem. Ego autem propter ſequentẽ verſum Telephum intelligo. At ſi duplicẽ hiſtoriam his duobus carminibus intellexerimus, nõ ſane ab re videri debet. hũc igitur Telephũ, docente Diod. Herculi Auge Alei regis Arcadiæ filia in Parthenio monte peperit: ibiq; eum reliquit: quẽ poſtea paſtores regis Corinthi ceruam exhibito vbere nutrire inuenerunt: infantemq; ad regem detulerunt: qui vt filium ſuſtulit: ac Telephum, quaſi à cerua nutritum appellauit ἔλαφος enim cerua eſt. cum autem adoleuiſſet, matrem conſtituit inuenire: quare Apollinis Delphici oraculum cõſuluit: à quo ad Teathrãtem regem in Myſiam iuſſus eſt proficiſci, vbi matrem reperit. ipſe in magno honore à rege propter Herculẽ pa

B

C

E

F

* a. l. uiq;

a. l. mouimus

* a. l. cadẽt

* a. l. infeſta

* a. l. Neue min⁹ doleas, quã q bibit ubera ceruę Qui tulit armati uuln⁹, inermis opem.

A rentem habitus eſt,cui Argiopem Teuthras filiam deſpódit,
hæredemq́;,quia liberis maſculis carebat,regni fecit. Telephus
autem,quo tempore bellum Troianum exarſit: in Myſia re-
gnabat,quo Græci cum appuliſſent: inermeſq; è nauibus exi-
iiſſent: vim eis intulit: vnde ab Achille in ſiniſtro femor̃ fuit
vulneratus:cumq́; ſanari minime poſſet, Apollinem conſu-
luit:qui reſpondit iterum ab Achille vulnerari oportere: à
quo rurſus vulneratus conualuit: vt alibi Oui. Vulnus Achil
leo quæ quondam fecerat hoſti: Vulneris auxilium Pe-
lias haſta tulit.Claudianus autem ab Achille herbis ſanatũ tra
dit.Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis, Cuius pertule
rat vires, & ſenſit in vno Letalem,placidamq́; manum: me-
dicina per hoſtem Contigit.& pepulit,quos fecerat ipſe dolo
res.Quid vero Pli.ſentiat,appoſui.Eſt ⁊ rubigo (inquit) ipſa
in remedijs: ⁊ ſic Telephum proditur ſanaſſe Achilles: ſiue id
ærea,ſiue ferrea cuſpide fecit,ita certe depingitur, eam decu-
tiens gladio ┌Vulgus inerme) quia,ut diximus,Græcos,qui
ſine armis tunc erant,inuaſit,legitur etiã vulnus.┌Quiq; ab
equo) Bellerophõtem dicit.hic genere qdem Neptuni, nomi
ne autem . Glauci filius primum Hipponus dictus,ab inter
fecto dehinc Corinthio Bellero Bellerophon:ſiue (vt alii vo
lunt) Bellerophontes eſt appellatus:qui ob cædem (ſi Aſcle-
piadi credimus) in pedes ſe dedit,accepto Pegaſo equo à Ne-
ptuno:quo Argos ad Prœtum regem peruenit,qui ipſum ho-
ſpitio ſuſcepit:cuius amore regis vxor Sthenobœa: vel, vt pla-
B cet Home. Antia Iobatæ regis,ſiue Euriæ filia deperibat.quare
mulier amoris impatiens ipſum in ſuam trahere ſententiã eſt
conata:quod cum impetrare non quiſſet,marito Bellerophõ-
tem eſt criminata,perſuaſus Prœtus ſceleris, ne hoſpitalitatis
ius violaret,ad Iobatam ſocerum,vel Euriam in Lyciam cum
literis,quibus res continebatur,occidendum miſit quò cũ ma
ture inſcius tanti mali Bellerophon ſe contuliſſet:Iobaten,aut
Euriam magnis ꝑ nouem dies (vt Ho.ait)ſacrificiis vacantem
comperit:quibus exactis literas legit:inde iram,odiumq́;,diſſi
mulans,uariis ipſum periculis tollendum oppoſuit:cum Chi-
mæra primum certare iuſſit, monſtró admodum timendo
cuius tradente Home. in lib. vi. Ilia. hęc erat forma: πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα: qué verſum Lucre. uertit
Prima leo: poſtrema draco: media ipſa Chimæra: quo ſupera-
to contra Solymos ferociſſimum bello populum miſſus vi-
ctor redijt:inde occiſis Amazonibus inſidiantibus ei homini
bus regis iuſſu interfectis:in generum tot rebus geſtis à rege
aſciſcitur:data Achimene filia: vel (vt alii tradunt) Caſſandra
vxore:ex qua Iſandrum Hippolochum,& Laodomiam,quę ex
Ioue genuit Sarpedonem:filios habuit. Bellerophontes autem
poſt fontis inuentionem, euolare in cœlum voluit cumq́; ex
alto deſpiceret:perterritus decidit. Ac ita periſſe Hygin. oſten
dit:equus vero inter ſydera eſt à Ioue conſtitutus. At poeta
Gallus his carminibus ipſum caput fregiſſe ſcribit: Bellerophõ
monſtrum potuit ſuperare Chimæram:Et fregiſſe caput dici-
C tur ipſe ſuum.┌Facies) vniuſcuiuſq; rei apparentia facies ap-
pellatur. Quare os hominis facies dicitur: vultus autem à vo
lendo deducitur.┌Id quod Amyntorides) Amyntor Orme
ni filius,ex Hippodamia Phœnicem filium habuit: hunc cum
Clytia patris pellice rem habuiſſe Hom.tradit:matre ſic vo-
lente,quod cum pater reſciuiſſet,in filium eſt imprecatus, vt
nunq̃; filium ſuſciperet:quod Plutonem,ac Proſerpinam au-
diſſe apud Home.Phœnix vult:alij obcecatum tradunt. hic
ad Peleum patrem Achillis profectus eſt:quem Chiron Cen-
taurus ſanauit.Propert.Sanauit crura Machaõ,Phœnicis Chi
ron lumina Phillyrides, ⁊ Achilli præceptor eſt datus, cum
quo ad Troiam iuit.┌Orbus) quicunq; re aliqua cara priua
tur,orbus dicitur.┌Iter) dicitur & itiner,vt admonet Priſcia
nus.┌Nec plus aſpicias) hic eſt Oedipus:cuius genealogiam
altius repetamus.Iuppiter Hellen genuit: Helle Belum, Belus
Abantem, Abas Agenoré,Agenoris fuere filii Europe,Cilix,
Baſſus,Phœnix, ⁊ Cadmus:Cadmi Polydorus:Polydori Lab-
dacus:Labdaci Laius:Lai Oedipus qui ex matre Iocaſta Creon
tis filia Eteoclem: Polynicem: Antigonem: ⁊ Iſmenen ha
buit filios.pater Oedipi Laius Thebarum rex oraculo cõſulto

an filios eſſet habiturus huiuſmodi ab eo accepit reſponſum te D
ſte Aſclepiade in Tragœdia λάϊε λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλ
βιον αἰτεῖς, Δώσω τοι φίλον υἱόν: ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ Σοῦ παι-
δὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος, ὣς γὰρ ἔνευσε Ζεὺς Κρονίδης Πέλοπος
στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας, Οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν: ὁ δ' ηὔξατό σοι
τάδε πάντα. Ideſt Lai Labdacide filiorum genus luculentum
quęris? dabo tibi clarum filium,ſed in fatis eſt tui filii mani-
bus linquere vitam: ſic enim annuit Iuppiter Saturnius Pelo-
pis infeſtis imprecationibus perſuaſus: cuius carum rapuiſti fi-
lium: hic auté precatus ẽ hæc tibi: omnia. quare perterritus La
ius: quos vxor filios procrearet,iuſſit interfici: natus eſt autem
puer: quem perforatis pedibus,ſi Statio fidem adhibemus, ac
Aſclepiadi: parentes regio paſtori interficiendum dederunt: q
ipſum ad arborem vimine ſuſpendit: quemadmodum etiam
ipſe tragicus Seneca teſtatur in Oedipode: Me Deo teſte dam
nauit parẽs.Calidoq; teneros tranſtulit,ferro pedes: Et in alta
nemora pabulum immiſit feris. Dio. autem non ligatum vimĩ
ne dicit à paſtore,ſed traditum Polybiæ mulieri nutriẽdum,
qui cum adoleuiſſet,certior de ſua expoſitione factus, Apolli
nem de parentibus conſulere decreuit: ad quem forte & Laius
proficiſcebatur, vt de expoſito infante aliquid cognoſceret,
cumq́; inuicem ſibi in Phocide obuiaſſent, iuſſit rex ſuperbe
de via Oedipum decedere: indignatus Oedipus patrem inter
fecit: inſcius tamen parentem eſſe: deinde ſuperata Sphynge, re
gnum Thebarum adiuit: ac matrem duxit vxorem: ex q̃ (quos
diximus) filios habuit: qui cognito facinore patrem pudore
detinebant domi, ita Diod. at aliter diſcimus ab Aſclepiade: E
Sen. ⁊ Statio: qui omnes Phorbanté Polybi regis Corynthio
rum paſtorem infantem ligatum tradunt inueniſſe pedibus tu
mefactis,& ideo Oedipus dictus ἀπὸ τοῦ οἴδματος καὶ ποδός. i.
à tumore pedum: qui paſtor infantem ad Meropen regis cõ-
iugem dono dedit: quem ipſa,& vir,quia carebant ſobole: vt
filium nutrierunt. prouectus ætate Oedipus audiuerat ab ora
culo: vt ab ſe pater occidendus eſſet: & ſibi mater nuberet: cre
dens ipſe, qui nutrierant, veros parentes eſſe: aufugit,& for
te Laium patrem venantem offendit: quem ſibi de ꝑda obuer-
ſantem peremit,& Thebas venit: vbi rex factus, vxorem matrẽ
accepit: q̃; rem cum reſciuiſſet, morté ſibi conſciſcere voluit:
ſed hoc à ſuis percepto, ferrum occultatum eſt: aſt ipſe ſibi ocu
los digitis eruit, ⁊ ſe pręcipitem de rupe aliqua dare voluit:
ſed ab Antigone filia, quæ ipſum ſemper comitabatur: eſt
prohibitus.
¶IAM QVE receſſuræ).ſ.colubræ infernales.i. cum rece- ASCEN.
dere vellẽt:┌Admorãt) ꝓ admouerũt: & applicuerũt┌Oc-
culis).ſ.Ibidis pue i┌Vſq; ſub ora faces factas de viridi ſti.)
vt fumo cruciaret̃:┌vna ſoror de tribus) .i. vna parcarum, q̃
tres ſorores ſunt.& fata hominum ordiuntur: Fertq́; colum
Clotho.┌achesis tra.)Atropos occat.┌Pulla.i.nigra ſtamia)
Vnde in Geor.Reiice ne maculis infuſcent vellera pullis.In-
de pullati dicuntur veſtibus lugubribus,quę nigræ ſunt,indu
ti.┌Præſagia dicuntur,)q̃ ſagaciter pręnotata ſunt, ſed ſagio F
& pſagus: atq; præſagium/ſa/ſyllabam producunt: quã ſagax
corripit.┌Facta ca).Ordo eſt.┌Ipſa di.┌vates erit,)q canet
tua facta.┌Ille ego ſũ va.) ┌ex me).i.ex carmie meo, non ex
me ipſo,quaſi ipſe ſit pro exemplo: quod aduerſarius magno
fortaſſis meretur.┌Ne'ue ſine exemplis.)Incipit cõmemorare
mala: quę alij paſſi ſunt: iprecans ea in caput aduerſarij. Quia
vero hiſtorię, ⁊ fabu. graphice recitantur à Calderino: dicam
ordinem: qui talis eſt.┌Neue).i.etiam ne,vt accipiatur /ne/ ꝓ
etiam: /ſicut/ vel/ accipi ſolet: quia aliter neue ſemel poſitũ nõ
congruere videtur principio orationis. Igitur etiã ne tu ┌cru
cier).i.torquearis ſine exemplis prioris æui .i. vt crucieris ad
exempla eorum,qui fuerunt in priore,hoc eſt priſco æuo: & ſę
culo: tua mala ſint non leuiora malis. Troianis, quæ magna
nimirum fuerunt: quia Troiani decemna i bello vexati tandẽ
funditus extermiati ſunt: & Troia radicit⁹ euerſa.┌Et geras)
ſup. in crure venenato.i. venenatis ſagittis iſecto.┌Tãta.i.)tã
magna ⁊ ſæua vulnera.┌Quãta) ſup. geſſit ┌Pãti⁹.i.(Philo
le furẽ teius Pœãtis: vt atteſtat̃ Ser.& Seneca dicens in Hercu-
ctetes fil in perſona Herculis ſagittas porrigentis; Accipe hæc
ſate

A ſate Pœante dona,& munus Alcidæ cape. Nec fallat vnquá de-
xtram hic arcus tuam. Librare tela didicit, & certam dare Fu-
gam ſagittis: ipſa non fallunt iter Emiſſa neruo tela. Pœantius
igitur.i. Philoctetes ⸢Hæres).i. ſucceſſor in poſſeſſione arcus, ⁊
ſagittarum ⸢Herculis clauigeri).i. clauam gerere ſoliti. ⸢Nec
leuius) q̃ is ſup. ⸢Qui bibit vbera ceruę) ſup. doluit: uidelicet
Telephus, de quo Hora. Telephus, & Peleus, cú pauper & exul
uterq;,&c. ⸢Et qui potés, & armatus tulit uulnus inerme) alla-
tum. ſ. ab Achille inermi: pręter haſtam: niſi legendú eſt: arma-
tiq; tulit,&c. ⸢Quiq;).i. & q̃ is q: hoc eſt: & nó doleas leuius
immo grauius, q̃ is, q decidit ⸢Pręceps ab equo). ſ. Pegaſo ala-
to: ⸢In aruis alieis) videlicet Bellerophon. ⸢Cui ſua facies fu.
pe.exi.).i. cauſa exitij, & mortis: quia ob eam à Sthenobœa ad
ſtuprú interpellatus cú recuſaret, criminatus ferè exitio datus D
eſt. ⸢Et ui.) id ſup. ⸢Quod Amyntorides).i. Phœnix Amyn-
toris filius ſup. uidit: uidelicet nihil boni: quia cæcus effectus
poſt exiliú eſt. ⸢Et tu orbus lu.).i. priuatus uiſu. ⸢Pręteres iter
tre.ba.mini.).i. quo ducaris præ inopia loco miniſtri: cú mini
ſtrú nó habeas. ⸢Nec aſpi. plus q̃) ſup. Tireſias uates Thebanus
& cæcus: ⸢Quem ſua).i. ipſi propria filia rexit: ⸢Sumptus).i.
aſſumptus, & effectus ⸢Senex cla. in arte Apol.).i. diuinandi: in
qua Apollo pręſtitit, & quá illi Iuppiter ob ſniam pro ſe cótra
Iunoné datam cótulerat. Et ſup. ſis talis, ⸢Qualis fuit ipſe). ſ.
Phineus cęcus: ⸢Quo præci.).i. ex cuius pręcepto, ⸢Colúba
eſt data pręuia, & dux ra. Pal.) uidelicet Argo naui, qua Argo
nautæ uehebantur. hiſto. recitat Calderinus.

Qualis erat poſtquam eſt iudex de lite iocoſa
Sumptus, Apollinea clarus in arte ſenex.
Qualis & ipſe fuit, quo præcipiente columba
Eſt data Palladiæ præuia, duxq; rati.
Quiq; oculis caruit, per quos male uiderat aurum,
Inferias nato quos dedit orba parens.
Paſtor ut Aetnæus, cui caſus antè futuros
Telemus Eurymedes uaticinatus erat.

ZARO. ¶ QVALIS erat poſtq̃)
Tireſias Thebanus filius Chi-
ronis, ⁊ Cariclus, Apollinis, ſi
ue Perij: aut ut alij Oceani, cú
geminos ſerpentes in Cyllene
móte Arcadiæ calcaſſet, per ſe
ptenniũ fœmina eſt effectus:
rurſus iiſdem uiolatis ſerpéti-
bus, docéte oraculo in priſti-
nam eſt formá reſtitutus. do-
cet in. vij. na. hiſt. Pli. nó eſſe fa
B bulosũ mares in fœminas uer
ti, & cótra: cú Licinio Craſſo.
C. Caſſio Longino Coſ. Caſini Puerú factum ex uirgine ſub pa
rétibus, iuſſuq; aruſpiciú deportatú in inſulá deſertá: in anna-
libus legerit. ipſe quoq; Plin. in Africa uidiſſe ſcri. nuptiarum
die. L. Coſſiciú ciuem Tiſdritanú in fœminam mutatú. hic igi
tur Tireſias de lite iocoſa iudex fuit: Iunonis inquam & Iouis:
utrú maior maris, an fœminæ eſſet libido, ut abunde ab Oui.
in Meta. ſcri. pro Ioue ſentétiam tulit: quare à Iunone oculis, &
manibus fuit priuatus, teſte Lactan. Iup. aút pœnam eſt ſolatus
honore: uaticinandi. n. ſcientiá ipſi dedit: utq; nouem ſecula ui
ueret, multa eſt uaticinatus, & Thebarú excidium: qui etiam ci
uibus, ut urbem linquerent, perſuaſit: cuz quibus & ipſe in Til-
phoſium Bœotiæ locum aufugit. ex Thebanis, qui in Tilpho-
ſium confugerunt, Tireſias defunctus eſt: queʒ ſui ciues magna
pópa ſepeliuere. filiam habuit Daphné: quę & Sibylla dicta eſt.
Dio. habes authoré, copioſe hác hiſt. aggreſſum. ⸢Apollinea)
ſiue quia ariolandi ipſi attribuitur poteſtas: ſiue ꝙ, qui naſcit̃
leone tranſcendente in horoſcopo Apollinis.i. ſolis (nam ideʒ
eſt) dicitur ab aſtronomis futura facile cognoſcere. ⸢Qualis
& ipſe fuit) variam de Phineo legimus hiſt. quam in uerba pau
ciſſima conferam. Phœnicis filius fuit Cilix, Phineus, & Dori-
clus: Athimus autem nomine potius, q̃ re, Phœnicis filius di-
ctus: nam Iouis fuit: regnauit aút Phineus in Paphlagonia, te-
ſte Hela. in hiſto. ſi uero Ser. aſtipulamur, in Arcadia, qui priua
C tus oculis fuit, ut quidá perhibét à ſole: ꝙ diu cóqueſtus fuerit
uiuere, q̃ uidere: ut aút Apollinij interp̃s ſcri. ꝙ inſidiatus Per
ſeo fuerit. Orpheus uero his carminibꝰ aliter de Bithynia locu
tus ſentire uidetur. Ἔνϑα τότ' αἰνόγαμος φινεὺς ὑπερήνορι ϑυμῷ
υἱοὺς ἐξαλάωσε γόνους προβλῆσι τὲ πέτραις ϑηρσὶν ἑλὼν προὔϑη-
κε γυναίων ἕνεκα φίλτρων. τοὺς δὲ καὶ ἀσκηϑεῖς ὁπωπότας αὖϑις
ἔτευξαν παῖδε κλυτοῦ βορέου, φινεῖ δ' ἄρα ὤπασαν ἄτην ἀργαλέοιο
κότου, φωτὸς δ' ἀπενόσφισαν αὐγάς. ubi núc matrimonio gra-
uis Phineus inſolenti animo geminos eiecit in prærupta ſaxa,
feris expoſuit mulierum cauſa amorum: hos porrò illæſos, &
ſpectantes rurſus conſtituerunt filij inclyti Boreæ. at Phineo
præbuere erumnam infeſtæ iracundiæ, & acie oculorum pri-
uauerunt. Sophocles ait: duos ex Cleopatra filios Oartum, &
Chramen inquaʒ: propter nouercæ calumnias excæcaſſe: & ip-
ſum ideo à Ioue orbatum. Apollonius id mali ſubijſſe tradit,
Harpyis inferentibus, ac eius méſam ꝑpetuo inquinaſſe. Sopho
clis & Apollinij opinioné Ser. mihi uidetur ſecutus: addit etiá
Harpyias expulſas a Zete, & Calai alatis Boreæ & Orithyiæ fi-
lijs: quæ Phineum infeſtabant: quaſq; ad Plotas uſq; inſulas
gladijs ſint perſecuti: quæ inſulæ poſtea Strophades ſunt ap-
pellatæ: quia ab Iride iuuenes admoniti fuere: ne ulterius Io-
uis canes inſectarentur: quo-
rum conuerſio, ideſt ſtrophe
inſulis nomen dedit: quo be-
neficio deuinctus Phineus Ar
gonautas admonuit, ut colú-
bam datam à Pallade ſeque-
rentur, ne in ſaxa Cyanea inci
derent: quæ etiam Symplega-
des nuncupantur. at Orpheus
nó dicit columbam ſed Hero-
dium auem. tres herodię aues
ſunt, quemadmoduʒ Porphy. E
contra Zoilum Home. ſcripta
carpentem oſtendit: Pigargumq;, nomine herodium Argonau
tis datum legimus. de Phineo Diodo, aliam refert hiſto. quam
ne modum in hac fabuloſa recenſenda hiſto. excedamus, omiſi
mus narrandam. poteris tute ipſam ex Diod. cognoſcere in. v.
lib. eius hiſto. ubi Argonautaruʒ meminit. ⸢Palladiæ ra.) Ar-
go nauis dicta ſiue, ut Diod. innuit, à códitore: ſiue à velocita-
te ſua: quę arte Palladis facta fuit. hinc ratis Palladia dicta: ſi-
ue quia (ut aſſerit Apollonius) cóſtructa fuerit apud Ictonem
locum in Bœotia: ubi templú Palladis. Alexander uero Palla-
dem Ictonem appellari ſcrib. quia Icton filius Amphictyonis
urbem in Theſſalia fecit ſuo nomine dictam: ubi egregiú erat
Palladis templum, iuxta quod Argo fuit conſtructa. ⸢Quiq;
oc. ca.) rex Priamus Polydorú filium ex Hecuba Dimantis fi-
lia: belli Troiani tépore magna auri copia miſit ad amicú Po
lymneſtorem Thraciæ regem nutriendum, ac generum, ut tra
dit Seruius: nupſerat enim Ilione Priami filia. hic Troianis re
bus ruentibus puerú auri cupiditate obtruncauit: atq; in lit-
tore inſepultuʒ reliquit: licet aliter ex iij. Æneidos, cognoſces.
Hecuba mactata filia Polyxena ad Achilis ſepulchrum, ut iuſ-
ſerat: cum querelas, & lamentationes in littore ſuas recenſeret:
filij cadauer uidit: á quo etiam, quemadmodum Polymneſto-
ris inſidijs iaceret, percepit, indignabunda Hecuba rem tamé
diſſimulans, regem de re ſecreta alloqui eſt commenta: cui &
theſaurum tradere uelle dixit: qui ſubito Hecubam adit: à F
qua & famulis in lecto eſt per blanditias collocatus: enſiſq;
lateri ipſius hærens abductus, ac poſtremo oculis priuatus.
⸢Inferias) ſacra mortuorum, quæ inferis ſoluuntur: inferiæ
dicuntur, ut autho. eſt Seruius. ⸢Paſtor ut Ætneus) Polyphe-
mus Cyclops Neptuni filius ex Thooſa Phorcynis filia: eo,
quem in fronte tantum habebat, oculo ab Vlyſſe exutus fuit:
de quo fabuloſa à poetis proditur hiſto. errauit Vlyſſes poſt
Troiæ excidium per decem (ut ab Homer. perhibetur) annos
fluctibus, ⁊ tempeſtatibus ad diuerſa loca agitatus: in Siciliam
quoque ad Polyphemum peruenit: qui in antro Ætnæ mon-
tis habitabat: cuius ianua ingenti lapide claudebatur. hic hu-
manis carnibus ueſcebatur, & lacte: magnam namq; gre-
gis copiam paſcebat. ſcrutatus de loco Vlyſſes Cyclopem ad-
ditis precibus, ut ſibi naufrago, locorumq; inſcio opem fer-
ret: minitabundus Cyclops reddit reſponſum, maiorem ſe
quàm Iouem prædicans: ac illico duobus ex Vlyſſis ſocijs ri-
tu belluæ deuoratis (duodecim enim ſocios ſecum duxerat,
uiniq; optimi amphoras) duos etiam mane ſequentis diei
abſumptis, totq; ſero ueniente: quodq; Vlyſſes nomen eſſet in
terrogauit; qui Vtis ſe dixit núcupari.i. nullus; ultimus autem

A comederis, Vnoculus trādit. Vlyſſes uero, q ſuapte natura calli
dus fuit, tūc uero timore, oēs cōſtruxit in Cyclopē dolos: nec
tñ eū fefellit opinio. nā ipm uino ebriū reddidit: quē (ut ebrio
rū eſt praua ꝯſuetudo) uino ſepultū, torre oculū eruit: at man⁹
nr̄as nō effugies Cyclops inclamauit: emiſſis itaq; ad paſtū pe
cudibus, ſingulas tangebat: ne Vlyſſes unà abiret. nō tūc imme-
mor aſtutię Vly. fuit: indutus. n. pecudū pellibus cū ſocijs effū
git. Nō pellibus indutū Vly. leges, ut nugant̄ triuiales: ſed ꝯiū
ctis paribus ouibus ſub eaꝝ aluo gradiēs aufugit: ut teſtat̄ Ho.
in Odyſ. ☞Telemus Eu.) Telemus Cyclops Neptuni filius fuit:
⁊ oēs Cyclopes credunt̄ fuiſſe: celeberrim⁹ ſui tpis uates, q Po
lyphemo p̄dixit fore, ut ab Vly. obcęcaret̄, ut ſcri. Theo. ⁊ no-
ſter Oui. in. 13. Met. Telem⁹ interea Siculū delat⁹ in æquor: Te
lem⁹ Eurymides, quē nulla fefellerat ales: Terribilē Polyphemō
adit: lumēq;, qō vnū Frōte geris media: rapiet tibi, dixit, vlyſſes.
ASCEN. ❡Q Vlq; oc. ca.) adducit alia cęcitatis, ⁊ incōmodorū alioꝝ
exēpla: q̄ in Ibin cōtinuo imprecat̄. Ordo eſt à ſupiori: Et ſup. D
ſis talis, q̄lis fuit is. ſ. Polymneſtor rex Thracię ☞Qui ca.) im-
mo priuatus fuit oculis. ☞Per qu. vi. ma.) i. cū auaritia nimia,
☞Aurū). ſ. à Priamo cū Polydoro apud eū depoſitū: vñ Æn.
iij. Polydoꝝ obtrūcat: ⁊ auro Vi potit̄. qd nō mortalia pecto
ra cogis Auri ſacra fames? ☞Quos). ſ. oculos Polymneſtoris
☞Parēs). i. mater. ſ. Hecuba: ☞Orba). i. priuata filio. ſ. Polydoro
☞Dedit na. infe.) i. pro ſacrificio inferis accepto: ac manibus
eius. Et ſup. ſis: ☞Vt pa. Ætn.). ſ. Polyphemus, q in Ætna mōte
oues pauit: ubi ab Vly. ſtipite ficulno aduſto excæcatus eſt: ut
Vir. Æn. 3. ſcri. ☞Cui Te. Eu.). i. uates ille inter Cyclopas (ut Ho.
dicit) peritiſſimus, ☞Erat ua.). i. ꝓphetauerat ☞Ante). i priuſq;
euenirēt: ☞Caſus fu.). i. amiſſionē oculorū: unde de eo dicitur
Meta. 13. Telemus Eurymides, quē nulla fefellerat ales: Terribi-
lem Polyphemon adit: lumenq;, quod vnū Frōte geris media:
rapiet tibi. dixit, Vlyſſes: Et ſupple ſis cæcus.

Vt duo Phineidæ, quibus idem lumen ademit,
Qui dedit, & Thamiræ Demodociq; caput.
Sic aliquis tua membra ſecet, Saturnus ut illas
Subſecuit partes, unde creatus erat.
Nec tibi ſit tumidis melior Neptunus in undis,
Quàm cui ſunt uiſæ frater, & uxor aues:
Solertiq; uiro, laceræ quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles eſt miſerata ſoror,

ZARO. ❡V T Duo Phi.) Crabes, &
Oarthes filij fuere Phinei: à
quo ſunt obcęcati. ſupius hāc
de Phineo locuti, copioſe nar
rauim⁹ hiſtoriā. ☞Thamyris)
Thamyris filius Philāmonis
fuit, ut ſcribit Porphy. & Arſij
nymphę: licet Euſe. Ammonis
B dicat: qui à Lino muſicā opti-
me edoctus, cū reuerteretur ex
Oechalia urbe ab Euryto Oe-
chalio: muſas ad Dorion ob-
uias habuit: qbus ſuauius ſe, q̄;
ipſas canere dixit: ad q̄; inſolētem uocē ſtomachatę Iouis filiæ,
citharā & cōem hois ſenſum ei abſtulerūt: quēadmodū Ho. ac
Dio. ſcri. alibi quoq; Oui. Quid miſerū Thamyrin picta tabel
la iuuat? & Proper. Me licet & Thamyris cātoris fata ſequan-
tur: Nūq̄; ad formoſas inuide cęcus ero. legūt nōnulli Thamy
rā. qō minime à nobis probari pōt: cū ubiq; in emēdatis codi
cibus Thamyris inueniat̄. ita ⁊ p̄ceptor nr̄ admonuit. ☞Demo
dociq; ca.) ad mēſam Alcinoi Phęacū regis ab Ho. inducit̄ De
modocus Martis, ac Veneris cātās adulteriū. Quē bono, ma
loq; eſt proſecutus. lumē. n. ademit: p̄ſtātē uero citharœdū effe
cit ☞Sic ali. tua mē. ſe. Sa.) cœlū, ⁊ terra plures genuerūt filios,
ſicut apō Heſiodū legere eſt in Theogonia: hoꝝ etiā Saturnus
filius dr̄: q, cū pr̄ genitalia denudaſſet, ea falce amputauit: unde
nōnullę ſanguinis guttę exciderūt: quas terra collegit: ex qbus
poſtea & furię, & gigantes, & nymphæ, quas Heſio. medias ap-
pellat, ortę ſunt. ꝓiecit in mare aūt Saturnus uirilia: quę cū ali
quādiu erraſſent, ſpumā fecere, ex qua nata Venus dr̄: ſed hæc
oia phyſicā in ſe ꝑtinēt rationē. ☞Nec ti. ſit tu.) Ceyx Luciferi
C filius Trachinię telluris rex fuit, ut in Meta. legit̄: qui Alcyonē
Æoli filiā ꝯiugē habuit. cū hic ad Clariū oraculū iuiſſet, obor
ta tēpeſtate obrutus eſt: at Alcyone quę (teſte Porphy.) Cleopa
tra dicebat̄. uiri naufragi inſcia ſingulis diebus Iunoni uota ꝓ
Ceycis reditu perſoluebat. miſerata eſt dea fruſtra mulierē pro
cōiuge laborare. Irim ad ſomnia demiſit, ut Alcyoni caſum cō
iugis ſignaret: quę Morphea ad Alcyonē accelerarūt. hic Cey-
cis ſumpta imagine noctu quieſcentē adijt Alcyonē: quam de
naufragio certiorē fecit: corpuſq. in littore errare docuit. ex-
perrecta ipſa mane ad littus ſe proripuit: ubi uiri corpus uētis,
& unda agitari uidit. q̄re mare inſiliēs, ut cadauer arripet: auis
una cū Ceyce effecta eſt: q̄ Alcyon appellat̄, a nr̄is Alcedo. me
dia hyeme in mari parturiūt oua: tū tā trāquillū, q̄; qd miran
dū ē, reddit̄ mare p. 7. dies: hos ſolēt nautę dies Alcyonios nū
cupare, ut aut. eſt Var. ☞Fr̄ ⁊ u. aues) Dędaliō Ceycis frater filiā
hūit noīe Chionē formoſiſſimā. q̄; Apollo, ⁊ Mer. cōpreſſere,
& nati ſunt gemelli: Apollini Philemō, q muſica claruit p̄rem
imitatus: Autolycus aūt Mer. fur nobilis. ſuā pręferre Chione
formā Dianæ auſa eſt: a qua eſt ſagittis interēpta: cuius in rogū
pater Dedalion prę dolore ſe uoluit immittere: at prohibitus in
Parnaſſum mōtē abijt: vnde cū ſe p̄cipitē dediſſet: in uolucrē
ab Apolline eſt mutatus: ſcri. Oui. in Meta. Miſeratus Apollo,
Cū ſe Dędalion ſaxo miſiſſet ab alto: Fecit auē, & ſubitis pēdē-
tē ſuſtulit alis. & quę ſequunt̄. ☞Solertiq; vi.) aſtuto, & calli
do. ⁊ Vlyſſem dixit: quē (vt in
v. odyſ. Ho. tradit) effoſſo Po-
lyphemo oculo, Neptun⁹ ma-
ris deus, diu fluctib⁹ agitauit,
ne inultus filij eſſet: naufragiū
quoq; facere cōpulit: actūq; ō
Vly. tūc fuiſſet: ni Matuta dea
E piclitātē, quæ in mergi forma
apparuit, adiuuiſſet: cui Credē
nō ornamētū capitis: uł (ut alij
uolūt) ornamētū quoddā tra
didit, quo enataret. ꝑuenit itaq; Itachus nō ſine magno labore
ad Phęacū inſulā, & pudēda Credēno (nudus n. erat) celabat:
quē in littore Nauſicaa regis Alcinoi filia cū aſpexiſſet, ei ueſti
mēta p̄buit, ⁊ ad regē duxit, a quo honorificētiſſime ſuſceptus
eſt. ☞Semeles eſt mi. ſo.) Cadmo Thebarū cōditori ex Harmo
nia Veneris, & Martis filia, ut in Meta. & apud Dio. legimus:
filię fuere, Agaue, Autonoe, Ino, ⁊ Semele, ⁊ Polydorus. Atha
māti Æoli filio Thebarū regi Ino nupſit, q̄ Learchū genuit, ⁊
Melicertā, q Iunonis odio haud diu uixere: nā Iuno pp Seme-
lē pellicē infeſta oibus ex Cadmo ꝓgenitis fuit, ut in Met. De
Iunone locutus oñdit Oui. Quidq; uelit, qō ueller, erat: ne re
gia Cadmi Staret, ⁊ in facin⁹ traherēt Athamāta furores: furias
in athamanta imiſit. quē adeo furibūdū effecere, ut Ino vxorē
lęnā exiſtimaret, filios vō ipſius catulos: hortaretq; ſocios, ut
retia ferrēt: q̄re & Learchū pueꝝ, Bis, terq; p auras More rotat
fundę, rigidoq; īfantia ſaxo Diſcutit ora ferox. Ino aūt ſibi, ac
ſupſtiti filio timēs ad quēdā ſcopulū abrepto Melicerta aufu-
F git: ex quo loco ſe una cū filio in mare, p̄cipitauit: quos Neptu
nus Veneris p̄cibus deos marinos fecit. dictus eſt gręce Meli-
certa Palæmon: latine Portūnus: cui ædes in Portu Tyberino
fuit, & ferię cōſtitutæ, ut auth eſt Var. Ino uero a græcis Leu-
cothea, a noſtris Matuta eſt nuncupata, quę bonū ſignificat, ſi
Pōpeio credimus: cuius (ut diximus) auxilio Vlyſſes euaſit.

ASCEN. ❡V T duo Phi.). i. filij Phinei ☞Quib⁹ idē, q de. lu.). i. uiſuſ;
v; Phineus rex pr̄ eoꝝ p gñationē, ☞Ademit). i. abſtulit lumē.
Et ſup. ſis: ut ☞Caput Tha.) illius uatis a muſis excęcati, & ☞De
modoci) illi⁹ optimi muſici cęci: p quē Ho. ſeipſu; ſignaſſe pu
tat̄: fuit. n. ⁊ ipſe cęcus, ⁊ poetaꝝ optim⁹. ☞Et ali.) qcūq; is ſit,
☞Secet). i. intercidat ☞Sic t. mē.) potiſſimū uirilia, ☞Vt Sa. ſu.)
. i ſub illis exñs, aut clāculū ſecuit ☞Illas par. vñ er. cr.). i. uirilia
p̄ris ſui Cœli: q̄ in mare ꝓiecit, ⁊ ex ſpumis eius, illiſq; nata eſt
Venus. ☞Nec Nep. ſit ti. me.) i. benignior, ⁊ fauorabilior ☞In
vn. tu.) i. inflatis oriēte tēpeſtate: q̄; ſup. ei: v; Ceyci: ☞Cui fr.)
. ſ. Dędaliō mutatus in accipitrē, ☞Et vx.). ſ. Alcyone mutata in
auē ſui nois: cū Ceyce marito prius ſubmerſo. De Alcyonibus
aūt in Geor. plura dñr: qūo tpe trāquillitatis in media hyeme
in mari nidificēt, ⁊c. cui igit̄ fr̄ Dędaliō, ⁊ vxor Alcyone ſūt ui
ſi aues, aut ſunt aues uiſę: utroq;. n. mō dici pōt, ſed qa p̄ponit̄
adiectiuū, dicerē uiſi. ☞Nec Ne. ſit ti. me. q̄;) ſup. ☞Viro ſo.). ſ.
Vly. ☞Quē te. m. f.). i. fragmēta ☞Ratis la.). i. diſruptę ☞Soror
Se.). i, Ino Cadmi filia ē miſata: qa uelū ōdit, ut recitat Calderi.

Vel tua, ne pœnæ genus hoc cognouerit unus,
Viſcera diuerſis ſciſſa ferantur equis.
Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putauit,
A duce Puniceo pertulit, ipſe feras.
Nec tibi ſubſidio ſit præſens numen, ut illi
Cui nihil Hercei profuit ara Iouis:
Vtq; dedit ſaltus è ſummo Theſſalus Oſſa,
Tu quoq; ſaxoſo præcipitere iugo.
Aut uelut Euryali, qui ſceptrum cepit ab illo,
Sint artus auidis anguibus eſca tui:
Vel tua maturet, ſicut Minoia fata,
Per caput infuſæ feruidus humor aquæ.

A ZARO. ¶ VEL Tua ne pœ.) difficile ſanè eſt, quem poeta taxauerit: cũ multos ab equis diſcerptos fuiſſe legerimus. M. Suffetiũ licet coniectari hic, ut apud Liuium in primo ab urbe condita uidimus. perfidus Tullo Hoſtilio bellum in Fidenates gerenti fuit: quem cõpos uictoriæ duabus quadrigis diſtrahendũ dedit. primũ illud, ultimũq; ſuppliciũ apud Romanos fuiſſe idẽ Liuius docet. de Hippo. quoq; intelligere poſſumus: qui. ut ſuperius oſtẽdimus, ab equis eſt laceratus. nonnulli Abſyrtum interpretãtur: cuius notiſſima fabula ex Ouid. in Metam. habetur, ſed non placet: nõ enim ab equis, ſed à ſorore Medea dilaniatus fuit ⁊ eius membra minutiſſime ſecta: in mareq; proiecta: quibus pater eam perſequens, dũ ipſa colligeret, in mora detineretur. ¶ Vel quæ qui redi.) M. Attilius Regulus urbis Romanæ decus primo bello punico contra Carthaginẽſes imperator ingẽti exercitu miſſus terrorem maximũ

B aduentu ſuo Carthaginẽſibus iniecit: capta Clupea urbe. cccq;. amplius caſtellis (quemadmodum Florus tradit) uaſtatis: quare à Lacedæmonijs Carthaginenſes ducem poſtularunt, ob ducis imperitiam nõ proſpere pugnatũ arbitrati: ij Xanthippum rei bellicæ peritiſſimum miſere: qui (ut Appianus eſt author) inſtructa acie Regulũ ſiti ac labore difficulter agmẽ agentem aggreſſus eſt: quẽ facile uicit ex. xxx. millibus, quos Attilius ductabat, pauci arma ſumpſere: reliqui omnes cæſi, partim capti, vnà cum imperatore Carthaginem ducti ſunt. miſere nõ multo poſt Carthaginenſes Attiliũ Romam legatum, ut permutatio fieret iuuenum Carthaginenſium cũ ipſo Regulo: qui ſenatui perſuaſit, defixis in terraq; oculis, ut Ho. tradit, ne pietate patres cõmouerẽtur: ne huiuſmodi fieret permutatio: utq; id nõ facerent: addidiſſe ſcri. Gel. ſibi uenenum tẽpori datum: quoad fieret permutatio: re itaq; infecta Carthaginem inuitis uxore, liberis, & amicis redijt: ubi à Pœnis nouis modis excruciatus eſt. cuiuſmodi autẽ ſupplicio fuerit affectus, non ſatis inter authores conſtat: nam Gellio referente, Tubero in hiſtorijs ſcri. cum in profundiſſimas tenebras clauſum, & poſt apertis oculis ſoli oppoſitum: ⁊ palpebras, ne poſſet conniuere, inſutũ. Tuditanus uero ſomno prohibitũ obijſſe tradit. Appia. incluſum circũuallata clauis cauea extinctũ docet. quod Romæ poſtq; perceptuq; eſt, Reguli liberis Pœni captiui traduntur, à quibus in armario muricibus præfixo deſtitutos perijſſe, idem Tuditanus eſt author. ¶ Nec tibi ſubſidio præſens ſit numen) ſenſus

C eſt: non habeas Deorũ quempiam propitiũ: qui tibi ſit auxilio in tuis conſtituto calamitatibus. Subſidiũ eſt id, quod in auxilium ſuccedit: Præſens, propitiũ: ut apud Virg. Nec tam pręſentes alibi cognoſcere diuos: Numen à nutu: & imperium deorũ dicitur. Varro. ¶ Cui nihil Hercei profuit ara Iouis) Priamus rex (ut in. ij. Æne. à Vir. oſtenditur) occiſo ante ſuos oculos Polyte filio à Pyrrho Achillis notho, in ipſum eſt acerrime inuectus, ei patris exprobrans humanitatẽ, atq; pietatem: qua uſus fuerat, cũ Hectoris cadauer reſtituit. ira percitus Pyrrhus regẽ in media domo ante Iouis Hercei aram obtrũcauit. ¶ Hercei) Iuppitur Herceus dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἑρκεῖν. i. à circundando: ut author eſt Porphyrius Homeri interpres. mos erat antiquis, ut domus partes Dijs dicarent: anterior Ioui dicabatur: cui in medio ſolebant aram erigere: unde Meſercius Iuppiter dictus eſt Herceus: quia circundatus. ¶ Vtq; dedit ſal.) Theſſalus Theſſaliæ rex Eonis, ex Eurypiles filia Chalciope filius (ut tradit Porphy.) è mõte Oſſa à ſuis eſt præcipitatus. ¶ Oſſa) mons Theſſaliæ eſt Oſſa: cuius ex aduerſo Pindus, & Othris Lapitharũ ſedes: ut ſcri. Plin. tantam in eo pinorũ copiam eſſe Solinus tradit: ut ramoruq; flexu, & reflexu tonitrua repræſentet: vnde Lucanus, It tantus in æthera clamor: Quantus piniferæ boreas

D cum Thracius Oſſæ Rupibus incubuit. ¶ Aut uelut Euryali) Euryalus, qui Theſſalo ſucceſſit: cum inferorum ſacrificia neglexiſſet: ut à ueteri commentario accepimus: ira Eumenidum angues ipſum deuorarunt. ſed etiam apud Gallũ poetam eſt legere Euryaluq; Ioni filium: uino probe appotũ filiam ſtupraſſe: quare ab anguibus abſumptus eſt. Ionides uti cupiens pro cõiuge nata: Vinũ cauſa fuit: anguibus eſca datur. ¶ Sicut Minoia fata) Dio. ſcri. Dædalum Athenienſem eximium architectũ, ex Mitiono Eupalamio natum: qui in Cretam ob homicidium in patria patratum ſeceſſit. Cretenſibus tunc Minos imperabat: qui Dædalum in amicitiam ſuam habuit ob eius egregias uirtutes. per id forte tempus Paſiphae regis uxor turpi tauri amore peribat: cui arte Dædali fuit ſuppoſita. quare Minos Dædalũ punire quæritauit: aufugit autem ipſe in Siciliam ad Cocalum regem. At cõparata claſſe

E Minos ipſum eſt perſecutus in Siciliam uſq;, Cocalumq; popoſcit: ut Dædalum ſibi ad pœnam daret: finxit Cocalus Minoem in ſecreto colloqui uelle: quem in thermis eouſq; detinuit: ut ſuffocaretur. Euſeb. uero à filiabus Cocali interfectum ſcribit, eius deinde corpus Cretenſibus eſt redditum, prælata obitus cauſa: ꝙ in lauacro elapſum aqua calida perijſſet.

ASCEN. ¶ VEL Viſcera tua ſciſſa) ideſt diſrupta, & diſtracta. ¶ Ferantur diuerſis aquis) ſcilicet ꝑ diuerſas aquas, aut diuerſis equis: ſed quia de mari prius locutus eſt, credendum eſt/aquis/poetam feciſſe. ¶ Ne unus) ideſt tu ſolus cognoueris. aut ſi eſt ut repperi, cognouerit, ¶ Ne unus) ſcilicet populus, ad quem appulſus ſis, ¶ Cognouerit hoc genus pœnæ) quod, ſcilicet mihi ſic pendeas. ¶ Vel ipſe) ideſt tu ¶ Feras) ideſt perferas, & patiaris ea, ¶ Quæ) is, uidelicet Marcus Attilius Regulus, ¶ Qui putauit turpe) ideſt indecorum eſſe. ¶ Romano) ideſt bono ciui Romæ, redimi a duce puniceo, ¶ Pertulit à duce puniceo) ideſt Carthaginenſi: unde de Carthagine dicitur Æneidos primo: Punica regna uides, &c. Ab eo enim quod eſt Pœnus per/œ/ fit punicus: ſicut a pœna fit punio uerbum. ¶ Nec tibi) idem facit. Vnde ordo eſt. ¶ Nec numen) ſupple aliquod ¶ Præſens) ideſt licet ante ipſum fueris, ⁊ ad ipſum confugeris: ¶ Sit tibi ſubſidio). i. auxilio, & protectioni: ¶ Vt) ſupple non fuit ſubſidio. ¶ Illi) videlicet Priamo: ¶ Cui ara Iouis Hercei)

F quæ fuit in medio regiæ Priami ¶ Nihil pro fuit) qa Pyrrhus illic eum occidit. Vnde de eo dixit Æneidos ſecundo ad patreq; Æneas: Iamq; aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus, Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras Et ¶ Vt) ideſt quemadmodum: ¶ Theſſalus) rex ille Theſſaliæ ¶ Dedit ſaltus) ideſt præcipitatus eſt ab Euryalo ¶ Ex Oſſa) monte illo Theſſaliæ: ideſt ſanè alto: ut genus referatur ad generalitatem, ſcilicet mõtem. ¶ Tu quoq;) ideſt etiam tu ¶ Præcipitere) ideſt præcipiteris, ⁊ deijciaris ¶ Iugo ſaxoſo) ideſt à pręcipitio quouis montis ſaxoſi. ¶ Aut tui artus) ideſt membra tua ¶ Sint eſca auidis) ideſt guloſis ¶ Anguibus) ſcilicet furialibus: ¶ Velut). i. quemadmodum, ſupple fuerunt artus ¶ Euryali). ſ. Tyranni: ¶ Qui cępit ſceptrum ab illo). ſ. Theſſalo præcipitato. ¶ Vel humor calidæ aquæ infuſæ per caput maturet). i. feſtinet, ¶ Tua fata). i. mortem tuam: ¶ Sicut) ſupple maturauit ¶ Fata Minoia). i. ipſius Minois regis in thermis Cocali regis Siciliæ ſic interempti. ¶ Et tu fixus). ſ. in aliquo monte. ¶ Alas). i. nutrias ¶ Tuo ſanguine volucres aerias). i. in aere uolare ſolitas: aut in ſublimi nidificantes: ut uultures. ¶ Vt). i quemadmodum, ſupple eas aluit ¶ Prometheus parum mitis). i. impius: qui ignem Iouis ſuffuratus erat in ferula, & mortalibus deoruq; ſecreta prodidit. Fuit. n. aſtrologus: qui ſyderum curſuq; in monte perſcrutans auibus propter curas diſtractus fingitur.

Vtq; parum mitis, ſed non impune Prometheus,
Aerias uolucres ſanguine fixus alas:
Aut uelut Etracides magno ter ab Hercule quintus
Caſus in immenſum proiiciare fretum.
Aut ut Amyntiaden * turpi dilectus amore
Oderit, & ſæuo uulneret enſe puer.
Nec tibi fida magis miſceri pocula poſſint,
Quàm qui cornigero de Ioue natus erat.
More uel intereas capti ſuſpenſus Achæi,
Qui miſer aurifera teſte * pependit aqua

* a.l. Amãtiaden

* a.l. teſte. & a.l. reſte

ZARO. A ¶ VT QVE parum mitis) Iapetus Theſſalię rex ex Aſia puella, quæ tertiæ orbis parti nomen dedit: filios habuit Prometheum: & Epimetheum. non me fugit Euſ. memoriæ tradidiſſe quoſdam affirmaſſe Prometheum, Epimetheum: Atlantem: & Argum cuncta cernentem fratres fuiſſe. fertur igitur Prometheus hominibus ab ſe factis Mineruæ auxilio adhibita ferula ad ſolis rotam ignem furatus: quem mortalibus indicauit. Irati autem dei ipſum per Mercurium in Caucaſo monte Aſſyriæ uicino alligarunt, cuius cor aquilam exedere uoluerunt. hoc ita à poetis non ſine ratione fictum eſt. nam, ut Aeſchylus, Alexander Aphrodiſieus, & Seruius, aliiq; docent: prouidentia interpretatur Prometheus: Epimethe. uero improuidentia: unde & nomina id indicantia tenent. ex his nempe duabus rebus humanum genus natum eſt. dicitur autem Prometheus aſtrologus eximius extitiſſe: qui in Caucaſo monte multorum ſyderum ortus, & occaſus deprehendit: aquilam uero cor exedere: quia ἄχος ſolicitudo eſt: qua affectus ſyderum motus inuenit: & quia id prudentia eſt aſſecutus: cui præeſſe Mercurium conſtat: ab eo ad ſaxum religatus dicitur. Claudianus de Prometheo, & fratre hæc ſcripta poſteritati mandauit: Namq; ferunt geminos uno de ſemine fratres, Iapetontiades generis primordia noſtri Diſſimili finxiſſe manu. quoſcunq; Prometheus Excoluit, multumq; intexuit æthera limo: Hi longe uentura notant, dubiiſq; parati Caſibus occurrunt fabro meliore potiti; Deteriore luto prauus quos edidit author, Quem merito graii perhibent Epimethea uates: Et nihil ætherii ſparſit per membra uigoris: Hi pecudum ritu non impendentia uitant: Nec res ante uident: accepta clade queruntur. ⁋ Parum mitis) uoluit. n. prodeſſe, & obfuit. ſubfurato namq; igni adeo moleſtum diis fuit: ut præter Promethei pœnas, etiam homines malis pluribus, & morbis affecerint, ut teſtatur Horatius: Ignem fraude mala gentibus intulit. Poſt ignẽ ætherea domo Subductum, macies, & noua febrium Terris incubuit cohors. ⁋ Aut ut Her.) omnes qui ab Hercule deſcenderunt, Heraclidæ ſunt appellati: ſicut à Cæſare Cæſares: ab Arſaco Arſacidæ fuit autem decimus quintus ab Her. quidam: cuius nomen nuſquam legiſſe memini: qui cuidam genitalia amputauit: ipſe poſtea cæſus, & in mare proiectus: ut Euphorionis indicat uerſus: Heraclides cuidam genitalia membra recidit: Sciſſaq; membra necis cauſa fuere ſuæ: ſunt aliqui, qui puerum Clebam intelligant: Etracides legentes: qui ipſum Clebam in delitiis habuit: à quo occiſus periit Etracides. ⁋ Fretum) à ferueſcendo fretum dicitur. & proprie illud eſt, ubi anguſtum eſt mare: ſicut inter Scyllam & Charybdim: ſed hic pro mari accipitur: quare etiam addidit immenſum, quo magis innoteſceret. ⁋ Aut ut Amyntiaden) Philippus Amyntæ filius Macedonum rex, annis. xxi. regnauit, autho. Euſebio, ac Iuſtino: qui ab oraculo acceperat: ut quadrigas euitaret. nam erat ab eis in fatis, ut occideretur: quare ut Valerius Maximus, & Cicero in eo, quem de fato libro ſcripſit: quadrigas omnes diſiunxit, locumq; in Bœotia: cui Quadriga nomen erat, ſemper uitauit: non tamen fati periculum effugere potuit: ſtuprato etenim Pauſania ab Attalo Philippi ſororio, apud quẽ ſæpiſſime Pauſanius conqueſtus eſt: rex autem hoc protrahendo paruifecit: at Pauſania inimici Attali iniuriam in ipſum iudicem uertit. quem gladio, in quo quadrigæ erant, interfecit. legitur & Abantiades recto caſu: & Cherinum dicit Abantis filium, cuius amore Statillus deperibat: at Cherinus enſe ipſum interfecit, ut Euphorion eſt author, Oebalium puerum quantum dilexit Apollo: tantum, ſed fruſtra Cherinum Statillus amauit, Ac uelut agna lupos, uiſos fugit Vrſa Leones, Sic puer ignarus Veneris fugiebat amores. apud quoſdam legitur Amantiadẽ,

D & Celinum puerum dicũt, qui totum ſe Ioui puero dedit, cũq; à Statillo Amãti filio peteretur, iratus eũ interemit. ⁋ Nec ti. ſi. ma) conſtat ſanè inter oẽs auth. Alexandrũ cognomẽto magnũ, Philippi Macedoniæ regis, & Olympiadis filiũ fuiſſe: qui Ammonis Iouis ex eo filius dici uoluit: aut. Plu. ꝙ ad Ammonẽ in Libyam cũ eſſet profectus, a ſacerdote quodã Iouis filius eſt appellatus. diuerſa de eius obitu tradunt. Volunt nõnulli ꝑ febris ſęuitiã ſitim collegiſſe, & uinũ potaſſe: & ob id mẽtis impotem factũ, extremũ obiiſſe diẽ prid. cal. quintiles. alii aũt ꝑ Iollã pincernã Antipatri filiũ ipſo aut. Antipatro data aqua nonacrina frigidiſſima: quę, ut Zonaras tradit, nõ poterat niſi aſini ungula cõtineri. Iuſti. & Plu. equi dñt. Plĩ. uero & Vict. mulæ ſcri. cuius aquæ hæc meminit Vict. in. v. lib. de architectura, iteȝ in Arcadia noiata terrę regio: quę hȝ in mõtibus, & ſaxis ſtillãtes frigidiſſimos humores. hæc aũt aqua στυγὸς ὕδωρ appellatur, quã nec argenteum, nec æneum, nec ferreum uas põt cõtinere, ſed diſiicitur, ac diſſipatur: cõſeruare aũt eaȝ, & cõtinere nihil põt, niſi mulina ungula: quę etiã memoraẽ ab Antipatro in ꝓuincia, ubi erat Alexãder, ꝑ Iollã filiũ ꝓlata: ab eaq; aqua regẽ eſſe necatum ſcri. Plu. nõnullos affirmare nequaq̃; ueneno periiſſe: cũ nullũ extiterit poſt mortẽ indiciũ. multas refert opiniones Plu. quas recẽſere nimis lõgũ eſſet. unũ tñ adiiciã ante. xxxiii. ætatis ſuæ annũ defunctũ fuiſſe. qđ ſi ad ſeniũ immatura mors ꝑduxiſſet: totũ terrarũ orbẽ ſibi audientẽ ſubegiſſet. nã nullaȝ urbẽ obſedit, quã nõ expugnauerit: cũ nullo hoſtiũ unq̃; congreſſus: quẽ nõ uicerit: nullã gentẽ adiit, quã nõ calcauerit. poſtremo infeliciter Babylone, q̃; ut euitaret, erat admonitus: è uita deceſſit. ⁋ Miſceri) poni. nã cũ uinũ in uas imponiẽ, miſceri diciẽ: hinc illud poetę: Miſcet amatori pocula grata ſuo. ⁋ Pocula) à potione poculũ diciẽ. Var. ⁋ De Io. cor.) Iuppiter Ammon ab ἄμμος: qđ arenã ſignat, dictus eſt. nã Iup. Baccho & populo ſuo ſitiẽti, ꝑ Libyã peragrãti in arietis formã pede arenã pulſauit: ubi q̃; primũ aqua ſcaturiit: unde Bacchus Ioui patri tẽplũ erexit: auth. eſt Hero. & Stra. & ideo cornigerũ nũc poeta appellat. ⁋ Capti ſu. Ach.) Achæus ab Antiocho captus ſuſpẽſus eſt, in Pactolo Lydiæ fl. queãdmodum in Epigram. Bothius tradit, Antiochus capit, & uictum ſuſpẽdit Achæũ: Vnda tibi hic credas aurea teſtis erit. quidã ſcri. ipſum Attico duce factione populari pp auaritiã interfectũ: qui in aqua Pactoli ob maiorẽ ignominiã pepẽdit. ⁋ Aurifera aqua) Mida rex Phrygũ à Baccho impetrauit, ut quicquid ſuo corpore tãgeret, aurũ fieret, qđ multũ ſibi obfuit. nã cibũ edere nõ poterat, qa tactu ſuo auꝝ reddebaẽ admonitꝰ ẽ à deo, ut ſe in pactolo flumine ablueret: cuiꝰ ablutiõe auriferũ fluuiũ effectũ: in. xi. Meta ſcri. Ouid.

ASCEN. ¶ SED nõ). i. nõ ſine punitiõe ſup. fuit immitis, qa in Caucaſo monte religatus aues uiſceribus, & ſanguine ſuo paſcit. de quo Maro, Furtumq; Promethei. Et Hora. Audax Iapeti genus, &c. ⁋ At tu cæſus). i. occiſus. ⁋ Proiiciare in fretũ). i. mare immenſum. ⁋ Velut Etracides quintus ter). i. decimus quintus à magno Hercule, ſup. proiectus eſt. ⁋ Aut puer dilectus). ſ. à te turpi amore oderit, & uulneret te ſęuo enſe, ⁋ Vt). i. quemadmodũ, ⁋ Puer). ſ. Celmus dilectus turpi amore ab Amãtiade, odit ſup. & uulnerauit ſæuo enſe ⁋ Amãtiadẽ). i. Statillũ Amantii filiũ. ⁋ Nec po. ma. ſi po. mi. ti.) q̃; ſup. Alex. Magno, ⁋ Qui erat na.) . i. qui ſe iactabat natuȝ ⁋ De Ioue cor.). i. Ammone. i. arenario. nam à Baccho in Libya querẽte aquas uiſus eſt in arenis aries, à quo ad fontem perductus credidit Iouem patrem eſſe, & illi templum extruxit: quod Ioui arenario. i. Ammoni inſcripſit, facto Iouis in ſpecie arietis ſimulacro. ⁋ Vel intereas ſuſpenſus more Achæi) ſcilicet regis Lydiæ auariſſimi à ſuis ob auaritiam ſuſpenſi. ⁋ Qui miſer pependit teſte aqua aurifera) ſcilicet Pactoli fluminis auriferi, in quem ſuſpenſus incubuit.

Aut ut Achilleiden cognato nomine clarum
  Opprimat hoſtili tegula iacta manu
Nec tua quàm Pyrrhi felicius oſſa quieſcant,
  Sparſa per Ambracias quæ iacuere uias.
Nataq; ut Aeacidæ, iaculis moriaris adactis,
  Non licet hoc Cereri diſſimulare ſacrum.
Vtq; nepos dicti noſtro modo carmine regis,
  Cantharidum * ſuccos dante parente bibas.
Aut pia te cæſo dicatur adultera, ſicut,
  Qua cecidit Leucon uindice, dicta pia eſt.
Inq; pyram tecum chariſſima corpora mittas,
  Quem finem uitæ Sardanapalus habet.

*Canthari des uermes terreſtres, ʒ quibus uide Plin. in xj.&.xxvij.

A ZARO. ¶ AVT Vt Achil.) Pyrrhus Epirotarum rex ex Pythia, Menonis Theſſali filia, & Æacide ab Achille oriundo natus, unũ tantũ & integrũ os pro dentibus habuit. xj. agens annũ regnũ Epiri recepit: nam pater Æacides à ciuibus in exiliũ exactus eſt: proprer diutina bella cõtra Macedonas, quibus populũ fatigabat: ob idq; etiam filiũ bimũ perdere quęrebant: ſed furtim eſt in Illyrios delatus, ac Beroe regis Glauciæ uxori traditus. tantus hic extitit: ut ſolus Tarentinos contra Po. Ro. tueri poſſe uideretur. in Argi obſidione, ubi Antigonus Macedoniæ rex erat, à fœmina quadam, autho. Plu. tegula in caput demiſſa occiditur, quõ etiã Euphorion cõprobat: Argon, & hoſtilẽ circundabat vndiqʒ Pyrrhus: Opprimit, & ſubito tegula iacta caput. Iuſt. aũt inter cõfertiſſimos hoſtes dimicantem de muris iactato ſaxo ſcri. interijſſe, cuius caput Alcyoneus Antigoni filius patri detulit: quod unà cũ corpore

B magnifice Antigonus, ſi Plu. ſequimur, cremauit: ſi uero Trogum, Heleno filio traditum affirmamus: qui deinde ipſum in patriam aſportauit. ⸿Cognato no. cla.) clarus ob egregia eius geſta eſt appellatus. ⸿Nec tua q̃ʒ Pyrrhi) Pyrrhus flauus dicitur, ut ſcri. Cice. Flauus autem fuit, cui hoc nomen primo eſt inditum: unde & reliqui ab eo Pyrrhi ſunt nuncupati. modo oſtendimus Iuſtini auth. Helenum Pyrrhi patris oſſa in Epiruʒ aſportaſſe: quæ ut fuerint collocata nondum me legiſſe memini: quare de Pyrrho claro dictũ exiſtimo: cuius forte oſſa per Ambraciam ſparſa fuere, dum à filio portarentur. aliqui de altero Pyrrho interpretantur: cui ſententiæ nõ repugno. ⸿Ambracias) Ambracia, teſte Liuio, urbs in Epiro eſt, aſpero ſubiecta tumulo: dum Pyrrhi regia fuit. eſt & Ambracius ſinus auth. Plin. xxxix. mil. paſ. longitudine: latitudine. xv. mil. ⸿Nataq; ut Æacide) ut in ueteri legimus commentario, Periplea uel Laodamia, ſiue Periboea Pyrrhi filia fuit: quę cum in templum Cereris Ambraciæ cõfugiſſet, inimicorũ telis eſt interfecta. intelligunt nonnulli Heracleam Hieronis filiam ex Achillis genere: quæ in templo Cereris unà cum duabus filiabus à populo Syracuſano telis confoſſa cecidit. ⸿Diſſimulare ſcelus) ſenſus eſt: quemadmodum in templo Cereris filiã Pyrrhi, uel Hieronis transfigere ſacrilegium fuit, ita te liceat impune interficere, & proinde non diſſimulare. ⸿Vtq; nepos dicti) Magnetes Gelonis, & Nereidos Pyrrhi filius fuit: cum quo mater rem habere uoluit: idq; non conſecuta, filium Cantha-

C ridum ueneno ſuſtulit: ut uetuſtiſſimus ſcribit interpres. ⸿Cantharidum ſuccos) undecimo natu. hiſto. libro docet Plinius Cantharidum alas mederi, quibus demptis eſt letale. eſt autem genus uermis terreſtris: idem author in uigeſimo ſeptimo de uulgari lapide locutus air: Lapis uulgaris iuxta flumina fert muſcum ſiccum, canum: hic fricatur altero lapide, addita hominis ſaliua: illo lapide tangitur impetigo: qui tangit: dicit, φεύγετε κανθαρίδες, λύκος ἄγριος ὔμμε δίωκει. ⸿Aut pia te cæſo) Leucon: ut uetuſtiſſimus docet interpres, ex Perſicis regibus Spartacum fratrem occidit, regno inde potiri ſperans, cum & rem haberet cum ipſius fratris uxore: non tamen uotum ualuit conſequi: nam in palude Sabedana Leuconeʒ mulier interfecit: quare pia eſt iudicata. d. nonnulli Oxylochi regis Ponti uxorem hanc fuiſſe, non Spartaci. ⸿Adultera) adulter, & adultera: quòd ille ad alteram, & hęc ad alterum ſe conferat, authore Feſt. adulterium autem, quod in nuptam committitur, Seruius dicit appellari. ⸿Inqʒ pyram tecum) Conoſcon coleros, qui grece dictus eſt Sardanapalus Anacyndaraxi filius. xxxvij. ⁊ ultimus Aſſyriorum rex fuit, ut Euſebius ſcribit: annis uiginti regnum obtinuit: una die Tarſum ⁊ Anchialem urbes condidit, qui omni uitiorum labe excelluit, luxurioſus, adeoq;

D effœminatus, ut & habitum, & uocem, exercitiaq; mulierum ſit ſecutus: nunc uiri, nunc mulieris uice abutebatur. quæ tam impudica cum Arbacus præfectus ipſius Medis præpoſitus eſſet conſpicatus, in eum bellum mouit, quem facile uicit, triduo urbe Nino obſeſſa: qua expugnata Sardanapalus in hoc tantum uiros imitatus, in pyram ſe uxoribus, atque Eunuchis in ea reclusis, cremandum iniecit. eſt Anchialæ Sardanapali monumentum, ubi huiuſmodi legitur Epigramma. Sardanapalus Anacyndaraxi filius Anchialen, & Tarſum una die condidit. Ede, bibe, lude: Cum te mortalẽ noris, præſentibus exple. Nanqʒ ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam: Hoc ſapiens uitę mortalibus eſt documentum. Hos autem meminit Chœrilus, qui circumferrentur: Hæc habeo, quæ edi, quæq; exaturata libido Hauſit: at illa manent multa & pręclara relicta. autho. Stra. Dio. in Tuſcu. Cice. & Iuſti.

## ASCENSIVS.

E ¶ AVT TEGVLA Iacta manu hoſtili opprimat) ſupple te. ⸿Vt) ideſt quemadmodum ſupple oppreſſit. ⸿Achilliden) ideſt Achillis nepotem ex genere materno: Pyrrhum uidelicet Epirotarum regem, quem anus tegula deiecta occidit. ⸿Clarum nomine cognato) quia nomen haberet: nam Pyrrhus filius Achillis, & dictus Æacides, ut ille Achillides, licet multo interuallo. Deductum eſt autem patronymicum à græco Achilleus: huius Achilleos: unde penultimam producit. Aut legendum Achilleiden, quod non probem. ⸿Nec tua) Continuo eandem & cætera. Proſequitur uaria infortuniorum exempla in Ibin imprecans. Vnde ordo eſt. ⸿Nec oſſa tua quieſcant felicius, quàm oſſa Pyrrhi) ſcilicet Epirotæ. ⸿Quæ iacuere) ſcilicet donec à filio Heleno colligerentur. ⸿Per uias Ambracias) illius promontorij in Epiro: de quo in Sappho dictum eſt. ⸿Et moriaris iaculis adactis) ideſt infixis. ⸿Vt nata) ideſt progenita ⸿Æacidæ) ideſt de genere Achillis, ſcilicet Heraclia filia Hieronis in templo Cereris. Vnde addit. ⸿Non licet diſſimulare Cereri hoc ſcelus) quaſi dicat etiam gratum erit Cereri ſacrificium, quod de te fiat: licet ingratum fuerit de Heraclia. Aut non licet diſſimulare Cereri hoc ſacrum, ſcilicet templum, quod per diminutionem ſacellum dicitur, Hoc inquam ſacrum, in quod tu confugeris. ⸿Vtq;) ideſt & ut, ⸿Nepos regis dicti modo noſtro carmine) ſcilicet Hieronis regis Ponti, nepos, ſcilicet, (ut opinor) Mithridates, ſupple bibit, ita ⸿Bibas ſuccos

F Cantharidum) ideſt quibus Cantharides uermiculi ueneno ſiſſimi ſint. ⸿Parente) ideſt patre dante: quia maior Mithridates amiciſſimus erat Romanorum, unde uero ſimile eſt eum non amaſſe filium: qui ter à Romanis defecit, & tandem ſecundum quoſdam ueneno abſumptus eſt. Vnde Lucanus in primo. Poſt Cilicias ne uagos, & laſſi pontica regis Prælia, barbarico uix cõſumata ueneno. ⸿Aut adultera dicatur pia te cæſo) ideſt occiſo, ⸿Sicut ea adultera dicta eſt pia) ſcilicet uxor Oxylochi, ⸿Qua uindice) ideſt uindicante mortem mariti. ⸿Leucon) frater mariti, & adulter. ⸿Cecidit). i. ſuccubuit. ⸿Et mittas tecum in pyram) ideſt rogum incenſum, corpora chariſſima: quem finem uitæ habet Sardanapalus ultimus regum Aſſyriorum: qui (ut dicit Iuſtinus libro primo) coniuratione facta quòd muliebri more uiueret, eoqʒ audito: non ut uir regnum defenſurus, ſed (ut metu mortis ſolent mulieres) primo latebras circumſpicit: mox deinde cum paucis, & incompoſitis in bellum progreditur. Victus in regiam ſe recipit, & extructa pyra ſe, & diuitias in incendium mittit, hoc ſolo imitatus uirum. hæc ille. corpora ergo chariſſima diuitias appellat.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Vtq; Iouis Libyci templum uiolare parantes,
Acta Noto uultus condat arena tuos.
Vtq; necatorum Darei fraude ſecundi,
Sic tua ſuccendens deuoret oſſa cinis.
Aut, ut oliuifera quondam Sicyone profecto,
Sit frigus mortis cauſa famesq; tuæ.
Aut, ut Acarnides inſutus pelle iuuenci,
Turpiter ad dominum præda ferare tuum.
Inq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi,
Qui datus eſt leto coniugis enſe ſuæ:
Quosq; putas fidos, ut Lariſſęus Alebas,
Vulnere non fidos experiare tuo.
Vtq; Milo, ſub quo cruciata eſt Piſa tyranno,
Viuus in occultas præcipiteris aquas.
Quæq; in Adimantum Phileſia regna tenentem
A Ioue uenerunt, te quoq; tela petant:
Aut, ut Amaſtriacis quondam Lenæus ab oris,
Nudus Achillea diſtituaris humo,
Vtq; uel Eurydamas ter circum buſta Thraſylli
Eſt Lariſſęis raptus ab hoſte rotis.

ZARO. A ¶ VTQVE Io. Li.) Cyri Perſarũ regis Cãbiſes filius fuit. qui annis. viij. regnauit authore Euſe. Ægyptũ adijt, unde exercitũ ad Ammonis oraculũ cremãdũ miſit: ac diuino miraculo cũ ex urbe Oaſi iter faceret: iãq; medio ferè ſpatio inter Oaſios, & Ammonios prãderet: ingruiſſe ualidũ auſtrũ ſcri. Hero. & ab arenis obrutũ perijſſe: vt etiã meminit Iuſtinus, eodẽ mortis genere Pſyllos interijſſe ſcri. Gel. in. xv. ¶ Tẽplũ ſignat ædifi. deo ſacratũ) & tignũ qđ in ædificio trãſuerſo ponitur. au. eſt Feſt. templũ etiaꝫ. d. No. ſepulchrũ appellari. Virg. Pręterea fuit in tectis de marmore tẽplũ Cõiugis antiqui. multa Var. de hac dictione in lib. Etym. ſcri. ¶ Vtqꝫ ne. Dar.) Dareus ſecundus cuiuſdã Priami filius cũ ſuos ciues nõ interfecturũ iuraſſet: tormẽtis occidebat. Dareus etiã ſecũdus primo in regnũ ſuccedere nõ potuit: donec iureiurãdo ſtipulatus fuiſſet, ſe more parẽtis ueneno minime ciues occiſurũ: B ſed regno in ſuã ditionẽ accepto in fouea calido cinere plena eos uita priuabat: ut apud uetuſtiſſimũ cõmẽtariũ cõperi. de Ocho aliqui dictum uolunt, qui Dar. eſt dictus: cuius hiſt. Val. Max in ca. de crudelitate pluribus uerbis explicat. ¶ Aut ut oliui.) Neocles Thuſcus ex Sicyone pulſus: oĩbus uitæ præſidijs diſtitutus fame, ut uetuſtiſſimus interpres ſcri. & frigore mortẽ obijt. ¶ Sicyone) Sicyon urbs Achaiæ in Laconia, teſte Plin. eſt. olim Mecon dicebatur: refertiſſima oliuetis, vñ in. ij. Geor. Vir. Terit̃ Sicyonia bacca trapetis. aliã eodẽ nomine Pli. docet inſulã in Ægeo mari, ex oppoſito ad Epidaurũ altã, & eminẽtẽ: qđ Iuuen. etiã tãgit: Hic alta Sicyone. Sicyonia aũt calciamẽti genus eſt, au. Feſt. ¶ Aut ut Ac.) filius Acarni in oriẽte tetrarcha fuit: qui cũ Mẽnone Bellũ habuit: à quo uictus iuuenci pelle eſt inſutus: ac ſub mẽſa detentus, ut uetuſtiſſimus narrat interpres. ¶ Inq; t. tha.) in. ij. offõrũ docet Cic. pariter & Val. Max. Alexan. Phereũ uxo. Thebẽ admodũ dilexiſſe: tñ ex epulis ad eã in cubiculũ cũ ſe ꝯferebat, barbarũ diſtricto gla- C dio iubebat anteire: deq; ſtipatoribus ſuis ꝑmittebat, q mulie- bres arculas ꝑſcrutarent̃, nõ tñ eũ fefellit opinio: naꝫ ab uxore ꝑꝑ pellicatus ſuſpicionẽ eſt interfectus. Pherę plures ſunt: ut in Achaia nouẽ mõtiũ ſunt inter Megarã & Thæbas. Itẽ in Theſſalia: ut Pli. docet: ſunt & in Argo, teſte Hom. Pylo propinquę. ¶ Leto) à λέω uerbo letũ dici ait Priſ. vñ deleo. Feſt. aũt Põp. ab obliuione, quã gręci λήθην uocãt, letũ. d. appellari: ꝙ ſi à gręco uenit, cũ aſpiratiõe ſcribẽdũ, ¶ Quosq; p. fi.) Thiodamãtis fi. fuit Alebas: q Lariſſę in Theſſalia dñatũ habuit: extruxit aũt Lariſſaꝫ Theſſalicã Acriſius, q̃ à Lariſſa Pelaſgi filia nomẽ habuit, ut Hellã. ſcri. ĩ hiſt. ſatellites ciuiũ timore Alebas ad cuſtodiã hẽbat: quos fidos ſibi exiſtimabat: ab ipſis poſtea eſt interfectus: ut à uetuſtiſſimo accepimꝰ iterꝑte. fidꝰ dr̃ ſocius, & à fido uenit: fidelis aũt ſeruꝰ, & à fide deriuat̃. Do. eſt aut. ¶ Vtqꝫ Mi.) Milones plures fuiſſe ꝯſtat, quoꝝ qdã Piſaꝫ Elidos tenuit, q Piſanos cruciatibꝰ afficiebat: tãdẽ in Alpheũ fluuiũ Piſaꝫ ꝑfluẽtẽ demerſus à Piſanis ẽ, ſi uetuſtiſſimo credimꝰ interꝑti. eſt & Piſa in Italia ciuitas iter amnes Auſerẽ, & Arnũ, ut in. 3. na. hiſt. Pli. ẽ au. à Pelope, Piſisqꝫ Elidos, ſiue Atintanis gręca gẽte. ¶ Tyrãno) Tyrãnnꝰ à Tyrrhẽo Atys filio nomẽ ẽ hic ex Lidia ĩ Italiã uẽit: eãqꝫ ꝑtẽ occupauit Italię: q̃ à ſe nomẽ traxit expulſis Pelasgis: iñ Thuſcia dicta à ſacrifico ritu. teſte Pli. & qa ui alienas tenuit ſedes: Tyrãnꝰis dici cœptꝰ: q uiolẽter aliqd egit, ẽqꝫ cõis gñis nomẽ: nã Theodoſij grãmatici eſt regula: ꝙ noia ꝓfeſſione, aut dignitatẽ ſignãntia, cõis ſunt gñis. ut hic & hęc dux cĩs, D hic & hęc ꝑhs: hic & hęc abbas abbę, nõ aũt abbatis, & abbatiſſa, vt iꝑeriti grãmatiſtę ꝑuerſe pueros docẽt, ita hic & hęc Tyrannus. ¶ Occultas a.) nõ qa aq̃ ſint occultę, nã Mediã ꝑ urbẽ iter fluit, ſed qa occulte demergit̃ fluuiꝰ. ¶ Quęqꝫ in Adi.) Adimãtus phyletię rex, põto ꝯiũctę: ſiue, ut alij uolũt Theſſalię, deoꝝ ꝯtẽptor, dijs, ſacrificare neglexit, ſe ipſis maiorẽ ꝑdicãs. q̃re a Ioue, ut uetuſtiſſimꝰ exponit interꝑs, fulmĩe ictus iterijt: meminit in Dia. Pla. cuiuſdã Adimãti, ſed nihil ad hũc locum. ¶ Petãt) feriãt, ꝑcutiãt. mľtas hoc ṽbũ hr̃e ſignatiões Noniꝰ Mar. docet: petere. n. eſt poſcere, vocare, appetere, ſeq, abducere, eligere, obtinere, expectare: & ut hoc loco ꝑcutere, ferir̃. ¶ Aut ut Am.) Amaſtrix ciuitas Mithridatis fuit qui Meciſteũ quẽdã ex Lẽno ueniẽs, ut uetuſtiſſimꝰ ſcri. interꝑs, expulit, ĩ locũqꝫ, q Dromos Achilleus, ab Achillis exercitatione dictus eſt. auth. Pli. uenit, ubi à ſuis ꝯſtitutꝰ: oĩ priuatꝰ auxilio E ꝑijt: ſũt, q dñt Amaſtricẽ oxiartis filiã Dio. Tyrãni Heracliẽſis uxorẽ, a ſuo noĩe urbẽ ꝯdidiſſe: q Dion. Lenęus ẽ appellatus: olim fugatus: ut diximꝰ à Mitridate. ¶ Vtqꝫ u Eu.) mos diu apđ Theſſalos fuit, ut interficiẽtiũ corpa circa occiſoꝝ ſepulchra traherent̃: ut Eurydamãtis exẽplo ꝯſtat: q circa Thraſylli (quẽ interfecerat) tumulũ a Simo Thraſylli fratre tractus eſt: auth. in. xxj. Iliad. Porphy. ¶ Buſta) buſtũ ꝓprie dr̃ locus, in quo mortuus eſt cõbuſtus, & ſepultus, & dr̃ buſtũ, q̃ſi bene vſtũ, ubi uero cõbuſtus qs tm̃modo eſt, & alibi ſepultus, is locus ab urẽdo uſtrina uocat̃, ſꝫ mõ buſta ſepulchra uocamꝰ. au. eſt Feſt.

ASCEN. ¶ ET Arena acta) i. ĩpulſa, & agitata. ¶ Noto). i. uẽto illo uiolẽto. ¶ Cõdat). i. obruat uultus tuos: ut ſup. ꝯdidit ¶ Parãtes). i. intẽdẽtes, & moliẽtes. ¶ Violare tẽplũ Iouis Libyci) uidelicet Ammonis: hoc eſt Cãbyſes & ſocij eius. ¶ Et ci. ſub.). i. ima petens. ¶ Deuoret). i. abſumat. ¶ Tua oſſa ſic, ut) ſupp. abſumpſit. ¶ Oſſa neca.). i. iterfectoꝝ Darei ſcđi. ſ. Ochi, q ꝯplices ſuos cinere obrutos necauit. ¶ Aut fri. & fa. ſit cã tuę mor. ut) ſup. fuit cã mortis. ¶ Profecto). i. ei, qui uenerat quõdã ¶ Sicyone). i. F à ciuitate illa Pelopõneſi. ¶ Oliuifera). i. ferace oliuaꝝ: hoc eſt: ut Neocles Sicyonũ rex perijt. ¶ Aut fe.). i. porteris inſutus pelle iuuenci, ¶ Turpiter). i. cũ dedecore ad dñm tuũ: exiſtẽs ꝑda. ¶ Vt) ſup. latus, ſeu portatꝰ eſt ¶ Acarnides). ſ. Hermias. ¶ Et iu.). i. iugulus tibi incidat̃. ¶ In tha.). i. cubiculo tuo. ¶ More Phe.). ſ. Alexãdri. ¶ Qui da. eſt le.). i. morti, ẽſe ſuæ cõiugis. ¶ Et experiare tuo uulnere). i. in te illato ſup. eſſe. ¶ Non fi.). i. ꝑfidos: aut infidos ſup. eos. ¶ Quos putas). i. putare debeas. ¶ Fidos). ſ. ſatellites. i. cuſtodes corꝑis tui. ¶ Vt Ale. Lari.). i. rex Lariſſę: ſup. expertus eſt. ¶ Et tu uiuus præcipi. in aquas occul.) vt ſup. ꝑcipitatus eſt. ¶ Milo). ſ. Piſanus. ¶ Sub quo Tyrã. cru.). i. vexata eſt. ¶ Piſa). ſ. regio, quam & Salmoneus tenuit. ¶ Quæqꝫ in Adi.) Ordo eſt. ¶ Et te.). i. fulmina, quę venere ¶ A Io.). ſ. miſſa. ¶ In Adi.). ſ. regẽ. ¶ Tenentẽ regna Phileſia, petant quoqꝫ). i. etiã te, aut deſtituaris nudus. ¶ In hu. Achil.). ſ. Achiliis δρόμον hoc eſt curſum, ¶ Vt). i. quẽadmodũ. ¶ Lenęus). ſ. Diony. ¶ Ab oris Amaſtricis) ſup. oriundus, & inde expulſus ex peninſula. ſ. ſup. deſtitutus eſt a ſuis, nudusqꝫ perijt. Et ſup. rapiaris. ¶ Rotis uelut Eurydamas) ſomniorũ ille noĩatiſſimus interpres, ¶ Raptus eſt ter ab hoſte). ſ. populo Lariſſæo. ¶ Rotis Lariſ.). i. populoꝝ a Lariſſa ꝓfectis, ¶ Circũ bu.). i. repoſitoriũ cinerũ ambuſtorum. ¶ Thraſylli). ſ. regis Lariſſæorũ: à quibus uultus eſt.

A ZARO. ❡VEL Qui quæ fuerat) pertinacē eſſe ad bellandū Achillē fuiſſe Homericum carmen demonſtrat. qui abrepta ipſius amica Briſeide à rege Agamenone, nullis unq̄; legationibus, & muneribus flecti potuit. adeo autem quotidie Græcorum fugabatur exercitus à Troianis, atq; ſtrage imminuebatur: vt Patroclum Achillis amicum græci vtpote vltĩmum in tanto periculo remedium Achillis armis induerint: vt ſi non verus Achilles eſſet, ſaltē ipſum repſentaret: q ſupra, q̄; dici poſſit: q timebat̃ à Troianis. Patroclus igitur Achilleis armis ⁊ Myrmidonibus exornatus in bellum cū cęteris græcis prodiit, qui in fugam ſubito Troianos dedit: ipſumq́; Hectorē, qui commonitus ab Apolline Patroclū eſſe, ipſum vnà cum Euphorbo, & Apolline interfecit, atq; ſpoliauit. B adeo autem moleſtum Achilli Patrocli caſus fuit, ut ſe eo vſq; non comeſurum iureiurando policitus fuerit: quoad Hectora occidiſſet. xiiq; nobiles Troianos: quibus Patroclo inferias exhiberet, cepiſſet: nō defuit iureiur. Achilles, nā die poſtera acceptis a matre Thetide armis, q̄ Vulcanus ea nocte fabricauerat: Troianos omnes fugauit, quibus & ſtragem maximam dedit: Xāthus etenim fluuius ſanguinem, non aquam emittere videbatur, captis autem iuuenibus. Hectora à Pallade fratris ipſius imagine deceptum, circum Troiana mœnia fugientem interfecit: cuius corpus neq; quiſq̄; fuit Grecorum, quin haſta appeteret, quod ter circum Iliacos muros raptauit, auro poſtmodum in pretium dato Priamo ipſum reſtituit au. Ho. & Virg. non tamen auri vlla mentio fit ab Ho. ſed multorum tantum munerum. ⸢Mœnia) ꝙ munita eſſent, qui ea gerebāt, aggeres dicti, & ꝙ ager contineret, au. Var. Mœniana ædificia à Mœnio ſunt appellata, is enim primus vltra columnas extendit tigna: quo ampliarentur ſuperiora, ait Feſtus. ⸢Luſtrauit) circuiuit, luſtrare eſt expiare, circunſpicere, ſeu patefacere, perſpicere, & ut hic circuire, auth. eſt Nonius. ⸢Vtq; nouum paſſa eſt) Hippomeneiam dicit, ſi uetuſſimo credimus interpreti, quæ antea C Limone dicebatur in adulterio deprehenſa, ab equis eſt dilacerata, vnde ⁊ nomen habet. eodem quoq; ſupplicio adulter affectus eſt. alii autem Hippomenem Athenarum principem dicunt, cuius filia in adulterio inuenta ab equis eſt deuorata, quare Limone dicta eſt ideſt fames, adulterum vero per regionem Atticā, equi dilaniarunt. ⸢Aut ſicut periit Pereas Caſſandreus ille. Quem ſua gens multo cinere deſperiit. Leguntur etiam ii verſus, ſed nunq̄; fuiſſe Oui. cōtenderim, fertur autē hic Caſſandreus viuos homines ſepeliſſe, quod idem poſtea paſſus ē. ⸢Viſcera ſic aliqs,) Amimone vna ex filiabus Danai, dū iaculo exerceretur, Satyrum imprudens percuſſit, qui eam violare voluit, ſed auxilium à Neptuno implorauit, à quo Satyrus fugatus, mulier comprimitur, ex qua natus dicitur Nauplius Palamedis pater, autho. Lact. hic Palamedes prudentiſſimus fuiſſe perhibetur, qui inuitum Vlyſſem ad Troiam ꝑduxit: ac magnam frumenti copiam in Græcorum caſtra conduxit, non ſine magna Vlyſſis: infamia, qui ad id fuerat negociū miſſus, ⁊ īnfecta re redierat. ex eo igitur Vlyſſes aduerſus Palamedem ſtomachatus, finxit ipſum ad Priamum de Græcorum proditione literas dediſſe, ob idq; auri copiam accepiſſe, quod gręcis Vlyſſes indicauit, literasq;, ac aurum, quod corruptis ſeruis Palamedis per noctem abſconderat: iuſſit in ipſorum Græcorum conſpectum portari: quare Palamedem lapidibus occiderunt, vt Virg. Serui. ⁊ Appollonius oſtendunt. Nauplius autem Palamedis pater volens filii vlciſci mortem, cum Græci

Vel qui, quæ fuerat tutatus mœnia ſæpe,
Corpore luſtrauit non diuturna ſuo:
Vtq́; nouum paſſa eſt genus Hippomeneia pœnæ,
Tractus & Actæa fertur adulter humo.
Sic ubi uita tuos inuiſa reliquerit artus,
Vltores rapiant turpe cadauer equi:
Viſcera ſic aliquis ſcopulus tua figat, ut olim
Fixa ſub Euboico Graia fuere ſinu:
Vtq́; ferox periit, & fulmine, & æquore raptor,
Sic te merſuras adiuuet ignis aquas,
Mens quoq; ſic furiis uecors agitetur, ut illi,
Vnum qui toto corpore uulnus habet.
Vtq́; Dryantiade Rhodopeia regna tenenti,
In gemino diſpar cui pede cultus erat.
Vt fuit Oeteo quondam, generoq́; draconum,
Thyſameniq́; patri, Callirhoesq́; * uiro

D expugnata Troia domum reuerterentur: lampadas per obſcuriſſimam noctem inter ſcopulos, vt moris eſt, oſtendit: quo cum Græcorum naues applicuiſſent, in Euboico ſinu, naufragium fecere, ſi Diti Cretenſi vetuſſimo ſcriptori fidem adhibemus. ⸢Viſcera) vt Ser. docet, non tantum inteſtina dicimus, ſed quicquid ſub corio eſt, & declinatur hoc viſcus viſceris. ⸢Scopulus) à ſpeculando dictus. au. Ser. vel ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν. ⸢Euboi.) Euboea, tā modico æſtu diuidua ē à Bœotia: vt dubitandum ſit an inter inſulas debeat numerari. duobus inſignis promontoriis Geraſto ad Atticam vergente, & ad Helleſpontum Caphareo: ⁊ à Septentrione etiam Ceneo latitudine. xl. mil. paſ. & infra xx. mil. circuitu. ccc. mil. paſ. pluribus quondam vrbibus clara vt Plin. & Soli. docent. E ⸢Vtq; fe. pe.) Aiax Oilei filius Caſſandram Priami filiam in templo Palladis violare voluit, quare indignata Pallas ipſum circa Caphareum promontorium fulmine interfecit: nauesq; diſſipauit. attribuitur autem fulminis poteſtas Ioui, Vulcano: & Mineruæ: ſi Ser. credimuus. ⸢Fulmine): fulgur, & fulmen ita diſtinguunt̃. eſt fulmen telum: quod iacit̃, fulgur ignis, qui coruſcat fulmine. au. Nonio. ⸢Mens quo ſic. f. ve.) vecors eſt turbati, ⁊ mali cordis: vt ait Fe. & Marſiam. d. Marſias autem Hyagnis muſici filius fuit Phryx, barbarus, vultu ferino, trux: hiſpidus barba: ſpinis, ⁊ pilis obſitus: qui gloriabundus Apollinē ad Citharam, & muſicam auſus eſt prouocare muſis, & Minerua iudicibus. Dio. vero Niſeis. d. qui victus velut vrſus bipes corio execto: nudis laceriſq; viſceribus fuit, vt Apu. eſt au. inde in fluuium ſui nominis verſus, vt in Meta. ⁊ apud Dio. in. iiii. legitur. ⸢Vtq; Dry.) Lycurgi quatuor fuer̃ Nemeus: qui primus aquā vino miſcuit: quare auth. Lact. eſt in mari obrutus: alius, qui leges Lacedemoniis dedit, de quo Iuſt. in. iii. & Vale. vbi de ingratis loquitur: alius vnus ex. x. oratoribus Athenienſibus, qui vno tempore fuere, vt Cic. tradit: & hic Dryantis filius Thraciæ rex: qui vt in. vi. Ilia. ab Ho. traditur, temulentas Bacchi cōmites eſt inſecutus, easq; ꝓ nihilo habuit pariter & Bacchum, F qui timore perterritus in maritimis fluctibus ſe abdidit, à Thetide in ſinu receptus: quare Iup. perpetua cecitate Lycurgum affecit, nec multo poſt interfecit. Dio. aliam in. iiii. refert nobis hiſt. alii vero dicunt in contemptum Bacchi cum vites putaret: crus propriā amputaſſe, vt nunc Oui. ſcri. ⸢Rhodopeia.) Rhodope mons eſt Thraciæ. Plin. autem Macedoniæ ſcrib. dictus à Rhodope, quæ ibi ciuitatem ſui nominis ædificauit. ⸢Vt fuit Oe.) Her. vt ſuperius oſtendimus, ex Alcmena, & Ioue natus: Neſſum Centaurum cum occidiſſet, ab eo Deianira Herculis vxor tunicam hydræ veneno intinctam accepit, qua perſuaſerat mulieri poſſe virum facile alieno amore, ſi quādo detineretur, ad ſe reducere. cum itaq; Her. Lycham domeſticum ſuum in monte Ceneo ſacrificaturus: ad Deianiram miſiſſet, vt veſtem, qua in ſacris uti conſueuerat, ad ſe ferret (perceperat autem Deianira Ioles amore Herculem teneri) cupiēſq; ipſum ad ſe allicere, tunicam, quam à Neſſo habuerat, miſit, qua indutus. Her. immenſis doloribus afficiebatur. q̄; obrem Apollinem conſuluit: qui vt pyram in Oeta monte non procul a Parnaſſo teſte Proclo conſtrueret: ipſum iuſſit: de reliqs vero diis curam relinqueret, quo facto in pyram ſe proripuit, atq́; ita uita functus anno. lii. ætatis ſuæ, vt tradit Diod. q̄; uis alii. xxx. tantum dicant au. Euſeb. qui ob morbum peſtilentem ait in flammas ſe conieciſſe; ſiue intelligit: poeta ipſius inſaniā, qua, cum ab inferis rediiſſet, torquebatur: vxorem etenim vo-

aſs, calligones, cuius Vir Aiax Telamonius.

A luit occidere,alioſq; q̄; plures amicos, vt a Seneca oſtenditur. fuit Her. melancholicus teſte Ariſt. quare facile potuit inſanire. ⸢Generoq; dra.)notum eſt Athamantem Iunonis odio in furorem verſum filium Learchum puerum interfeciſſe:&,Ino vxorem Milecertamq; filium perſecutum, quos marinos deos Neptunus fecit, quemadmodum oſtendimus ſuperius: fuit hic Athamas Æoli filius Thebarū rex, cui Ino Cadmi ⁊ Harmoniç filia nupſit, qui verſi in dracones fuere, vt in Meta legitur. ⸢Thiſameniq; pa.) Thiſamenus Achaiæ tyrannus Ariſtophanum patrem habuit, qui cum filia concubuit: vt vetus ſcri. interpres. quare eſt à diis in furorem verſus: legimus etiam apud Euſe. & Stra. Thiſamenum Oreſtis filium Mycenis imperium habuiſſe, cuius pater propter Clytæneſtræ matris cædem inſaniuit. ⸢Callirhoeſq; vi.) Pœantidem, ſiue Pentheum vetus interpres ſcri. vxo. interfeciſſe: vt inde commode concubinam habere poſſet: ſed ab vxoris affinibus potionatus in furorem eſt verſus: nonnulli dicunt Calligonem Aiacis Telamonii vxoré. cuius (vt vulgatū eſt) cóiux in inſania vſq; ad mortem permanſit, ſed nuſq; legimus Aiacem habuiſſe vxorem: amicam autem Tecmeſſam, cuius filius fuit Euryſaces: cuius, vt multi, ita Sophocles meminit.

ASCEN. ¶VEL is).ſ. Hector ⸢Qui luſtrauit)ideſt tractus circuiuit. corpore ſuo. ⸢Mœnia).ſ. Troiana. ⸢Non diuturna).i. nó diu duratura. ⸢Quæ fuerat tutatus ſæpe) quia ſpatio decennali. Diuturna eſt hic pentaſyllabum. Sunt qui Achillea, nó Achil-
B leia legant Offendi Commentarios Calderini hoc loco mutilos: & inuerſos: Nam de Perillo, & ære Paphio, quæ poſtea dicenda ſunt, deſeruerunt. ⸢Vtq;) & vt. ⸢Hippomeneia)ideſt Hippomenis filia. ⸢Paſſa nouum genus pœnæ) quia deprehenſa in adulterio ab equo famelico, cum quo à patre concluſa eſt, abſorpta eſt: & ⸢Vt adulter fert tractus humo Actæa) D ideſt aut littorali, aut Attica. ⸢Sic vbi) ideſt poſtq̄;. ⸢Vita te liquerit artus tuos inuiſos, ⸢Equi vltores) ſcilicet ſcelerum tuorum rapiant turpe cadauer tuum. ⸢Et aliquis figat ſcopulis) ideſt ad ſcopulos tua viſcera ſic, ⸢Vt viſcera graia) hoc eſt, Græcorum ⸢Fuere fixa, ſub ſinu Euboico) ad Capharea. ſ. montem. ⁊. ⸢Vt ferox raptor) ſcilicet Caſſandræ priamidos, quam in templo Palladis rapuit Aiax Oilei, vt tangit Virgi. Æne. i. ⸢Periit) ſcilicet per manus Palladis. ⸢Et fulmine & æquore) quia Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem, Diſiecitq; rates, euertitq; ęquora &c. ⸢Sic ignis) ſcilicet fulminis, adiuuet aquas merſuras te. ⸢Mens quoq; vecors agitetur ſic furiis vt) ſup. agitata eſt. ⸢Illi) ſcilicet Marſiæ prouocatori Apollinis. ⸢Qui habet vnum vulnus in toto corpore) quia excoriatus erat. ⸢Vtq;) Ordo eſt: Et ſup. ſis. ⸢Haud) ideſt non. ⸢Diſpar ingenio) ideſt per ingenium tuum. ⸢Dryātidę) ideſt Lycurgo Dryantæi filio: ſcribitur autem Lycurgus: ſed profertur Lygurgus. ⸢Tenenti regna Rhodopeia) ideſt Thraciam, vbi eſt mons Rhodope. ⸢Cui).ſ. Lycurgo. ⸢Cultus erat pede) quia volens colere, & putare vites, incidit crura. ⸢Et ſup. mens ſit) ſcilicet inſana. ⸢Vt fuit quondam) ideſt cū inſaniret. ⸢Oetæo) ſcilicet Herculi: & ⸢Genero Dracorum) ideſt Athamanti Cadmi in draconem verſi genero: qui etiam in furorē verſus: ⁊ ut fuit. ⸢Patri Thiſamani, aut Thiſameni) alii legunt. ideſt Oreſti Thiſameni patri: qui Oreſtes, quia matrem interemerat, diu furiis vexatus eſt: ⁊ vt fuit. ⸢Viro)ideſt E marito, ⸢Calligones) ideſt Aiaci Telamonio, qui ob abiudicata Achillis arma furore correptus eſt. ⸢Nec matrona contingat tibi pudicior) Errant ergo, qui præcipiunt pudicitior formari.

Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuiſſe nuru.
Quæq; ſui Venerem iunxit cum fratre mariti,
Locris * in ancillæ diſſimulata necem.
Tam quoq; Dii faciant poſſis gaudere fideli
Coniuge, quàm Talai, Tyndareiq; gener.
Quæq; parare ſuis letum patruelibus auſæ,
Belides aſſidua colla premuntur aqua.
Biblidos & Canaces ſicut facis * ardeat igne,
Nec niſi per crimen ſit tibi fida ſoror.

* a.l. Locrin

* a.l. facis

ZARO. ¶NEC ti. cont.) Adraſtus rex tres filias habuit: Deiphilá, quam Tydeo deſpondit: vnde natus eſt Diomedes: Argiam Polynicis vxorem, ⁊ Ægialá, quæ ipſi nupſit Diomedi: qui ad Troiam cum cæteris Græcis nauigauit, vt in Iliad. Ho. ſcrib. vnà cum Sthenelo auriga, qui Diomedi perſuaſit: vt ad cuſtodiam domus calamiſtratum quendam præficeret: hic autem rem cū Aegiala habuit: cumq; domum Diomedes reuerteretur, ex domo ab adultero eſt propulſatus: quē, ni in Palladis templum fugiſſet, ét occidiſſet: à pudore autem impudicæ vxoris in Italiam venit, à Dauno: qui tunc Appuliam occupabat, benigne ſuſceptus: cuius ſocii i Heroidas aues ſunt mutati: au. Por. ⁊ Ditis. ⸢Matrona) matronas, ait Feſt.
C appellabant eas ferè: quibus ſtolas habendi ius erat. Nonius vero, quæ ſemel peperit, matronaſ innuit appellari vel (vt alii) locupletiorem. ⸢Quæq; ſui Ven.) Hypermneſtra vna ex .l. filiabus Danai cum fratre mariti concubuit: noctuq; deprehenſa, beneficio tenebrarum euaſit, & ne palam incæſtus fieret: Locri ancillam occidit, ac famulum: quaſi in concubitu eos inueniſſet. ⸢Coniuge q̄; Ta.) quemadmodum ex Statii Thebaide didicimus, pariter ⁊ Diod. in hiſt. Septem reges ad Thebarum excidium iuere, ex quibus Amphiaraus Lini, ⁊ Hypermneſtræ filius fuit: hic vaticinandi ſcientiam optime percalluerat: qui cum cognouiſſet in ea expugnatione fore vt vita fungeretur: ſe occultauit: at Eryphile vxor Talai filia ipſum manifeſtauit, corrupta monili Argię Polynicis vxoris, quod olim à Telchinibus fratribus in Sicilia fuerat fabricatum: auth. Lact. non ergo irritus fatorum fuit ordo. namq; hiatu terræ Amphiaraus dicitur abſumptus: qui filio Alcmæoni imperauit, vt in uindictam matrem interficeret: quam rem cum Alcmæon peregiſſet, inſanus factus eſt, vt Sophocles in Tragœdia ſcri. tradit autem Dio. Veneris, non Argiæ monile fuiſſe: & Hermione tradidiſſe: obortaq; inter Adraſtum, & Amphiaraum diſſenſione, Eryphilen iudicem electá: quam ⁊ alterius ſororem, Amphiarai vero vxorem extitiſſe, proq; fratre ſententiam dediſſe, vt ad bellum coniux ſe conferret: quare ratum Amphiaraum ſe ab vxore proditum, Alcmæoni: vt Eryphilem matrem occideret, iuſſiſſe. ⸢Tynda. ge.) Oebalus Pericli filius, dominatum in Lacædemonia tenuit, habuitq; filios Icariū: ex quo nata Penelope: Tyndareum, qui Ledam genuit: Arnem, ⁊ Hippothoontem illegitime natum: ex Leda autē Io. compreſſu Clytæmneſtra orta eſt, quæ Agamemnoni nupſit: qui Troiano bello Græcis omnibus præfuit: cumq; domum, reuerteretur ab vxo. ac Agiſto occiditur: perſuaſerat enim Clytęmneſtræ Nauplius ipſum Agamemnona Caſſandram Pria- F mi filiam pellicem ſecum ducere: vt Porphy. & Ditis teſtátur. ⸢Quæq; pa. ſu.) Danai filias .l. quarū ſuperius meminimus. ⸢Aſſidua) continua. Aſſiduum ab aſſidendo perpetuum, & continuum ſignificat: cum vero ab aſſe, ⁊ do componitur: au. Cic. in Topicis: diuitem intelligimus. ⸢Biblidos) Biblis Mileti ex Cyane filia fuit, quæ amore Cauni fratris capta, ſuum ipſi amorem manifeſtauit: à quo ſpreta aliquamdiu peragrauit, lachrymis nunq̄; parcens: tandem eſt in fontem verſa, vt in Meta. Oui. ⸢Et Ca.) in .x. Odyſſeæ ſcri. Ho. Aeolum .xii. habuiſſe filios, ſex mares: totidemq; fœminas: quas fratribus in matrimonium dedit: ex quibus Canace Maca. virum habuit. attamē Oui. ab Ho diſſentire in Heroidibus videtur: cum Canacen puerum peperiſſe ſcri. eumq; Aeolum ſtatim occidi iperaſſe, ⁊ filiā i carcere tenuiſſe.

¶ILLA) ideſt q̄; fuit illa. ⸢Qua nuru) ideſt marita. ⸢Potuit Tydeus erubuiſſe) ſicut erubuit de Aegiala vxore ſua. Et ſup. q̄; illa ſcilicet Hypermneſtra. ⸢Locris) ideſt: Locrenſis: eſt enim patronymicum a patria. Quæ iunxit Venerē) ideſt coiuit cum fratre ſui mariti. ⸢Diſſimulata in necē.) ideſt p mortem ancillæ, quam interfecit mane, tanq̄; in adulterio depre- ASCEN.

A henſam: vt ſe adulterii hoſtem, & immunem per hoc ſignificaret. ¶Et dii faciant quoq;) .ſ. vt poſſis gaudere. ¶Tam).i.tantum coniuge fideli. ¶q;).i.quantum ſup.gauiſus eſt. ¶ Gener Talai).ſ. Amphiaraus: qui ab Eryphile Talai filia proditus, eã necari iuſſit. ¶Et gener Tyndarei).i.Tyndari, ſed more Thucydidis à nominatiuo Tyndareus formatur .ſ. Deiphobus, q vt dicit ipſe. vi. Æнei. ab Helena coniuge proditus, tota facie deformatus eſt, atq; deinde occiſus. ¶Et q; ſup. mariti earum, videlicet Belidum. ¶Quæ Belides) .i. Beli neptes Danai filiæ auſæ parare. ¶Letum).i.necem: ¶Patruelibus ſuis).i. patrui filiis, quibus nupſerant. ¶Premuntur colla).i.habent colla depreſſa. ¶Aſſidua aqua) quam in vaſis ſine fundo ferre coguntur apud inferos. ¶Soror) ſup.tua. ¶Ardeat igne, ſicut facis) ideſt ardoris Biblidos, quæ Caunum fratrem turpiter amauit. ¶Et Canaces) quæ etiam Macareum turpiter adamauit. (Nec ſit tibi fida niſi per crimen) .ſ.incæſtus. D

Filia ſi fuerit, ſit quod Pelopeia Thieſti,
Myrrha ſuo patri, Nyctimeneq; ſuo.
Filia ne' ue magis capiti ſit fida parentis,
Quàm tua uel Pterela, uel tua Niſe fuit.
Infamemq; locum ſceleris quæ nomine fecit,
Preſſit & inductis membra paterna rotis.
Vt iuuenes, pereas, quorum faſtigia uultus
Olim Piſeæ ſuſtinuere * foris.
Vt qui perfuſam miſerorum cæde procorum,
Ipſe ſuo melius ſanguine tinxit humum.
Proditor ut ſæui periitq; auriga tyranni,
Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ.

* a.l.fores

ZARO. ¶PELOPEIA Thyeſti) Thyeſtes Pelopis ex Hippodamia filius, ut Sene. tra. inſcius cum filia rem habuit, ex qua natus eſt Aegiſthus à capris nutritus, vnde ⁊ nomẽ habet ¶Myrrha .ſ.p.) fuit Cynaræ Cypriorum regis filia Myrrha, quæ, vt in. x. met. ab Oui. oſtenditur, inſcio cum patre concubuit: à quo cognita, penè fuit, quin occideretur: nam B ſtricto gladio eam petijt, quæ in pedes ſe dedit in Arabiam vſq;, ubi in Myrrham arborẽ dicitur mutata, & Adonem formoſiſſimum edidiſſe, qui adeo à Venere creditur amatus. ¶Nyctimeneq; .ſ.) Nycteus Neptuni filius Æthiopum rex, Antiopam, ⁊ Nyctimenen filias habuit: aſſecuta eſt patris concubitum Nyctimene, quã cognito facinore, pater voluit occidere: ſed in auem nocturnam eſt mutata: vt Lact. ſcribit. extat & Oui. in Met. carmen. ¶Quam t.u.Pte.) Meſtoris ⁊ Lyſidices filiæ Pelopis Hippothoe filia à Neptuno compreſſa, Taphum, & Teleboam filios peperit: qui de ſe nominarũt Teleboas, & Taphios populos: Taphus Pterelam filium habuit, aureum capillum, ac fatalem in vertice habentem: ei Cometho filia fuit, ⁊ filii mares Cronius tyrannus: Ampulus, Cherſidamas, Meſtor, & Euueres: Electrionis autem, qui cum vxo. Alexo dominabatur Mycenis, filia fuit Alcmene, filij mares Stratobates, Gorgophonus, Philomorus, Ceneleus, ⁊ Lycinius nothus à Media: quæ fuit Phrygia. cupiẽs itaq; Pterela Mycenis dominari, filios omnes miſit cum exercitu: ut Mycenas eriperent Electrioni: quibus obuiam filios ſuos pariter miſit Electrio: commiſſum eſt prælium, & cæſi ſunt Pterelę filij præter Euuerem, omnes: Electrionis quoq; omnes præter Lycinium: Thaphii tamen abſtulerunt boues Electrioni, eaſq; expoſuerunt C apud Polyxenum Helienſium regem: Electrio interim daturum ſe Alcmenam filiam, ⁊ regnum pronunciauit, qui horũ vlciſceretur iniurias. Amphitryo Alcæi filius negocium capeſſit, & à Polyxeno boues aufert. in itinere forte à grege boum vna aberrauit: illam fuſte inſectatus petiuit, ſed pro boue Electrionem percuſſit, ipſumq; occidit. Sthenelus tunc rerum Electrionis adminiſtrator Amphitryonem fugientem inſectatus eſt: Thebas ſe recepit Amphytrio ad Creontem regem: ubi purgatus eſt: deinde it cum exercitu in Thaphios vt vlciſcatur: quam intulerant, iniuriam. rex Pterela aciem contra inſtruit: Cometho eius filia vtpote Amphitryonis amore capta, comã de patris vertice abſcidit: qua inuictus à Neptuno factus erat: inde facile ab Amphitryõe ſuperatur occiditurq;: victoria potitus Cometho filiam Pterelæ negligit Amphytrio: Alcmena potitur vxore. Ariſtarchus in Heſiodum huius eſt rei author. ¶Vel t. n. fuit) Scillæ duę fuerunt, vna Phorci, ⁊ Creteidos nymphæ filia, quam Glaucus Deus marinus amauit, & Circes veneficijs in feram mutata, vt in. xiiii. Ouid. ſcri. Ser. Lact. q;: altera vero Niſi Megarenſium regis filia, quæ, cum Minos contra Megarenſes bellum ageret propter Androgei filij mortẽ, capta ipſius dr̃ amore, cui comam purpuream parentis abſciſſam obtulit: quam Niſus habebat conſecratam: tantumq; regno potiri datum ipſi erat, quantum illam comam habuiſſet intactam: dehinc Scylla eſt à Minoe contempta, quæ in Cyrin auem eſt verſa, Niſus vero in Alietum, ut Ser. ⁊ Oui. in. viii. Meta. tradunt. ¶Infameq; lo. ſce.) campus Romæ nomine fuit ſceleratus proxime portã Collinam, in quo virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerãt, ſunt defoſſæ, eſt etiam Porta ſcelerata: quæ ⁊ Carmentalis dicta eſt, ꝙ per eam ſex ⁊ trecenti Fabij cum clientibus mil. v. egreſſi aduerſus Hetruſcos ad amnẽ Cremeram ſunt interfecti: vicus quoq; ſceleratus erat prope Cyprium vicum. dictus au E tem ſceleratus, ꝙ cum Tarquinius ſuperbus interficiendum curaſſet Seruium Tullum regem ſocerum ſuum, ꝑ corpus eius iacens filia Tullia carpento ſubuecta ſit, properante in poſſeſſionem domus paternæ, & hoc nunc tangit poeta: habes au. M. Var. Feſt. Pom. & Li. in .i. ab vrbe condita. ¶Vt iu.p.) Oenomaus Piſæ, ⁊ Helidis ciuitatum rex Martis: ⁊ Aeginę Æſopi fili⁹, vt alii Eurythoes Danai, Hip. vnicam filiam habuit, cui finem vitæ ſciſcitãti ab oraculo reſponſum eſt: tum obiturum cũm filiam deſpondiſſet. igitur in perpetua virginitate filiam tenere decreuerat. ueruntamen multis puellam poſcentibus, huiuſmodi obtulit conditionem, ut curule fieret certamen: victoriq; Hip. daretur: victo vero mors: curſus autem talis erat. Oenomaus Io. arietem ſacrificabat: qui uirginem uolebat, quatuor equorum ferebatur curru: Oenomaus ſacris peractis curſu ſequebatur præcedẽtem auriga Myrtillo: aſſecutum haſta, quam geſtabat manu, interficiebat, hoc itaque modo iuuenes, xiii. periere: ut Pyndarus ſcri. ex quibus Marti aram erigere voluit, quorumq; capita foribus affigebat. venit Piſam Tantali filius Pelops, cuius amore exarſit ſubito Hippodamia, qui aurigam primi coitus pactione corrupit. alii tamen alia tradunt mercede corruptũ. factis autem cereis axibus ab Auriga primus Pelops ad aram F Neptuni venit, ⁊ proinde victoria potitus: erat curſus à Piſa ad Neptuni aram, quæ eſt apud Iſthmum Corinthi: qua ex re Oenoma⁹ vitę ſuæ tempus ratus aduenisſe, ſibi mortem conſciuit. Pelops vero ſumpta Hippodamia vxore, Piſæ regnum tenuit: vt Pindarus. Dio. Ouid. Sene. & Ser. tradunt. ¶Vt qui perfuſam) Oenomaum dicit, qui ut modo docuimus. xiii. procis interemptis ſeipſum à Pelope victum interfecit. ¶ Procorum) procare inquit Feſt. poſcere eſt: vnde ⁊ proci, ⁊ meretrices procaces. ¶Proditor ⁊ ſæ.) Myrtillus Mercurii filius ⁊ vnius Danaidum Phaetuſis, alii Clymenes. alii Myrtus ex Amazonibus, vt Pherecydes: cum ab Hippodamia promiſſum præmium poſceret: à Pelope eſt in mare præcipitatus, cui nomen dedit: nã Myrtoum dr̃ pelagus, eſtq; inter Ioniũ & Aegeum. Pli. autem Myrtoum mare ſcribit: appellari ab inſula parua, quę cernitur Macedoniam à Geraſto petentibus.

ASCEN. ¶SI filia fuerit tibi. ſit) ſup. tibi id videlicet mœcha incæſta. ¶Quod Pelopeia) ſup. fuit. ¶Thyeſti.) .ſ. patri: qui ex ea Aegiſtum adulterum genuit ⁊ quod fuit. ¶Myrrha ſuo patri) ſcilicet Cynaræ: ⁊. ¶Nyctimene ſuo patri) .ſ. concubina incæſta. ¶Neue) .i. vel ne. ¶Filia) .ſ. tua, ſiquam habeas. ¶Sit magis fida capiti parentis) .ſ. tuo. ¶Quam ò Pterela) rex Thebarum. ¶Tua) ſup. filia videlicet Creonte, à qua necatus es: ſup. fuit capiti tuo. ¶Vel q; o Niſe) rex Megarenſium. ¶Tua) ſup. filia. ſ. Scylla fuit capiti tuo, quæ tibi capillum conſecratum, ⁊ fatalem abſtulit; hoſtiq; tuo Minoi in perniciem regni tui tra

A didit. Et ſup. q̄; fuit. ⸢Patri ſuo Tarquinio priſco Tullia, quæ fecit locum infamem nomine ſceleris, vocatus eſt enim uicus ſceleratus. ⸢Et preſſit membra paterna rotis inductis) quia fecit currum, in quo inſidebat, trahi ſuper cadauer patris proſtrati: ut Liui. recitat in pri. ⸢Vt iuuenes, pereas) Nouas continue ſubinfert imprecationes. Ordo autem eſt. ⸢Pereas ut) ſup. perierunt. ⸢Quorum uultus). i. oris, ⸢Fores Piſeæ ſuſtinuere olim faſtigia). i. ſublimitatem, hoc eſt capita eorum, qui ab Hippodamia uicti: atq; detrũcati erant. Et pereas. ⸢Vt is). ſ. Oenomaus. ⸢Qui tinxit ſanguine ſuo melius). ſ. iuſtius: ⁊ decentius. ⸢Humum perfuſam cęde) ideſt cruore. ⸢Miſerorum procorum) ideſt petitorum nuptiarum filię eius. Et pereas. ⸢Vt proditor) ſcilicet auriga ⸢Sæui Tyranni) Oenomai uidelicet perijt: ſcilicet Myrtillus. ⸢Qui fecit Myrtoæ aquæ) ideſt mari Myrtoo: ut in prima oda Horatij. ⸢Noua nomina) quia à ſe denominauit, poſtquam ſubmerſus erat. D

Vt qui uelocem fruſtra petiere puellam,
Dum facta eſt pomis tardior illa tribus.
Vt qui tecta noui formam cælantia monſtri
Intrarunt cæcæ non redeunda domus.
Vt quorum Aeacides miſit uiolentus in altos
Corpora cum ſenis altera ſena rogos.
Vt quos obſcuris uictos ambagibus oris,
Legimus infandæ Sphinga dediſſe neci.
Vt qui Biſtoniæ templo cecidere Mineruæ,
Propter quod facies nunc quoq; uerſa deæ eſt.
Vt qui Threicii quondam præſepia regis
Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.
Therodamanteos ut qui ſenſere leones,
Quiq; Thoanteæ Taurica ſecra deæ.

ZARO. ¶VT Qui ue.) Atalantã alteram compreſſit Menalion, alij legunt Mimalion. alteram Hip. ut inquit Heracleon: fuit & quam Meleager habuit, ut Apollonii docet interpres. duas Atalantas fuiſſe certiſſimum eſt, ait Lactan. unam Arcada, cuius Parthenopeus eſt filius: alteram de Scyro nobilem, quam Hippomenes currẽdo ſuperauit, proijciendo tria aurea poma conſilio Veneris, de qua nunc à poeta fit mẽtio habuerat ab oraculo Atalãta Schœnei filia, quæ in Scyro ꝑmanebat, ac uenatibus uacabat, ut connubium euitaret, B ſed quia à multis poſcebatur, erat enim forma admodum conſpicua, conditionem procis dedit: ut pedibus currerent, uictiſq; interitus daretur, uictoribusq; puella, quæ quia pedum uelocitate inſignis erat, multos interemit. Hippome. autem Megarenſi filius, Neptuniq; nepos, cum antea, ut ſtultos curſores damnaſſet, uiſa puella adeo exarſit, ut quamprimum cuperet antea improbatum, ſed non ideo fruſtratus eſt: nam auxilio à Venere implorato, facile uicit, quæ ei tria aurea mala ex Damaſceno agro in Cypro nulli uiſa tradidit: licet ex horto Heſperidum fuiſſe quidam græci ſcribant: quibus intercurrendum proiectis, puella eſt retardata, ac uicta, cumq; in templo Cybeles à Venere concitatus, qui non gratias egerat, concubuiſſet, ira Deæ in Leonem pariter & Atalanta uerſus eſt. ⸢Vt qui tecta noui) Androgeus Minois ex Paſiphae filius, cum in certaminibus Athenis omnes ſuperaret, in Pallantiſq; filios amicitiam ueniſſet, ab Ægeo timore, ne quandoq; à filiis Pallãtis auxilio Minois à regno pelleretur, per inſidias Thebas ad ſpectacula proficiſcens, circa Inoen terræ Atticæ occiditur: Minos autem filij cæde bellum Athenienſibus indixit famem pariter, ⁊ ſiccitatem eis imprecatus. vnde ſiccitas maxima Græciam omnem oppreſſit: quare belli duces oraculum conſuluere, à quo iuſſi ſunt ad Æacum ire: ut pro eis uota faceret, cumq; omnes Græcie urbes, præter unas Athenas a ſic- C citate uacarent: rurſus decreuerunt Athenienſes deum conſulere. qui admonuit: ut quas uellet Minos pro filio, pœnas darent. præcepit Minos. vii. pueros totidemq; uirgines ſingulis annis, quoad uiueret, deuorandos Minotauro dari, alij autem dicunt. ix. quoq; anno pueros traditos: rurſus Minos annis vii. trãſactis Athenas eſt caſtrametatus: bis ſeptemq; pueros petiit: cui traditi etiam ſunt. Theſeus uoluit & ipſe tanto ſe periculo exponere: quia inter ciues rumor erat ipſum malorum cauſa à periculis abeſſe: qui Ariadnæ auxilio uictor domum redijt. Plutar. & Diodo. autho. ⸢Vt quorum Æaci) Hom. lib. xviii. Iliad. oſtendit quantum nunciato ab Antiocho Patrocli filii Menœtii Achil. interitu, anxerit, dolueritq; Achil. qui corpori Patrocli non antea exequias ꝑſoluere pollicetur, quã ⁊ interfectoris arma & caput attulerit, nec non. xii. ex nobilioribus Troianis ante rogum truncauerit, quod impigre, ut ſuperius attigimus, tranſegit. ⸢Vt quos obſcuris) Sphinx bellua eſt fuluo pilo: ut in. viii. Pli. docet, mammis in pectore geminis, quam Aethiopia generat uerum Sphingis, cuius nunc poeta meminit, formam huiuſmodi fuiſſe tra. Soph. interpres faciei capitiſq; puellæ, corporis canis, alarum auis, uocum humanorum, leoniſq; unguium: quæ Echidnæ, ⁊ Cerberi filia fuit: ut Heſio. in Theo. ſcrib. ⁊ Thebas uenit: ac hominibus tale ænigma proponebat: q̃d animal bipes, inde tripes, ac quadrupes eſſet: ſoluenti præmium dabatur Iocaſtæ connubium, Thebanorumq; regnum: ignoranti vero mors. ſolus Oedipus hominem eſſe dixit: qui infans quatuor it pedibus: ætate auctus duobus, iam ſenior factus tribus: nam baculo æque ac tertio pede ſuſtentatur. Sphinx uicta ex alto loco ſe inde pręcipitem dedit. Oedipus autem & matrem, ſimiliter ac regnum tenuit, ut E iam oſtenſum eſt. Diod. auth. qui hanc complexus eſt hiſ. in v. ſuarum hi. li. ⸢Vt qui Bi.) Biſtones populi ſunt Thraciæ: unde Palladis ſimulachrum ad Lacedemonios trãſlatum eſt: apud quos impia lex eſt ꝓmulgata, ne alicui hoſpiti Spartæ commorari liceret: ſpreta autem lege Lemnij Spartam uenere: quos in templo Palla. Spartani occidere: quo facinore pariter, & impietate, deæ imago torua apparere creditur, ut uetus ſcri. interpres. ⸢Mineruæ) Minerua, quia bene moneat dicta: hanc pagani pro ſapientia ponebant. Cornificius uero, ꝙ fingatur, pingaturq; minitans armis, eandem dictam putat, teſtis eſt Fe. ſi autem Ci. aſtipulamur: ꝙ qua ſi uis minuetur, dicitur: græce Pallas nuncupatur à uibrando: unde Palladium. Quinq; fuiſſe Mineruas in. iii. de Na. Deo. do. Cic. prima Apollinis fuit mater. ii. orta Nilo: quam Ægyptii Saitem colunt. iii. ex Ioue nata. iiii. Io. & Coriphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant: & quadrigarum inuẽtricem ferunt. v. Pallantis: q̄; patrem dicitur interemiſſe virginitatem ſuam violare conãtem: cui pinnarum talaria affigũt. ⸢Tor. deæ) terribilis. toruus enim terribilis dicitur, ut tra. Ser. ⸢Vt qui Thero.) Diom. Thracius equos æreis præſepibus, catheniſq; ferreis tenebat: quos humano corpore paſcebat: hos iuſſu Euryſthei Hercu. ad ipſum abduxit: quos Euryſtheus Iunoni ſacrauit: quorum propago ad Alex. Macedonis F tempora fuit: ut Dio. teſtatur: ⸢Thero.) Therodamas rex Scythię, ſicut uetus docet interpres: timens ne per inſidias occideretur, leones hominum ſanguine alebat: quo magis ſęuirent: ut ſi caſus poſtularet, ad crudelitatem paratos haberet: huius in i. de ponto Oui. meminit. Non tibi Therodamũ, cruduſq; uocabitur Atreus: Quiq; ſuis homines pabula fecit equis. ⸢Quiq; Tho.) Thoantem Liberi patris filium fuiſſe Lact. au. liquet: cuius filia fuit Hypſiphile. Hic in Tauricam Scythiæ regionem uenit, quo tempore Lemnij uiri à mulieribus ad unũ, præter ipſum Thoantem ſunt enecati: ut paulopoſt apparebit: uouerat enim ibi in templo Dianæ Tauricę ſacerdotio fungi. ſolebant autem Deæ ſacerdotes ex Hecates inſtituo, quæ ipſi templum erexerat: nauigantes ſacrificare, ut in. v. Diod. docet. nunc huius meminit crudelitatis poeta. de qua etiam Hortat. in Carm. eſt locutus.

ASCEN. ¶ET Pereas) ut illi. ⸢Qui petiere fruſtra puellam uelocẽ) ſcilicet Atalantam. ⸢Dum). i. donec. ⸢Ipſa eſt facta tardior). i. tardata ab Hippomene. ⸢Tribus pomis). ſ. colligendis, quæ ille à Venere acceperat. dicit bene dum. i. donec: quia illis tardatam non fruſtra petijt. Et pereas. ⸢Vt) ſup. illi. ſ. Athenienſes.

A qui intrarunt tecta cæcæ domus) ſcilicet labyrinthi excæcantis ita, ut exitus reperiri nequiret. ¶ Cælantia) ideſt occultantia. ¶ Formam noui mõſtri) ſcilicet Minotauri partim hominis, partim tauri. ¶ Non adeunda) ideſt quæ adiri non debebant: quia omnes adeũtes perierunt uſq; ad Theſea. Et pereas. ¶ Vt) ii. ¶ Quorum ſena altera corpora) ſcilicet Troianorum. ¶ Aeacides) ideſt Achilles uiolentus ¶ Miſit cum ſenis) ſup. corporibus. i. aliis ſex etiam Troianis fortiſſimis ¶ In altis rogis) aut potius in altos rogos. ſ. Patrocli: ut inferias illi faceret. Et pereas. ¶ Vt) illi perierũt. ¶ Quos uictos à Sphinge). ſ. ambagibus: ideſt ænigmatis: ſeu ænigmatibus. ¶ Oris). i. ſermonis, aut orationis. ¶ Obſcuri). i. difficulter intelligibilis. ¶ Nos legimus Sphinga) ideſt monſtrum illud ¶ Dediſſe neci) ideſt morti. ¶ Infandæ) ideſt deteſtabili. ¶ Quos, ⁊ uictos) accuſatiui, reguntur à dediſſe à parte poſteriori: ſed pręconſtruũtur propter relatiuum. ¶ Sphinga uero accuſatiuus a nominatiuo Sphinx Sphingos regitur ab eodem uerbo a parte ante. Si uelimus adiectiuum uictos diuiſim conſtruere: ordo eſſe poſſet: Et quos legimus Sphinga dediſſe neci infandæ uictos ambagibus oris obſcuri. ¶ Et pereas) ſup. ut illi uidelicet Lemniaci. B ¶ Qui cecidere in templo Mineruæ Biſtoniæ). i. Thraciæ; hoc eſt ferocis, more Thracum. ¶ Propter D quod) ſcilicet facinus. ¶ Facies deæ) ſcilicet Palladis. ¶ Eſt tecta quoq;) ideſt etiam nunc: quia ſcilicet tunc tale facinus inſpicere nolens faciem auertit. Quod ſæpe feciſſe legitur: unde Ænei. i. de ea dicitur: Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat. ¶ Et pereas ſup.) ut illi. ſcilicet hoſpites Diom. Biſtonii: ſeu Thracii. ¶ Qui fecerunt quondam) ideſt aliquando. ¶ Præſepia) ſcilicet equorum. ¶ Regis Threicii) ideſt Tracii, ſeu Biſtonij: uidelicet Diom. quem Her. poſtea interemit: fecerunt, inqt. ¶ Sanguinolenta) ideſt ſanguinis plena: aut ſanguine humano aſperſa. ¶ Dapibus ſuis) ideſt pabulis de ſe factis: qa ipſi apponebantur equis. ¶ Therodamantæos & cętera) Proſequitur inceptum: atq; ordo eſt: Et pereas ſup. ut ii. ¶ Qui ſenſere leones Therodamantæos) ideſt quos Therodamas in Scythia, aut Numidia humanis alebat corporibus. Et ſup. ut illi. ¶ Qui ſenſere ſacra Taurica) ideſt quæ fiebant in Taurica regione ex humanis corporibus. ¶ Deę Thoanteæ) ideſt Dianę: quam Thoas rex uenerabatur eiuſmodi ſacrificio: ut Serui. late docet ad illud. ii. Ænei. Sanguine placaſtis uentos, ⁊ uirgine cæſa: Sanguine quęrendi reditus. Et pereas ſup. ut ſocii Vly. E ¶ Quos pauidos) ſcilicet propter periculum maris.

Vt quos Scylla uorax, Scyllæq; aduerſa Charybdis
Dulichiæ pauidos eripuere rati.
Vt quos * demiſit uaſtam Polyphemus in aluum: *a. l. dimiſit
Vt Leſtrygonias, qui ſubiere manus.
Vt quos dux Pœnus merſit putealibus undis,
Et iacto canas puluere fecit aquas,
Et uelut Icaridos famulæ periere prociq;:
Inq; caput domini, qui dabat arma procis.
Vt iacet Aonio luctator ab hoſpite fuſus,
Qui (mirum) uictor, cum cecidiſſet, erat:
Et quos Antæi fortes preſſere lacerti,
Quosq; feræ morti Lemnia turba dedit.

ZARO. ¶ VT Quos Scy. uo.) in freto Siculo eſt ſcopulus Scylla, item Charybdis mare uorticoſum: ambo clara ſæuitia inquit Plin. ubi Vly. naufragio, ut Hom. tradit, ſocios amiſit. ſuperius de Scylla ſatis locuti: de Charybdi aliqnid recẽſere locus exigere uidetur. Vetulã uoraciſſimã Charybdim fuiſſe quidam græcorum perhibent: quæ, quia boues Herc. eſt furata, ab ipſo eſt in mare proiecta: unde & antiquas adhuc ſeruat rapinas: ⁊ deberet declinari in patrio caſu Charybdidis ſecundum regulam: uerum, ut Priſ. oſtendit, dicimus huius Charybdis: ne alterna. d. in utraq; ſyllaba male ſonet: quod etiam græci ſolent euitare: dicunt enim Charybdos non charybdidos. ¶ Dulychiæ) Dulychiũ inſula eſt, ubi mõs Itachus: in qua Vlyſſes fertur habitaſſe: eoq; Dulychius dictus eſt: & rates Dulychias habuiſſe dicitur, ut Serui. teſtatur. ¶ Vt quos de.) Polyphemus Cyclops ſex Vlyſſis ſocios deuorauit: a quo eſt lumine priuatus: ut iam Hom. authore oſtendi C mus. ¶ Vt Leſt.) Antiphates Leſtrygonum rex fuit: qui ⁊ unũ ex Vlyſſis ſociis comedit: ac naues, uiroſq; merſit: præter unã, quę Vlyſſem uehebat, ut in. xiiii. ab Oui. docemur. ¶ Vt quos dux Pœ.) Appianus Alexandrinus in eo, qui Libycus inſcribitur, libro oſtendit Carthaginenſes quandoq; Acheranorũ ſenatum per inducias fidentem puteis immerſiſſe: atq; ſaxis obruiſſe. Addit uetus interpres Amilcharem tunc Pœnorum ducem fuiſſe: de hac puto poetam loqui crudelitate, licet alii aliter intelligant. ¶ Et uelut Icaridos famulæ periere) cum ex lõgo errore Vly. domum reuerſus eſſet: procos q; plures Penelopen in uxorem poſcẽtes, inuenit, quos domeſtici pueri adiuuabant, omnes Vlyſ. una cum Telemacho filio agreſſus eſt ſagittis primum. mox armis, & Polybum, Pyſandrumq; necauit: Melanthius interim caprarum cuſtos ex Thalamo procis galeas, clypeos, ⁊ haſtas attulit: quæ arma cum a Melanthio afferri cognouiſſet, cõplicatis aſſeribus, ⁊ impoſito pondere ipſum interfecit ut Ho. eſt auth. ¶ Vt iacet) Antæus terræ filius habitus, quia palæſtra, ac robore corporis præclarus ab ipſa terra, cum a luctatoribus premebatur, ualidior reddebatur: ab Hercu. in pectore preſſus: cum diu ſpirare non quiſſet, occiſus eſt: qui in Libya apud Libyn Coloniam regnum obtinuit: ubi & hortos Heſperidum fuiſſe ſatis ex Plinii, ⁊ Solini authoritate conſtat: in urbe Tigenna ſepulchrum habuit: quod Sertorius perfodi iuſſit: qui, ſi Plutarcho credimus, lx. cubitorum corpus inuenit. Stra. autem tibiam. lx. cubitorum (Gabinij teſtimonio) comperiſſe ſcri. Sertorium: qui poſtea inſtaurato tumulo famam, honoremq; eius adauxit: Tigennam quoq; ſcri. Plu. Herculẽ cognouiſſe: quæ Syphacem genuit: a quo urbs a matris nomine dicta condita eſt. ¶ Aonio) Thebano: ⁊ Herculem dicit Thebis natum: qui ut expoſuimus, Antæum interfecit. Aonia, inquit Lactan. ab Aone filio Neptuni, uel a monte Bœotię: nam ipſa eſt Aonia, quę ⁊ Bœotia, quę & Thebę. ¶ Vt quos Antęi) nunc illorũ imprecatur mortem, quos certamine Antęus interemit: multos enim externos eum occidiſſe Diod. eſt author. ¶ Lemnia turba dedit) Lemnienſes mulieres cum Veneris ſacra eſſent auerſatę: irata Dea eis tetrum immiſit odorem, ut Apollonij interpres Hellanici authoritate ſcribit: cũq; Lemnii uiri in Thraces bellum agerent: tandem uictores magnam pellicum turbã F ſecum duxere: quam cum uxores ferre non poſſent iniuriam: unanimes decreuerunt uiros occidere: quos, ut ſtatuerant, ad unum interemere, pariter ⁊ Thraces mulieres, filioſq;, metuentes, ne paternam ulciſcerentur iniuriam. non tamen tantę immanitatis fuit Hypſiphyle: quę ſola patri Thoanti pepercit, eumq; ſeruauit.

ASCEN. ¶ SCYLLA). i. monſtrũ illud marinum. ¶ Vorax). i. deuorans naues. ¶ Charybdis) aliud monſtrum: ⁊ periculum maris Siculi, aduerſa Scyllæ: quia, ut dicitur Æne. iii. Dextrum Scylla latus: læuum implacata Charybdis Obſidet. ¶ Eripuere rati). i. claſſi periclitanti. ¶ Dulychiæ). i. qua uehebantur Dulychii ut Vly. & ſocii eius. Et ut alii ſocii Vly. ¶ Quos Polyphemus) Cyclops ille, Ætneuſq; paſtor. ¶ Demiſit). i. deorſum miſit: & ingurgitauit. ¶ In aluum uaſtam) ideſt ualde amplam. eſt autem aluus receptaculum ſordium, & excrementi. Et ſup. ut & alii Vlyſſis ſocii ¶ Qui ſubiere) ideſt intrauerunt. ¶ Manus Leſtrygonias) ideſt Leſtrygonum: qui in Italia humanis carnibus ueſcebantur. Et ſup. Romani. ¶ Quos, dux pœnus) ideſt punicus, ſeu Carthaginenſis Annibal. ¶ Merſit undis putealibus) ut ſcilicet pontem faceret ſuper Gelium fluuium. Et ſup. qbus ¶ Fecit aquas canas) ideſt ſubalbidas. ¶ Puluere) ideſt limo arenoſo. ¶ Eiecto) ſcilicet pondere cadauerum. Et ſup. pereas. ¶ Velut periere famuli prociq; Icaridos) ideſt Penelopes Icarii filię: cuius famuli nonnulli: ⁊ proci interempti ſunt tandem ab Vlyſſe. Et ut ille è famulis, uidelicet Melanthius. ¶ qui

A dabat procis arma).ſ.xii.haſtas,⁊ totidem clypeos , & galeas.
¶In).i.contra.¶Caput domini).ſ.Vlyſſis.Et ſup.pereas:aut ia
ceas victus: vt Antæus ſup.¶Luctator iacet fuſus ab hoſpite
Aonio).i.Hercu.¶Qui erat mirum).i.mirabiliter : vt ſit mi-
rum pro mire:aut interiectio eſt ſtupentis.¶Victor cum ceci
diſſet).i.poſtq; ceciderat:& terram matrem ſuam contigerat:
donec ipſum leuatum de terra inter brachia compreſſum expi
rare coegit.¶Et vt) ſup.ii perierunt.¶Quos fortes lacerti) D
ideſt fortia brachia.¶Antæi)ſcilicet filii terræ,priuſq; ab Her
cu.victus erat.¶Preſſere).ſ.luctando.Et ſup.vt perierunt viri
in Lemno.¶Quos turba Lemnia) ideſt Lemniadum ,ideſt
mulierum ex Lemno .¶Dedit fere ) ideſt quaſi omnes
morti . Et ſupple. pereas , vt Praſillus , ſeu Thraſil-
lus.

ZARO. ¶VT qui p lon.) Praſillus,
ſiue vt alii volunt,Thraſyllus,
non longe fuit ab Ægypto,q
Buſyridem docuit poſſe facile
pluuias aridę regioni inferre:
ſi humana corpora mactaret:
in ipſum autem Praſillum au-
thorem primo Buſyris pericu
lum fecit, vt ex vetuſtiſſimo di
ſcimus interprete.ſatis tamen
conſtat Diod.authori.Buſyri-
dem Ægypti regem hoſpitum
fuiſſe cæde ad ſe accedentium
graſſantem ab Hercule eneca
tum:licet defenſoriam Buſyri
dis ſcripſerit Iſocrates:& uirũ
iuſtum videri velit .¶Frater
vt Ant.) Pygmalion tyrãnus
B Antæum quendam fratrẽ ha-
buit:ſolebat hic Hoſpites neca
re:eodem poſtea modo ipſe ſi
niuit vitam,vt vetus ſcri.in-
terpres.¶Vt qui ter.) Diom.
dicit:qui equos humanis pa-
ſcebat corporibus:hunc Herc.
ſuis equis tradidit edendum,
vt docuimus. Tyridam vrbẽ
in Thracia Diom.tenuiſſe ſcri.
Pli.¶Temporibus Neſſus) ad Euenum amnem Neſſus porti
tor fuit:quo Hercu.cum Deianira cum perueniſſet, eam tranſ-
ductam violare voluit: verum ab Hercu.ſagitta occiſus eſt,vt
ſuperius ſumus interpretati .¶Diſſimaniq; gener) Eurytus
Oechaliæ rex Diſſimani gener: filiam Ioleo Herc. promiſſam
denegauit filii hortatu: indignatus autem Hercu.euerſa ciuita
te Eurytum interemit , & Iolem ſuſtulit, vt Seruius oſtendit:
Dio. Herculem Euryti equos abegiſſe,⁊ Iphiclum:qui ad inue
ſtigandos equos in Tirynthem venerat:ex alta turri præcipi-
taſſe:in quem locum , vt ſi equos ſpectare poſſet, aſcenderat.
¶Vt pronepos Saturne tuus) de Hip.intelligit:qui Saturni ꝓ
nepos fuit.Saturnus enim Neptunum filium habuit:qui The-
ſeũ ex Aethra Pitthei genuit:ex quo ⁊ Amazone natus eſt Hip.
ab Aeſculapio Dianæ precibus uita donatus: quemadmodum
C oſtendimus: volunt nonnulli Corynetum filium Vulcani in-
telligere:cum à Theſeo interfectus nuſq̃ reuiuixerit . de quo
Diodo.in.v.poeta autem dicit quendam mortuum olim,quẽ
Aeſculapius vidit efflare vitã,vt Hip.accidit:non aliter meo iu
dicio recte locus iſte poteſt intelligi.¶Coronides) Aeſcula-
pius Coronidis ex Apolline filius,vt in.iii. Meta.Oui. tradit.
Vt Scinis, ⁊ Sciron) Scironem Theſeus in locis Megaræ habi
tantem e ſummo loco in mare præcipitauit: à quo ſaxa Sciro-
nia nomen ſumpſere.non aliter,q̃ ipſe periit: viatores occide
bat,vt Diod.narrat.longam Plutarchus in Theſeo de Scirone
ſcribit hiſtoriam.¶Et cum Polyphemone natus) Procruſtes
Polyphemonis filius in eo loco terræ Atticæ,quæ dr̃ Curda-
lus: viatores inuſitato ſupplicio ſuſtollebat:in lectica namq;
eos ponebat:quod ſi longiores erant,parte ſupereminente am
putabantur:ſi vero breuiores,pedibus diſtendebantur : vnde
⁊ nomen habuit:hũc Theſeus,vt docet Dio.interfecit.¶Qui-
q; homo parte ſui) vt ex fabulis notum iam omnibus eſt:Paſi
phae Taurum amauit,quo Dædali arte potita eſt :monſtrũq;
peperit Minotaurum,qui vſq; ad humeros Taurus:cætera ho
minis habebat reddit nobis Diod.cauſam,cur tam turpi Paſi-
phae exarſerit amore,aitq; Minoem quotannis ſolitum ſpecio
ſiſſimum Neptuno Taurũ ſa-
crificare:cumq; omnium pul
cherrimum à Paſiphae amatũ
non ſacrificaſſet, iratus Deus
vxori furorem immiſit, vt cũ
ipſo Tauro concumberet: vn-
de Minotaurus natus,quẽ Mi
nos in labyrintho à Dædalo
fabricato habebat,ac humano
Atheniẽſium ſanguine, vt mõ
ſtrauimus,paſcebat.¶Quiq;
trabes preſſas) Diodori mo-
numẽta teſtantur Scironẽ quẽ
dam in Iſthmo habitaſſe: qui
nouo genere admodum im-
mani homines occidebat:duo
rum enim brachia duabus fle-
xis pinis alligabat:⁊ eas dimit
E tebat: vi autem corpora diſcer
pebantur:ſed ipſe à Theſeo nõ
æque finem vitę facere eſt co
actus:cuius filia Menalippum
ex Theſeo genuit,autho. Plu-
tar.¶Queq; Ceres vidit)Cer
cyonem Arcadem in palæſtra
Theſeus iuxta Eleuſinam Cere
rem ſuperauit,vt Plutar. ſcri-
bit,& ab Ouidi.in.viii.Meta.
tangitur:Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſis.¶Qualis A-
chæmenides) fuit Adamaſti Ithacenſis filius Achæmenides
vnus ex Vly.ſociis,vt in iii.Æneidos Virgili.canit:qui in Si-
cilia relictus eſt quando impias Polyphemonis manus Vly.
euaſit:cumq; Æneas in Siciliam applicuiſſet:hunc ſquallidum
immiſſaq; barba ſupplicem : benigne accepit:ſicut etiam Oui.
prodidit.

Vt qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias uictima cæſus aquas.
Frater ut Antei quo ſanguine debuit,aras
Tinxit,& exemplis occidit ipſe ſuis.
Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano uiſcere pauit equos.
Vt duo diuerſi ſub eodem uindice cæſi
Temporibus,Neſſus,Diſſimaniq; gener.
Vt pronepos Neptune tuus,quem reddere uitam
Ipſe Coronides uidit ab urbe ſua:
Vt Scynis,& Sciron, & cum Polyphemone natus,
Quiq; homo parte ſui,parte iuuencus erat:
Quiq; trabes preſſas ab humo mittebat in auras,
Aequoris aſpectes huius,& huius aquas.
Quæq; Ceres uidit læto pereuntia uultu
Corpora Theſea Cercionea manu.
Hæc tibi quæ precibus iuſtis mea deuouet ira,
Eueniant,* aut his non leuiora malis.
Qualis Achemænides Sicula deſertus in ora.
Troica quum uidit uela uenire,fuit.

*a.l.Eueniant

ASCEN. ¶MONSTRATOR iniqui ſacri.) .i. de nece humana,
quod monſtrauit Buſyridi.vnde in Geor.Aut illaudati neſcit
Buſyridis aras.¶Elicuit poſt).i.pluſculos:aut,vt Calderinus le
git,poſt longum.ſ.tempus ¶Aquas pluuias).i.pluuiales : exi-
ſtẽs.¶Victima cæſa).ſ.ad morem,quem docuit.Et ſup. pereas.
¶Vt frater Antæi).ſ.Pygmaliõ.¶Tinxit).ſ. imbuit aras.¶Sã
guine,quo debuit).ſ.de proprio .¶Et occidit ipſe ſuis exem-
plis).ſ.quæ in alios exercuerat .¶Vt qui terribiles) Ordo
F eſt:Et peas ſup.¶Vt impius).ſ.Diomedes Thracius ¶Periit)
interemptus ab Hercule.¶Qui).ſ.Diomedes.¶Pauit equos
terribiles).i.feros .¶Viſcere humano).i. carnibus humanis.
¶Pro herbis habentibus).i.loco herbarum habentium.¶Gra
men).i.illam ſpeciem herbę,ex ſanguine humano,vt ſentit Ser
uius,naſcentem.Et pereas.¶Vt Neſſus,& gener Diſſimani).i.
Eurytus:aut Epiclus ſupple perierunt.¶Cęſi) aut ¶Cæſi) ſup
ple ſunt diuerſis temporibus.¶Ab vno vindice).i. extermina
tore monſtrorum,ſcilicet Hercule.¶Et pereas vt) ſup. periit.
¶O Neptune tuus pronepos).ſ.Corynetus.¶Quem ipſe Co
ronides vidit reddere vitam).i.emori ab vrbe ſua. Et pereas.
¶Vt Scynis ⁊ Sciron:& natus cum Polyphemone).i.Procru-
ſtes,& ſup.is.¶Qui erat parte ſui homo,⁊ parte ſui iuuẽcus)
ideſt taurus:ut Minotaurus:quos omnes Theſeus Herculis imi
tator deleuit.¶Et pereas ſupple vt is) ſcilicet Monychus: qui
mittebat in auras ab humo trabes preſſas.Iuuenalis.Aut quan
tas iaculetur Monychus ornos.¶Aſpectans aquas æquoris
huius,& huius) ideſt vtrinq; prominentis.Et pereas ſupple vt.
¶Corpora Cercyonæa) ideſt ipſius Cercyonis interempti à
Theſeo.¶Quæ Ceres vidit læto vultu) quia iuxta templum
Cereris

Et qualis necnon fortuna binominis Iri,
  Quiq; tenent pontem,qui tibi maior erit.
Filius & * Cereris fruſtra tibi ſemper ametur,
  Deſtituatq; tuas ſæpe petitus opes.
Vtq; per alternos unda labente recurſus,
  Subtrahitur preſſo mollis arena pede:
Sic tua neſcio quæ ſemper fortuna liqueſcat,
  Lapſaq; per medias effluat uſq; manus.
Vtq; pater ſolitæ uarias mutare figuras,
  Plenus inextincta conficiare fame.
Nec dapis humanæ tibi erunt faſtidia,quaq;
  Parte potes,Tydeus temporis huius eris.
Atq; aliquid facias à ueſpere ſolis in ortus,
  Cur externati rurſus agantur equi.
Fœda Lycaoniæ repetes conuiuia menſæ,
  Tentabiſq; iterum fallere fraude Iouem.
Teq; aliquis poſito tentet * uim numinis,opto
  Tantalides tu ſis, Threiciuſq; * puer.

*a.l.Filius ut

*a.l.teneat

*a.l.Tereos atq;

A Cereris Eleuſinę perierunt ⸢Pereuntia manu Theſea)pro Theſeia.i.ipſius Theſei. ⸢Ira iuſtiſſima).i.quam iuſtiſſime in te ſuſcepi: ⸢Deuouet).i.imprecatur tibi: ⸢Hæc).ſ mala prædicta:& mala ſupple non leuiora iſtis malis euenient tibi . ⸢Qualis Achæmenides)Ordo eſt:Et ſis talis.i.miſerrimus,& famelicus, ⸢Qualis fuit Achæmenides)comes infelicis Vlyſſi, ut dicitur.3.Ænei. ⸢Deſertus in ora).i.extrema regione ⸢Sicula).i. Siciliēſi. ⸢Cũ).i.quando ⸢Vidit uela Troi.).i.Troiana:hoc eſt naues Ænee uenire.ſ.ad littus, ubi in ſyluis latebat ob timorem Cyclopum.

ZARO. ¶BINOMINIS Iri)Home.xviij.Odyſſeæ Arnęũ ſcri. quendam à matre ſic uocitatum, immenſæ magnitudinis extitiſſe:qui loquax,& ridiculoſus à iuuenibus Irus dicebatur,mendicitate inſignis:ut in epiſto.Oui.tradit: Irus egens, pecoriſq; Melanthius author edēdi. ⸢Quiq; te.pon.)Iuue. pariter,& Mar.docent pauperes,& médicos ſolitos ad pontes permanere:ut eſcam à tranſeuntibus peterēt:hác nunc infeliciſſimam uiuendi cōditionem dicit:eamq; in inimicum imprecatur. ⸢Filius ut Cere.) hunc omnes locũ meo quidē iudicio falſo interpretantur: hiſtoriamq; peruertunt : cum de Triptolemo,aut Aſterio intelligunt:Plutum n dicit, cuius in Theogonia Heſiodus hanc fabulam refert.cũ Iaſio in templo, quod fuit in Tripoli Cretæ ciuitate Ceres concubuit : ex quibus Pluto natus eſt,qui opulētia interpretatur:diues quicunq; hunc adibat, efficiebatur:ideo nunc poeta imprecatur mendicam in inimicum uitam,& quod ſi forte Plutum adiret:cupit ut ab eo ſpernatur:cui & odio ſit.hunc uerũ ſenſum rectamq; fabulam eſſe omnino affirmare haud dubito:quam etiam Valla præceptor meus approbauit. ⸢Vtq; pater ſolitæ) Autolyci coniux Eriſichthoniſq; filia Dryops,parentis ſemper eſurientis Cereris ira,cuius ſacratam quercum ſucciderat,famem leuabat: ſua Neptuni auxilio mutatione modo in equam:modo in bouem,& in alitem quandoq; :cuius pretio (uendebatur enim)ſe pater paſcebat:tandem proprios artus fame compulſus comedit,ut in.viij.Meta.Ouid.eſt autho. ⸢Nec dapis humanæ)Tydeus Oenei regis filius:uel,ut alij Martis & Althææ,ſiue ut placet Ser.Euryboeæ in bello Thebano à Menalippo letali uulnere percuſſus eſt:cuius moribundus caput ad ſe deferri iuſſit,qđ Capaneus ē ueſtigio in ipſius Tydei conſpectum portauit:quo uiſo lętatus Tydeus,cerebrum dentibus corroſit,ut Statius in viij.Thebaidos ſcri.Porphy.tamen nō à Capaneo,ſed Amphiarao caput Menalippi allatum memoriæ prodidit,additq; Palladem,quæ è cœlo deſcenderat,ut immortalem Tydea faceret: cum uidiſſet ipſum caput rodere inimici:adeo abhorruiſſe facinus,ut ſe auerterit,nolueritq; immortalitate Tydea donare: quare precatus Tydeus eſt deam , ut ſaltem ipſam Diomedi filio tribueret: quam & ipſe aſſequi minime potuit . ⸢Atq; aliquid facias)Pelops ex Hippodamia filios habuit Atreum Thyeſtem,Plyſthenem,& ex altera muliere Chryſippum, quem unice amabat . Atreus autem Cryſippum à patre ſibi prælatum perſpiciens eum in puteum demerſit : quem Pelops extraxit: mox defuncto Pelope , Chryſippo filio ſuorum bonorum herede inſtituto , Atreus,& Thyeſtes eum interfecere : deceſſerat iam Plyſthenes , duobus relictis filijs,Agamēnone inquam & Menelao, quos Atreus educauit : hinc Atridæ ſunt appellati. igitur Chryſippo ab Atreo,& Thyeſte fratribus enecato , ipſi inter ſe conuenerunt,ut cui ſignum à deo eſſet,regnum obtineret,agnam Mercurius aureo uellere in gregem Atrei poſuit,ut

D quod ſecutum eſt facinus uideret:oderat enim Pelopis genus propter Myrtilli filij mortem ex palæſtra ab ipſo Pelope interempti. Aerope autem Atrei coniux, hanc agnam in Thyeſtis gregem tranſduxit,quem propter inceſtum amabat: quod cum Atreus percepiſſet, ipſam occidit:at Thyeſtes facto conuiuio, tres Atrei filios ei epulandos dedit: quo ſcelere Sol dicitur ab occaſu in ortum ſe reuocaſſe, & Pleiades cōuerſæ:ut Pherecydes, & Virgilius tradunt. ⸢Fœda Lycaoniæ ) Lycaon Arcadiæ Tyrannus, ut apud Ouidiũ in primo Metamor. eſt uidere:humana corpora ꝓ epulis præbere cōſueuerat: ad quẽ Iuppiter mortali ſumpta effigie ſe contulit, cui Moloſſum partim aſſum, partim elixum appoſuit:ut deinde,ſi humanam carnem non cognouiſſet:& ipſum occideret:fama namq; Deum eſſe erat. Iuppiter tanto perſpecto ſcelere,Lycaonem in lupum mutauit:unde & nomen tenet λύκος enim græce lupus eſt. legitur & de alio eiuſdem nominis Priami filio apud Home. E ⸢Teq; aliquis poſito) ſenſus eſt , uelim itaq; & cupio : ut eo modo in deorũ cibum præbereris:quo Pelops à patre Tantalo eſt appoſitus: cuius humerum Ceres, quin comederet non ſe abſtinuit,ut in principio expoſuimus,de Tātalo ſatis locuti. ⸢Tu Threiciuſq; puer) Pandion Athenarum rex Prognen , & Philomelam filias genuit:quarum Prognen Tereo Thracum Tyranno deſpondit : cumq; Progne inuiſere parentem, & ſororem geſtiret:à quibus per quinquennium abfuerat: ipſi Tereus morem geſſit : nam Athenas nauigauit : unde Philomelam, ad ſororem abduxit:cuius forte illectus pulchritudine , inceſtum commiſit:& ipſi Philomele,ne crimen palam faceret ſorori,linguam abſcidit:eamq; in ſylua reliquit:quæ proprio ſanguine tanti mali his tantum uerbis Prognen certiorem reddidit.τηρεὺς μὲ ἔφθειρε:Tereus me corripuit:quo ſit ut adeo Progne hac re grauaretur,ut & ſororem ad ſe curarit occulte uenire,filiumq; patri edendum appoſuerit:cui de filio interroganti reſponſum eſt : In uentre,quod quæris,habes : quare cum gladio uxorem , & ſororem inſectaretur : deorum miſeratione in aues omnes ſunt conuerſi . Progne in Hirundinem : in Luſciniam Philomela: Tereus in Vpupam: in Phaſidem uero Itys Terei & Prognes filius, ut in fabulis ab Ouidio longa commemoratione refertur.

A S C E N S I V S.

¶NECNON)ideſt & etiam ſupple ſis talis,qualis fuit fortuna Iri mendici notiſſimi. ⸢Binominis) ideſt duo nomina habentis : nam etiam Arneus dictus eſt. Et quales ſupple ſunt, ⸢Qui tenent pontem ) ideſt qui mendicant ſedentes in ponte.de quo Iuue.Nulla crepido uacat,&c. ⸢Qui)ſcilicet pons ⸢Erit tibi)ideſt ut tu locum habeas, ⸢Maior)& ita cum pluri mi ſint mendici,parum tibi detur. ⸢Filius ametur tibi ſemper fruſtra , ut filius Cereris) ſcilicet Triptolemus ſupple amatus eſt ab ea : quia in omnem regionem eum miſit : nec unquàm præſentem habuit : & ipſe ſæpe petitus à te ⸢Deſtituat) ideſt deſerat ſine hærede tuas opes. Et ⸢Vt) ideſt quemadmodum ⸢Arena mollis ſubtrahitur ) ideſt paulatim ſubripitur pede exiſtente ⸢Preſſo) ideſt firmiter fixo , & hoc ⸢Vnda labente per alternos recurſus ) ideſt fluente , & refluente : ideſt ut qui pedem ſuper arenam habet : quam fluxus , & refluxus paulatim exedit : tandem nihil ſub pede reperit : ⸢Sic tua fortuna ) ideſt conditio ⸢Neſcio quæ ) ideſt quæ tibi for-

B C F

A te fortuitu eueniat. ¶Liqueſcat).i.diſſoluatur, & diffluat, ¶Et lapſa).ſ.à culmine ſuo, ¶Effluat uſq;).i.continue, ¶Per medias manus)hoc eſt ſis diſfortunatus,ut res tibi in manibus pereat, & quam manu tenes: retinere nequeas. Et id ¶Plenus).i.ſatur, ut dicit Calderinus,ſed uerius ¶Plenus).i.turgidus & oppletus cibis ¶Conficiare).i.conſumeris ¶Fame inextincta).i.inſatiabili, ¶Vt)ſupple confectus eſt: ¶Pater).ſ.Eriſichthon pater .ſ.Taopeidis. ſeu Dryopeidis ¶Solitę mutare).i.per mutationem inducere ¶Varias figuras)quia pater eam uendidit ſub uarijs formis. ¶Nec faſtidia dapis humanæ erunt tibi).i ne faſti dies ueſci carnibus humanis, ¶Et eris Tyde⁹).i.ſimilis Tydei: ¶Huius temporis) ideſt qui ſit in hoc noſtro æuo ¶Ea parte, qua potes)ideſt quantum ad hoc, quod eſt ueſci humanis carnibus,ſicut Tydeus corroſiſſe dicitur caput Menalippi. ¶Aut facias aliquid).ſ.tale, quale fecit Thyeſtes, qui proprios filios edit. ¶Cur).i.quamobrem ¶Equi Solis externati).i.pauentes in aliam partẽ agantur rurſus ¶A ueſpere).i.ab occidente ¶In ortus).i.ad orientem:quia ſol indignatus retroceſſit. Vnde eſt illud: Nec tam auerſus equos Tyria Sol iungit ab urbe. ¶Et tu repetes cõuiuia fœda).i.obſcœna ¶Menſæ Lycaoniæ).i.ſuper quam Lycaon Arcadum rex hoſpitum à ſe occiſorum carnes ponere ſolebat:donec ab Ioue in lupum uerſus eſt: quando eũ fallere uoluit:unde addit: ¶Et tentabis).i.conaberis ¶Iterum) .i.ſicut Lycaon ¶Fallere fraude).i.per fraudem ¶Iouem).ſ.à te hoſpitio ſuſceptum. & ego opto,ut aliquis tentet ¶Vim numinis).i.diuinitatis conuiuarum ¶Te poſito).i.appoſito ad menſam, ſicut Tantalus filium ſuum Pelopem Dijs appoſuit:dicit tamen Calderinus ſupra non eſſe damnatum ob hanc cauſam, ſed quia deorum ſecreta reuelauerat. ¶Vt ſis Tantalides).i.ſimilis Tantalidæ.i.occidaris à patre, & apponaris ſicut appoſitus eſt Pelops. ¶Et tu ſis puer).i.filius. ¶Tereos).ſ.regis,qui filium ſuum Ityn,aut Itylum comedit: & cum eum ſæpe peteret:reſpondit mater, Quod petis, intus habes. quo cognito mutatus eſt in Vpupam auem fœdam. D

Et tua ſic latos ſpargantur membra per agros,
Tanquam quæ patrias detinuere uias.
Aere Perillæo ueros imitere iuuencos,
Ad formam tauri conueniente ſono.
Vtq; ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta,
More bouis Paphio clauſus in ære gemas.
Dumq; redire uoles æui melioris in annos,
Vt uetus Admeti decipiare ſocer.
Atq; eques in medii mergare uoragine cœni,
Dummodo ſint facti nomina nulla tui.

ZARO. ¶ET Tua ſic la.) vulgatiſſimũ eſt queadmodũ cũ Æetes Colchorũ rex Medeæ pater Iaſonẽ perſequeref:qui aureũ uellus,& Medeam ſurripuerat:diſcerptus,dilaniatusq; per membra fuerit Abſyrtus à Medea ſorore i Ambracia,quo pater du; filij corporis partes colligeret, retardaretur:qua crudelitate Iaſon periculum euaſit. B ſunt Abſyrtides inſulę ab Abſyrto nuncupatæ:ut Ruffi. Feſti indicat carmẽ. Ionij ſiquis rate rurſu; cœrula currat Æquora:ut Eoos cymbã producat in ortus: Abſyrti cautes,⁊ crebras protinus artes Inueniet. ¶Æere Peril.)fuit Phalaris Agrigentinus crudeliſſimus Tyrannus,ideq; ⁊ diſertiſſimus:quod eius teſtanf epiſtolæ: cui Perillus taurũ æneũ ianuam a latere hñtem donauit:ut in eo igne ſuppoſito hoies exureret:unde & ipſos bouis uoces æque edituros affirmauit:ſed Phalaris in muneris artifice primo experiri,qđ docuerat, uoluit:unde in.3.de Tri.Oui.ait:Pro qbus inuẽtis:ut munus munere pẽſes:Da pcor ingenio pręmia digna meo.Dixerat:at Phalaris,pœnæ mirãde repertor.Ipſe tuũ pñs imbue,dixit,opus:Nec mora monſtratis crudeliter ignibus uſtus:Exhibuit geminos ore gemẽte ſonos. ¶Vtq; fe.Pha.)circũſeptus à ſuis Phalaris:quo modo Perillũ, reliquosq; multos interfecerat:defunctus eſt reſecta prius lingua.alij aũt lapidibus eũ occiſum dicunt.uolunt nõnulli Phalarim annos.lxiiij.ante urbe; cõditã fuiſſe. uſe.uero Tulli Hoſtilij tẽporibus apud Agrigentinos tyrannidẽ exercuiſſe ſcri. qui filiũ,ut Euſtathius in.vij.Æthi.tradit,comedit. ¶Paphio) C Cyprio.eſt Paphos Cypri oppidũ auth.Plin. ¶Dumq; re.uo.) Peliam filiæ,Medeæ ſuaſu interfecerũt:quę eũ in iuuenilẽ ætatem reddere promiſerat:utq; magis aggrederenf pietatis cauſa ſcelus,arietẽ ſuis medicamẽtis in agninã formã reſtituit:renouatis antea Æſonis Iaſonis parentis annis:quare oẽs impias in patrẽ manus immiſere pręter unam Alceſtẽ:occiſo aũt Pelia altam Medea turrim cõſcendit,uotũ lunæ peractura prędicans: unde Iaſonem dato ſigno patrui mortis certiore; fecit:qui ipſum in patria; admittere obſtinatiſſime negabat:ut in.v.Dio. & in.vij.Meta.Ouid.declarant. ¶Atq; eques in me.)triplex de lacu Curtio legitur hiſto. nam Portilius ſcri.terrã dehiſſe. qđ ad haruſpices ex ſena.conſ. delatũ eſt:qui reſpõderũt deos manium poſtulationẽ poſtulare.i.ciuem fortiſſimũ eodem mitti: tu; quendã Curtiũ fortẽ uirũ armatũ equo ſe in eum lacũ pręcipitaſſe: eiusq. corpus ita diuinitus humaſſe:eo facto locum coijſſe:qui à Curtio nomen habet. Piſo aũt in annalibus tradit:Bello Sabino inter Romulũ inquàm & Tatiũ, Metiũ Curtium Sabinũ fortiſſimũ uirum:cũ Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet:in paluſtrem locum: qui in foro tum fuit, ſeceſſiſſe: atq; ad ſuos in Capitolium recepiſſe, & ab eo lacũ nomen inueniſſe.Corne.& Lucta.perhibent eum locũ fulguratũ:& ex ſena.cõſ. ſeptum eſſe:idq; à cõſule Curtio factum:cui Marcus Genutius collega fuit:Curtiũ appellatũ. poteſt & de Amphiarao intelligi, ut nonnulli uolunt: qui ⁊ ipſe loco nomen dedit. na; ubi hiatus terræ eũ abſum pſit,teſte Strabone:hiatus Amphiarai dictus eſt. ¶Atq; utinam pereas) ad perquirendam E Europam ſorore; dura lege à patre miſſus eſt Cadmus: ne domũ absq; ſorore reuerteretur: qua nõ inuenta Apollinẽ conſuluit:qui eum,ubi bos requieuiſſet,urbem condere iuſſit. itaq; Thebas in Bœotia ædificauit:antea tamen ſocijs ex proximo loco ad hauriendam aquam,ut ſacrificaret,miſſis:qui cũ reditum tardarent: miratus Cadmus ad eos ſe contulit:quos omnes ab angue martio enecatos eſt cõſpicatus: quem magno labore interfecit:cuius dentes Palladis iuſſu ſeminauit: à quibus ſtatim fratres armati orti:qui mutuis cõcidere uulneribus, quinq; dumtaxat ſuperſtitibus,ut in.iij.Meta. Oui. eſt author.

ASCENSIVS.

ET TVA Membra ſpargantur ſic per latos agros) tanquam ſupple ea,ſcilicet Abſyrti fratris Medeæ, ¶Quæ detinuere) ideſt immorata ſunt: ¶Vias patrias).i.ipſius Æetæ regis Colchorum inſequentis filiam ſuam Medeam cum Iaſone aufugientem. ¶Aere Perillęo) Commentarij huius loci erant penitus tranſportati,ſed cum difficultate ad ſuum locum reducti ſunt.Ordo autem eſt: Et ¶Imitere) ideſt uelim aut precor imiteris ¶Veros iuuencos ære Perilleo)ideſt factos de ære Paphio:ſeu Cyprio:ſicut Perillus Athenienſis Phalaridi Tyranno fecerat, & primus in eos intruſus ſupplicia atrocitatis dedit:& hoc ſono conueniente ad formam tauri: ita ut non humana,ſed taurina uox emittatur per os tauri ærei:ne forte Tyrannus ad pietatem humano gemitu contrahi poſſit:& ¶Clauſus in ære paphio)ideſt Cyprio: ¶Gemas more bouis:ut)ideſt quemadmodum, ¶Phalaris)Tyrannus ille Agrigentinus ſupple gemuit intruſus in eundem bouem à ſocijs:in quem prius F Perillum intrudi fecerat,& hoc ¶Lingua reſecta) ideſt amputa prius enſe.Et ¶Dum tu uoles redire in annos melioris ęui) ideſt iuuentæ ¶Decipiare) ideſt decipiaris ¶Vt) ſupple deceptus eſt: ¶Socer Admeti)ſcilicet Pelias: ¶Vetus) ideſt qui in ſummo ſenio ſperabat uenire in annos iuuentæ arte Medeæ: quæ eum decepit. Aut tu ¶Eques) ideſt inſidens equo, ut Curtius Romanus ¶Mergare) Ideſt immergaris ¶In uoragine) ideſt ſpecu ¶Cœni medij) ideſt quod ſit in medio foro. ¶Dummodo) ideſt ſic tamen, ut ¶Nulla nomina) ideſt monumenta:& laudes,ſeu tituli ſint tui facti:ideſt dummodo nõ conſequaris æternum nomen, ſicut Curtius Romanus conſecutus eſt, qui ob ſalutem patriæ ſe dijs manibus deuotum in ſpecum præcipitauerat.

Atq; utinam pereas, ueluti de dentibus orti
Sidonia iactis Graia per arua manu.
Et quæ Battiades fecit, fraterq; Meduſæ,
Eueniant capita uota ſiniſtra tuo.
Et quibus exiguo eſt uolucris deuota libello:
Corpora proiecta quæ ſua purgat aqua.
Vulnera totq; feras, quot dicitur ille tuliſſe,
Cuius ab inferiis culter abeſſe ſolet.
Attonitusq; ſeces, ut quos Cybeleia mater
Incitat ad Phrygios uilia membra modos.
Deq; uiro fias, nec fœmina, nec uir, ut Attis,
Et quatias molli tympana rauca manu,
Inq; pecus magnæ ſubito uertare parentis,
Victor ut eſt celeri, uictaq; uerſa pede.
Solaq; Limone pœnam ne ſenſerit illam,
Et tua dente fero uiſcera carpat equus.
Aut ut Caſſandræ dominus, non mitior illo,
Saucius ingeſta contumuleris humo.
Aut ut Abantiades, aut ut Lirneſius * Heros,
Cæſus in æquoreas præcipiteris aquas.

A ZARO. SIDONIA) Phœnicia. Sidona.n. teſte Trogo Pompeio, ſiue Iuſtino lib. 18. Phœnices cōdidere: quod à piſciū ubertate Sidona appellauere: nā Pœnices piſcē Sidon uocant. Et quæ Battia.) Callimachus Cyreneus, ut in principio docuimus, in Apolloniū Rhodium diſcipulū inuectus eſt. Meduſæ fra.) quaſq; in eū imprecatus eſt calamitates, poeta in Ibidē optat. Battiades) Callimachus ideò dictus, quia Battus Cyrenas cōdidit: à quo Cyrenēſes Battiadæ nuncupantur: ut Romulidæ à Romulo Romani: ita & Cecropidæ Atheniēſes à Cecrope. Et qui. exi. eſt uo.) periphraſticos Ibidē dicit. Vulnera tot. fe.) Menedemū tot in bello Troiano uulneribus cōfoſſum uetus ſcri. interpſ: ut tā tilla corpis pars nō ſit repta, ut ferrū poſtea execrarent: nec eius inferijs more maioꝝ adhibedū exiſtimarint: ſꝫ poſſum⁹ ēt de Oſiride itelligere: q adeo in minutiſſimas partes à Typhone fratre dicit concisus: ut ſolitū cultrum in inferijs adhiberi nō oportuerit. hunc Ægyptij pro deo colūt. hanc apud Appianū de rebus Ægyptijs, Plut. & Ariſtidē Smyrneū hiſtoriā legere poteris. Attonitusq. ſeces) mos erat, Vt Cybeles ſacerdotes uirilia amputarentur: cuius rei cauſam hanc tradit Lactan. Deū (inquit) mater amauit formoſum adoleſcentē: & eundem cū pellice deprehenſū exectis uirilibus ſemiuirū fecit: & nunc à Gallis ſacerdotibus ſacra eius celebrantur. Oui. quoq; in Faſtis eandem fermè rationem affert: licet Dio. diuerſam ſcripſerit hiſto. Cybeleia ma.) Cybele à monte Phrygiæ nomen habet: in quo colebat: uel à Cybelo ſacerdote: alij ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν. i. à capitis rotatione, qđ propriū eſt ſacerdotū, ut Ser. ſcri. quæ aūt hęc fuerit Cybele in. iiij. hiſto. Dio. oſtēdit. Ad phry. mo.) ad modulatus ſonoros: quales in Phrygia edebātur, ubi primo culta eſt. Neq; ui.) Attis à Cybele dilectus in Phrygiam naui delatus eſt: quo in loco numinis inſtinctu pudenda ſibi amputauit: comiteſq. Cybeleios ſumptis ſacrorū inſtrumentis ad eius ſacra celebranda hortatus eſt, mētemq. furore uexandā: qui poſt lōgam defatigationē fuit ſopore ſolutus, inde à Cybele in gremio ſuſceptus, cumq; euirati corporis dāna mente agitare cœpiſſet, patriæ abſentiā, ſuaſq; lamētatus erumnas miſerrime defleuit: ut autem Dea puerū ſibi dilectū à talibus luctibus remoueret, unum de leonibus ſuis miſit, qui puerū perterrefaceret, quo terrore exanimatus in nemora Cybeleia ſe conijciens, ibi eſt perpetuus deæ miniſter effectus: ut Catulli indicat carmen. Super alta uectus Attis celeri rate maria, Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit: Adijtq. opaca ſyluis redimita loca Deæ Stimulatus ut furenti rabie uagus animi, Deuoluit ilice acuto ſibi pondera ille. & quæ ſequūtur. ſcri. tamen Dio. in. iiij. Attin Phrygiū adoleſcentē, quē papā dicebant, à Cybele amatum: quę ex eo enixa eſt: cumq. hoc parētes Cybeles cognouiſſent, Attin & nutrices interfici iuſſere, inſepultoſq; abijci: quid ſit deinde ſecutū, tute perlegere poteris: locū oſtēdiſſe ſufficiat. Inq; pe. ma.) ut iam expoſuim⁹, Atalāta ab Hippomene curſu ſuperata, in leonē unà cū uictore uerſa eſt: tuꝫ Veneris ira, tuꝫ etiā quia in tēplo Cybeles deorū matris cōcubuiſſet: cuius leonibus currus ducit. Solaq; Li.) Limone Hippomenis ex Atalanta filia a patre in adulterio deprehenſa, equis diſcerpēda eſt tradita: cuius ēt mētio facta à nobis eſt. Aut ut Ca. d.) Caſſandrea Potidea Theſſaliæ pars eſt: ubi Caſſandrus dominatū dicitur habuiſſe, q in ſuos nimiū ſęuiens, ab eis ſaxis obrutus eſt: ut à ueteri accepimus interprete. Aut ut Abantia.) Perſeus ab Abante genus ducens: ex Oetæo.n. natus eſt Cecrops: qui Methionē genuit, à quo Methionidæ nuncupantur, huic Canace filia fuit, quæ Abantem peperit: unde Abantiadę dicti ſunt. Calchodon huius filius fuit, qui habuit Elpenora: ex quo natus eſt Acriſius, cuius Danae filia fuit Perſei mater. acceperat ab oraculo Acriſius, ut à filiæ nato eēt expellēdus: quare Danaen in turrim, ne à quoquaꝫ grauida fieret, Incluſit: ad quā Iuppiter in auream pluuiā mutatus ſe contulit: eaq; potitus eſt, quę Perſeū peperit, ut lib. 3. car. Hora. indicat uerā ſecutus hiſtoriā: incluſaꝫ Danaē turris ahenea, Robuſtęq; fores, & uigilū canū Triſtes excubię munierāt ſatis Nocturnis ab adulteris: Si nō Acriſiū uirginis abditę Cuſtodē pauidū Iup. & Venus Riſiſſēt: fore.n. tutū iter & patēs Cōuerſo in ptiū deo: Aurū p medios ire ſatellites. & q̄ ſequūtur. Scribit tamen Simonides Danaē à Prœto patruo, non Ioue cōpreſſam. Acriſius aūt in arcam Danaen, & Perſeū cōcluſit: quā in mare proiecit. Danae itaqꝫ & filius in Seryphō inſulā deuenere: in qua Polydectes Magnetis fili⁹ dominabatur: licet Menāder Ditem dicat: cuius uerba cōſolatus Apolloniū Plut. in morte filij refert Ditis conſolantis Danaen. hic Polydectes, ſiue Ditis in uxorem Danaen accepit: Perſeaq; nō aliter, q̄ꝫ filiū amauit, quē poſtmodū in occidenteꝫ, ut Gorgonas interficeret, miſit: quas à Mercurio talaribus, petaſo, & galea acceptis ſuperauit, & à Vulcano falce ex adamāte facta: ut Higi. tradit. Hæ uno tantuꝫ oculo utebant, treſq. numero fuere Hiſtiorei ex Ceto filię, eximię pulchritudinis, Euryale, Stheno, & Meduſa omniū natu maxima: addunt & aliqui quartā Scyllā: quibus, ut diximus intereptis, Perſeus Meduſæ caput abſtulit, quo ſaxeos homines efficiebat. hanc multi authores fabulā memoriæ prodiderūt: præter Oui. & Hygi. quare utpote omnibus perſpicuā totam recenſere deſiſtimus. unū tamen te latere haud uolo Diodo. in. 4. innixus autho. Gorg. in occidēte pugnaciſſimas mulieres fuiſſe à Gręcis Amaꝫonas appellatas, quas labore maximo Perſeus ſuperauit: docet & Pompo. Mela has Gorgonides inſulas in Oceano Æthiopico poſitas tenuiſſe. tradit Lactan. Perſeum, & Danaen in Italiā delatos, ubi Ardeā Perſeus ædificauit. Lyrneſius he.) hanc abunde ſuperius fabuloſam narrauimus hiſto. de Telepho inquam, quem Auge mater ex Herc. peperit in ſylua: ubi a paſtoribus inuētus regi Teuthranti dono datus, loco filij ab eo tractat⁹ eſt. hic Teuthras regionē Lyrneſū ſibi parētē habuit: vñ Telephus ipſius regis hęres Lyrneſius dictus eſt.

B

C

D

E

F

* a.l. Cygneius

ASCEN. ATQVE utinā pe. ue.) ſup. perierunt. Orti de denti.) .ſ. draconis. Iactis ma. Sido.) .i. ipſius Cadmi Sidonij. Per arua gra.) .i. ubi libenter naſcebant ex dentibus. Et Vo. ſi.) .i. nociua, & cōtraria. Quę) .i. qualia. Battiades) .i. Batti filius Callimachus, & frater Meduſę fecit. Eueniant ca. tuo) .i. omnis imprecatio Callimachi in Apollo. eueniat in caput tuū. & ſup. uota ſiniſtra eueniāt capiti tuo. Quibus uo.) .i. auis. Eſt de.) .i. per deuotionē, & imprecationeꝫ effecta. Modico li.) .i. imprecatorio .i. paucorū uerborum. Quæ) .ſ. uolucris, ut cornix ex Coronide facta. Purgat ſua cor. aqua, p.) imminēte .ſ. pluuia. Tū.n. ut Maro inqt ſtudio uideas geſtire lauādi. Et fe. t. uul. q. il. di. tu.) .i. accepiſſe. Ob cuius infe.) .i. dum ei inferię celebrantur. Culter ſolet ab.) .i. ut Oſiris, ut declarat Calderinus. Et tu At.) .i. ſacro furore captus, & ſtupefactus. Seces) .i. circūci-

A das⸢Mēbra uiri.).i.pudēda tua ad nihil utilia cultro lapideo, vt ſup.ſecāt Galli ſacerdotes matris deū Cybeles⸢Quos ma. Cy.).i.ipſa Cybele, ſeu Cybeles ⸢Incitat ad mo.).i.numeros: ſeu rythmos:ad quos fiunt choreę⸢Phrygios) i.frequētatos à Troianis:ad quos dr̃ illud:Tympana uos,buxusq́; uocat, &c. ⸢Et fias de ui.nec uir,nec fœ.)ut Attis ſup.factus eſt,qui genitalia ſibi amputauit,⁊ ita ſpado factus,nec uir,nec fœmina fuit: ⸢Et qua.tym.).i.inſtrumenta,extēſam pellē,quę cōcutitur,habētia:nā a τυμπανίζω,qđ eſt extēdo dicit̃ tympanū⸢Rauca).i. rauce ſonātia ⸢Manu mol.).i.flacida,vt Eunuchis.i.emaſculatis eſt.⸢Et ver.in pe.ma.pa.).i.matris deū,hoc eſt in leonē, ut .ſ.Hippomenes uictor Atalātę,eſt ſup.uerſus:⁊ ipſa Atalāta victa celeri pede⸢Eſt verſa).i.mutata.⸢Et ne ſo.Li.)filia Hippomenis⸢Senſerit illam).i.notā pœnā.i.punitionē adulterij ſui: quā dedit equinis dētibus dilacerata ⸢Equus car.&).i.etiā tua viſcera⸢Dente fe.).i.feroci,⁊ immani:ut Caſſandreus dñs.⸢Et tu ſau.).i.vulneratus ⸢Contumuleris).i.ſepeliaris & obruaris ⸢Humo).i.terra⸢Ingeſta).i.ſuperingeſta, ⸢Vt do.Caſſan.).i. Caſſandrus:qui uiuus in terra defoſſus perijt:ꝯtumuleris inq̄; exiſtēs nō mitior ⸢Illo).ſ.dño:hoc eſt Tyrāno Caſſandreo.i. Macedonico. ⸢Aut tu cæ.).i.occiſus ⸢Præcipiteris in aquas æquo.).i.marinas,ut ſup.præcipiratus eſt. ⸢Abātiades).i.Perſeus nepos Abantis,q in fiſcella cū matre expoſitus eſt.& ⸢Vt Heros Lyr.).ſ.Telephus,ſup.præcipitatus eſt. D

Victima uel Phœbo ſacras macteris ad aras,
Quam tulit à ſæuo Theudotus hoſte necem.
Aut te deuoueat certis Abdera diebus,
Saxaq́; deuotum grandine plura petant.
Aut Iouis infeſti telo feriare triſulco,
Vt ſatus Hippomene *, Doſithoesq́; pater.
Vt ſoror Autonoes,ut cui matertera Maia eſt,
Et temere optatos,qui male rexit equos.
Vt ferus Aeolides,ut ſanguine natus eodem,
Quo genita eſt,liquidis quæ caret Arctos aquis.
Vt Macedon icta eſt rapidis cum coniuge flammis,
Sic precor ætherei uindicis igne cadas.

ZARO, ¶ VICTIMA uel Phœ.) Theodotus tragicus poeta de Philoctete ſcripſit, quēadmodū morſus à ſerpēte diu dolore uexatus ſibi manu; iuſſerit amputari:ut in.7.Æthi.ſcri.Euſtathius.is cū atrocē nimiū de Mneſarcho rege ſcripſiſſet tragœdiam: ab eo cū fugiſſet in Apollinis templū:ibidē occiſus eſt.author uetus interpres. Theodotus eſt dactylus/e/& /o/per ſinęreſim coeūt in unā ſyllabā,ut in.j.Iliad.apud Ho. apud Iuu.Grāmaticus,rhetor, geometres,pictor ,aliptes,apđ Proper.Hoc eodē ferro ſtillet uterq́; cruor. ⸢Aut te de. cer. Ab.)mos admodū inhumanus apud Abderā Thraciæ ciuitatem fuiſſe legit̃.ſolebant.n.hominē ſacrificare, dirisq́; imprecationibus execrare,ac lapidibus obruere,exiſtimātes mala omnia ciuitati imminentia hoc diro piaculo propulſare: ut Calli. refert. fuit ex hac urbe Demo.Abderites philo. ⸢Aut ſa.Hip.) nunc fulmine ictos memorat: ⁊ Preſterē dicit. Hippo.ex Atalanta filiū,qui patrē interfecit,ꝓpter ſororē ab eo tam crudeliter occiſam:deinde à Ioue eſt fulminatus,ut uetus memorat interpres.⸢Theſiphilesq́; pa.)Athrax Theſſaliæ rex pater Hippocatiæ,quā Pirithous duxit vxorē:primus apud Athracas arte; magicam docuit:unde Athracia ſcientia magica eſt appellata, ideo Stati. Athracia rubet arte labor.is igitur,cū filiam Iuppiter cōpreſſiſſet Theſiphilē, quæ etiā Thyon eſt appellata,unde Ariſtarchus Thyades ſacrificātes Baccho, & ab Orpheo Myſe nūcupata:⁊ ob eā cauſam a ſe reieciſſet:Io.ictus fulmine obijt: ut Lactan.⁊ uetus interpres ſcribūt.⸢Vt ſo.Au.)Semele Inus, & Autonoes ſoror,Cadmi,& Harmoniæ filia à Io.compreſſa, Bacchū in uentre habuit,quod ęgre ferēs Iuno in anū ſe transformauit:⁊ Semele perſuaſit,ut à Ioue peteret:ut cū ea,ſicut ſolet cū Iunone,concūberet:qđ ſi nō denegaretur:ab eo ſe amari cognoſcet:ſi minus id faceret,amorē fictū docuit.per ſtygē paludē iuratus Iuppi. ꝓmiſit pellici,quod peteret.daturū:quæ pernicioſi cōſilij inſcia Iunonis connubiū experiri uelle dixit: Iuppi.iureiurando aſtrictus abnuere minime,quin faceret:potuit:quare eā fulminauit.nil.n.aliud Iuno interpretat̃: q̄; aer: Iuppi.uero ignis:q aerē ꝑcutit,& ita dr̃ cōcūbere cū Iuno.Iup. habes auth.Oui.in.3.Met.& in 4 ac.5.hiſto.Dio. ⸢Vt cui ma. Maia eſt) ait Porphy.apud Ho. Hellanici hiſtorici teſtimonio in.r.Atlan.ex.vij.Pleiadibus,ſex cū deis,vnā cū mortali rē habuiſſe.Iouē quidē ex Thaygete habuiſſe Lacedęmona:ex Maia Mer.ex Electra Darda.Nept.aūt Alcyo. cōpreſſiſſe:unde Lycō natus.Martē cū Stero.coiuiſſe,vnde Oęnomaus genitus. Meropē uero Siſyphum cōpreſſiſſe: unde Glaucus natus eſt:ergo ⸢Cui ma.Maia eſt)Sipſyhi filiū dicit Porphyriū:qui cū Deos deteſtaret̃,Iouis fulmine occidit:cui matertera Maia eſt:hanc Simo.ut inqt Proclus in Pin.Oriā appellauit:merito(inquit) qm̄ in mōte Arcadiæ Cylene cōpreſſa Mer.edidit. ⸢Et te.op.) Phaeton Solis,⁊ Clymenes filius:cū ab Epapho Ius,& Io.nato degener dictus eēt,ꝑ certiſſima ſigna id cognoſcere uoluit,matri iuranti uerū Solis eſſe filiū fidē nō adhibēs: quare in cœlū ad patrē ſe ꝓtulit:à quo,ut currū ſuū gubernaret,accepit:etſi eo inuito: nā inuiolabilē paludē iurauerat antea filio: qcquid peteret,cōceſſurū.uehebatur itaq; Phaeton equoꝝ ignarus moderator ꝑ cœlū: quare equi deuiarūt:unde ni Io.p̄ſto fuiſſet auxiliū:tot⁹ terrarū orbis cōburebat̃:nā Phaethontē fulmine occidit:q in Erida.fluuiū decidit:quē ſorores flentes in electrū uerſę ſunt:ut in.1.& .2.Meta. Ouid. narrat ⸢Vt fe. Æoli.)Salmonei Æoli filij temeritatē in.6.Æn.Vir.cecinit: hic ſoliū ſibi ꝑforatū extruxit: in quo uehebat̃,unde crepitus ingētes ꝓdibāt,& aquā ꝑforamina emittebat, p̄dicās tonitrus ⁊ pluuias:ut deus,edere:quē Iup.fulminauit. ⸢Vt ſang.na.eo.) Iſmeneus Lycaonis in lupū mutati filius, patrē imitatus Deos floccifacere uoluit: ſed à Ioue fulminatus interijt:ut uetus ſcri. interp̄s ⸢Vt Ma.icta eſt)Macedo,ut in Ilia.apđ Ho.ſcri. Por. ſicuti Marſias ſcri.hiſt.Iouis,⁊ Æthrę fili⁹:totā obtinuit Thraciā:à quo Mace.eſt appellata, ex hoc duo nati ſunt filij ex muliere incola:quā ille ſibi aſciuerat:Pyreus ⁊ Æmathus.à quibus duę extructæ ſunt ciuitates in Macedonia Pyrea:& Æmathia: hi duo cū vxore Macedon in proprio exuſti ſunt thalamo. E

¶ VEL ma.)exñs⸢Hoſtia ſa.).i dicata Phœ.uel ⸢Sacra).i.execrabilis more Maſſilen.in Gal. quōdā.q puerū ꝑ annū nutritū tpe ſupplicationū mactabāt cū imp̄catione iprecātes.ſ.oē malū:qđ toti ꝓuincię imineret,in illū puerū ſacrū.i.execrabilē cōuerti:uel ſup.feras necē,⸢Quā Theu.).ſ.rex Bactrianoꝝ⸢Tulit ab h ſę.).ſ.Arſace Parthoꝝ rege,à q̊ occiſus eſt.⸢Aut Ab.) urbs illa Thracię ⸢Deuoueat te cer.die.).ſ.in initio anni, quo deuotū lapidib⁹ obruere ſolebat.& ⸢Saxa plu.grā.).i.q̄; grādinis decidere ſolēt ſup tecta , ⁊ eſt cōparatio Virgiliana lib.5. vbi ab Entello ſic Dareta ꝑcuſſu; canit⸢Petāt).i.obruāt,⁊ impingāt⸢Te de.).i.morti deſtinatū.⸢Aut fe.te.tri.lo.) i.fulmine,qđ triſulcū eſt:ad ſigñandū triplicē Iouis ptātē,in cœlo,in terra,⁊ ad inferos:ſicut Neptuni ptās ſigñatur ꝑ tridētē:⁊ Pluto.ꝑ Cerberū tricipitē, ⸢Infeſto).i.tibi uim inferente,q̄ſi ab te ipſo.⸢Vt)ſup.ꝑcuſſus eſt⸢Satus Hip.)aut ut alij legūt⸢Hippomene).ſ.Preſter noīe:⁊ ut⸢Pater Do.)ſ.Athrax.⸢Et ut)ſup.ꝑcuſſa eſt⸢Soror Au.).ſ.Semele:q̄ petēs cū Ioue coire,uti Iuno ſolet,in ſpē fulminis coiēs extincta eſt iā grauida Baccho, quē in utero geſtabat.⁊⸢Vt)ſup ꝑcuſſus eſt is.ſ.Porphyrio. ⸢Cui Ma.eſt ma.)qa ſoror mr̄is eius Siopis.⁊ ut Phaetō ſup.⸢Qui re.ma.eq.).ſ.Solis p̄ris ſui⸢Optatos).i.expoſtulatos⸢Temer̃) .ſ.temerarie,& incōſulte.Et ſup.ꝑcuſſus eſt.⸢Æolides).i.Æoli filius.ſ.Salmoneus⸢Ferus).i.īpius in deū,⁊ crudelis, vt.6.Æn. late docemur:⁊⸢Vt)ſup.ꝑcuſſus eſt,aut perijt ⸢Natus eo.ſan. q̊ ar.).i.urſa genita eſt⸢Quę).ſ urſa⸢Caret aqs li.)quia cū ſit iuxta polū ab ea arcticū dictū,nunq̄; ab eo lōge diſcedit,& ita nō putat̃ à ruſticis imergi aqs marinis:ut cętera ſydera.Et⸢Vt Mace.).ſ.regina Macedonię ⸢Icta eſt cū cōiuge).i.marito ſuo ⸢Flāmis uali.).i.uehementibus.ſ.fulminis,⸢Sic precor cadas igne).ſ.fulminis⸢Vindicis,ætherij).i.cœleſtis.ſ.Iouis. ASCEN, F

*a.l.Hippomoo

B

C

Prædaq́; ſis illis, quibus eſt Latonia Delos,
Ante diem rapto non adeunda Thraſo.
Quiq́; uerecundæ ſpeculantem membra Dianæ,
Quiq́; Crotopiadem diripuere Linum.
Ne ue uenenato leuius feriaris ab angue:
Quàm ſenis, Oeagri Calliopesq́; nurus.
Quā puer Hypſiphyles, quā qui caua primus acuta
Cuſpide ſuſpecti robora fixit equi.
Ne ue gradus adeas Elpenore cautius altos,
Vimq́; feras uini quo tulit ille modo.
Tāq̀, cadas domitus quā quiſquis ad arma uocātem
Iuuit inhumanum Thiodamanta Dryops.

A ZARO. ¶PRÆDAQVE ſis illis) Thraſus iuuenis à Latona dilectus eius templū in Delo matutino adijt, & canes eum diſcerpſerunt, quare peſtis immiſſa eſt: reſpōſum ab Apolline eam ſedari poſſe: ſi canes nō admitterēt: ut interpres uetus docet. Str. tradit religioſum eſſe in Delo canes alere. ⸢Quiq́; uere.) Ariſtæi & Autonoes Cadmi filius fuit Actęon: Ianthius etiā nuncupatus. Oui. cū iuuenis placido cōpellat Ianthius ore. cum hic uenatione feſſus in uallem Gargaphiā ſe recepiſſ;, Dianā, cęterasq́; eius comites lauātes in fonte cōſpexit: ne aūt id quādoq; manifeſtaret, in ei⁹ faciē Diana aquam è fonte proiecit inquiēs. Nūc tibi me poſito uiſa; uelamie narres: Si poteris, narrare licet. ſubito namq; in ceruū ē ꝯuerſus: & a ꝓprijs canibus laceratus. in. 3. Met. abūde, & feſtiue hāc habes fabulā. ⸢Quiq́; Crotop.) Crotopus rex Argiuorū fuit: qui Apollinem Typhonis cæde pollutū expiauit: huius filia Pſamate,

B cū qua Apollo cōcubuit: de quo cōpreſſu genuit Linū, ac mox editū partu expoſuit: quod Apollo indignāter accipiēs in ſuæ iniuriæ uindictā iniecit monſtrū, à quo infantes per urbē paſſim abſumebant̃, etiā à ſinu matrū direpti: quod monſtrū delecta iuuentute Chorœbus occidit, ut in. j. Theb. Statius narrat. ⸢Neue uene.) Orpheus Apollinis, & Muſæ Calliopes filius, ſiue ut alij: Oeagri, muſicus egregius uxorē habuit noīe Eurydicen, quā unice dilexit hanc ad ripas Hebri fluminis in Thracia ſpaciantē cū Dryadibus Aryſtęus paſtor uiolare uoluit. ea fugiens pede ſerpentem calcauit, qui reuolutus in eam uenenato morſu interemit: unde Orpheus ad inferos iuit, ibidēq́; Plutonem, & Proſerpinā adeo cantu mulſit, ut ipſam impetrauerit, hac tamen cōditione, ne eā quo uſq; ad ſuperos perueniſſet, reſpiceret: nō potuit ſe Orpheus abſtinere, quin dilectā cōiugem reſpiceret: quare rurſus ad inferos eſt ducta: cœlibe; ex eo Orpheus uitā agere cōſtituit, quo fit, ut multas mulieres eius petētes nuptias ſpreuerit, poſtremo à mulieribus orgia Bacchi celebrantibus lapidibus occiſus eſt, cuius caput à ſerpente penè comeſum in ſaxū ab Apolline dicitur mutatū: ut Ouid. in. x. & . xj. Meta. & in. iiij. Georg. Virg. alijq́; plures ſunt autho. ⸢Quam puer Hypſi.) Lēnias Hypſiphyle, qm̄ Thoanti patri pepercerat, ab oibus Lēniadibus mulieribus perſecuta, in fugam ſe dedit: quæ capta ad Lycurgū Græciæ regē ducta eſt, qui filiū Opheltem ei nutriendū dedit: cum aūt ſeptē reges Thebas excidēdas peterēt: ubiq; fontes, & flumina ſunt ſiccata, Lāgia fonte excepto,

C quā rogātibus regibus Hypſihpyle oſtēdit: depoſito quē ſinu habebat puero Ophelte, qui interim à dracone eſt interēptus. qua orbitate Lycurgus iratus dirū ius in Hypſiphylē exercuiſſet, ni à gręcis fuiſſet prohibitus. dictus eſt inde Opheltes Archemorus: nomen. n. lachrymabile Archemorus, eo ꝙ primus occiſus eſt. at cū ab oraculo admoniti eſſent Græci non prius Thebas poſſe peruenire, q̄; Archemori manes placaſſent: ludos funebres cōſtituerūt, de quibus uictores apij corona inſigniban̄t, & ludi poſtea celebres ex quatuor agonibus Iſthmi: Sta. & Lactan. & pleriq; alij autho. ⸢Quā qui ca. pri. acu.) ingētem equū Græci Troiano bello cōſtruxerūt: quē armatis militibus implerūt, & ante Troiam ſimulato in patriā reditu reliquerunt. eū Troiani à Sinone graio perſuaſi in honorē Palladis extructū, intra urbis mœnia receperūt, & ſi antea ſacerdos Laocoon Neptuni inſidioſum equū eſſe ſonitu armorū, quem percuſſerat telo, indicauerat. hunc Neptuno ſacrificantem duo angues abſumpſerunt, pariter & duos filios: eo ꝙ equū lęſerat, ut in. ij. Ænei. Vir. oſtēdit. ſed nō ueram eſt ſecutus hiſto. Virg. cōmentum potius, ut Troianos excuſaret. ſi Ser. credimus, qui Laocoontē, Euphorionis teſtimonio Neptuni ſacerdotē fuiſſe tradit, qui poſt Græcorū aduentū lapidibus occiſus eſt, eo ꝙ

D ſacrificijs eorū non prædixerit aduentum. poſt abſcedentibus Græcis cum Neptuno ſacrificare uellent: Laocoon Thimbræi Apollinis ſacerdos ſorte ductus eſt, ut proprio carēte ſacerdote de more fieri ſolet. hic piaculum cōmiſerat ante numinis ſimulachrū cu; uxore coeundo, quare draconibus immiſſis, unà cū filijs perijt. ⸢Neue gradus adeas) ad Circē Vlyſſes quandoq; peruenit, quę eu; diu eſt morata, ubi Elpenor unus ex ſocijs nimio uino ꝑ ſcalas deſcendēs collū dicitur fregiſſe. autho. Ho. in Odyſſea. ⸢Tāq; cadas domitus) Thiodamātis cædes ab Her. facta hoc modo habet: poſtquam Hercu. duxerat coniugem Deianiram Oenei filiam: diuerſabatur Calydone apud Oenea: in cōuiuio forte Condillū Archithelis filium Oenei pincernam, quoniam ei manibus fœdam aquā infuderat, cū percuſſiſſet: inde cū uxore abiuit Deianira, ſecū etiam Hyllu; filium abducens: cumq; perueniſſet ad Euenum

E fluuium: Neſſum centaurū occidit: ut memorat Archilochus. hinc cum in Dryopiam perueniſſet Hyllo puero famelico, eu; cum Licha Pædagogo ad Thiodamantem miſit, ut exiguum cibum præberet, qui cum abnuiſſet: rapto uno boue ab Hercu. multatus eſt: quem ſacrificauit: ac deinde comedit. Thiodamas autem ad Dryopum ciuitatem ſe contulit: eosq́; ad bellū excitauit aduerſus Hercu. qui inita pugna ad tantam perductus eſt difficultatem, ut etiam uxorem obarmare coactus ſit, ipſe uero in mā̄milla ſaucius fuerit, qui poſtremo Thiodamāta ſuſtulit, & eius filium Hylam excepit, & gentem hanc uniuerſam duxit Thrachinam Theſſalicam ciuitatē habitandam, & Oetam montem accolere compulit. Phocidos abſtulit etiam partem illinc propter latrocinia (erat. n. gens ſuapte natura latrocinijs ſtudens, quemadmodū Pherecydes in. iiij refert hiſtoriarū) idq́; inſuper addit Pherecydes, ꝙ Dalydora Danai filia ex Peneo fluuio peperit Dryopa, a quo Dryopes appellati. qui Sperchiū fluuiū accoluerūt: huiusq́; rei meminit etiam Callima. aiuntq; nōnulli proprerea, ꝙ oībus malis hominibus adiutores adiungebant, ſe ſocios: amouiſſe Hercu. ſicut & Thiodamanti ſuccurrerant, & hac oblata occaſione in eos Hercu. animaduertiſſe: alij autem ferunt Parnaſſum montem Dryopas accoluiſſe, inſignis improbitatis homines, & ab Hercu. debellatos, traductosq́; fuiſſe in Peloponneſum. Dryopas uero appellatos a Dryope Lycaonis filio & Diæ: quæ filia fuit Lycaoniæ: hæc ex Apollonij didicimus interprete.

F ASCEN. ¶ET Sis prę. il. ca. qui.). i. propter quos ⸢Delos Lato.) i. ubi Latona Dianā, & Apollinem peperit ⸢Eſt nō adeunda). i. adiri nō debeat, ⸢Thraſo rapto). i. ablato à regione uiuentiū, ⸢Ante diem) . ſ. ultimā periodi. & fias præda illis canibus, ⸢Qui diri. ſpecu. mē. Dia. vere.). i. viſæ nudæ. ſ. Actæona. ⸢Et quí diripuere Linū Croto.). i. nepotē Crotopi. ⸢Neue). i. uel ne, ⸢Feriaris). i. percutiaris, aut mordearis leuius ab angue uenenato: ⸢Quà; nurus Oeagri ſenis, & Callio.). ſ. Eurydice. de qua in fine Georg. Virg. Et ⸢Quàm puer). i. alumnus Hypſiphyles. ſ. Opheltes filius Lycurgi regis. Et q̄; ſup. Laocoon ſacerdos Neptuni, qui cū filijs à duobus ſerpētibus occiſus eſt, ut dicit̃ Æn. ij. ⸢Qui fi.). i. transfixit ⸢Primus acu. cuſp. ro. caua equi ſu.) . ſ. Troianis, unde ipſe. Aut ulla putatis Dona carere dolis Danaum? ⸢Neue) i. uel ne adeas ⸢Gradus). i. ſcalas ⸢Cautius) i. prudētius, & circūſpectius, ⸢Elpenore) ſocio Vly. qui inde cecidit, & mortuus eſt: ⸢Et fe. ui; ui.). i. inebrieris prius, q̄; cadas, ſicut ille. ⸢Tāq;. &c.) Ordo eſt ⸢Et ca.). i. ſuccūbas ⸢Tam). i. in tantū domitus, ⸢Quàm) . i. quantū ſup. cecidit ⸢Quiſquis Dry.). i. populus ille iuuit ⸢Thiodamanta). ſ. regē ſuū ⸢Inhumanū). i. negantē alimēta puero Hercu. ⸢Et uocan. ad arma). ſ. contra Herculē, à quo tādem omnes occiſi ſunt. Et tam cadas.

Quàm ferus ipſe ſuo periit mactatus in antro,
Proditus incluſæ Cacus ab ore bouis.
Quàm qui dona tulit Neſſeo tincta ueneno,
Euboicasq; ſuo ſanguine tinxit aquas.
Vel de præcipiti uenias in tartara ſaxo,
Vt qui Socraticum de nece legit opus.
Vt qui Theſeæ fallacia uela carinæ
Vidit, in Iliaca miſſus ab arce puer.
Vt teneri nutrix eadem matertera Bacchi,
Vt cui cauſa necis ſerra reperta fuit.
Lydia ſe ſcopulis ut uirgo miſit ab altis,
Dixerat inuito * quæ mala uerba Deo.
Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo,
Sitq; Paphageæ cauſa leæna necis.
Quiq; Lycurgiden lacerauit & arbore * natum,
Idmonaq; audacem te quoq; rumpat aper.
Isq; uel exanimis faciat tibi uulnus, ut illi,
Ora ſuper ſæui quem cecidere ſuis.
Atq; idem ſimili pinus quem morte peremit,
Phrygia uenator, ſisq; Berentiades.

A ZARO. ¶ QVAM Ferus ipſe ſuo) Cacus Vulcani filius, ex Hercu. armētis duas boues dicitur furatus, quas ex Hiberio interfecto Geryone abduxerat Euryſthei regis iuſſu, eaſq; in antrū Auentinu, quod incolebat: auerſas, ne ueſtigia furtū manifeſtarent, traxit: quibus fruſtra diu quęſitis Hercules iter capere decreuit. Forte aūt bos ex antro mugitū dedit aliarū boum illecta uoce: quare reuerſus Hercu. fraudem Caci detexit: quem ex ore flāmas euomentem, & ei ne boues reciperet, renitentem, interfecit: & ſumptis bobus abijt. ☞ Quā qui dona tulit) ex Euboea Her. in montem Ceneon ſacrificaturus ſe contulit, & Licham domeſticum ad Deianiram uxorē in Thrachinam miſit: ut ueſtem, qua in ſacris uti conſueuerat: afferret: cui Deianira tunicā uenenatam dedit, qua indutus mori coactus eſt: antea tamen Licha ueſtis letiferæ latore, in Euboicum ſinū præcipitato, qui ſcopulus eſt effectus. & nomen etiā ſeruat: Licha. n. dicit̃. Huius ſuperius rei ad ſaturitatē meminimus. ☞ Vel de præ. ue. in tar.) Cleōbrotus Ambraciotes Plat. lib. de animæ immortalitate, qui Phædon inſcribitur, perlecto: ē turri in ſaxa præcipitē ſe dedit. Cic. aūt in Thuſcu. quęſtionibus in mare eum ſcri. ſe præcipitaſſe. ☞ Vt qui The.) iuſſerat Theſei pater Ægeus: ut alba uela, ſi incolumis a Minotauro reuerteret̃, poneret: ſin uero abſumptus eſſet, nigra: ut Plu. ſcri. Minotauro aūt interempto, præ lætitia Theſeus uela mutare oblitus eſt: qbus ex alta turri ab Ægeo conſpectis, exiſtimante filiū deuoratū, in mare ſe proiecit, unde & nomē habet, ut multi tradūt. Pli. vero Ægæū mare dictū affirmat à ſcopulo inter Tenedū, & Chiū: ex eo noīe: a ſpē capræ, quæ ita à Græcis appellatur repēte in medio mari exiliens. ☞ Et Ilia. miſ. ab ar. pu.) Scamāder Hecto. filius, qui mortuo patre dictus eſt Aſtyanax: quia ei urbis deueniebat imperiū: hunc Vly. capta Troia Græcis interficiendū perſuaſit: ne Troianorū quādoq; ultor eſſet: quare ex alta turri eſt p̄ceps miſſus. Hom. eſt auth. & in Tragœdijs Sene. ☞ Vt te. nu.) Semelen Bacchi matrē fuiſſe docuimus: eiuſq; ſororem Ino Athamātis vxorē, quę Bacchū nutriuit: & ſe in mare uiri fugiens furorē unà cū filio Palæmone proiecit: quos à Neptuno deos factos ſuperius abūde oſtēdimus. ☞ Matertera) inqt Feſt. matertera patris, & matris mihi magna mater ē: matertera matris ſoror, quaſi mater altera. ☞ Vt cui cau. ne.) Perdix Dædali ex ſorore nepos. xij. agens annū, ſerrā in exemplū ſpinę in medio piſcis adinuenit. quare ait Oui. in. 8. Meta, Dædalus inuidit: ſacraq; ex arce Mineruę Præcipitē miſit, lapſum mētitus: at illū, Quę fauet ingenijs, excepit Pallas: auemq; Reddidit, & medio volauit in aere pēnis: quæ auis Perdix nūc quoq; nūcupatur. in. v. aūt Diod. nō Perdicē hūc: ſed Talū appellat, ſerram ſerpētis dentiū ſpiſſitudinē imitatū fuiſſe: repertorē eū etiam ſcri. & rotę: qua figuli utuntur: quare a Dædalo occiſum & ſepultū: quo percepto facinore ab Ariopagitis homicidij dānatū in Cretā ueniſſe. Pli. in. 7. natu. hiſt. lib. Dædalū ſerræ inuentorē affirmat. ☞ Lydia ſe ſco.) Dianę auxilio potiri Mars nō potuit Ilice Ibici Lycij filia: quā deperibat: ea etiā in Deū multa dixit opprobria, quare p̄motus Mars patrē occidit amatæ: cuius morte puella dolēs, ē rupe ſe deiecit: ut uetus ſcri. interpres. ☞ Fœta ti. oc.) Paphagius Epiroticus Ambracię dicitur dominatus, qui cū in agrū nō procul ab urbe ſe cōtuliſſet: Leænæ catulos ſuos ferēti obuiauit: à qua eſt dilaniatus: ut uetus interpres eſt au. ☞ Leæna) maſculina in on terminata faciūt in ęna fœminina: penultima cū/æ/diphthōgo: ut dracon dracęna: lacon lacęna: ita leon lęna. nā leo facit Lea, more latino: ſicut leno lena: ut latinorū p̄iter & Græcorū grāmaticorū ē opinio. D ☞ Quiq; Ly.) Butes, qui & filiū eiuſdē nōis habuit, in uenatione ab apro eſt enecatus, ut uetus ſcri. interpres, Diod. innixus authoritate. ☞ Idmonaq; au.) Idmon Apollinis. & Pheretię filius. Pherecydes uero dixit Aſterię, quę filia fuit Coronis, & Apollinis: idē Pherecydes ait Idmonis filiam fuiſſe Laothoē: Laothoes Teſtora: Teſtoris Calchātē: alij Abātis illegitime natū. hic unà cum Argonautis Argon nauim p̄ſcēdit, cūq; aliquantū à ſocijs ſeceſſiſſet: ab apro occiſus eſt, ut Orpheus, & Apollonius teſtant̃. ☞ Isq; uel exa.) ſolebat Thoas uenator arboribus capita ferarū affigere. qdā forte die apro interfecto Dianā fert̃ allocutus: qui ſub ea, in qua erat p̄de poſitū arbore caput de more, ſopor̃ feſſus iacēs à capite apri ē intereptus: aut. uetus interp̄s. E ☞ Atq; idē ſi.) Attis in Berecynto mōte: ubi Cybeles ſacra fiebant: cū uenaretur, laſſitudīne oppreſſus, ſub pinu ſomnū capiēs, illius arboris perijt pomis, ſicut interpres uetus exponit.

* a. l. inuicto

* a. l. ab arbore

ASCEN. ¶ QVAM fe. Ca.) de quo Virg. lib. viij. & Liui. in. j. ☞ Ipſe). ſ. filius Vulcani, & alios occidere ſuetus: perijt mactatus in ſuo antro, exiſtens proditus ab ore ☞ Bouis). i. uaccę incluſę: qa ut dicit Virg, cū Her. abigeret armēta ſua, & boues captę dulcedine pabulorū mugirēt, reddidit una boū vocē. ſ. de ijs, quas Cacus furatus erat, & incluſerat in antrū ſuū. Et cadas, aut peas tm̄ ☞ Quā). i. q̄tū ſup. cecidit, & perijt is ☞ Qui tu.). ſ. ad Her. hoc eſt Lichas ☞ Dona). i. tunicā, quā camiſiā uocāt, aut ſubtextā ☞ Tincta ue.). i. uenenato ſanguine. ☞ Neſſęo). i. ipſi’ Neſſi. & ☞ Qui tin. aquas Eu. ſuo ſan.) qa Lichas in mare Euboicū ab Her. p̄cipitatus eſt ☞ Vel ue. in tar.). i. deſcēdas ad inferos ☞ De ſa. præ.). ſ. Ambracię, p̄mōtorio Epiri. ☞ Vt qui le. opus Soc.) . i. à Socrate inſcriptū, ſed à Plat. editū ☞ De ne.). i. de immortalitate aīæ: videlicet Cleōbrotus, Et cadas, & pereas, aut p̄cipiteris. ut Ægeus pater Theſei, ☞ Qui ui. ue. fal.). i. nigra, quaſi lugubria ☞ Carinę The.). i. qua Theſeus uiuus nō mortuus, ut ille putabat, uehebat̃. Et ut ☞ Puer) ſcilicet Aſtyanax filius Hectoris. F ☞ Miſſus) i. p̄cipitatus ☞ Ab arce Ilia.). i. Troiana, & ☞ Vt nu. & ea. ma. Bac. te.). ſ adhuc, uidelicet Ino ſoror Semeles, quæ ſe in mare dimiſit ē ſcopulo. Et ut Perdix nepos Dędali: ☞ Cui cāne. f. ſer.) inuēta, quā iuenit ad ſimilitudinē mādibulę ſerpētis, cū dentibus ſecare incępiſſet: ob cuius inuentionis inuidiā Dędalus eū necaſſe fert̃. Et pereas ſup. ☞ Vt vir. Ly.). i. Ilice miſit ſe ab altis ſcopulis ☞ Quę di. uer. ma.). i. imprecatoria ☞ Deo). ſ. Marti inuito. ☞ Fœta) ſ. Lęna ☞ Popularis). i. in populo uagari ſolita impune: occurrat tibi in aruo patrio, & ſit tibi cauſa ☞ Necis Papha.). i. ut fuerat Paphagi regi Ambracię. ☞ Et aper, qui lacerauit) . i. letaliter uulnerauit. ☞ Lycurgidē) . i. Lycurgi filiū Butem tractū ab arbore. Et qui rupit, aut letauit. ☞ Idmona) qui ultimus ad Argonauticā expeditionē uenit, & ab apro in Bithynia diſcerptus eſt ☞ Rumpat quoq;). i. etiā te. ☞ Et is). ſ. aper ☞ Vel). i. etiam ☞ Exanimus) . i mortuus ☞ Faciat tibi uulnus). ſ. letale ☞ Vt) ſup, fecit ☞ Illi). ſ. Thoanti: uel alteri ignoto uenatori ☞ Super quē cecidere ora.). i. caput cū dentibus ☞ Suis ſæui). i. apri ſylueſtris. Et tu Idem ſis ille ☞ Quem pinus). ſ. decidens peremit ſimili morte ſup. in Phrygia, & ſis ☞ Berentiades) uenator. i. pereas, ut Attis, & Nauclus ex caſu pini.

B

C

Si tua contigerit Minoas puppis ad undas,
Te Corcyræum Creſſia turba petat:
Lapſuramq; domum ſubeas, ut ſanguis Alebæ,
Stella Lycoridæ cui fuit æqua uiro.
Vtq; uel Euenus torrenti flumine merſus
Nomina des rapidæ uel Tyberinus aquæ.
Hyrtacidæq; modo defixa cadauera trunco
Digna feras: hominis ſit caput eſca tuum.
Quodq; ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis:
Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ.
Incluſusq; necem cauea patiaris, ut ille
Non profecturæ conditor hiſtoriæ.
Vtq; repertori nocuit pugnacis Iambi,
Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.
Vt' ue parum ſtabili, qui carmine læſit Athenas
Inuiſus pereas deficiente cibo.
Vtq; Lyræ uates fertur periiſſe ſeueræ,
Cauſa ſit excidii dextera læſa tui:
Vtq; Agamemnonio uulnus dedit anguis Oreſti,
Tu quoq; de morſu uirus habente cadas.
Et tibi coniugii nox prima nouiſſima uitæ.
Eupolis hoc periit, & noua nupta modo.

ZARO. A ¶ SI Tua contigerit) rege Minoe, vt ſuperius expoſuimus, à Cocalo in Sicilia interempto: eius Cretenſes oſſa in patriam tranſportarunt: at tempeſtate in Corcyram inſulam venerunt: qui male à Corcyreis tractati: quoſcumq; eorum in Creta venientium in vindictam occidebant. Si vero legas Dorcyreum: oppidum in Sicilia Dorcyreum, vbi male habiti ſunt Cretenſes: qui deinde, vt meritas redderent vices: in Creta inuenti necabantur, vt vetus eſt author interpres. ¶ Lapſuramq; domũ) Lariſſæi filia Alebe domus dilapſæ ruina diem extremum finiuit vnà cum marito Lycoride: totaq; domo: vt uetus tradit interpres. ¶ Stella) ſecutus poeta Ægyptiã opinionem, ę qua ſtella dixit, nam Ægyptii fata in ſtellis eſſe credebant. ¶ Vtq; vel Euenus) Euenus poeta in Lycorbam fluuiũ decidit: cui B & nomen dedit: vt vetus narrat interpres: Euenus etiã Martis filius Ætoliæ rex Marpiſſam formoſiſſimam filiam habuit: teſte apud Hom. Porphyrio, quam poſcentes ad curule certamen prouocabat, victorumq; capita foribus affigebat. Idas autem Apharei filius, re vera Neptuni, à patre ſibi equos ſumens velociſſimos puellam rapuit: quem cũ Euenus perſequeretur, comprehẽdereq; nõ poſſet, equos, quos habebat, iugulauit: ſeq; in Lycorbã demerſit: qui ab eo Euenus eſt appellatus: fugiente autem Ida periculum, occurrit Apollo puellam ei rapere volens: cumq; ad pugnam conueniſſet: Iuppiter Mercu. miſit, vt ſibi, quem vellet, eligeret puella: hæc Idam accepit, verita ne seneſcentem eam Apollo reijceret. ¶ Nomina des rapidæ) Tyberinum regem. d. qui in fluuio merſus: ei nomen dedit, vt iam oſtendimus. ¶ Hyrtacidæq; modo) Hyrtacidæ duo fuere: alter ab Hom. Aſius dictus: alter à Virgi. Euryalus Hyrtaci filius, qui noctu hoſtium caſtra ingreſſus multos enecauit, ipſe vero captus eſt interfectus, caputq; haſta ad Iulum Æneæ C filium delatum. Virg. eſt auth. ¶ Quodq; ferũt Broteum) Broteus Ionis filius à ſua turpitudine nomẽ habuit, quare immortalitatem aſſequi non valuit: vnde præ dolore, ⁊ quia ſe contemni videbat, in ardente pyra mori voluit: vt vetus tradit interpres. Alij hunc Vulcani, ⁊ Mineruę filiũ perhibent, ⁊ Erichthonium etiam appellatum. ¶ Incluſuſq; necem cauea) duplex hoc loco hiſt. conſtat, nam vetus ſcri. interpres: Caliſthenem Magni Alexan. inepte complexum hiſt. quare in caueam detruſum inedia periiſſe, alij vero tradunt in Alexan. hunc ſcripſiſſe, & ideo fame obiiſſe: Cherillus etiam intelligi poſſet: qui teſte ſuper poetica Horatii Porphyrione, adeo incompte Alexandri geſta carmine deſcripſit: vt eius. vii. tantum verſus ſint approbati. fertur Alexan. dixiſſe: mallem apud Hom. Terſites haberi, q; apud Cherillum Achilles: addit etiam Acron ſuper eodem Hora. loco Cherillum cum Alexan. pactum, vt ſi bonum verſum faceret: aureo numiſmate donaretur: ſi malũ colaphis feriretur: qui ſæpe maledicendo colaphis nectus eſt. ¶ Vt que re no.) Archilochus Lacedæmonius iambici carminis inuentor fuit: licet affirmet Ariſtoteles multo antea genus carminis fuiſſe, qui Tulli Hoſtili temporibus extitit, cui ſummã elocutionis vim fuiſſe in. x. oratoriarum inſtitutionum Quint. tradit. carminis ab eo in Lycambem ſocerum, ⁊ filiam Neobulen editi maledicẽtia: ambos laqueo obiiſſe certum eſt ipſe poſtea, quia nimis ſeuere ſcripſerat, à Lacedæmoniis eſt exulatum miſſus: ⁊ liber eius reiectus, vt de ſeueritate D Vale. docet. Pli. autem in. vii. ait: Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis. ex quibus verbis Archilochum occiſum coniectamus. ¶ Lingua pro) proteruus declarat quãdã laſciuam libidinem cum iniuria in dictis, ⁊ factis: proteruia vero apud veteres ſacrificium fuit, in eo mos erat, vt ſiquid ex epulis ſuperfuiſſet: igne conſumeretur: ſicut apud Macro. in Sat. legimus. ¶ Vt p. ſt.) Anaxandrides contra Athenienſes ſcri. vt in. vii. Aethi. docet Euſtathius: quos ſanctiſſimas leges habere affirmabat: prauiſſimis autem vti: quare fame mori eſt coactus. vetus interpres Mæuium dicit, qui ⁊ ipſe Athenien. carmine lacerauit, à quibus inedia compulſus in carcere extremũ diem finire. Athenæ teſte Var. tres fuere: ab vnis Athenęi: ab aliis Athenauſi: à tertiis Atheneapolitę, E ¶ Vtq; lyræ vates) Ariſtochius poeta carmen tragicũ per ſyluam tranſiens meditabatur: cui ſerpens ex arbore, cuius folia pcuſſerat, decidẽs manum momordit: quare extremum diem obiit: vt vetus narrat interpres in. vii. æthic. tradit Euſtathius. Carcin⁹ tragicus poeta: cuius Alope adultera filia fuit: de Cercyone ſcripſit: qui cũ meditaretur, à ſerpente morſus deceſſit. ¶ Vtq; Agamemnonio) Oreſtes, vt iam omnibus conſtat, interfecta matre furore correptus fuit: inde liberatus cum per ſyluam iret, à ſerpẽte occiſus eſt. ¶ Sit tibi coniugii) Eubolus, vel Eupolis Athenienſis comicus poeta Medillam duxit vxorem: cum qua prima nocte, qua concubuit, mortuus inuentus eſt, ſi veteri credimus interpreti.

ASCEN. ¶ SI Tua contigerit) Ordo eſt. ¶ Si puppis tua contigerit ad vndas Minoas). i. Creticas. ¶ Turba Creſſia). i. Cretenſis. ¶ Petat te Corcyreum). i quaſi Corcyræum, hoc eſt occidat te vt Sicilienſes omnes Minos occidi iuſſit. Et ſubeas domum lapſuram. ¶ Vt ſanguis Alebę), i. Alcidice Alebi lariſſæi filia. ¶ Cui fuit ſtella), i. influẽtia cœleſtis. ¶ Æqua). i. æqualis: Lycoridæ viro). i. marito ſuo quia à domo ruente oppreſſi ſunt. Et F tu merſus flumine torrenti des nomina aquæ rapidę. in qua. ſ. ſubmerſus ſis: vt vel Euenus. ¶ Dedit) ſup. nomen. ¶ Lycorbę) qui Euenus poſtea dictus eſt, ⁊ eſt fluuius Aetoliæ. vel Tyberinus, à quo Albula in Italia dictus eſt. ¶ Et feras modo). i. ad modum Hyrtacidæ. ¶ Cadauera digna) ſup. te. ¶ Defixa trunco) hoc eſt caput tuum ſit eſca hominis. i. comedatur ab homine. ¶ Et des tua membra cremanda pyræ ſuccenſæ). i. rogo. ¶ Quod). i. quam rem. ¶ Ferunt). ſ. plurimi. ¶ Brotheum). ſ. Vulcani, & Mineruæ filium. ¶ Cupidine mortis) quia ob turpitudinem ſe contemptum viderat. ¶ Et incluſus cauea patiaris necẽ, vt. ſ. ille). ſ. notiſſimus Cherillus. ¶ Conditor hiſtoriæ). ſ. geſtorum Alexandri magni. ¶ Non profecturæ) quia periit fame, per quod ſignificatur fuiſſe malus ſcriptor. ¶ Et vt lingua proterua nocuit repertori). ſ. Archiloco inuentori iambi, ideſt carminis iambici. ¶ Pugnacis). i. mordacis, & ad nocendum inuenti. ¶ Sic). i. in tuum exitium. i. exterminium, ⁊ necem. ¶ Et tu inuiſus pereas cibo deficiente) ideſt inedia coactus. ¶ Vt) ſupple periit Ariſtophanes. ¶ Qui læſit Athenas carmine parum ſtabili) ideſt cito abolendo. ¶ Et vt vates ſeueræ lyræ) ſcilicet alter Ariſtophanes fertur periiſſe. ¶ Sic dextera læſa ſit cauſa tui excidii) ideſt mortis tuæ. ¶ Et vt anguis dedit vulnus Oreſti Agamemnonio) ideſt Agamemnonis

filio. ¶Cadas tu quoq;) .i. etiam tu. ¶De morſu habente virus) ideſt venenum. ¶ Nox prima coniugii ſit tibi nouiſſima) ideſt ultima uitæ. ¶ Eupolis) ſcilicet poeta comicus Græcus: qui comediam veterem ſcripſit. ¶ Periit hoc modo) ideſt prima nocte. ¶ Et. noua nupta) ideſt coniux eius. Et.

Vtq; cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant.
Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis.
Aut lacer in ſylua manibus ſpargare tuorum,
Sparſus ut eſt Thebis angue creatus auo.
Perq; feros montes tauro rapiente traharis.
Vt tracta eſt coniux imperioſa Lyci,
Quodq; ſuæ paſſa eſt pellex inuita* ſorori,
Excidat ante pedes lingua reſecta tuos.
Cognitor ut tarde Blæſus cognomine Myrrhæ,
Orbis in innumeris inueniare locis.
Inq; tuis opifex, uati quod fecit Achæo,
Noxia luminibus ſpicula condat apis.
Fixus, & in duris carparis uiſcera ſaxis,
Vt cui Pyrrha ſui filia fratris erat.
Et puer Harpagidæ referas exempla Thyeſtæ,
Inq; tui cæſus uiſcera patris eas.

*a.l. inuiſa

ZARO. ❡VTq; Cothurnatum) Lyphrones in poetica duo floruerunt: alter dicta Caſſandrę ſcripſit: alter, cuius nunc fit à poeta mentio, tragicus. ex his vnus, qui pleiades ſunt appellati: ab inimico ſagitta veneno illita traiectus interiit. author. eſt vetus interpres. ¶Cothurnatum) Cothurnus calciamenti genus vtriq; pedi aptum: quo tragici vtebantur: comici autem ſocco, vt docet Seruius. ¶Aut lacer in ſylua) Echion ex Cadmi filia Agaue Penthea genuit: qui ſacra Bacchi auerſatus, à matre aprum eum eſſe exiſtimante, occiſus eſt: vt in tertio Metamorpho. legimus. ¶Auo angue) Cadmum dicit in anguem verſum: cuius Agaue filia Penthea peperit. ¶Perq; feros mótes) Antiope Nyctei filia, quam Iuppiter in Satyrum mutatus corrupit, fugiens Nyctei minas defugit in Sicyonem ad Epopea: vbi peperit Zethum ⁊ Amphiona, quos in Citherone monte apud quoſdā paſtores depoſuit. Nycteus igitur ob audaciam filiæ triſtatus rogauit Lycum, ne deſpiceret ipſam. quamobrē in Sicyonem profectus cum exercitu Lycus Epopea occidit: abſtulitq; captiuam Antiopen: tradiditq; eam Dircæ vxori cuſtodiendam, vtpote fratris ſui filiam. hæc rurſus fugiens capta traditur à filiis ſuis Amphione, ⁊ Zetho: quibus paſtor, qui eos aluerat: rem omnem præteritam memorat: quod cum cognouiſſent matrem ſuam eſſe, ipſam cuſtodiunt: Dircen vero agreſti tauro ligantes diſcerpſerūt: vnde Plautus in Pſeudulo, cras quaſi Dircen olim, vt memorant, duo gnati Iouis deuinxere ad Taurum: inde Lycum aggreſſi ſunt: vt dicerent Antiopen velle tradere: quorum mentem cum nouiſſet Lycus: nam Mercurius impediuit, quo minus ipſum occiderent: Lycoq; rem aperuit: ⁊ tempus fugæ datum: & perinde effugit, vt interpres Apollinii ſcribit. Probus autem in Perſeum aliter hanc tradit hiſtoriam: nec nos præterit Home. in Odyſſea Antiopen Aſopi filiam memoraſſe. ¶Quodq; ſuæ paſſa eſt) ſuperius memorauimus à Tereo Philomelam ſtupratam, & linguam reſectā: ne ſcelus propalā fieret: ea vero ſanguine in linteo rem omnē annotauit: quem ad Prognen ſororem miſit: à qua Itys filius appoſitus pro epulis à patre eſt comeſus. qui omnes in aues ſunt mutati. ¶Cognitor vt tardæ) Cynaras Cypriorum rex cum Myrrha filia deceptus rem habuit: quo detecto facinore, eam ſtricto enſe per Arabiam eſt inſectatus: vbi vrbem à filiæ nomine appellatam condidit: quæ in ſui nominis arborem eſt deorum miſeratione mutata: vt iam explicuimus. cognitor, & traditor legi abſq; menda poteſt. ¶Inq; tuis opifex) Achæi plures fuerunt: quorum hic vnus: de quo nunc agitur: in cuius per hortum ambulantis capite agmen apum inſedit: quod cū expellere vellet: eorum aculeis acie oculorum dicitur priuatus: vt tradit vetus interpres. ¶Fixus & in duris) in Theogonia, & primo Georgic. Heſiodus Iapetum ſcribit filios Promethea habuiſſe: qui prouidentia interpretatur: & Epimethea, qui improuidentia: ad Promethea mulierem Pandoram nomine dei cum vaſculo: in quo omnia incluſa erant mala, miſere: at Prometheus fraudem præuidens illud non recepit: ſubdola vero puella denuo eo abſente, Epimetheo obtulit: qui imprudēs uas aperuit: unde eueſtigio morbi omnes euolarunt: præter ſpem, quæ in labiis aſſiſtebat dolii: ut ipſa pariter effugeret. nō id ſine ratione fingitur: unde in miſeria conſtitutis remedium ſpes eſt. hanc puellam Epimetheus compreſſit: unde Pyrrha, & Deucalion nati ſunt: quorum patruus Prometheus in Caucaſo monte patitur: nam iecur eius: ut recenſuimus, ab aquila deuorat. ¶Vt puer Harpagidæ) nullus ad hunc diē iudicio meo recte eſt hanc interpretatus hiſto. quam ſic accepimus ex Herod. in. i hiſto. ſententia: necnon Iuſtini in primo Trogi compendio: Cyaxarem Medorum regem filiū habuiſſe nomine Aſtyagem, ad quem defuncto patre peruenit imperium. habuit hic filiam, quam Mandanem appellauit: quę ei per quietem tantum urinæ facere uiſa eſt: ut oēm ipſius urbem oppleret: atq; uniuerſam Aſiam inundaret: quod ſomnium cum magis expoſuiſſet: quæ ſunt interpretati, contempſit eſt: inde Mandanem uiro maturam uiſum eſt alicui Medorum non tradere: ſed Perſæ cuidam Cambiſi. eodem quoq; anno: quo filiam collocauerat, uiſionem alteram uidit: uidebatur ei ex filiæ genitalibus, quæ totam occuparet Aſiam, uitis enaſci: quod uiſum cum interpretibus retuliſſet: edoctus eſt filiam: q pro ipſo regnaret, parituram: quare exterritus e Perſis filiam accerſſit, cui cuſtodiam appoſuit, ut quicquid pareret, interficeretur, ubi Cyrus genitus eſt: Harpagum familiarem inter Medos fidiſſimum acciuit: cui puerum occidendum tradidit: quadam autem pietate: uel fato potius infantem interficere noluit: ſed eum Mitradati regis Aſtyagis bubulco: ut perimeret dedit, additis etiam ni id faceret minis: qui optime cauillatus filium proprium: quem tunc mulier pepererat, mortuum loco Cyri in prę ſtituto poſuit loco, ⁊ Cyrum æq;, ac filium aluit. is cum obuerſaretur inter paſtores: imperium, ut puerorum eſt mos, de conſenſu omnium gerere cœpit: quem bubulci filium appellant. nam Cyrus inde dictus eſt, qui a Cyno nutrix dicitur. i. canis: medice autem ſpaco: cumq; quidam colluſor filius Artembaris Medi ſpectati uiri nihili Cyri faceret imperia, à pueris ipſum comprehendi iuſſit, & multis affici uerberibus, qui illico ægre ferens in urbem ad patrem retulit: qualiter rem habuerit: quare Artembares apud regem conqueſtus eſt: & filium ſecum duxit: eiuſq; humeros cæſos regi oſtendit. rex ſtatim ad ſe Cyrum uenire iuſſit, quem cum de huiuſmodi re interrogaſſet, & ipſe intrepide reſpondiſſet, nepotem eſſe cognouit, ita etiam tempore ſuggerente, quod ita eſſe à bubulco certior eſt factus: quare Harpagum rex uocat, quem de puero percontatur: uiſo paſtore noluit Harpagus tergiuerſari: ſed rem totam ordine aperuit. Aſtyages autem diſſimulās bene hoc eueniſſe: gratumq; ſibi eſſe: & Harpagi filium ad ſe mitti imperat. xiii. natum annos: qui eius iuſſu mactatur, ⁊ mēbratim conciditur: partim elixus: aſſus partim in conuiuio ꝓ epulis patri eſt appoſitus. idem legitur & de Thyeſtis filijs: ut docuimus: quid deinde fuerit de Aſtyage, ⁊ Harpago: quos memorauimus, auth. tradunt.

ASCEN. ❡V T) ſcilicet hiſtoriographi narrant. ¶Lycophrona). ſ. poetam. ¶Cothurnatum). i. altiloquum. ſ. periiſſe ſagitta aduerſarii. ſic ſupple. ¶Hæreat ſagitta fixa in tuis fibris) ideſt præcordiis. ¶ Aut ſpargare in ſylua lacer) ideſt dilaceratus manibus tuorum. ¶Vt ſparſus eſt Thebis creatus auo angue) ſcilicet Pētheus à matre diſcerptus: cuius auus Cadmus factus eſt. ¶Et traharis per feros montes tauro rapiente). ſ. te. ¶Vt cōiux imperioſa Lyci). ſ. Dirce tracta eſt à filiis Antiopæ. ¶ Et quod Philomela pellex inuita). i. coacta eſſe pellex. ¶Suæ ſorori). ſ.

A progne. ¶ Eſt paſſa lingua).ſ.ſua. ¶ Reſecta).i.amputata. ¶ Excidat) ſ.ex ore tuo ante pedes tuos: de qua re in Buco. mentio fit. ¶ Conditor &c. Ordo eſt ¶ Inueniare.ſ.profugus, & vagus in inumeris locis. ¶ Orbis).i.mundi. ¶ Vt conditor Mirrhæ) .ſ.filiæ ſuæ, videlicet Cynaras. ¶ Tardæ).i.quę in arborem tarde naſcentem conuerſa eſt. ¶ Cognomine).i.cognomento blęſus. ¶ Et apis opifex) i.mellificans. ¶ Condat ſpicula noxia).i. aculeum noxium: quia excæcatiuum. ¶ In luminibus).i.oculis

ZARO

tuis. ¶ Quod).i.quam rem fecit ¶ Achæo vati).i.poetæ. ¶ Et tu fixus in duris ſaxis carparis viſcera).i.habeas viſcera carpta ⁊ dilacerata: vt cui Pyrrha erat filia. ¶ Sui fratris).ſ.Epimethei, hoc eſt vt Prometheus in Caucaſo monte religatus: cuius fratris erat Pyrrha filia. ¶ Et referas exempla Thyeſtę).i.comedaris à patre. ¶ Vt puer Harpagidæ) ſupple ab eo abſumptus eſt. ¶ Et tu cæſus) ideſt occiſus, eas in viſcera tui patris. D

Trunca geras ſæuo mutilatis partibus enſe,
Qualia Mycerni membra fuiſſe ferunt.
Vt'ue Syracoſio * præſtricta fauce poetæ,
Sic animæ laqueo ſit uia clauſa tuæ.
Nuda'ue direpta pateant tua uiſcera pelle,
Vt Phrygii, cuius nomina flumen habet.
Saxificæ uideas infelix ora Meduſæ,
Cephenum multos quæ dedit una neci.
Potniadum morſus ſubeas (ut Glaucus) equarum,
Inq; maris ſalias Glaucus (ut alter) aquas.
Vtq; duobus idem dictis mihi nomen habenti
Præfocent animæ Gnoſia mella uiam:
Sollicitoq; bibas, uultu * doctiſſimus olim
Imperturbato quod bibit ore reus.
Nec tibi, ſiquid amas, felicius Hæmone cedat,
Vtq; ſua Macareus, ſic potiare tua.
Et uideas * quod iam, cum flammæ cuncta tenerent
Hectorcus patria uidit ab urbe puer.
Sanguine probra luas, ut auo genitore creatus,
Per facinus ſoror eſt cui ſua facta parens.
Oſſibus inq; tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarii quo cecidiſſe gener.

¶ TRVNCA ger.ſæ.) Mamertes Syſaphoni Corinthii frater regni cupiditate nepotē occidit: quare à fratre dicitur laceratus: alij tradunt Mamertem, vnde Mamertini Siciliæ populi appellantur, oppidum edificaſſe: inde oborta de regno lite à fratre mortuus eſt: vt vetus memorat interpres. ¶ Vt'ue Syracuſio) Theocritus Syracuſanus Bucolicum carmen elegantiſſimum compoſuit: quod noſter Maro eſt imitatus. Fuit autem ingenii adeo mordacis, vt in ipſum Siciliæ regem Hieronis filium ſit inuectus: à quo ad ſupplicium: vt hominem tantum p terrefaceret ductus: interrogatuſq; an a maledicentia ſe abſtinere vellet, magis verba regem laceſſentia proferebat: indignatus autem rex, quod ioco fuerat commentus: ſerio fecit: nam caput ei amputauit. alij ſuſpenſum volunt, vt Ou. hoc loco. vetus interpres eſt auth. ¶ Nuda'ue di.) Marſiam dicit q victus ab Apolline, in fluuium ſui nominis eſt mutatus, vt oſtendimus. ¶ Saxificęui.) ad compendium rem hanc redigam: cum & ſuperius eam narrauerimus. Perſeus liberata Andromeda, cum Phineo certauit, cui ante promiſſa fuerat Andromeda: ⁊ cum ipſi puella a parentibus pollicita in vxorem: in ſaxum vertit: vtp te vim inferre nitentē: Cephenoſq; populos ei parentes, vt Ouidi in Meta. Hygi. aliiq; multi ſunt autho. ¶ Potniadum mor.) Glaucus e Potnia ciuitate, cum Veneris ſacra ſperneret: ſuis equab[9] a dea furor immiſſus eſt: a quibus cum veheretur, morſibus eſt dilaceratus, ut Ser. ſuper his Vir. in. iii. Geor. docet: Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum: Et mentem Venus ipſa dedit: quo tempore Glauci Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ. ¶ Inq; ma. ſa.) Glaucus is piſcator ardenter Scyllam amauit: qui in Euboica Anthedone herba quadā comeſa incredibili cupiditate ſe in mare proiecit, ⁊ a Neptuno cæteriſq; Diis marinis Deus effectus eſt, author eſt Ouid. in. xiiii. Metamor. ¶ Vtq; duo. idem) alius quidam Glaucus Cretenſis (nam plures Glauci fuerunt) ob laſciuiam in filiam uenenato melle extinctus eſt: ut vetus docet interpres. ¶ Gnoſia mel.) Cretēſia. Gnoſos enim Cretæ ciuitas eſt: vt tradit Seruius. ¶ Sollicitoq; bibas) Melitus, Anitus, Polvdeutus, Polycrates, pluresq; alii Socratem virum ſanctiſſimum inuidia accuſarunt: quod Athenienſem iuuentutem prauis moribus falſaq; religione inſtrueret: quamobrem in carcerem a magiſtratu detruſus eſt: ibiq; cum de animæ immortalitate diſputaſſet: hauſto intrepide veneno interiit. habes Platonis Dialogum: vbi quid Socrates ediſſeruerit, comperies: dicit itaq; Ouidius, Sicuti Socrates doctiſſimus uir intrepide veneno obiit: tu noxius, timiduſq; moriaris. ¶ Nec tibi ſiquid amas) Hæmon Rhodopen filiam adamauit: cum qua incæſtum commiſit: quamobrem vterq; in montem ſui nominis conuerſus eſt: vt a veteri commonemur interprete, in. ii. eleg. etiam Hę-

B

C

monis Prop. meminit. ¶ Vtq; ſua Machareus) habes hanc ſuperius fabuloſam explicatam hiſtoriam. Canaces inquam ⁊ Macha. Æoli filiorum: qui ob mutuum concubitum inſigni notantur dedecore. ¶ Et videas quod iam) de Aſtyanacte Hect. filio abunde locuti ſumus: qualiter a Græcis Troia capta, concremataq; Vly. hortatu e turri fuerit demiſſus. ¶ Sanguine probra luas) Myrrha Cynaræ, vt docuimus, filia: ex patris compreſſu formoſiſſimum peperit Adonem: cuius amore tantum Venus creditur flagraſſe. hic dū venaretur, ab apro occiſus eſt ⁊ in florem a Venere poſtea mutatus, vt in decimo Meta. legere eſt. bene ergo ſoror facta eſt parens: nam ex eo parēte Myrrha nata eſt, qui & ipſum genuit Adonem ex filia. ¶ Oſſibus inq; tuis) Vly. cum ad Iracham ex longo errore appuliſſet: territus crebris inſomniis eſt: quæ ad omnes eius regionis ſomniorum cōiectores peritiſſimos mittit. refert enim viſum ſibi ſæpius ſimulachrum quoddam inter humanum, diuinumq; vultum formæ perlaudabilis: ex eodem loco repetere, complectiq; ſummo deſiderio: cupienti, porrigentiq; manus reſpondiſſe videbatur, ſceleratam huiuſmodi coniunctionem fore: quippe eiuſdem eſſe ſanguinis: & alterum alterius opera interiturum: quam rem omnes exitialem pronunciabant, addentes, ſibi caueret ab inſidiis filii. quapropter Telemachum in agros, qui in cephalenia erant, relegauit: per idem tempus Telegonus ex Circe natus & Vlyſ. ad quærendum patrem profectus, Ithacam venit: quoddam haſtile in manibus ferens, cuius acies marinæ turturis oſſe præfixa erat inſigne, ſed inſulæ Aeææ, in qua editus erat: ibi per cuſtodes a patrio eſt prohibitus aditu, dum acrius inſtat, ⁊ repellitur: veritus a Telemacho mitti, multis interemptis cuſtodibus, patrem quoq; neſcius occidit: qui dum lætaretur, ſe non a filio interfectum moriens filium nouit: a quo ſaucius moriebatur: quod Telegonus cognoſcens, miſerabiles edidit fletus, manu vtraq; caput verberans. Ditis cretenſis etiam author.

* a.l. Vtq; Syracuſio

E

* a.l. Anithi. vt apud Hora. Anithiq; reum ⁊ Oui. alibi fama refert Anithi q̄le fuiſſe rei.

* a.l. vt videas

F

¶ ET TV geras membra trunca).i.truncata: ⁊ hoc partibus tuis mutilatis. ¶ Enſe ſæuo).i.crudeli ſup. talia: qualia ferunt fuiſſe membra Mamerthis. ¶ Et via animæ).i. vitæ tuæ: aut anhelitus tui i. arteria vitalis. ¶ Sit tibi clauſa).i. occluſa, & ſtrangulata laqueo: vt ſup. fuit clauſa ¶ Poetæ Syracuſio).i. Theocrito, ⁊ hoc. ¶ Fauce eius pręſtricta).i.ſtrangulata, & cōpreſſa. ⁊ viſcera tua pateant nuda: & hoc, pelle di epta. ¶ Vt Phrygii.ſ.Marſiæ) qui fuit excoriatus. ¶ Cuius nomina habet flumen).ſ.Marſias nomine, ⁊ ¶ Tu infelix videas ora Meduſæ ſaxificæ).i.facientis ſaxa ex iis, à qbus inſpecta fuerit. ¶ Quæ) .ſ.Meduſa. ¶ Dedit multos Cephenum) pro Cephenorum populorum.ſ. ¶ Neci).i.morti. ¶ Subeas morſus equarum potniadum).ſ.carne humana veſci ſolitarum. ¶ Vt Glaucus) ſupple

ASCEN.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

A ſubiit. ¶ Et ſalias in aquas maris) vt alter Glaucus. ¶ Correptus) .ſ. furore comeſa quadam herba: ⁊. ¶ Mella Gnoſia).i. Cretenſia: hoc eſt apum Cretenſium. ¶ Præforent).i. ſtrangulent, ⁊ intercludant ¶ Viā animæ).i. anhelitus tui, & flatus. ¶ Vt habenti idem nomen duobus).i. cū duobus dictis. ¶ Mihi).i. à me: hoc eſt, vt tertius Glaucus: qui venenato melle ab hoſpite Cretenſi extinctus eſt. ¶ Et bibas ore ſollicito) ſupple aconitum: veluti olim bibit. ¶ Reus doctiſſimus).ſ. Socrates ſolus ſapiens ab Apolline pronunciatus. ¶ Quod) ſupple ipſe. ¶ Bibit ore imperturbato).i. cōſtāti. ¶ Nec ſi tu quid amas, cedat tibi felicius Hæmone).i. quam Hæmon: qui cum filia Rhodope quam turpiter amauit, in montem obduruit: & ¶ Tu patiare) ſupple à ſorore tua. ¶ Vt Machareus) ſupple paſſus eſt. ¶ A ſua) ſorore, ſcilicet Canace: hoc eſt perpetuam infamiam. ¶ Aut videas) non, vt videas. Nam ordo eſt. ¶ Aut videas).ſ. mortem ex præcipitio incenſa patria. ¶ Quod puer

D Hectoreus).i. Hectoris filius Aſtyanax. ¶ Vidit ab vrbe patria).i. in Ilio. ¶ Cum flammæ tenerent).i. occuparent iam cuncta. ¶ Et tu luas ſanguine).ſ. tuo. ¶ Probra).i. vituperia. ¶ Vt).ſ. Adonis. ¶ Creatus).i. procreatus, & genitus. ¶ Auo).ſ. materno, hoc eſt Cynara patre Myrrhæ, & auo Adonis. ¶ Genitore).i. patre. Idem enim erat pater, & auus eiuſdem: ſed auus per filiā ¶ Cui) ſcilicet Adoni. ¶ Sua ſoror eſt facta parens) ideſt mater. ¶ Per facinus) ideſt per incæſtum. Et ¶ Illud genus teli).ſ. vt Baptiſta Mantuanus recitat, roſtrum gladii, & cauda trigonis. unde verba eius ſunt: Nam gladii roſtrum, caudamq; trigonis aquoſi: Qua quondam magno fatum intentauit Vlyſſi Telegonus, Circes vſus fatalibus armis: Præfixit iaculis: ſtygiaq; extinxit in vnda: Hæreat in tuis oſſibus. ¶ Quo gener Icarii) ideſt Vlyſſes maritus Penelopes filie Icarii. ¶ Traditur cecidiſſe) ſcilcet à filio ſuo ſublatus.

Vtq; loquax in equo eſt eliſus guttura acerno,
  Sic tibi claudatur pollice uocis iter:
Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta,
  Iactaq; pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.
Salmacis utq; patrem * condat te Phœbus in ima
  Tartara, quod natæ fecerat ipſe ſuæ.
Inq; tuos ea peſtis eat, quam dextra Chorœbi
  Vicit, opem miſeris Argolicisq; tulit.
Vtq; nepos Aethræ Veneris moribundus ob iram,
  Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes nimias ut perdidit hoſpes alumnum,
  Perdat ob exiguas te tuus hoſpes opes.
Vtq; ferunt fratres ſex cum Damaſicthone cæſo,
  Intereat totum ſic genus omne tuum.
Addidit ut fidicen miſeris ſua funera natis,
  Sic tibi ſint uitæ tædia iuſta tuæ.
Vtq; ſoror Pelopis ſaxo dureris oborto:
  Et læſus lingua Battus ab ipſe ſua.
Aera ſi miſſo uacuum iaculabere diſco,
  Quo puer Oebalides, ictus ab orbe cadas,
Siqua per alternos pulſabitur unda lacertos,
  Omnis Abydena ſit tibi peior aqua.

* a.l. Vtq; patré Pſamathes

* a.l. inuiſa

ZARO. ¶ VTQVE Loquax) Agenor quidam petulans, incompeſcibiliq; lingua adeo, vt ne Ioui quidem parceret: qui cum curreret, ab equo cecidit: ⁊ fauces pollice ſibi oppreſſit, vt vetus exponit interpres. ¶ Aut vt Anaxarchus) hic Athenienſis fuit, qui male ſuos colonos tractabat: à quibus occiſus eſt: eiusq; oſſa in pila occluſa pro frugibus iactata: ſi recte vetus interpres commonet. ¶ Vtq; patrem Sam.) Cyclops quidā Sameri filiam habuit alter Leucothean: quam Phœbus amās eſt inſectatus: quare eam pater occidit: qua iniuria Phœbus eum interfecit: ſi veteri credimus interpre. alii legunt, Salmacis vtq; patré. ¶ Inq; tuos ea peſtis eat) docuimus iam à Chorœbo monſtrū filios matrum ſinu educens, atq; deuorans interfectum: Statii adducentes authoritaté. ¶ Vtq; nepos Aethræ) Hippolytum.d. Theſei filium ex Aethra nati, ab Æſculapio Dianæ precibus ad vitam reſtitutum. Indignatus auté Iuppiter mortalé Æſculapiū homines ad vitá iā mortuos reuocare poſſe: eū fulmine interemit: quare Apollo Cyclopas fulminis fabros, interfecit, q e cœlo a Ioue pulſus Admeti regis oues pauit, vt omnibus notiſſimū eſt. ¶ Propter opes nimias) q̄liter Polymneſtor auri cupiditate Polydorū Priami filiū occiderit: ⁊ ipſe ab Hecuba obcæcatus fuerit: iā narrauimus. ¶ Vtq; ferūt) de numero filiorū Niobes diuerſę apud authores reperiunt ſententiæ: nā Ho. pueros, puellasq; ſenos fuiſſe ſcri. bis ſeptenos Euripides: Sappho bis nouenos: Bacchilides & Pindarus bis denos: qdā alii ſcriptores tres tm̄ volūt: vt lib. xix. Gellius tradit. Ouid. ét in ſeptimo Meta. bis ſepté dicit: & mariū ponit nomina: quorū vnus Iſmenus vocabat: ali9 Sipylus, tertius Phedimus, quartus Tātalus, qntus Alphenor, ſextus Damaſithon: vltimus Ilioneus, q oés ſagitta à Phœbo occiſi ſunt pp matris nimiā ſuperbiá, Latonæq; cótéptū: quā ſterilé p̄dicabat: ita & filiæ ſicuti fratres periere, vt lib. vii. ſcri. Ouid. ¶ Addidit vt fidicen) Amphion, quorū nūc meminimus, pr̄ fuit, Iouis, & Antiopæ filius, & vt Plutarchus docet, in arte muſica fidiū inuentor, & muſicus præſtantiſſimus. hic occiſis filiis morté ſibi cóſciuit, vt Oui. narrat: Nā pr̄ Amphió ferro p pectus adacto Finierat moriens pariter cū luce doloré. Hippocrates auté in libro q inſcri. ὀξέων παθῶν Illos morbo deceſſiſſe Cyrnates: ſubitariaq; præuentos morte: q dr̄ morb9 ét Apollono bletus, i. pcuſſus ab Apol. author eſt Porphyrius

B

C

¶ Vt'ue ſoror Pelopis) Niobe Tātali ex Taygete filia: alii Pelopis: alii Zethi: alii Alalchōeni, vt Porphyrius in. vii. teſtat, & proinde Pelopis ſoror: Amphionis Thebarū regis vxor fuit, q̄ nimio mœrore ob natorū interitū in marmor dr̄ verſa, vt ab Ouid. in Meta. accepimus, ferunt nōnulli hanc calamitaté ſubiuiſſe in Libya: alii apud Thebas. Porphyrius ait, comicū Philemona ſcripſiſſe mutā effectā Niobé: ob multa q̄ eā circūuenerant mala: inde fictū in lapidé cōuerſam. Lyd9 auté poeta inquit, ab Aſonide amatore fuiſſe dilectā: qué cū illa auerſaret: igné forib9 obiecit. Illa effugiens in lapidé cōuerti poſtulauit: ac ita in lapidé cōuerſa eſt. ¶ Et læſus lingua Battus) in ſcđo Met. Oui. ſcri Merc. Apollini arméta ſuffuratū: q̄ in agros pylios pceſſerant: eaq; in ſyluā abduci nemo p̄ter vnū ſené Nelei paſtoré Battū nūcupatū vidiſſe: qué p̄cario, vt furtū taceret, adiiſſe vtq; magis id faceret, dono vaccā tradidiſſe: alia nō multo poſt Deū ſumpta effigie eū interrogaſſe: nū boues ſurreptas vidiſſet: vtq; manifeſtaret, boū paria pollicitū fuiſſe: quo munere allectū furtū detexiſſe: inde in ſaxū, qđ index dr̄, mutatū. ¶ Aera ſic miſſo) Hyacinth9 puer Oebali filius ab Apolline ſummopere dilectus. ab eodé p iprudentiā diſco occiſus eſt, vt in Met. Oui. tradit. Pli. aūt lib. xxi. Hyacinthū, inqt, comitat fabu. duplex: luctū p̄ferés eius, quem Apollo dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi: ita diſcurrétibus venis: vt græcarū literarū figura, αἰ legat inſcripta. erat diſcus genus ludi: antiq dicebāt certi pōderis diſcū: quo iuuenes in Agone cōtendebant: fortior iudicandus: q ultra ſtatutā metā pieciſſet, ita ⁊ miſſilibus certabát. Ho. lib. Carmin. Sæpe diſco, ſæpe trās finē iaculo expedito. Acron eſt author. ¶ Si qua p alternos) in Heroidibus amores Hero. ⁊ Læan. ſcrib. Ouid. alter apud Abydū, apud Seſton Hero commorabant, & noctis tpe fretū p ſepté ſtadia patens, Leāder tranſnabat: ad amicāq; ſe cōferebat: forte tempeſtate obrutus periit: extant de hoc Mart. epigram. Muſeiq; carmen.

E

F

ASCEN. ¶ ET Vt Agenor loquax).i. dū aſſidue loq vellet: ⁊ manū in os inſertaret. ¶ Eſt eliſus guttur).i. habuit guttur eliſum. ¶ In equo).i. dū inſideret in equo. ¶ Sic iter vocis claudat tibi pollice).ſ. tuo imiſſo. ¶ Aut mi.).i. minutatim cōteraris. ¶ In alta pila.i. inſtrumēto, quo conterit granū qđuis, aut legumé. ¶ Vt Anax.) ſup. tritus, ⁊ iminutus eſt. ¶ Et oſſ. tua ia.).ſ. è pila. ¶ So

A net pro frugibus ſolidis).i.impermiſtis,⁊ ſui plenis.¶Et Phoebus condat).i.detrudat te in ima tartara.¶Vt) ſup. condidit. ¶Patrem Salmacis).i.Orchamum:quem radiis ſolaribus interemit.¶Quod).i.quam rem,¶Ipſe fecerat ſuæ natæ).ſ. Leucotheæ:quam detruſit in locum ſubterraneum.¶Et ea peſtis).i.monſtrum ¶Eat in tuos).ſ.familiares,propinquos, amicos, & benefactores.¶quam) ſ.peſtem.i.quod mõſtrũ dextra Chorœbi vicit, ⁊ tulit opem miſeris.¶Argolicis).i.Peloponẽſi incolis. ¶Et tu exul).ſ.à paterna domo.¶Excutiaris ab eqs attonitis).i.conſternatis viſis phocis.¶Vt) ſup.excuſſus eſt.¶Nepos Aethrę).ſ.Hippolytus Theſei filius.¶Moribundus ob irã Veneris) quia contempſit rem veneream habere cum Phædra nouerca ſua.¶Vt hoſpes).ſ.Priami Polymneſtor rex Thracię ¶Perdidit).i.interemit.¶Alumnum).ſ.Polydorum filiũ Priami:quem aluerat propter nimias opes.Vnde tertio Æneid.Polydorum obtruncat:& auro Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?ſic ſup. ¶Hoſpes tuus perdat te ob exiguas).i.valde modicas opes.¶Et vt ferunt tot fratres cæſos).ſ.ab Apolline.¶Cum Damaſithone).ſ.filio Amphionis,& Niobes:ſic omne genus tuum intereat tecum.Et ¶Vt ſi dicen).ſ.Amphion addidit.¶Sua funera).i.mortẽ ſuam ¶Natis).i.filiis ſuis miſeris:qui ob ſuperbiam matris intercepti ſunt. ¶Sic iuſta tædia ſint tibi tuæ vitę).i.de uita tua:vt teipſum interficias.Et dureris).i.indureas.¶Saxo oborto).i. præter opinionem nato.¶Vt ſoror Pelopis).i. Niobe , ſupple induruit quę in Sipylum ſaxum commutata eſt.& vt ſupple in ſaxũ induruit,⁊ immutatus eſt Battus,ſcilicet fur abigeus.¶Leſus ipſe à ſua lingua) qua furtum confeſſus eſt. ¶Sic tu iaculabere).i. iaciendo percuties.¶Aera).i.aerem ¶Vacuum).ſ corpore de ſo.¶Diſco miſſo).i.per diſcũ ſurſum miſſum.¶Tu cadas ictus ab orbe).i ab eodem diſco rotundo.¶Quo puer Oebalides).i.Hyacinthus.¶Ictus) ſup.cecidit.Et ¶Si qua).i.aliqua.¶Vnda pulſabitur per lacertos).ſ.tuos. ¶Alternos).i. alternatim, dum natas,aquas feritẽs:hoc eſt ſi aliquando pernatare fluuium volueris.¶Omnis aq̃ ſit tibi peior Abydena) i. quã Abydena fuit Leãdro,q ad amicã properans in ea ſubmerſus eſt.

ZARO ¶COMICVS vt liquidis) & Terẽ.comœdiarum ſcripto.

B ſignificat interitum:qui vt teſtatur Donatus ſuper Terenti. cum ex Gręcia rediens nauem conſcendiſſet,naufragio periclitatus occubuit,& cum eo fabu.c.&.viii.ex Menandro cõuerſæ perierunt. ¶Liquidis) Athenienſis comicus dum in pireæo portu nataret,ſubmerſus eſt , de quo nobiliſſime à Græcis editæ traduntur Elegiæ,& à Callima. epi.vt vetus interpres docet.¶Aut vbi vẽtoſum) Palinurus Iaſii filius, Aeneæ nauis gubernator,nimio ſomno vexatus in mare cecidit:cũq; triduo enataſſet: à Velieñb9 occiſus ẽ,vt Maro. carmen teſtatur:licet ibi redarguatur ab Iulio Hyginio.Aul. Gel.¶Vtq; cothurnatum vatem) Euripides Clitus Olitricis,⁊ Cauponis, Mneſarchi filius in Salamine natus duo de.xx annos agens,Tragœdiam ſcrib. ad  rſus eſt.adeoq; in eis excelluit,vt præſtantiſſimus inde exſtiterit inter Græcos ſcripto.tragicos: Athleta etiam fuit:Eleuſino enim ⁊ Theſeo certamine pugnauit: ⁊ coronatus eſt . In phyſicis Anaxagora vſus eſt præceptore:in arte dicendi Pro-

C dico:in morali philoſophia ſecutus eſt Socrat.mulieres ferme omnes maiorem in modum exoſus dicitur:duas tamen dilexit,ex quibus filios excepit: In Macedonia apud Archelaum regem magno honore eſt habitus:à cuius cœna noctu cum reuerteretur:à Lyſimacho Archelai ſeruo,Dianæq; templi æditituo immiſſis Deæ canibus dilaceratus eſt:hunc Lyſimachum Arnæus Macedo,& Creteus Theſſalus æmuli Euripidis corruperant,vt ita eum enecaret:cui Macedones ſepulturam,⁊ ingentes honores præbuere:ad quos cum Athenienſium legati veniſſent,vt eius oſſa in patriam transferre ſinerent, maximo conſenſu in ea re deneganda Macedones perſtiterunt: habes Au.Ge.xiii.No.atticarum. ¶Aut vt Trinacrii) Empedocles Agrigentinus Melonis filius,vt tradit Hippobotus: vt vero Telauges,Archinomi,fratrem habuit Callicratidem:teſte Phauorino in commentariis.hic Pythagoricam ſententiam ſectatus eſt:cuius & auditor fuit:eximius philoſophus extitit: quo Lucretius totam Siciliam multum decorari dixit:ſcripſit carmine Xerxis tranſitum:ſcripſit ⁊ tragœdias:multa alia compoſuit:vt Hier.& Ariſto.tradunt:quorum alter.xliii. eius opuſcula legiſſe refert:alter vero ſæpiſſime eius retulit opiniones,ex diuerſis libris euulſas.varia de eius morte traduntur:nam alii ſcri.in Peloponneſo obiiſſe mœrore:quia cum Agrigentum conderetur:inimicorum nepotes ipſius obſiſterent inſtituto:

Comicus ut,liquidis periit dum nabat in undis,
Et tua ſic ſtygius ſtrangulet ora liquor.
Aut ubi uentoſum ſuperabis naufragus æquor,
Contacta pereas ut Palinurus humo.
Vtq; cothurnatum uatem tutela Dianæ,
Dilaniet uigilum te quoq; turba canum.
Aut ut Trinacrii ſalias ſuper ora Gigantis,
Plurima qua flamma Sicanis Aetna uomit.
Diripiantq; tuos inſanis unguibus artus
Strymoniæ matres,Orpheon eſſe ratæ.
Natus ut Althææ flammis abſentibus arſit,
Sic tuus ardeſcat ſtipitis igne rogus.
Vt noua Phaſiaca compreſſa eſt nupta corona,
Vtq; pater nuptæ,cumq; parente domus.
Vt cruor Herculeos abiit diffuſus in artus,
Corpora peſtiferum ſic tua uirus edat.

Heraclides aliam mortem memorat:vulgatiſſima autem,q̃ nunc ab Ouid.tangitur. cupidus Empedo. immortalitate potiri,in Aetnam montem ſe

E proiecit:credens ſe ita hominibus facile perſuaſum iri Deũ effectum: flammis autem ab ſumptus eſt:nil q. præter crepidam inuentum eſt.Hinc Horatius in poetica:Siculiq; poetæ narrabo interitum: Deus immortalis haberi Dũ cupit Empedocles: ardentem frigidus Ætnam Inſiluit.¶Aetna)mõs eſt Sicilię,ab Ætna muliere ibi ſepulta dictus, quam Iuppiter dilexit,vt author eſt Pidarus. ¶Diripiantq; tu.) Orpheus, de quo multa ſuperius narrauimus,amiſſa penitus Eurydice vxore,mulierum ſpreuit cõcubitus:per ſyluaſq; cõmeans montes,arbores,& ſaxa lyræ modulamine ad ſe trahebat, vt Hora.in Carm.ait: Aut ſuper Pindo,gelido'ue in Hæmo: Vnde vocalẽ temere ſecutæ Orphea ſyluæ.primus Thracas amores in pueros docuit:vnde Oui.in Met.Ille etiam Thracũ po-

F pulis fuit author,amorem in teneros transferre mares: citraq; iuuentam Aetatis breue ver:& primos carpere flores. tandem a mulieribus,quas ſpernebat:in Thracia occiſus eſt.Diogenes autem Laertius ſecutus hiſto.fulminatũ a Ioue tradit:idq; vetuſtiſſimo epig.comprobat:quod in Dio Macedoniæ inſculptum legitur.quod ita a latinis eſt interpretatum:Orphea canenti trãsfixum fulmine Thracem:Cũ aurata Aonides hic poſuere lyra.¶Strymoniæ ma.) i.Thraciæ: Strymon .n. fluuius eſt,qui teſte Pli.in.v.nat.hiſt,Macedoniam a Thracia ſeparat: fluitq; a vertice montis Aemi.¶Natus vt Al.) Oeneus Parthaonis filius,Calydoniæ rex ex Althæa Meleagrum genuit. hic Oeneus diis omnibus ſacra inſtituit, vna dempta Diana: quam ſeu indignatione,ſiue obliuione prætermiſit. irata autẽ dea vaſtiſſimæ magnitudinis aprum in Calydoniam immiſit, qui totam deuaſtabat regionem:q̃obrem,vt tanta expelleretur peſtis,rex partem regni ei,qui aprum interfeciſſet, dicitur pollicitus.Meleager regis natus animoſus & viribus valens collecta iuuenum manu,aprum occidere decreuit:ad fuit Iaſii quoq; filia Atalãta:q̃ in primis telo eum vulnerauit:quo vulnere deinde facile ab omnibus occiſus eſt.Meleager autẽ Atalantæ forma illectus,feræ caput ei dono tradidit,decus apud antiquos maximum,quod ægre ferentes Plexippus,⁊ Agenor Meleagri auunculi,puellæ caput abſtulerunt.quare ira commotus amans Meleager,eos occidit:quem caſum cum Althęa percepiſſet,ſtipitem,in quo filii vita erat, combuſſit: nato.n.

A Meleagro, parcæ ardentem ſtipitem in Althęæ conſpectum poſuerunt, affirmantes, quoad ſtipes ille duraret, filium eius vi ta functurum: quem magna diligentia vſq; ad fratrum mortẽ, vt docuimus, cuſtodiuit. ſic Oui. ⁊ Lactan. perhibent. ⸢Vt no. Pha.) Medea ab Iaſone ſpreta propter Glaucen: vel, vt alii, Creuſam Creontis filiam: quã vxorem Iaſon acceperat: vt iniuriam vlciſceretur: coronam malefica arte compoſitam exhibuit Creuſæ, vel Glaucę: qua mortua, vna cum tota domo, occiſis filiis Medo, & Mermero, dolorem ſuum vlta pẽnatis dra conibus fugit: ⁊ Medeam conſtituit ciuitatem: Acron eſt au. & Sene. in tragœdia, quæ Medea nuncupatur. ⸢Vt cru. Herc.) ſæpius Her. interitum expoſuimus: qui tunica à Deianira vxore miſſa extinctus eſt.

ASCEN. ¶C O M I C V S) &c. ⸢Vt). i. quemadmodum ⸢Comicus) .ſ. Menander nouæ comœdiæ princeps: aut, vt quidam volũt, Ter. e Græcia rediens ⸢Periit) i. ſubmerſus eſt, dum nabat in vndis liquidis. ⸢Sic liquor Stygius). i. infernalis. ⸢Strangulet &). i. etiam ora tua. ⸢Aut vbi tu nau.). i. naufragium paſſus. ⸢Superaris). i. ſuperaueris. ⸢Æquor ventoſum). i. procelloſum mare: tunc ſup. pereas. ⸢Humo). i. terra cõtacta. ⸢Vt Pali.). ſ. director nauis Æneæ: periit ſup. interemptus in portu, Velino poſtea dicto, vt in. vi. Æneí. dicitur. ⸢Turba canum vigilum)

appoſitoriæ tutela Dianæ. ⸢Dilaniet quoq;). i. etiam te, vt ſup. dilaniauit. ⸢Vatem Cothurnatum). ſ. Euripidem. ⸢Aut tu ſalias ſuper ora gigantis Trinacrii). i. Sicilienſis: hoc eſt in Sicilia in monte Ætna relegati. vnde Æneí. iii. Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hac & c. ſup. ab ea parte. ⸢Qua Aetna Sicanis). i. Sicilienſis. ⸢Plurima). i. abundantiſſima. ⸢Vomit flammas: quod). ſ. Empedocli contigit, vt docet Flaccus in arte poetica. ⸢Et matres Strymoniæ). i. Thraces ⸢Diripiant). i. dilacerent ⸢Tuos artus). i. membra tua. ⸢Vnguibus inaſnis). i. impie inſanientes. ⸢Ratæ). i. arbitrantes, ſupple te, eſſe Orpheon. nam ſic Orphea dilacerauerũt. Et ⸢Vt natus). i. filius. ⸢Althææ). ſ. Meleager. ⸢Arſit). i. conſumptus, ⁊ combuſtus eſt flammis ardentibus. ⸢Sic rogus tuus ardeſcat igne). ſ. fatali, in rogum tuum immiſſo à matre. ⸢Vt noua nupta). ſ. Iaſonis ſponſa: hoc eſt Creuſa Creontis Corinthiorũ regis filia. ⸢Arſit corona Phaſiaca). i. à Medea Phaſide, ſeu Colchide miſſa. ⸢Et vt pater nuptæ). ſ. Creon. ⸢Et domus). ſ. tota, ſcilicet arſit cum parente, ſic tu ſupple ardeas. Et ⸢Vt cruor) ſcilicet Neſſi venenoſus. ⸢Abiit diffuſus in artus Herculeos) ideſt in membra Herculis per camiſiam à Deianira per Licham miſſam: ⸢Sic virus) ideſt venenum peſtiferum. ⸢Edat) ideſt abſumat corpora tua. D

ZARO. ¶Q V A Sua Penthidem) Butes Lycurgi filius Bacchantes mulieres in patris vindictam occidit, cuius obitus iam meminimus. Penthiden dicit, ſiue quia ſimilia Pentheo egerit, ſiue quia nepos Penthei fuit, nam Pentheus Drianthem genuit, à quo natus eſt Lycurgus, vt à vetere didicimus interprete. ⸢Vtq; Milo robur) Milo Crotonienſis illuſtris athleta fuit, vt apud Gel. in. xiiii. qui cum in locis ſylueſtribus Italiæ iter faceret: quercum proxime viã patulis in parte media ramis hiantem vidit: immiſſis digitis in hiatum arboris, diducere eam conatus eſt: medioq; iam reſciſſo, ipſe cum manus deduxiſſet, credens iam opus perfectum: in naturam arbor rediit, & retentis hominis manibus, feris eum præbuit dilacerandum: quod etiam à Va B

Qua ſua Pentheiden proles eſt ulta Lycurgum,
  Hæc maneat teli te quoq; plaga noui:
Vtq; Milo robur diducere ∗ fiſſile tentes,
  Nec poſſit captas inde referre manus:
Muneribusq; tuis lædaris ut Icarus, in quem
  Intulit armatas ebria turba manus:
Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit,
  Vincula per laquei fac quoq; guttur eat.
Obſtrictusq; famem patiaris limine tecti,
  Vt legem pœnæ cui dedit ipſa parens.
Illius exemplo uioles ſimulachra Mineruæ,
  Aulidis à portu, qui leue uertit iter.
Naupliadęq; modo ficto pro crimine pœnas
  Morte luas, nec te non meruiſſe iuuet.
Ethalon ut uita ſpoliauit Iſidius hoſpes,
  Quem memor à ſacris nunc quoq; pellit Io.
Vtq; Melantheum tenebris à cæde latentem
  Prodidit officio luminis ipſa parens.

iã oſtendimus. ⸢Aethalon vt vita) Iſidis ſacerdos Aethalõ, qui filii concubitum petierat, interfecit. quare cum in eius templo aliorum Aegyptii regum imagines collocentur, huius ne ſtatua poneretur, eſt vetitum: vel ſic: Aethalus ſacerdos Iſidis ab hoſpite occiſus eſt, quare Aegyptii Iſidis iram metuentes, inſtituerunt: nequis ex ea familia ſacerdotiũ iniret, aut ſacris Iſidis poſſet intereſſe: vt narrat vetus interpres. ⸢Vtq; Me.) Melanthæus homicidio obnoxius cum lateret, à matre rei inſcia quærentibus eſt manifeſtatus, vtq; meli us cognoſcerent, lumen attulit. qui captus capite multatus eſt, ut vetus interpres ſcri. Alii de Codro intelligentes peruertunt hiſto. E

∗ Ideſt aperire. a. l. deducere

ASCEN. ¶H A E C Plaga noui teli, q̃ Lycurgum Penthiden). i. Penthei filium. ⸢Sua proles). i. filius Butes. ⸢Eſt vlta). ſ. occidendo Bacchi ſacerdotes variis ſuppliciis. ⸢Maneat). i. expectet. ⸢Quoq;). i. etiam te. ⸢Et tentes). i. coneris ⸢Diducere). i. i diuerſas partes diſtrahere. ⸢Robur). i. arborem robuſtam, aut re vera arborem robur dictam: quę eſt de genere quercuũ. ⸢fiſſile). i. fiſſam, ⁊ rimoſam ⸢Vt). i. quemadmodum. ⸢Milo) ſupple tentauit, vt etiam Aul. Gel lius recitat. ⸢Nec poſſis referre inde). i. ex ipſo robore. ⸢Manus captas). i. comprehenſas ab arbore, & ita maneas præda feris: ut ille manſit. ⸢Et lædaris tuis muneribus). i. ob tua munera, & inuenta. ⸢Vt Icarus) ſupple læſus eſt ob inuentum vinũ ⸢In quem ebria turba). ſ. agreſtium credens ſe ueneno infectã ⸢Intulit manus armatas) quæ ipſum occiderunt. ⸢Et fac quoque). i. etiam. ⸢Vt) ſupple. ⸢Guttur tuum eat per uincula laquei). i. ut ſtranguleris, & ſuſpẽdaris. ⸢quod). i quam iẽ ⸢Pia filia). ſ. Erigone uirgo. ⸢Fecit dolore) ideſt ob dolorem. ⸢Necis patriæ) ideſt paternę, ſeu patris ſui Icari. ⸢Et tu obſtructus in limine tecti) ideſt domus. ⸢Patiaris famem vt) ſupple famem paſſus eſt, & ea neci datus Euryſthenes Lacedæmonius. ⸢Cui ipſa parẽs) ideſt mater dedit legem pœnæ, vt recitatur. à Calderino. ⸢Illius exemplo) ad finem uſq;, quem nunc attingimus: imprecatur in Ibin. Ordo eſt. ⸢Violes ſimulachra Mineruæ exemplo illius) ſcilicet Aiacis Oilei: qui concubitu tem plum F

C lerio Maximo tangitur. ⸢Muneribuſque tuis lædaris) vt Icarus) vt ab Hyginio accepimus: cũ a Libero patre vini vſum edoctus eſſet, Atticorum fines perambulans, paſtoribus nouum genus liquoris præbuit: quo ebrii exiſtimarunt veneno ſe potatos. quare Icarum in puteum deiecerunt: eius autem canis Mœra dicta: quæ ſemper dominum ſequebatur: domum venit: ac Erigone Icari filiæ mortis patris ſuſpitionem oſtendit: quam etiam ad locum perduxit: tanto autem dolore affecta dicitur Erigone, vt ſuſpenſa vita deceſſerit, cui mortuæ canis ſpiritu ſuo parentauit: quos omnes Iuppiter miſeratione in aſtra deformauit. ⸢Quodq; dolore necis) Erigonen dicit: de qua nunc locuti ſumus. ⸢Obſtructusq; famem) Euryſthenes matrem Laconicam nobilem crudelitate dicitur habuiſſe, quæ in bellum filio prodeunti iuſſit, ne domum reuerteretur, niſi cæde hoſtium pollutus: is nequaquam id perfunctus eſt: quare a matre clauſus inedia ad inferos ſeceſſit: vt vetus docet interpres. ⸢Illius exemplo violes) Aiacis Oilei tangit hiſto qui inter ſcopulos illiſus eſt, vt expoſuimus. ⸢Naupliadęq; modo) Palamedem dicit non vulgaris induſtriæ virum, nam præter. xvi. literas, quas adinuenit: latrunculorum quoq; ludum primus creditur comperiſſe: autho. Pli. hic Nauplii filius fuit, & Vlyſſis dolo à Græcis lapidibus obrutus: vt

A plū Palladis inceſtauit: ⸢Qui uer.iter.le.).i.facile à portu Au
lidis:ob quā rē uolūt alij legēdū eſſe Dianę. ⸢Et luas mor.).ſ.
tua: ⸢Pœnas pro cri.fi.).i.falſe impoſito ⸢More Nau.).i.Pala-
medis Nauplij filij ab Vlyſſe falſo accuſati ⸢Nec iu.te nō me.)
.i.nec proſit tibi:ꝙ nō merueris,ſicut nec Palamedi ꝓfuit. ⸢Et
ut ipſa pa.).i.mater ⸢Prodidit offi.lu.).i.agnitione ꝑ oculos fa
cta, ⸢Melanthæū).ſ.filiū ſuū
⸢Latēte).i.defenſum ⸢A cę.)
.i.occiſione ⸢Tenebris).i.be-
neficio tenebrarum.

Sic tua coniectis fodiantur corpora telis,
Sic precor auxiliis impediare tuis:
Qualis equis pactis,quos fortis agebat Achilles,
Acta Phrygi timido eſt nox tibi talis eat.
Nec tu quàm Rheſus ſomno meliore fruaris,
Quàm comites Rheſi tu necis ante diem:
Quàm quos cum Rutulo morti Rhānete dederunt
Impiger Hyrtacides Hyrtacidæq; comes.
Cliniadæq; modo circundatus ignibus atris,
Membra feras ſtygiæ ſemicremata neci.
Vtq; Remo muros auſo tranſire recentes,
Noxia ſint capiti ruſtica tela tua.
Deniq; Sarmaticas inter Geticasq; ſagittas
His precor ut uiuas,& moriare locis.
Hæc tibi tantiſper ſubito ſunt miſſa libello,
Immemores ne nos eſſe querare tui.
Pauca quidem (fateor) ſed dii dent plura rogatis,
Multiplicentq; ſuo uota fauore mea.
Poſtmodo plura leges,& nomen habentia uerum,
Et pede quo debent acria bella geri.

ZARO. ¶ SIC tua cōie.)ad huius lo
ci interpretationē tres inferio
res uerſus pertinēt, & Dolona
phrygiū taxat.Hic ad Grecoꝝ
caſtra exploranda miſſus eſt à
Troianis,ꝗbus Achillis equos
Balion inꝗ; ⁊ Xāthū abduce-
re pactus ē,ſed ab Vlyſ.⁊ Dio.
ꝑ noctēʒ captus occidit,prius
tñ Troianoꝝ detectis ꝯſilijs,
ut Ho.& Ditis ſcri.Oui.in He-
roidib⁹. Retulit ⁊ ferro Rhe-
ſūq;,Dolonaqʒ cęſos, Vtqʒ ſit
B hic ſomno ꝓditus, ille dolo.
⸢Nec tu ꝗ; Rhe.) Cionei fi-
lius Rheſus Thraciæ rex, in
Troianoꝝ auxilia ueniēs unà
cū comitibus ab Vly.& ſocio
Dio.occiſus eſt,Dolō:q equos
albos ſecū ducebat,qui ſi Xan
thū bibiſſent,erat in fatis Tro
iam capi nō poſſe:ut Maronis
carmē teſtat̃: Ardētesq; auertit
equos in caſtra priuſꝗ; Pabula guſtaſſent Troiæ,Xanthūqʒ bi
biſſent.Ho.& Ditis hāc copioſius ſcripſe.hiſt. ⸢Quā quos cū
Ru.)Niſus Hyrtaci filius, & comes Euryalus iu Rutulorū ca-
ſtra uenere,ubi Rhānetē,multoſqʒ alios morti dedere:tandem
& ipſi agniti occiſi ſunt, ut in.ix.Ænei.Virg.eſt auth. ⸢Clinia
dæq; mō)Perſicus Clinię filius à ſocijs occiſus eſt,ac ſemicōbu
ſtus ꝑꝑ auri copiā, quā habebat ſecū: ſi ueteri credimus inter-
preti.pōt quoqʒ de Alcibiade Clinię filio intelligi,q in Phry-
gia crematus eſt Lyſandri Lacedęmonij artificio, ut Probus
Æmilius tradit. legitur ⁊ Clytiadę,⁊ Clytię filiū dicit,qui di-
citur radijs ſolaribus exuſtus. ⸢Vtqʒ re.mu.)narrat in.j.ab ur-
be cōdita Liuius Remū in cōtētione augurij ictū in turba ce-
cidiſſe.deinde ait: Vulgatior fama eſt ludibrio fratris Remum
nouos trāſilijſſe muros,inde ab irato Romulo cū ṽbis quoqʒ
increpitans adieciſſet,Sic deinde quicūqʒ alius trāſiliet mœnia
C mea:interfectū a Celere Cēturione raſtro. ⸢Ruſtica te.)qa ru-
ſtici tū Rom.erāt;isq; Cēturio,à quo Remus eſt occiſus. ⸢De
niqʒ Sar.inter.Geti.ſa.)Sarmatæ, quos Græci Sauromatas uo
cant:Borealem regionē incolūt exilē,ac tenuē, alioquin felici-
bus refertā arboribus,ab Amaʒonibus oriundi:ut Herodotus
tradit,tanta ijs eſt barbaries:ut pacē nō intelligant, ſagittis in
bello uti ſolitos accepimus:ſicut & Getas, qui à Romanis:te-
ſte in.4.hiſt.Plin.Daci nūcupant̃:Thraciā incolere dicūt̃.eodē
in loco,Plin.auth.quorū ſęuitiē in lib.de Pōto Ouid. memo-
rat,cū ait:Nulla Getis toto gens eſt truculētior orbe. ⸢Hac ti-
tantiſper)interea.& ſi fere poſt ſe poſtulet,dum,pro donec ſiue
quandiu,ut doctorū grāmaticorū eſt ſnia. ⸢Subito ſint miſſa
libello.Immemo.ne nos eſſe que.tui.)ſolēt hoīes cū a pr̃ia ab-
ſunt,ꝗ;primū ad amicos lr̃as dare,ut inde ipſorū oblitos non
credāt.quare nūc poeta inqt.Mittim⁹ tibi has nr̃as imprecatio
nes ſubito,ne credas me iniurię oblitū.quare in principio ope
ris dixit.Sic ego te nōdū ferro iaculabor acuto,⁊ ꝗ ſequunt̃ ad
octo uerſus. ⸢Querare) queror deponēs abſolutū ſine/æ/di-
phthōgo,idē,qȏ lamētor,ualet,ut hoc loco. unde ꝗſtus quar-
tæ inflexionis ꝓ lamētatiōe accipit̃:cuius datiuus & ablatiuus
pluralis eſt ꝗſtubus,ut portubus:Quæror aūt cū ꝑ diphthō-
gū ſcribit̃, à quo multa cōponunt̃ uerba;notiſſimā hʒ ſignatio
D nē,quā docti pariter,⁊ indocti tenēt:unde ꝗſtus.i.lucrū dedu-
citur,qui in datiuo,⁊ ablatiuo plurali ꝗſtib⁹facit. ⸢Pauca qui.
fa.)ſubaudiēdū miſſa à me ſunt, ⸢Sed Dij dent plu.pre.)rogā
ti.precor cū merū poſt ſe accuſatiuū hʒ,idem qȏ rogo:cū uero
datiuo adiūgit̃,eſt idē,qȏ imprecari:hoc eſt optar̃ alicui Deos
precādo bonā fortunā,aut malā,quēadmodū apud auth.obſer
uauimus, de quo ṽbo differit
Gel.in noctib⁹ Atticis. ⸢Poſt
modo plu.le.)intelligēdū quā
iſta, quæ nunc mittimus. ⸢Et
no.ha.ue.) nō aūt quēdmodū
in pręſentia ficto nomine Ibi
dē appellamus. ⸢Et pe.quo de.
acria bel.geri)carmine iambi-
co utimur ad maledicētiā pro
prie,ut i principio docuit poe
ta,ubi dicit.Poſtmodo ſi per-
ges,in te mihi liber Iābus Tin
cta Lycābeo ſanguine tela da-
bit:& nos quoqʒ in cōmenta-
rio abūde explicuimus. ⸢A-
cria)ſeuera. Acre multas hʒ ſi-
gnificatiōes: ut Nonius Mar.
docet: inter quas/acre/pro ſe-
uero exponit. ⸢Bella)bellū,&
E pręliū ita inter ſe differunt: ut
bellū dicat̃,tum ipſa pugna,tū
totū tp̄s, quo in militia ſum⁹:
pręliū ipſum tantūmō armo-
rū certamē. ⸢Geri)fieri.gerere
hr̃e,ferre,& ut hic,facere, teſte
Nonio,⁊ Gerrones nugatores
nūcupant:⁊ gerrę nugę, ſicuti
Ser.& Nonius Mar.tradunt nō à gerēdo, nam geminat̃/r/ſed
à Gerra,quod eſt cratis genus. quod cum ſibi poſcerent Syra-
cuſanj pro ſcutis illuſi,tamen nomen dederunt nugacibus.

¶ SIC tua corpora fodiant̃ telis coniectis).ſ.in ea.⁊ ego pre- ASCEN.
cor ut impediare ſic ⸢A tuis au.).i.ab ijs, qui tibi auxilio eſſe
deberent,ut ille a matre impeditus eſt. ⸢Qualis nox eſt acta
Phry.).i.Troiano.ſ.Doloni ⸢Timido).ſ.propter furtū, quod
attentauit,hoc eſt equis,quos fortis Achilles agebat ⸢Pactis)
.i.pollicitis ab eo: ⸢Talis nox,eat tibi).i.illudaris,& tandē ne-
ceris,ut ille. ⸢Nec tu frua.me.ſom. ꝗ; Rhe.).ſ.rex Thracię:qui
prima nocte cū Troiam intrare nō poſſet:ſomno grauatus de
prehenſus,& occiſus eſt:ablatis equis eius candidiſſimis, & fa-
talibus:nec tu fruaris meliore ſomno ⸢Ante diē ne.).i.pridie,
ꝗ; necaberis, ⸢Quàm)ſup.fruebantur comites Rheſi. Et non
fruaris meliore ſomno, ⸢Quàm)ſup.ij ⸢quos Hyrta.).i.Ni-
ſus ⸢Impiger).i.ualociſſimus curſor, ut patet.v.Ænei.& etiam
F nono. ⸢Et co.Hyr.).ſ.Euryalus: ⸢Dederūt morti).i.occiderūt
cū Rhānete Rutulo, dū.ſ.ꝑ noctē ad Æneā iter habebāt ꝑ ca-
ſtra Rutulorū:ut late patet Ænei.ix. ⸢Et tu fe.mem.ſemi.).i.ad
mediū cremata ⸢Neci ſty.).i.ad mortem infernalē:exiſtēs cir-
cundatus atris ignibus ⸢More Cli.).i.Alcibiadis:qui in cubi-
culo crematus eſt,aut more Clytiadę puellæ filij:qui radijs So
lis exuſtus perijt. ⸢Et tela Ru.ſint no.).i.nociua, tuo capiti.i.
interficiant te: ⸢Vt)ſup.fuerunt noxia Remo fratri Romuli
auſo trāſire ⸢Muros).ſ.Romæ ⸢Recētes).i.recenter factos,&
adhuc humiles. ⸢Deniqʒ ego pre.ut ui.& mo.his lo.).ſ.in qui
bus me eſſe gaudes ⸢Inter ſa.Sar.& Ge.).i.Sarmatarū, & Geta-
rū ferociū populorū ad glacialē Oceanū habitantiū. ⸢Hęc).ſ.
maledicta,⁊ nociua uota ⸢Sūt miſ.ti.tan.).ſ dū inter Geticas
ſagittas moriaris ⸢Libello ſu.).i.ſubito calor̃ edito ⸢Ne ꝗra.)
.i.quereris ⸢Nos eē im.tui)hoc ꝑ irriſionē dicit:qa melius eēt
nō memorē,ꝗ; ſic. ⸢Ego qui.fa.pau.)ſup.hęc eē, ⸢Sed Dij dēt
mi.ro.plu.)ſup.mala in te imprecari, & multiplicēt mea uota
ſuo fauore. ⸢Et leges poſtmō).i.poſtmodū ⸢Plura).i.plures
imprecationes, ⸢Et ha..ue.no.).ſ.tuū:cū nunc ꝑ finctionē Ibis
uoceris:& ſup.cōfecta ⸢Pede).ſ.Iambico: Quo acria bella).i.
hoſtiles imprecationes ⸢Debent geri).i.ingeri,& imprecari.

## VENETI IN OVIDII, IBIN

### OBSERVATIONES.

PVGNABVNT Iaculis dum Thraces, Iazyges arcu) In cuius uerſus interpretatione lapſum Domitium miror, qui Iapides, & legat, & interpreteť, ac ſi neſciat inter Scythas id genus hominum Ponti accolas ab omnibus, & Geophraphis, & poetis adnumerari, quorum teſtimonia breuitati inſtitutæ ſtudens omicto. Iapides certè nuſquam lectum arcu, & ſagittandi peritia celebres.

¶ Quiq; ab equo præceps in Aleis decidit aruis) De Bellerophonte intelligi nulli dubium: quod uero Aleis aruis, nõ alienis erat legendum, admoneri uel Homerica lectione potuere, qui Ili. ζ, ita cecinit:

Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο:
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Hęc carmina Cice. in. 3. Tuſc. ita interpretatus eſt: Qui miſer in cãpis mœrẽs errabat Aleis: ipſe ſuũ cor edens hominũ ueſtigia
B uitans. Qui uerſus qͦ ad Aleos cãpos attinebat, corrupte antè habuit alienis. Dicti aũt Alei cãpi, ἀπὸ τῆς ἄλης. i. errore: traditũ. n. eſt ipſum Bellerophontẽ elatuз rerũ magnitudine, quas geſſerat, ad cœlum uolandi cupidũ, Pegaſi equi aligeri opera uſuз, id quod moleſte Iupiter ferẽs aſilũ immiſit Pegaſo, quare inde excuſſus in Lyciæ campũ decidit, cui de cõtinuo errore primus Alei nomẽ dedit, quẽ equũ mox Aurora à Ioue munus accepit cõtinui eius curſus ſolatiũ. ſunt qui aſpirẽt dictionem, ἀπὸ τῶν ἁλῶν πηγνυμένων. Dictus aũt Bellerophontes ſeu Bellerophõ, q antè Hipponoos, ab iterfecto Bellero Corinthio.

¶ Vel tua ne pœnæ genus hoc cognouerit unus) De Metio Suffetio Albanorum dictatore ab equis, Tulli regis iuſſu diſtracto intelligendum. Virgil.

Nec procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant. at tu dictis Albane maneres.

¶ Cui nihil Herce: profuit ara Iouis) Ἑρκεῖον Δία Græci appellauere Iouẽ, qui penatibus præeſſet, atqз intra proprios lares coleretur, quãdo τὰ ἕρκη domus ipſius circuitũ appellant, unde & hic Herceus Iupiter, ⁊ apud Virgilium, Aræ Herceæ.

¶ Aut ut Amyn.) Pauſaniã Philippi Maced. regis Amyntæ filij interfectorẽ notat, unde Amyntiadem illũ poeta nũcupat.

¶ Nataq; ut Æacidę) Laodamiam forte Alexandri Pyrrhi filij uirgineз intelligit, quæ à Milone Ætolo, ut Iuſtinus lib. xxvij. eſt author, interfecta per ſummum eſt ſcelus.

¶ Cãtharides) Vermiculus hic ficis, & fraxino, ac albæ roſę in
C naſcens, ac peucę, prę ſentaneũ uenenũ habitũ, ut tñ remedia ſecũ habeat alas, quę in quacũqз pte uenenũ ſit, auxiliant̃. memorię ꝓditũ, Coſſinio equiti Rom. ⁊ Neronis principis amicitia claro, dũ Lichene correptus eſſet, à medico datis interijſſe. hæ Vticẽſi Catoni obiectę in Cyprij regis auctione, quas ſeſtertijs 60. addixiſſet, nõ tanti gẽmas uenditurus, quanti nũc uenenũ.

¶ Pheræi) Iaſon hic à Pheris Theſſalicis, quas tyrannide oppreſſerat, dictus Pheræus, de quo Cic. & Plin. 7. qui deploratus à medicis uomicę morbo, cũ mortem in acie quæreret, uulnerato ab hoſte pectore ſaluteз inuenit. ita illi hoſtilis gladius ſalutem attulit, quẽ medici ſanare nulla ratione potuerant. hunc Thebe uxor adiuuantibus conſcijs tandem interemit.

¶ Aquas occul.) An fortè Alpheũ fluuiũ ꝑterlabẽtẽ intelligit, qui ſubter mare in Siciliã lapſus Arethuſæ fonti ſeſe immiſcet?

¶ Vtq; uel Eurydamas) Hic Medus ex Homeri interpretis teſtimonio fuit, qui circa Thraſylli fratris tumulum à Simone Lariſſæo tractus eſt.

¶ Vnum qui toto corpore uulnus habet) Sic & ipſe in Metamorphoſi de Marſia, Nec quicquam niſi uulnus erat.

¶ Vtq; Dryantidæ) Lycurgum innuit, ut puto, Dryantis filiũ, quem μονοκρήπιδα Græco epitheto appellatum inuenio, quòd in altero tantum pede calceum haberet. Hunc Homerus à Ioue lumine orbatum cecinit. quare quòd altero pede læſus eſſet, cultum pedis diſparem Naſo ingenioſe dixit.

¶ Tiſameniq; patri, Callirhoesq; uiro) Quis dubitet Calligones male à Calderino legi? fabulãq; abſurdè cõfingi? Tu igitur Alcmęonẽ Amphiarai filiũ matricidã intellige, qui cũ ad Phegeũ Alpheſibœæ patrẽ ueniſſet, ut furore ac inſania purgareť, in qua ob matris Eryphiles necẽ inciderat, Alpheſibœaз dato prius illi monili in uxorẽ purgatus accepit, inde profectus Callirhoen Acheloi filiã adamauit. Cũq; illa non aliter in nuptias cõceſſura foret, q̃ꝫ monile accepiſſet, redijt ad Alpheſibœam Alcmęon, monileq; repetens à Temeno, & Axione fratribus Alpheſibœæ eſt interfectus, quos ſoror tñ in ultionẽ mariti neglexit. hoc ipſum Ouid. primo de Remedio amoris ſic cecinit,

Amphilochi frater ne Phœgida ſemper amaret,
Callirhoe fecit parte recepta tori. Hanc rem ⁊ in Metamor. 9.

ꝑſtrinxit, ¶ Filia ne'ue magis capiti ſit fœda parentis, Quàm tua uel Pterela, uel tua Niſæ fuit.)

Cymethonã Pterelæ Taphiorũ regis filiã, quæ Cephali Amphitruonem in expeditionẽ ſecuti capta amore eſt, nemo non E
noſſe poteſt, de q̃ eadẽ, quę de Niſo ⁊ Scylla, fabulata eſt Gręcia. Illa enim & patrem, & patriam hoſti prodidit, abſciſſo patris fatali capillo. Plautus in Amphitruone Pterelam ab eo interfectum, ſolus omnium quos legerim, prodidit.

¶ Vt quos dux Pœ.) Acerranorũ ſenatores ab Anniba. ꝑ fraudẽ captos, ⁊ in puteũ demerſos notat Vale. 9. & App. Lybico.

¶ Frater ut Antæi) Buſirim eodẽ parte natũ, quo Antęus innuit, ut Probus noſter author eſt in Georg. Qualis aũt fuerit Buſiris, notius eſt, q̃ꝫ ut pluribus explicare debeã. ¶ Vt Sinis, & Scirũ, ⁊ cũ Polyphemõe natus) Hic ⁊ Procruſtes cognomẽto dictꝰ eſt. ¶ Filius ⁊ Cereris). Plutõ ex Iaſio genitũ ⁊ Cerere, Heſiodus cecinit in ſua Theogonia, cuius nomine diuitias ⁊ opes Græci appellant, nam πλοῦτος, diuitię. Cæcus ab Ariſtophane in fabula Pluto dictus, ꝙ raro ad bonos uiros adeat.

¶ Solaq; Limone) Hippomenis filiã, de qua ſuprà, Limonẽ appellauit, ꝙ fame, quę λιμὸς à Gręcis diciť, cũ equo à patre intra domũ incluſa perierit, q poſtea locus Athenis ab ipſa puella ⁊ equo nomẽ habuit. De hac Ælian. 14 oĩmodę hiſt. ſic ſcri. Hippomenes unus ex his, q à Codro originẽ ducebat, cũ calumnię impatiẽs eẽt, ꝙ filia Limone adulteriũ ꝯmiſiſſet, illũ qdẽ cũ filia currui alligatũ dilaniãdũ curauit, filiã uerò cũ equo domi incluſit, quoad fame perijt. Vnde Græcis ꝓuerbialis locutio, Hippomene magis ipius, Diogenianꝰ. ¶ Lyrneſiꝰ heros) Quid
F ſi Cygneius legatur, & Tenes, unde Tenedos inſula dicta, arcę à pr̃e incluſus intelligať? De Tene aũt ⁊ Securi Tenedia plura aliàs. ¶ Vt ſatus Hippomoo). Diximus Bellerophõtẽ añ Hipponoum appellatũ, ut melius ⁊ hic Hipponoo, qualiſcũqз hic ſit.

¶ Quiq; Lycurgidem letauit, & arbore natum: Idmonaq; audacem, te quoqз rumpat aper.) Tres hic intellexit Ouidius ab apris occiſos, & primum quidem Ancæum Lycurgi, & Antinoes filium, de quo ſic Apollon.

Τρίτος γέ μὲν ἕσπετ' ἰοῦσιν
Ἀγκαῖος τὸν, μέν ῥα πατὴρ Λυκόοργος ἔπεμψε

Hic uero ab apro Calydonio in ſummo inguine percuſſus cecidit. Ouid. 8. Quaq; eſt uia proxima leto, Summa ferus geminos direxit ab inguine dentes: Cõcidit Ancæus. Alter uerò eſt Adonis Cynarę ex Myrrha filia genitus, quẽ fabulantur intra corticẽ matris, iam in arborẽ Myrrhaз mutatæ educatũ, & ſuo tẽpore inde emiſſum. Naз Idmon Aſteriæ & Apollinis proles apud Mariãdynos ab apro necať, clarus ꝑcipue uaticinio. Hũc tamẽ Balbus morbo perijſſe prodidit in quinto. Quid eſt aũt ꝙ audacem Idmona uates ingenioſiſſimus appellat? an ꝙ cum ſciret in expeditione illa ſe moriturũ, certæ morti pro laude ſeſe expoſuit, quod ſummæ audaciæ cenſetur opus? quod & Apollonius & Balbus noſter ita in primo canit:

A Lachrymæ cecidere canenti,
Quòd ſibi iam clauſos inuenit in ignibus Argos:
¶ Incluſusq́, necem cauea patiaris, ut ille
Nõ profecturę ꝓditor hiſtorię) Nõ iuſtũ opus hoc ſcribimus,
ſed ſtudioſis tñ, & induſtrijs ꝓdeſſe cõtẽdimus, atq; ideo quã
to breuius fieri põt, rẽ ipſam ꝑſtringimus. Domitius hoc in lo-
co neſcio quid de Cherillo malo illo rerũ Alexãdri ſcriptore
ꝯfingit nullo ſatis authore certo, cũ de Calliſthene philoſopho
& comite Alexãdri ſentiendũ ſit. hic Ariſt. ex ſorore nepos, dũ
ferre Regis inſolẽtiã nõ poſſet, qui ſibi Ammonẽ patrẽ aſſere-
ret, in odiũ eius incidẽs tanq̃; cõiurationis Mace. ꝯcitator ine
dia mori coactus eſt caueę cũ cane incluſus, & ad ludibriũ diu
geſtat⁹. Illi uero excellẽs ingenij uis, aut hiſtorię à ſe cõditæ de
Alexãdri rebus monumẽta parũ ꝓfuere, Iuſt. Sen. Cur. & alijs.
Vtq́; repertori nocuit pugnacis iambi,
Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.
Nõ ego is ſu; qui Domitij ingeniũ nõ probẽ dignũq́, uiri ꝓ-
poſitũ nõ maxime admirer, qui cũ ea ætate eſſet (quartum. n. &
trigeſimũ uitę annũ agẽs obijt) tot tantaq́; edidit, q̃t q̃; taq́, in
hoc genere ad hãc diẽ nemo: in q̃bus ſi ille lapſus eſt interdũ,
ut facilè oẽs labimur, nõ tñ nõ digniſſimus omniũ laude & cõ-
mẽdatiõe ſit in his p̃cipue, quę primus aut inuenit, aut explica-
uit. Fuit ille, qđ negare nõ poſſumus, aliquãto audacior, ꝙ cõ-
paratã ſibi authoritatẽ, & gratiã multorũ fauore cõciliatã reti-
B nere quauis rõne & arte ꝯtẽdit, ut multa etiã p̃cipitare coactus
ſit, q̃ ſi diutius uixiſſet, forſitan emẽdaſſet: ut hoc ipſum de quo
agimus, in quo loco partim breuior eſt, q̃; tãta res expoſcebat:
partim etiã quędã, quę ſuſtineri nõ poſſũt, inculcat. Nã de Ar-
chilocho intelligi certũ eſt, q ex Paro inſula iãbici carminis au
thor apud Gręcos celebris extitit, qui tãta carminis acerbitate
in Lycãbẽ ſocerũ inuectus eſt, eiusq́, filias, ut ad laquei mortẽ
utroſq; cõpulerit: ſed ꝙ ab his interfectus ſit, qđ Domitius ad
dit, nõ inuenias: q̄n ꝯtrà à Calõda quodã cui Corax cognomẽ
tũ fuit, in acie fortiter pugnãs occidit̃, quẽ Pythiũ oraculũ po
ſtea arguit, qđ & Plin. in. 7 ꝓdidit. nec prius expiari à cæde po-
tuit, q̃; excuſata cæde, eaq́; in neceſſitatẽ reiecta, illi ad Tænarũ
parẽtaſſet, vñ ꝓuerbiũ Græcis ἀρχίλοχον πατεῖς in maledicos.
Sed ad hũc locũ minus hę faciũt, cũ Ouid. nõ eius cędẽ, ſed id
potius ſenſiſſe uideat̃, ꝙ Lacedęmonij libros Archilochi è ci-
uitate ſua aſportari iuſſerint, ꝙ eorũ parũ pudicã, ac uerecũdã
lectionẽ arbitrabantur plus moribus obeſſe, q̃; ingenijs pro-
deſſe poſſe. Quod igitur ille domũ ſibi inuiſam maledictis in
ceſſiuerat, adeò ut nec ſibijpſi parceret, bene ab Ouidio dictus,
linguam habuiſſe in ſuum exitium proteruam.
Vtq́; lyræ uates fertur perijſſe ſeueræ,
Cauſa ſit exitij dextera læſa tui.
Quid ſi Philoxenũ Cythereũ Dithyrãborũ poetã intelligas?
qđ. n. de Ariſtoph. neſcio quo Domi. cõminiſcit̃, ꝓridiculũ eſt.
Nã & Dithyrãborũ poetę ſeueritas lyrę ꝯgruit, & quę ſequunt̃
C ab hiſtoria nõ ſunt aliena. Cũ. n. apđ Diony. hic ageret, nec eius
poemata laudare poſſet ut inepta, & incõcinna, in latomias cõ
iectus eſt, unde p̃cibus amicorũ extractus cũ Diony. recitantẽ
audiſſet, ſurrexit, & Dionyſio cãm ꝑcũctanti, Satius, inq̃t, eſt in
lapicidinis agere, q̃; recitãtẽ tyrãnũ audire. Cic. in epi. ad Att.
li. 4. reliquũ eſt σπάρταν ἔλαχες, τάυταν κόσμει. nõ mehercle poſ
ſum, & Philoxeno ignoſco qui reduci in carcerẽ maluit, q̃; ta-
lia. hic tandẽ cũ Tarẽtũ aufugiſſet reuocatus ab eodẽ Diony-
ſio ꝑ literas, nihil aliud reſpõdit, q̃; /a/ literam, unde in adagiũ,
Philoxeni libellus, de his q rẽ aliquã facere nolint, uſurpant, &
Græci, in latomias. i. lapicidinas conijci, cũ aliquẽ in malã re;
abigẽdũ ſignare uolũt. ſit aũt hęc ęſtimatio, nõ iudiciũ. Nã nõ
ſatis liquet, an incorrupta ſit lectio. Quid. n. ſibi uelit ꝙ lęſam
dicat dexterã exitij cãm, coniectare nõ liquidò poſſum. Illud
omittere nõ eſt uiſum, ꝙ uariæ hiſtorię quarto Aelianus pro-
didit, Aeſchylũ Tragicũ ab Atheniẽ. impietatis crimine fuiſſe
dãnatũ, quẽ cũ lapidibus obruere Atheniẽ. parati iã eſſent, Ari
ſteæ minori natu f̃ri exerẽti brachiũ, cui manus abſciſſa fuerat
Salaminia pugna, in q̃ p̃ cęteris iſignẽ gloriã retulerat, facilè ci
uitas frẽ; donauit, memor ṽtutis Ariſteę i nauali p̃lio nauatę.
¶ Et tibi coniugij nox prima nouiſſima uitæ: Eupolis hoc pe-
rijt̃, & noua nupta modo.) D
Domitius Eupolim ueteris comœdiæ ſcriptorẽ falſò putat, ego
ex. 3. Epigrãmaton animaduerti aliũ fuiſſe hoc noĩe adoleſcẽtẽ
Nitię filiũ, qui Glycerio Euduci filia uxore ducta tecti lapſu cũ
noua nupta obrutus eſt. i. nocte. Gręci ṽſus hi ſunt ex. 3. li. duo.
Εὔπωλιν ὡς ἀγαθήν τε γλυκήριον, ὧν ὑμέναιον
Ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος.
¶ Vtq́, cothurnatũ perijſſe Lycophrona nar.) Quare cothur
natũ Lycophrona appellauit Ouid. à Domi. p̃termiſſum eẽ mi
ror: neq;. n. ꝙ Alexandrã opus cõpoſuerit iãbico carmine, qđ
opus adhuc extat, cothurnatus ẽ dictus, ſed ꝙ & tragœdias cõ
plures, q̃rũ maxĩe celebres Marathonios, Oedipus, & Nauplius.
¶ Quodq́, ſuę paſſa eſt pellex inuita ſororis) Sic legendũ hoc
carmen ſenſu huiuſmodi, ut lingua ſic illi abſcindatur, quẽad-
modũ Philomelæ contigit, quę inuita pellex ſororis fuerit.
¶ Et puer Harp.) Sic & legẽdũ, & de Harpagi filio, quẽ Aſtyages
Medoꝝ rex patri epulãdũ appoſuit, intelligẽdũ. Iuſt. & Herod.
Vtq́, duobus idem dictis modo nomen habenti,
Præfocent animæ noxia mella uiam.
Hũc Higinus Glaucũ filiũ Minois ſcri. qui in uaſis melle ſuffo-
catus Aeſculapij ope reuixit, ſed & Claudia. Cretaq́; (ſi uere nar
ratur fabula) uidit Minoum rupto puerum prodire ſepulchro.
Quem ſenior uates auium clangore repertum,
Gramine reſtituit, miræ nam munere ſortis,
Dulcia mella necem, uitam dedit horridus anguis.
¶ Nec tibi ſi quid amas felicius Hæmone cadat) Vidit hoc in
loco certe Domitius meliora, nec tamen ſequi potuit. Nã quis
hic fuerit Hæmon, diligentius explicandum omnino fuerat. E
Hic uero Hæmon Creõtis filius minor natu fuit, Menœcei qui
ſe pro patria deuouit, frater, cui Antigone Oedipi filia diſpon
ſata fuerat, illa uerò patrem in exiliũ ſecuta, Hæmon à Sphin-
ge dilaniatus eſt, Euripidi & eius interpretibus.
¶ Teli genus hęreat illud) Oſſe. n. marinæ turturis Telegonus
Vlyſſem patrẽ interemit, cõmentarius Ariſtophanis & Dyctis.
¶ Vtq́; loquax) Anticlum Politi. in Miſcellaneis ex Homerica
Rhapſodia ſignificari uoluit, in quo tamẽ Politiani error ap-
paret: neq;. n. necauit illũ Vlyſſes, ſed eatenus cõpreſſit illi la-
bia, quatenus Helena affuit. Error aũt ex uerbi Gręci ſimilitudi
ne facilè ortus, nã ꝙ πνίξειν & πιέζειν literis parũ diſtant, impo
ſuit Politia. ¶ Comicus ut liquidis perijt, dũ nabat in undis)
Nõ neſcio de Terentio hic eſſe quoſdã ſuſpicatos, ſed quid ſi
Eupolim intelligas? quẽ cõſtat ex Ariſtophanis cõmẽtario ab
his, in quos Baptas acerbiſſimã comœdiã ſcripſerat, mari imer
ſum ſuffocatũq́;, qui Comicus ꝑ excellentiã appellari potuerit,
Vtq́; cothurnatum uatem tutela Dianæ,
Dilaniet uigilum te quoq; turba canum.
Quod Domit. de Euripide ſcripſit, bene certe interpretatus
eſt, illud addidiſſet uelle;, quod Aribeus Macedon & Crateuas
Theſſalus, poetæ: dum inuidẽt gloriæ, canes à Lyſimacho Ar-
chelai ſeruo immitendos curarunt, qui ſecurum illum inuade- F
rent & laniarent. Non deſunt tamen qui illũ à fœminis diſcer-
ptum prodiderint, du; intempeſtiue ad Craterũ Archelai ama
ſium proficiſcitur. Sed eum alij, dum Nicodici uxorem ſolici-
tat, interfectũ ſcribunt. Vixit autem annis. 75. cuius oſſa Pella;
Archelai iuſſu deportata ſunt, ſed & Gellius. 15. non pauca.
Dirípiantq́, tuos inſanis unguibus artus,
Strimonię matres Orpheon eſſe ratæ.
Vt illi male Hymenæa, in epiſt. 4. emẽdarant caſu, qđ in Heroi-
dibus adnotauimus: ita hìc aduerſa ratiõe error inoleuit: neq;
. n. uideo quî quartus hìc caſus enunciari in on poſſit, qđ q pri
ma grãmatices Gręcę rudimẽta ꝑceperint, itelligere facilè po
terũt: quare ex manu ſcripto codice, Orphea te eſſe ratę, legas.
¶ Obſtructusq́, famem patiaris limine tecti) Pauſaniam Lace-
dæmonium Cleombroti filium innuit, de quo nõ plura dicã,
quãdo Gręcis & Latinis monumẽtis omnia uulgatiſſima ſunt.
Nunc quoq; pellit Iò.
Corripuit hoc in loco, ut ſuperius in Hypermneſtra, Quæ ti-
bi cauſa fugæ, quid Iò freta longa pererras.
¶ Cliniadęq́; mõ) Alcibiadis Clinię filij caſu; ex Plut. in ei⁹ ui
ta accipe, q miſerabili ĩcẽdio ſemiuſtus, flãmis ferroq́, oppetiit,

## IACOBI CONSTANTII FANENSIS in Ibin Ouidij Sarritiones.

QVISQVIS is eſt(Nam nomé adhuc utrunq; latebit)Nó utrúq;, ſed uerúq;,uitiúq;,uel utcúq;, legi conuenit. Tribus.n.modis emendatam hanc lectionem in manu ſcriptis codicibus reperimus. Sed poſtrema magis ſatisfacit.

¶Perpetuoq; mihi ſociatá fœdere lecti) hanc tertiá fuiſſe Ouidio uxorem omnes ſciunt.Sed hoc adde (quod nos primi inuenimus)eam alteri prius nupſiſſe,q̃; Naſoni. Atq; ut id aperte intelligas ad diſceptationem noſtram te confer.

¶Terra ſit ut potior teſtificanda mihi)& potior,& propior recte legitur.Idẽ in.2.Triſtium.Mitius exiliú ſi das,propiusq; rogáti:Pars erit è pœna magna leuata mea.& in.4.Mitius exiliú, pauloq; propinquius oro:Quiq; ſit à ſęuo lógior hoſte,locú.

¶In noſtrú cuncti tépus adeſte Chori) In bonis exemplaribus non chori legitur:ſed chao. Vt ſit ab antiquo chao.i.a mundi primordio.ex chao autem primos deos erupiſſe ſcribit Heſiodus.ad quod poſſet poeta reſpicere. Ad hæc chaos neutro genere non flectitur:ſed maſculino. Balbus in quarto Argon. & nunc chaon implet Orion. Lege Priſcianum.

¶Quasq; ego tranſiero pœnas patiatur:& illas) Nó illas,ſed iſtas lego:ut ſit ſenſus patiatur Ibis pœnas, quas tranſiero.i.in hoc libello non recenſuero:& iſtas:hoc eſt, quas in ipſo enumerauero. Iſte autem pro/hoc/nó ſemel ponitur à poetis.non nitar exemplis:quia plena ſunt omnia.

¶Pugnabunt iaculis dum Thraces:lapides arcu)Iaʒyges emendandú boni codices monſtrant:qui populi ſunt Scythię.Idem ſecundo Triſtiú.Iaʒyges,& Colchi,Matareaq; turba, Getæq;, Danubij medijs uix prohibentur aquis. Et in primo de ponto ad Maximú. Aut quid Sauromatæ faciant quid Iaʒyges,acres. & in quarto eiuſdem operis ad Veſtalem.Ipſe uides,onerata ferox ut ducat Iaʒyx per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas. Eorú meminit Cor.Tacitus in.xij. Item Arrhianus in.j.& Pli. Stephanus,Strabo,cæteri. Qui arcu & haſta utebantur,ut ſcri. Balbus in.vij. Vnde & arcu & haſta legi rectiſſime poteſt.

¶Quiq; agitur rapidæ uectus ab orbe rotæ) & uectus & uinctus legi apertiſſime poteſt. Ixion cú Diam Eionei filiam accepiſſet uxorem multa Eioneo promiſit ſe dona daturum. Sed euntem poſtea ut illa acciperet in ignitú Barathrum ad id conſtructum (quod tenuiſſimis lignis & ſubtiliſſimo cinere operuerat) delapſum interfecit. Quamobrem actus in furorem neminem inuenit hominum deorum ue:qui eú uellét expurgare:quoniam primus fuerit,qui uirum affinitate iunctum interfecerit.Solus Iuppiter eum miſeratus expiauit. atqui is accepti muneris ſtatim immemor in Iunonis amorem incidit. Vnde Iuppiter nubem in eius deæ ſimilitudinem illi in cubiculo collocauit. dehinc rotæ quatuor habenti radios alligatum cruciauit.author pherecydes teſte Apollonij cómentario in tertium Argon.Qui Ixioné nó phlegyæ filiú(ut Euripides) ſed Ætonis facit.hoc quoq; addédú céſeo ęrea fuiſſe uincula (ſi Apollonio credimus)quibus húc rotę deuinctú fabulę cecinerunt.

¶Poma pater pelopis præſentia quęrit)hunc altera quoq; affici pœna poetæ finxerunt(ut plato in Cratylo,& Lucretius ſcribunt)ꝙ pendentis ſupra caput lapidis caſum continue extimeſcit.Lucretij uerſus hi ſunt.lib.iij. Nec miſer impédens magno timet aere ſaxum Tantalus (ut fama eſt) caſſa formidine torpens. Sed magis in uita diuum metus urget inanis Mortales: caſumq; timent;quem cuiq; ferat ſors.

¶Iugeribusq; nouem ſummus qui diſtat ab imo) hunc quia monſtroſi corporis fuit,terræ filium poetę finxerunt, ut Callimachus: qui horribiles feras terra genitas protulit. author Apollonij commentator in primum.Differunt autem Tityus & Titias. Nam Titias unus ex Idæis Dactylis fuit.ut in primo & ſecundo eiuſdem Apollonij commentario inuenies,& nos alibi enarrauimus.

¶Qui ſimul impurę matris prolapſus ab aluo eſt,Cyniphiaʒ fœdo corpore preſſit humum) ex illegitimo concubitu natuʒ Ibin poeta iudicio noſtro innuit:& eam ob rem humú,in qua natus fuerit,Cyniphiam appellat.i.hircum olentem. Nam hircum appellamus illum,cui uxor adulterando aptat capiti cornua.Eam quoq; ob rem matrem Ibidis appellat impuram.i.inhoneſto coitu pollutam:& adulterantem:& corpus Ibidis fœdum.i.ex illicito & ſordido complexu genitum.fœdo aút corpore,non fœtido,fac legas:ne ſyllaba claudicans conqueratur.

¶Vulnus inerme petens)aliqui legunt,uulnus inerme potens: & exponunt inerme.i.non hoſtile, ut illud prius illatum. Ego in arma potens legerim.i.uulnus conferens uulneri.

¶Alienis cecidit aruis)non cecidit,ſed decidit,eſt legendum: ne ſyllaba claudicet.Sunt auteʒ qui non alienis:ſed in Aleis legunt:ut poeta ad campos referat Aleos:in quibus Homerus in ſexto Iliados ſcribit Bellerophontem poſt Antiae inſimulationem uitam ægerrime compleuiſſe. Cuius uerſus ſic transfert M. Tullius tertio Tuſc.Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis,Ipſe ſuum cor edens,hominú ueſtigia uitans,ſunt & qui alienis auris emendant,ab aere exponentes alieno.i.auium regione,non hominum. Tibi integrum ſit ſequi,quod malis.

¶Qualis & ipſe fuit) phineum cæcum effectum omnes conſentiunt.ſed cuius filius,& à quibus cęcatus fuerit:diuerſa opinio. Apollonius in ſecundo Argon. & Hellanicus Agenore: Heſiodus, Aſclepiades, Antimachus & pherecydes phœnice Agenoris filio natum dicunt. Matrem autem eius nominant Caſſiepeaʒ.Pręterea Orpheus à Zetho & Calai,Diodorus à Borea,Apollonius & Balbus à Ioue luce priuatum dicunt: ꝙ ſecreta mortalibus cæleſtia aperiret. nonnulli à ſole, ꝙ longam potius ętatem uiuere ſe uelle dixiſſet:quàm uſu luminum frui. Iſter à ſole Æetæ imprecationibus moto:qui in phineum multa dicitur imprecatus:quòd uaticinijs ſuis filij phryxi ſoſpitatis cauſa fuiſſet. Sunt & qui duos fuiſſe phineos dicunt: hunc de quo diximus:& alterum ab eo ſextum: quem cæcum etiam effectum ſcribunt,quòd inſidias tetenderit perſeo: Vt nos alibi quoq; diffuſius explicamus.

¶Vt duo phineidę) horum alterum polydorum:alterum polydectora nominatú in antiquis quibuſdam ſcholijs reperio: ſed authorem deſidero. Sophocles certe unum ex ijs Orytum uocat,alterum Crambin. Apollonij interpres in ſecundú Argon.partheniuʒ nuncupat, qui Orytus à Sophocle appellatur.

¶Et Thamyræ)Thamyris,& Thamyras dicitur. qui ſecundũ primam declinationem hoc nomen inclinari poſſe inficiantur:Suidæ & Stephani teſtimonio in dictione Dorion cóuincunť.hic à muſis luminibus & cytharæ pulſandæ peritia priuatus fuit:ut Zenobius in prouerbijs docet.

¶Vel tua(ne pœnæ genus hoc cognouerit unus) Viſcera diuerſis ſciſſa ferantur equis) Metium Suffetium innuit:qui quoniam pactum atq; condictum cum rege populi Roma.perfide ruperat,binis quadrigis euinctus in diuerſa nitentibus laceratus eſt:ut Gellius in ultimo ſcribit. Longiorem hiſtoriam habes apud Seruium octauo Æneidos in hunc Maronis uerſum. Nec procul inde citæ Metum in diuerſa quadrigę Diſtulerant: & apud Plutarchú in parallelis his uerbis.Tullus Hoſtilius rex Rom. cum Metio Suffetio Albanorum rege bellum habebat: in quo prœlium ſæpe numero diſtulit:eoq; aliquando ſuperato Albani ad epulas ſeſe conuertunt. Epulantes adoritur: captumq; regeʒ duobus alligans pullis diſcerpſit. Vt Mneſarchus tertio rerum Italicarum author eſt.

¶Aut ut Amantiaden)lege Amyntiaden,& Philippum Amyntæ filium intellige:quem Pauſanias ſtuprum paſſus ab Attalo, cum iniuriæ ſuæ ultorem fruſtra aduocaſſet, obtruncauit.ut ſcribit Iuſtinus iu nono. Codrus in primo Sermone, Et Pius noſter Bononienſis huius emendationis authores.

¶Qui miſer aurifera triſte pependit aqua) aliqui codices habent teſte.ut ſit ordo,teſte aqua aurifera. aliqui reſte, ut ſit pependit reſte,ideſt fune collo circumtorto.à reſte reſtionem uocamus funium opificem.

¶Opprimat hoſtili tegula iacta manu)Pauſanias in Attica Cererem ſumpta muliebri forma Pyrrhi necis authorem fuiſſe tradit,teſtem adducens Leuceam.

¶Oſſa qeſcát,ſparſa)pyrrhú Achillis filiú intellige:cuius oſſa ſparſa fuerút a Liſymacho.aut Pyrrhum Pyrrho natum quem

Pialem vel Pielũ nõnulli appellant:aut aliquẽ aliũ:qui ab his
A duobus pyrrhis ad pyrrhum Æacidæ filiũ medius fuerit. aut
(ſi pyrrhum Aeacida genitũ placet accipere) hiſtoriam dic eſ-
ſe cõfuſam.qm̃ Plutarchus,Iuſtinus,alii Liſymachũ ante huius
obitum obiiſſe,literis mandauerunt.Lege collectanea noſtra
¶ Nataq; vt Æacidæ iaculis moriaris adactis)Laodamiá dicit
Alexádro filio pyrrhi Epirotarũ regis natá:q̃ ad ſacrariũ Dia
næ,vt Iuſtinus in.xxviii. vel Cereris (vt Ouidius putat) à Mi-
lone Aetolo fuit interfecta,hác át interp̃tationẽ Laurẽtio Ab
ſtemio Maceratẽſi Viro extra oẽm igẽii ac doctrinę aleá acce
ptá refero.Cuius máes,q pietatis ꝛ miſericordiæ fons eſt vber
rim⁹,in ſinu excipiat.nuꝑ enim eceſſit e vita.in eo multũ ami
ſerũt multáq;fecerũt iacturá humaniorũ literarũ ſectatores.
cũ multa ſub incude literaria haberet,latiná linguá expolitura
ſplẽdidioréq; factura:p̃cipueq; libꝛ toti⁹ orbis ciuitatũ: Quẽ
ad finẽ ꝑductũ (licet nõ læuigatũ atq; vltia diſtrictũ lima)q
cũq; viderit:nõ deſinet hois igeniũ laborẽ,doctriná,diligẽtiá
q; admirari.Is multos ab hinc ános libellũ ꝓpe aureũ edidit:
i q̃ p̃ter cętera,hũc q̃q;,& alia q̃dá Naſonis loca in hoc opere
male iterp̃tata expoſuit:quoꝛ ſuo loco mẽtionẽ habebimus.
¶ Non licet hoc Cereri diſſimulare ſcelus)Si Laurẽtii nr̃i ſniæ
B adhęſeris,ſic expões.Nõ licet Cereri diſſimulaꝛ hoc ſcelus.i.nõ
potuit Ceres pati ſcelus hoc ad ará ſuá cõmiſſũ.qm̃ cũ dea fru
gũ furorisq; ſit,Ætolorũ gẽtẽ fame ſterilitateq; cõſumpſit. Mi
lonem vero Laodamiæ interfectorẽ ita in furorẽ egit:vt artu
bus ferro ſaxo dentibus deniq; laceratis vndecima die interie
rit.Ná Ceritos in furorẽ actos ſcimus nũcupari.quaſi Cereris
furore vexatos:q̃ vox frequentiſſima Plauto Si aũt noſtram
ſequeris opinionẽ(quá in collectaneis abũdantius aperuim⁹)
hoc pacto expones.Nõ licet cereri diſſimulare hoc ſcelus.i.nõ
poteſt abſcondere ꝛ negare in templo ſuo Laodamiam interfe
ctam,& ſe ob hoc huius ſceleris feciſſe participem: quemad-
modum poteſt inficiari pyrrhum Laodamiæ auum à ſe fuiſſe
interfectum. Quia illud ſcelus in pyrrhum ſub anus ſpecie
fuit patratum:hoc autem,quod in ſuo templo fieri paſſa eſt:
ita apertum fuit,vt nullo excuſationis inuolucro tegi poſſit.
¶ Vtq; nepos dicti noſtro mõ carmine regis,Cantharidũ ſuc
cos dante parẽte bibas) Magnetem Gelone Hieronis Syracu-
ſanum regis filio & Neride Alexádri Epyrotarũ regis filia na
tum à matre interfectũ,q ſecum coire voluerit,quidam dicũt.
Sed authoritatibus (quantũ hactenus videam) nitũtur nullis.
¶ Qua cecidit Leucon) Strabo in.vii.Leuconis cuiuſdá me-
minit:qui panticapæi ꝛ aliarum quarundam vrbium ponti
rex fuit.de quo an intelligendum hoc loco ſit,amplio:quia cer
tam adhuc hiſtoriam non inuenio.
¶ Cariſſima corpora mittas) vxores,ſeruos,& diuitias inter-
pretare: quæ ſimul ſecum Sardanapalus coniecit in rogum.
Is autem Cyndaraxis filius fuit teſte Stephano. quem Arrhia-
nus & Strabo Anacyndaraxem vocant.
¶ Acta noto)ſignate appoſiteq;,noto dixit:qa flãte tm̃mõ au
ſtro fit illa arenarum tempeſtas, vt author eſt Herodotus ꝛ Ar
rhianus in tertio.
C ¶ Aut vt Acarnides)Hermia Aſſenſis Eunuch⁹,trapezitę cuiuſ
dá famulus,Platonis Ariſtotelisq; auditor,cũ dño ſuo Ater-
nẽſes & Aſſenſes aggreſſo iperauit.poſtea illi ſucceſſit:quẽ Me
mnon Rhodius piarũ miniſtrator ꝛ ductor.exercit⁹,ſimulata
ſecũ amicitia hoſpitalitatis nomine & tractádarũ rerũ gratia
ad ſe vocatũ cõprehẽdit.ꝛ ad regẽ miſit à quo fuit ſuſpẽſus. Au
thor Strabo Li.xiii.de hoc ego Hermia intellexerim:ſi in iuuẽ
ci corio eũ inſutũ reperirẽ.Nec Acarnides legerẽ,ſed Atarni-
tes.i.Rex Atarnæ ciuitatis:q̃ Lyciæ, Myſiæq; cõtermina ẽ au-
thore Stephano,ac prope Aſſum vrbẽ Hermiæ patriá eſt ꝛ A-
tarnites viri ꝓpriũ nomẽ:cuius meminit Laertius in Pittaco.
¶ More pheræi) Alexandri Theſſalorum regis (pheræ enim
oppidum eſt Theſſaliæ) qui à Thebe Iaſonis Theſſaliæ regis
filia vxore ſua adiuta à Chtheſiphonte, Pytalo, ꝛ Lycophrone
fratribus eſt occiſus, lege Plutarchum in Pelopida ꝛ Tullium
de diuinatione lib,primo.
¶ Viuus in occultas p̃cipiteris aquas) per occultas aquas Al-
phæũ iudicio noſtro intelligit:qui per occultos meatus ex Ar
cadia in Siciliam dicitur labi. Vnde eſt illud Virgilii in tertio
Aen. Fama eſt huc Elidis amnem occultas egiſſe vias ſubter ma D
re,qui nũc ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.
¶ Phylleia regna tenẽtem) Phylleia regna Theſſala expone à
phyllo vrbe Theſſaliæ:de qua meminit Strabo.nunc.n. Theſ-
ſalorum fit mentio qui philesia legunt, vel pyleſia, corru-
ptis codicibus adhæſerunt,
¶ Aut vt Amaſtriacis quondam Lenæus ab oris, Nudus A-
chillæa deſtituaris humo) Aniũ intelligit Bacchi ꝓnepotẽ, ſi
cũ Codro nõ fallimur.de quo ita fabulá texit Diodorus in ſe-
xto Staphylo ac Chryſotheidi fuiſſe tradũt filias tres. Molpa-
diá,Rheá,Partheniá.Rheá ab Apolline cõpreſſam grauidá eſ
ſe factá.Patrẽ iratũ tanquá ab homine corruptá, filiá in arca
incluſam in mare deieciſſe:quæ cum in Delum appuliſſet,filiũ
peperit nomine Aniũ Mulier præter opinionẽ ſalutem aſſe-
cuta,infante poſt partum ſupra Apollinis altare poſito,deum
orauit:vt ſi ex eo genitus eſſet,ſeruaret.Apollinẽ dicũt abſcõ
dito infante eius educádi curá cæpiſſe:doctũq; deinde diuiná
di artẽ magno honore affeciſſe.Hactenus Diodorus.lege autẽ
non Achillæ a humo,ſed Apollinea,Delum intelligens: vbi
Anius a matre relictus fuit.Nec te fugiat Staphylũ, Anii auũ
E Bacchi filiũ fuiſſe. Vnde Læneus hoc loco Anius appellaꝛ Bac
chi pronepos:cui Lenæi cognomẽ eſt inditũ ἀπὸ τοῦ ληνοῦ.i.
à lacu, vt Seruius.Euſebius,& Diodorus ſcribunt.Interdum Li
mnæum eundẽ deum legimus appellatum à Limnis Atticæ vi
co,vbi tẽplũ habuit teſte Ariſtophanis cõmẽtatore in Ranas.
¶ Vtq; vel Eurydamas) hũc Eurydamáta Medũ fuiſſe Codr⁹
ex teſtimonio interpretis Homeri probat.qui circũ Thraſylli
fratris tumulum à Simone patria Laryſſæo tractus fuit.
¶ Vnũ q toto corpore vulnus habet) idẽ ſexto Met. Nec qcq̃
niſi vulnus erat à addit.Plutar.in Alcibiade Marſyá ſuffoca-
tũ fuiſſe ab Apolline.Reperio tñ apud Stephanũ in dictione
Damaſcus hmõi fabulá Gigantem quendam Aſcum nomine
vná cũ Lycurgo Bacchũ deuinxiſſe,inq; Bardinẽ fluuiũ deieciſ
ſe.Mercuriũ át Baccho vinculis liberato Aſcũ excoriaſſe.Item
hác alterá.Cũ Bacch⁹ in Syria vineá plátauiſſet Damaſcũ Mer
curii ꝛ Alimedes nymphæ filiũ eam ſecuri excidiſſe: quáobrẽ
iratus Bacchus eũ inſecutus pelle nudauit.Ego vtranq; hác fa-
bulam huic loco cenſerim magis, q̃ Marſyæ fabulam conue
nire:cum ꝙ lycurgi ſtatim Ouidius intulit mentionẽ.q a Bac
cho fuit ſupplicio affect⁹:tũ q infra Marſyę excoriationis me
minit, vt Nudaq; direpta pateát tua viſceta pelle: Vt phrygii:
cuius nomina flumẽ habet.niſi velis dicere Naſonẽ hic furo-
rem:illic Marſyæ pœnam imprecari.Sed hoc non ignorandũ
Marſyam Hyagnis filium fuiſſe vt ex Philippi cõſtat epigráma
te libro græcorum epigrámatũ primo.Tradit etiam Zenobi⁹
F in prouerbiis (quod non prætereũdum videtur) Apollinẽ cũ
Marſyam, vt excoriaret,ad pinum ſuſpendiſſet,etiá Babyn eius
fratrẽ voluiſſe interficere Sed Pallade cauſante ꝙ pei⁹ tibia vte
reꝛ,dimiſiſſe.vnde in hoíes cotidie.qd peius laborantes, natũ
eſſe prouerbiũ. Κακίον βάβυς αὐλεῖ.peius Babys tibicinatur.
¶ In gemino diſpar cui pede cultus erat) qa claudus effect⁹ à
Baccho,ſucciſo pedi crepidá adiũxit:vt alteri æqualis lõgitu-
dine foret. Vñ Monocrepida.i.vná tm̃ gerentẽ crepidá in gręco Epigrámate vocitatũ inuenies.Cuius interp̃tationis idem
Codrus fuit inuentor.ſed Papinianus interp̃s in quartũ The.
duos ait fuiſſe Lycurgos: Thracium & Lemnæũ, Thraciumq;
in mare præcipitatũ à Baccho,ꝙ primus vinũ aqua miſcuerit.
¶ Calligonesq; viro) nonnulli uetuſti codices habent Calli-
thoesq; uiro:quæ lęctio mihi probatur:Significabit enim Al
mæonem:qui matrem occidit,& in furorem abiit ut Oreſtes.
lege Seruium in eum Virgilii uerſum lib.Sexto.Mœſtamq; Eri
phylen,Crudelis nati monſtrantem uulnera cernit.
¶ Locris in ancillę diſſimulata necem) Vetuſta quędam ſcho
lia Locrin ancillę nomen proprium eſſe aiuunt: quam cum
Pauerone ſeruo Hypermneſtra occiderit.
¶ Biblidos ꝛ Canaces, ſicut facis,ardeat igne)Corrige facit.ob
iicit enim Ibidi,ꝙ cum eo ſoror ſe miſceat.hoc autem non diſ
ſimulabo ualde pium ſanctumq; exiſtimatum fuiſſe antiquio
ribus:ſi ſororibus miſcerentur: ut Ariſtophanis in Hippeas

A commentator ſcriptum reliquit.
¶ Quam tua vel Pterela) Cymetho Pterelę filia, Cephali amo
re capta qui cú Amphitryone militabat: patré patriamq́; hoſti
bus prodidit. Peterelam Amphitryo trucidauit, vt author eſt
Plautus, fuit autem Pterelas Neptuni & Hippothoes Meſtoris
filiæ filius authore Apollonii interprete in primum Argon.
¶ Piſeæ ſuſtinuere fores) lege foris, vt ſit genitiuus ſingularis.
Ná foris, foré, & fore, apud Oui. ſingulari numero reperit̃, vt in
Medea. Conſtitit ad geminæ limina prima foris. in ſecúdo de
ponto ad Meſalinum. Nec rigidam timidis vocibus obdefo
rem. & in ſecundo faſt. Cuſtos in fore nullus erat. Erit auté or-
do. Vultus quorú faſtigia foris. i. portæ piſeæ ſuſtinuere. Nam
vultus accuſandi caſus, núeriq; pluralis: faſtigia ſunt noiandi.
¶ Vt qui pfuſam miſerorum cæde procorum, Ipſe ſuo melius
ſanguine tinxit humú) Tredecim procos interfectos ab Oeno
mao, priuſquá inſidiis Hippodamiæ & Myrtili deuolutus cur-
ru interiret: pindarus memoriæ tradit teſte Apolloni cóméta
rio in primum. Sed illud notádum q omnes Martem Oeno-
mai patrem dicunt: matrem autem alii Æginá Aſopi filiá, alii
Harpinam eodem genitam: alii Eurythoé Danao natam faciút.
¶ Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ) Myrtilus Mercu-
rii filius omnium conſenſu dicitur, matrem autem alii phae-
thuſam Danai filiam ei aſſignant: alii Myrtò vnam ex Amazo
nibus, vt teſtis eſt eodem loco Apollonii commentator.
¶ Vt qui velocem fruſtra petiere puellam) Duæ fuerunt Ata-
lantæ ſi Apollonii commentario in primú Argon. credimus.
B Vna Iaſionis filia & Hippomedótis vxor: Altera Argiua Schoe
neo genita coniuxq́; Milanionis, de qua núc poeta intelligit.
Alii ſunt qui aliter tradant, vt nos alibi dicemus.
¶ Vt quos dux poenus merſit putealibus vndis) Acerranorú
dicit ſenatores: quos extra mœnia fraude indutiarú euocatos
pœnus Annibal demerſit in puteos, vt Val. Max. lib. nono. ca.
ſexto, & Appianus in lib. cui nomé eſt Libycus: tradidere, ſed
hác iterpꝛtationé Abſtemio pariter, & ſeniori debes Beroaldo.
¶ Frater vt Antæi) Buſirin ſignificat vt in. lxxii. capi. i. Colle
ctane. Hecatoſtys docuimus: q eodé patre genitus eſt, quo fert̃
Antæus: vt pbus in Georgi. & Apollonii ſcribit cómétator.
¶ Vt pronepos Neptune tuus) hunc perhiphanem vocat Pau-
ſanias in primo, periphetam Plutarchus in Theſeo: quem Co
rinetam cognominatum legimus: q ænea claua vteretur ad
pugnam. ſunt autem & quidam codices, in quibus legitur: Vt
pronepos Saturne tuus: quibus identidem eſt fauendum.
¶ Ipſe Coronides) Æſculapius Coronei nepos eſt enim patro
nymicú à maſculino non à fœminino nomine ductum: neq;
Coronis proprium hic nomen eſt ſed pratronymicum à pa-
tre: qui Coroneus à græcis nuncupatur: Ei autem nomen fuit
Aſteria, vt infra declarabimus:
¶ Vt Sinis) hunc Pauſanias in Attica pitthei cognationis fuiſ
ſe tradit affinemq́; Theſei: ac propter eius necé Theſeú à phyta
C li filiis, fuiſſe luſtratum. Plutarchus in Theſeo & Lucianus in
ſecúdo Veridicarum narrationum pityocamptam appellant,
ideſt pinus piceas ve arbores incuruantem.
¶ Et Sciron) hic pyla Cleſonis Lelegis filii filio natus fuit, ſi
pauſaniá ſequimur: ſi autem probum ſuper id carmen primo
Geor. dilectæ Thetidi Halcyones, Polyphemone. Sed non erit
(puto) ingratum lectori audire quod idem Pauſanias ſcribit
de Scirone. Sic. n. ait in attica: Moluridé rupem Leucotheæ &
Palæmoni cóſecrarút, reliquas q̃ poſt illá ſunt pollutas arbi-
trát: qm Sciró earú in cola aduenas oés: q in eú locú incide-
bát, in mare emittebat: enatabatq; teſtudo è ſaxis: q̃ illuc pie-
ctos corripiebat. Teſtudines aút marinæ terreſtribus ſimiles
ſunt, pter magnitudiné & pedes: quos ſimiles phocis hñt. Idem
ſuppliciú Scironem in idé mare à Theſeo iactum oppreſſit.
¶ Cú Polyphemóe) hic Procruſtes Pauſania teſte fuit cogno-
minatus. quem Theſeus iuxta Cephiſum fluuium interfecit, le-
ge primam Callectaneorum Hecatoſtyn capite. lxxii. Vbi locú
illum in Metamorphoſibus Naſonis exponimus. Innixamq;
nouis neptem Polyphemonis alis.
¶ Corpora Theſea Cercyonæa manu) Cercyoné in hoſpi-
tes ipiú fuiſſe ſcribit Pauſanias & in eos: q paleſtra ſecú cótéde
re noluiſſent. Vñ eius authoris ætate locus extra Athenas Cer D
cyonis paleſtra dicebatur. Oés auté q ſecú in certamen luctæ
deſcéderút pdidit, pter Theſeú: à quo aſtu potius q̃; robor̃ fuit
ſuperatus. Ná luctandi artem Theſeus primus inuenit, atq; ex
eo paleſtræ diſciplina celebrata. cú prius magnitudine animi
& robore ad id certamen hoies vterétur: Fuit aút Cercyon Ne
ptuni & Amphictyóis filię fili⁹ vt idé ſcri. Pauſanias in attica.
¶ Filius & Cereris fruſtra tibi ſemp ametur) Sic legédú eſt: nó
auté vt Cereris. Intelligédusq; plutus Cereris & Iaſii fili⁹ deus
q; diuitiarú. Cuius meminit Heſiodus in Theogonia. Iginus in
Arctophylace. Dio. in. vi. hui⁹ interpꝛtationis iuétor Codrus.
¶ Vtq; pater ſolitæ varias mutare figuras) Eriſichthon abſq;
dubio demóſtrat̃: cuius pr̃ Triops ſeu triopas vocitat̃, de quo
in aſſumétis Metamorphoſeon q̃dá enarrabimus. Adde (qȏ
ſcribit Iginus in Ophiucho & Diodorus in ſexto) Triopá Ce
reris templum ad ſuá regiá conſtituendá euertiſſe: propter qȏ
à Theſſalia pulſus eſt: & à Cerere hoc ſupplicio affectus: vt fa-
me ſemper torqueret̃: nec vllis frugibus vnq̃; poſſet ſatiari: no
uiſſime aút draconis morſibus vitá poſt mala multa cópleuit.
¶ Atq; eques in medii mergare voragine cœni) Non uide-
tur diſſimulanda q̃ de hoc Curtio hiſtoria tradit̃ à Plutarcho
in cóparationibus libro ex vndecimo Ariſtidis de rebus Ita-
licis, in húc modú. Tiberinus amnis p mediú forú Romanú
deuolutus Iouis ira magno cóuulſo aggere cóplures ædes &
exterrauit & obruit. Mox oraculo intellectú hmói calamitaté
finiri poſſe: ſi pcioſiſſimú qddá illuc cóiiceret̃. Cæteris igit̃ au
rú atq; argétú congerentibus Curtius inſignis adoleſcens: cú
precioſiſſimam hominis animá intelligeret: ſeſe in hiatú ter-
ræ præcipité eques demiſit: ſuosq; tátæ calamitatis immunes E
reddidit. lege ſi placet Liuiú primo & ſeptimo primæ decadis
lib. Var. de lingua latina, & diuú Auguſtinú. v. ciuitatis diuinę.
¶ Vilia membra) aut virilia, aut fruſta carnis interpretare: que
ſibi cybeles ſacerdotes gladiis morſibusq; ſecabant.
¶ Lygneſius heros) Lyrneſius a Domitio emendatus, quod nó
diſplicet. Sed qa in aliquibus codicibus Cygneſius legitur, te
monitum volo Cygneius etiam poſſe emendari: vt intelliga-
tur Tenes Cygni filius à patre in arca clauſus deiectus in mare.
quam fabulam in fine ſexti Bibliotheces Diodorus enarrat,
& Zenobius ſub compendio tangit.
¶ Cæſus in æquoreas præcipiteris aquas) ſi de Perſeo & Tele-
pho vel Tene intelligis, non cæſus: ſed clauſus legi debet.
¶ Vt cui cauſa necis ſerra reperta fuit) hunc Pauſanias & Dio-
dorus Talum. Ouidius Perdicam appellat.
¶ Aut te deuoueat certis Abdera diebus) Papinianus interpres
in decimú moré hunc humana hoſtia ciuitaté luſtrandi a Gal
lis emanaſſe teſtatur, apud eos enim de egétiſſimis qdá pmiis
conducebatur vt ſe ad hoc venderet, q toto anno publico ſum
ptu purioribus cibis alebatur, ac certo & ſolemni die per totá
duct⁹ ciuitaté extra eá in pomœrio ſaxis à populo occidebat̃.
¶ Vt Macedon icta eſt rapidis cum coniuge flammis) Mace-
don quæ & Macedonia dicta fuit: nata legitur Ioue & Thyia F
Deucalionis filia vt author eſt Stephanus.
¶ Quiq; Crotopiaden) Crotopú octauú fuiſſe Argiuorú re
gem Euſebius decimo præparationis euangelicæ tradit.
¶ Quam qui dona tulit) Sunt qui huius viri nomen hoc mȏ
ſcribant, Lycas: cú ſcribi ſic debeat, Lichas. Qué Apollonii cȏ
mentator in primum ait hylli Herculis filii pædagogú fuiſſe.
¶ Dixerat inuito quæ mala verba deo) lego inuicto (nam id
epithetum Marti conuenientiſſimum: qui deus eſt belli) vel
inuiſo ideſt ab ipſa odio habito.
¶ Quiq; Lycurgiden lethauit) Ancæum dicit Lycurgi filiú:
quem ab apro interfectum fuiſſe memoriæ tradunt. Seneca
in Medea. Strauit Ancæum violentus ictu Setiger. Sed aduer-
tendum eſt q duo fuerunt Ancæi: vnus Lycurgi & Antinoes
fili⁹ ex Arcadia: qué Statii interps qnto cómétario Lycurgo &
Salamine genitú dicit: alter Neptuni & Aſtipaleæ, gñe Samius,
qué Apollonius in ſecúdo Argon. & eius interptes teſtimonio
Simonidis poſt obitú typhis argo naui rectoré fuiſſe oſtédút.
Nónulli pterea húc, nónulli illú volút apri vulnere intereptú
fuiſſe, atq; aprú alii Calydoniú, alii ab eo diuerſum exiſtimát

A lege Collectanea noſtra primæ Hecatoſtys capite qntodecio.

¶ Ab arbore natú ) corrige & arbore natú: vt Codrus admonuit. Adonin.n. intelligit a Myrrha in arborem mutata in lucem editum: quod in decimo Metam. his verſibus declaratur. At male cóceptus ſub robore creuerat infans, Quærebatqʒ viam: qua ſe genitrice relicta E ereret: media grauidus tumet arbore venter. ⁊ paulo poſt, Arbor agit rimas: ⁊ ſciſſo cortice viuum Reddit onus: vagitqʒ puer.

¶ Idmonaq; audacé) hic Idmó Aſteria Coroni filia & Apolline genitus fuit, ut Pherecydes teſte Apollonii cómétario ſcribit. qui ex Laothoe Theſtora Calchantis patrem ſuſcepit.

¶ Vtqʒ vel Euenus) de Eueno ita Plutarchus in parallelis. Eueⁿ Martis & Steropes filius, ex Alcippa Oenomai filia in vxoré, ducta Marpiſſam ſuſcepit filiá, quá virginé accurate ſeruabat. Cæterú Aphareus viſam ex chorea rapuit. pater auté inſequés fugiétem cum prendere nó poſſet, in Lycormam fluuium ſe ꝓcipitauit. vt in primo rerum Italicarum Doſitheus refert.

¶ Incluſusq; necem cauea patiaris: vt ille Non profecturæ códitor hiſtoriæ) Calliſthené innuit philoſophú patria Olynthiú, rerú Alexandri magni ſcriptoré: qué Plutarchus in Alexandro Herone Ariſtotelis cóſobrina natum teſtatur: & in cauea cú cane clauſum Iuſtinus veneno obiiſſe in quintodecimo epitomatum ſcribit: vt cæteras tranſeam opiniones, q̄ ab eodem Plutarcho recenſentur. lege Abſtemii noſtri libellum B de locis obſcuris: ubi is hunc Ouidii locum diligenter (vt cætera conſueuit) enarrat. lege & Senecæ primum controuerſiarum librum: vbi Calliſthenem Alexandri magni etiam præceptorem, & veram eius mortis cauſam explicatam inuenies.

¶ Vtq; lyræ vates fertur periiſſe ſeueræ) Sentiāt hoc loco alii quicquid volunt: Ego Eupolin comœdiarum ſcriptoré ſignificari autumo: qui ob comœdiam (cui Baptas nomé indidit) in quoſdam Athenienſes editam in mari eſt ſuffocatus, vt Platoniᵘˢ ſcribit. Lego etiam apud Straboné in quartodecimo, grāmaticú quendam: cui nomen Daphitas fuit in Thorace monte iuxta Magneſiam Æolicam ciuitaté crucifixum fuiſſe: ꝙ carminibus reges inceſſeret. Vnde prouerbium fuit. caue a Thorace, ideſt ab inceſſendo reges. ne eo afficiaris ſupplicio: quo is q in Thorace pœnas luit. Sʒ prior hiſtoria magis mihi cóſonat.

¶ Eupolis hoc periit, & noua nupta modo) hic Eupolis diuerſus eſt ab illo comœdiarum ſcriptore: fuit autem Niciæ filius: vxor cuius Glyceriú noíe (niſi quod vereor: grecus ne codex ſit deprauatus) patrem habuit Eudicum: quos nocte nuptiarum cadens domus pariter extinxit.

¶ Pellex inuiſa ſorori) lege inuita. Nam Philomela inuita fuit pellex Prognes: quia per vim paſſa eſt concubitum à Tereo.

¶ Vt puer Harpagides). i. Harpagi filius. Harpagus. n. amicᵘˢ fuit Aſtyagis Medorú regis: cui rex iratus ꝙ Cyrú ex filia nepoté viuere cóperiſſet: qué illi vt fido & arcanorú participi necádú C tradiderat: eius filiú (cuius nomé nó ꝓdit) epulandum appoſuit: vt Herodotus in Clio, & Iuſtinus in primo literis mādauerút. hoc aút interꝑtamétú nó mihi: ſed Abſtemio meo dés.

¶ Vtq; Syracuſio) melius Syracoſio ob ſyllabæ q̄ntitaté. συρακούσιος mediá diphtógo ꝓducit: ex q̄ dépta υ more poetarú σύρακοσιος media breui relinquit. Niſi velis abiecto, o, micron, υ, in, u, noſtrú verti: ⁊ Syracuſiú eadé ſyllaba correpta enúciare.

¶ Morſus ſubeas, vt Glaucus, equarú) Nó videt ab re futurú ſi Probi verba in tertiú Georgic. hoc loco adduxero: q ſic ait in id Virgilii carmen: Quo tpe Glauci Potniades malis mébra abſumpſere quadrigæ. Potnia vrbs eſt Bœotiæ: vbi Glaucus Siſyphi filius ⁊ Meropes (vt Aſclepiades in Tragodumenó. li. t. ait) habuit equas, q̄s aſſueuerat húana carne alere: quo cupidius in hoſté irruerent ⁊ ꝑniciosius. Ipſum auté, cú alimécta defeciſſent, deuorauerút in ludis funebribus Peliæ: qdá aiút has eq̄s Diomedis fuiſſe: quas Hercules ad Euryſthea ꝓduxerit: & ab Euryſtheo & Siſypho diſtractas ſuo filio dederit.

¶ Vtq; duobus idem dictis modo nomen habenti: Præfocent animæ Gnoſia mella viam) Glaucum Minois filium in mellis vaſe ſuffocatum intelligit: quem Æſculapius, cum in quodam loco concluſus a Minoe ſanare cogeretur: herba ſibi à ſerpéte allata ad vitá dicitur reuocaſſe, vt ſcribit Iginus in ophiucho.

D Eius meminit Claudianus in libro de Victoria Stiliconis in Alaricú his verſibus. Cretaq; (ſi vere narrat fabula) vidit Minoum rupto puerum prodire ſepulchro, Quem ſenior vates auium clangore repertum Gramine reſtituit. miræ nam munere ſortis Dulcia mella necem: vitam dedit horridus anguis.

¶ Teli genus hæreat illud ) haſtile marinæ turturis oſſe in ſummo armatum accipe: quo Vlyſſem à Telegono interfectú Dictys & Ariſtophanis commentarius ſcribunt.

¶ Vtqʒ loquax in equo eſt eliſus guttur Agenor) lege acerno, Vt emédauit Politianus. ⁊ Anticlú Ortygi filiú intellige: qué Vlyſſes in equo Troiano ſimul deliteſcétem ſuffocauit, vt tryphiſiodori teſtimonio apparet. Homerus in q̄rto Odyſſeæ nó ſuffocatum ſcribit (vt exiſtimare Politianus videt) ſed tādiu à loquédo ꝓhibitú ab Vlyſſe ore manu obſtruſo: dóec Heléa, q̄ apud equú illú Troiāorú heroú voces aſſimilabat: Mineruæ ípulſu recederet. Cā Politiāi lapſus í Homero fuit hæc: ꝙ πιέζειν ꝑ πνίζειν accepit. Nā illud ꝑmere: hoc ſuffocare ſignificat.

¶ Salmacis vtq; ꝑrem) í nónullis codicibᵘˢ ſic lego. Vtq; ꝑrem pſamathes: q̄ lectio magis ꝓbatur. Pſamathe enim Crotopi Argiuorum regis filia fuit, quæ quoniam ex Apollinis compreſſu filiú peperiſſet Linú nomine, iuſſu patris ſibi mortem cóſciuit. lege Statium & eius cómentariú li. ſecúdo Thebaidos. q tamé Crotopi ab Apolline interempti nullam faciunt métioné.

¶ Quā dextra Corœbi vicit) hic Corœbus nó eſt ille, q inter E viros ſtultitia inſignes memoratur: in quorum numero Mammacuthos, Melitides, & Butalió recéſent: vt teſtis é Ariſtophanis cómétator in Ranas. Scribit. n. Zenobius in Collectaneis adagiorum, Corœbum Mygdonis filiú Troiani belli tempore in lucem editum tantæ fatuitatis fuiſſe: vt maris fluctus numeraret. vnde prouerbium in inſanientes exiit Κοροίβου ἠλιθιώτερός, ideſt Corœbo ſtolidior. eius auté quem Ouidius nominat, ſepulchrum Megaris fuiſſe Pauſanias in Attica ſcribit. de quo nónulla Statianus interpres in ſecundum.

¶ Comicus vt liquidis periit, dum nabat in vndis) de Terentio intelligendum Philippus Beroaldus opinatur: qui cú græcia rediens nauim aſcendiſſet, naufragio periit authore Donato. Alii ſcribunt illum editis ſex, quæ extant, comœdiis iter in Aſiam facturum nauem introiiſſe, nec amplius viſum. Vnde creditum eſt à tempeſtate fuiſſe ſummerſum. Sed ego quibuſdam ductus rationibus interpretationem hanc amplio.

¶ Natus vt Altheæ) Althæā Theſtii filiam fuiſſe omnes ſciút: ſed matis nomé pauci. Scito igitur Deidamiam per ierus filiá eius matrem fuiſſe, vt teſtatur Apollonii cómétator in primú.

¶ Obſtructusq; famé patiaris limine tecti: Vt legem pœnæ cui dedit ipſa parés) Pauſaniam innuit Lacedæmoniú: qué Cleombroti filium Thucydides facit, ⁊ nos in prima Collectaneorú Hecatoſty móſtrauimus. Qui detecta proditione: quam cum Xerxe tractabat: ex literis quas ad eum regem Argilio puero à F ſe dilecto tradiderat, in ædem Mineruæ, quæ Chalciœcus vocabatur, fugiés (obſtructo eius ædis introitu) ſaxorum multitudine Ephoris ita iubentibus, matreq; in primis lapidem afferente interiit. author Æmilius Probus, ⁊ in primo Thucydides, q̄uis hic de hoc matris facinore nihil retulerit. Non diſpliceret autem ſi limine templi legeres: non tecti.

¶ Clytiadæ) Scribe Cliniadæ. Clinias. n. Alcibiadis pr̄, nó Clytias fuit núcupatᵘˢ. Adde ꝙ Clytias vel Clytiᵘˢ ꝑmá, corripiút.

¶ Membra ſemicremata) Bñ ſemicremata, qa ꝑ medios ignes: qbᵘˢ à Pharnabazi militibus domᵘˢ fuerat circunuallata: exilire Alcibiadé opus fuit, authore Plutarcho, & Æmylio probo.

¶ Sed dei dét plura rogāti) Scribe rogatis. vt ſit ſéſus. dei plura mala dent tibi: quá in hoc opuſculo eos in te rogauerim.

SERIES CHARTARVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes ſunt Terniones, exceptis ✠, B, & S, qui ſunt Duerniones.

*Venetijs Apud Hieronymum Scotum.*

UNIVERSITARIA DE GRANA…

OVIDIUS
EPISTOLÆ
HEROIDES
1543

Nº Caja
A-85